ANTONII NIGRI

EX ARCE HANNONI

TRACTATVS

DE EXCEPTIONIBVS REMORANTIBVS
faciendam, vel factam, sed non consumptam
Rei Iudicatæ executionem.



*OPVS IN FORO VERSANTIBVS APPRIME NECESSARIVM,
& iniqua sententia damnatis valde profuturum.*

ADIVNCTO CAPITVM, ATQVE RERVM INDICE LOCVPLETE.

DEMISSVS AB ALTO

Pacatumq; reget patrijs virtutibus orbem.

ROMÆ, Typis Francisci Monetæ. M. DC. XLVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

INNOCENTIO X.
PONT. OPT. MAX.

INGENVIS CLARISQVE PARENTIBVS,
IN VRBE NATO
OPTIMIS DISCIPLINIS CVM PIETATE
IN INFANTIA EDVCATO.
EXEMPLO MAIORVM SVORVM IVRIS VTRIVSQVE
LAVREA IN ADOLESCENTIA
CORONATO.
LEGATI APOST. AD POTENTISSIMOS REGES
GALLIARVM, ET HISPANIARVM
ASSESSORI
DOMI FORISQVE PRÆCIPVIS MVNERIBVS SIBI DEMANDATIS
SINE ALICVIVS QVERELA
IMMORTALI CVM LAVDE GESTIS
OMNIVM VOTIS FREQVENTIBVS VATICINIIS,
MAXIMO SACRORVM ANTISTITI
PACIS ANCILI
EXOPTATO DENVNTIATO ET RENOVATO,
ANTONIVS NIGER GAVDENS PRÆVISO EVENTV
OPVS DE EXCEPTIONIBVS TESTEM SVÆ VOLVNTATIS
IN EVM, APVD QVEM SALVS POPVLI
ET DIGNIS IVSTA PRÆMIA DARE
SVPREMA LEX SEMPER FVIT,
ET ERIT

VOVET, DICATQVE.



Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

A. Sacratus Episc. Comachen. Vicesg.



Reuerendiss. Pater, & Domine mi Colendiss.

TRactatus *hic* de Exceptionibus remorantibus faciendam, & factam, sed non consumptam rei iudicatæ exequutionem, *Authore D. Antonio Nigro I. C. Excellentissimo, & Viro consummata sapientia in Romana Curia, quem censui ex imperio Reuerendiss. P. T. dignus est, qui ad publicam vtilitatem prodeat in lucem, si ita Reuerendiss. P. T. videatur. Romæ 25. Iulij 1644.*


Gaspar Burgius I. V. D.



Imprimatur

Fr. Hyacinthus Serronus Mag. & Socius Reuerendiss. P. Fr. Michaelis Mazarini Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Prædicat.

LE-



LECTORI CONSILIVM OPERIS aperiendo ſalutem precatur.



VT ſumus natura facti faciles, ad diſentiendum, improbandumque alienas cogitationes, itaut critico ingenio nihil ſit gratiùs, quàm cum aliqua nota aliorum ſcripta lacerare; ſic facilè erit reperire, qui vt 2. de legib. dicebat eloquentiæ pater, in meum graſetur ingenium. Vitio dando, quod prius examinauerim ſolemnia, quibus iudicis imperio paretur exitus eorum, quæ creditor à contumace debitore, velo leuato, vel tribus conformibus conſequitur, ſeorſum deinde tradiderim cautiones, quibus tetardetur facienda, vel facta, ſed non conſumpta executio eorum, quæ prætor tribus verbis deſignantibus totum ipſius imperium. Do. Dico. Addico. iuſtè, & validè decreuit pro infelici creditore, quaſi docuerim longiores litium moras, & poſt illatum lethale vulnus, ægrotque ad iateritum redacto, cogitauerim de digeſtiuis, & repellentibus remedijs, quæ turgente morbo erant in ingreſſu ad infirmum adhibenda. Verùm conſiderato naturæ, & artis ordine, ceſſabit omnis accuſatio, nam ſicuti antequam feras iudicium, an quod natura genuit, vel ars confecit, ſit mancum, vel perfectum, neceſſe ſit illud oculis ſubijci, ſic mihi cogitandũ non erat de repellendo exitu latæ ſententiæ, niſi poſtquam illa fuit prolata. Beneualentibus enim non opus eſt medico, nec medicinis, ſed infirmis, & de vita periclitantibus conquirenda ſunt communia, & extrema remedia. Boni æquiq.conſule,& accipe Lector,quæ tibi cũ lacrymis tradũtur ex nũcio mihi hæc ſcribenti delato,quod Arx Hannoni parentum meorum ſedes, quam Duces Mediolani in limitropho fundo, leuiter erecto, non ferenda expenſa ædificarant, annis proximis maximo cũ incolarum,& vicinorum labore fortius munita,funditus nũc diruatur,aperta hoſti-

hostibus via sine sanguine, & cæde grasandi totum agrum Alexandrinum, & auctis viribus, deinde reliqua, quæ illorum furori obstabant. An id factum fuerit iuxta regulas incrementi, vel decrementi prouinciarum, & regnorum, iudicet alius, & non ego, in causa propria. Proh dolor, quantum refert in quæ incidas tempora, seu verius, quantum differt, an indiginæ, vel alienigenæ subdaris imperio.



BAR.

V

BARTOLOMAEI TORTOLETTI

AD AVCTOREM

Exaſtichon.

HOc quoque deerat opus: manibus date lilia plenis,
Cauſidici, vobis dat noua tela NIGER:
Ille NIGER, diuina ſuas cui tradidit artes
Aſtræa, & recti donat inire vias.
Quàm benè nunc ſenior chartis victurus in iſtis
Conſulit inſidys, ò Libitina, tuis?

Diſtichon.

SCilicet hic rogus eſt quo Phœnix vera reſurgat:
Corpus, opes faſces, omnia ſorbet humus.



INDEX

CAPITVM OPERIS.

PROEMIVM.

CAPVT II.

Depositum factum præcedente legitima obligatione æquiparatur solutioni. fol. 69.

CAPVT III.

Venditor, qui sequutus est fidem emptoris in pretio rei venditæ, præfertur cæteris creditoribus emptoris, in pretio rei venditæ. fol. 86.

CAPVT IV.

Pactum Reseruationis Dominij ad fauorem venditoris donec pretium soluatur, an sit validum. fol. 96.

CAPVT V.

Pactum Reseruationis Dominij donec pretium soluatur, præsupposito, quod sit validum, vt dictum est cap. antecedenti, referuntur effectus inde sequentes. fol. 99.

§. j. Pa-

C A P V T VI.

Mutuum dans ad emendum præfertur cæteris creditoribus in distratione rei empta. fol.101.

C A P V T VII.

Mutuans pecuniam refectionis causa præfertur cæteris Creditoribus in re refecta. fol.107.

C A P V T VIII.

Proposita regula melioramentorum exceptione retardati rei iudicatæ executionem, subduntur. §.§. quinquaginta sex, quibus melioramentorum materia examinatur.

§. xlv.

CAPVT IX.

CAPVT

§. x.

CAPVT XIII.

Compensatione retardatur executio sententiæ, mota actione personali. fol.447.

CAPVT XIV.

Executio sententiæ returdatur opposita exceptione excõmunicationis. fol.486.


CAPVT XV.

Periurij exceptia quando obstet executioni sententia, fol.508.


CAPVT XVI.

Cautiones aduertendæ à diligenti causarum patrono, quibus poterit sententiæ executionem differre, vbi aliqua ex relatis exceptionibus, non iuuatur. fol.634.

Consequuntur exceptiones remissiue examinatæ. fol.549.



TRACTATVS DE EXCEPTIONIBVS REMORANTIBVS FACIENDAM, vel factam, sed non consumptam rei iudicatæ exequutionem.



PROOEMIVM.



LATA sententia, illaque per capturam pignorum ex primo decreto exequutioni demandata, cum etiam in dubio pro validitate, & iustitia vtriusque-
1 actus † præsumatur *.l.2.§.solei ff.de hæ-*

 red.

red. vel action. vendit. Bald. cap. in præsen-
tia. de renunc. num. 3. Surd. conf. 61. num. 2.
& conf. 390. Ne. num. 14. & seq. Crauet.
2 extendens ad † sententiam arbitri conf.
3 252. per n. 8. & res iudicata † pro verita-
te habeatur. l. res iudicata. ff. de reg. iur.
faciat de indebito debitum. l. cum puta-
rem. ff. famil. hercis. Cyn. in l. 1. C. de cond.
indeb. n. 1. in princip. eam afferens ratio-
nem, quia sententia inducit obligationẽ,
4 & est contractus, vel quasi, † nec datur
repetitio eius, quod fuit solutum vi sen-
tentiæ irretractabilis, tantæque sit potẽ-
tiæ, vt naturalia vincula sanguinis mu-
tet, falsum reddat verum quoad effectũ,
5 & tãquam altera natura † faciat de albo
nigrum, & eum esse patrem, vel filiũ, qui
non est, pater vel filius, vt ex Bald. voluit
Curt. Iun. conf. 23. in fin. & conf. 177. n. 13
Crauet. conf. 79. num. 1. Rimin. Iun. conf.
194. Arbitror nu. 1. & seq. Ias. l. qui Romæ.
§. duo fratres. ff. de verb. oblig. n. 2. Franc.
Bec. conf. 70. num. 71. Natt. conf. 524. n. 4.
Rol. à Val. conf. 82. nu. 12. vol. 1. Indubita-
6 tum videtur exceptione † aliqua sine
appellatione reuocari, aut retardari pos-
se exequutionem sententię iam cęptam,
vel incipiẽdam, & inanis sit omnis meus
labor, inquirere, an condemnatus diffini-
tiua possit fugiendo, idest excipiendo,
7 cum † excipiens dicatur fugitiuus. §. 1.
auth. de exhib. reis. l. 2. vers. neque actorem
neque fugientem C. de iur. iur. propt. ca-
lum. dand. Nepos de mont. Alban. in præ-
fat. tract. de except. aliquo casu euitare
exitum sententiæ in eum prolatæ.
8 Nam cum omnis † exceptio, vel sit di-
latoria, vel peremptoria, vel mixta, cum
ante ingressum litis, & illius contestatio
9 nem, dilatoriæ † sint opponendæ. l. exce-
ptionem. 19. C. de probat. l. penul. & final.
C. de except. Bart. in l. si conuenerit. ff. de
iurisdict. omn. iudic. nu. 3. Io. de Deo lib. 3.
Cauillation. cap. 16. nu. 18. Angel in rub.
Inst. de except. n. 22. Conrad. de offic. præ-
tor. §. De exception. 2. & seq. & lite con-
10 testata † reus illas censetur renunciasse.
l. ita demum. C. de procur l. si quidem. C. de
except. cap. cum causam. de appellat. Ias. in
l. si arrogator. ff. de adept. n. 59. adeo ut nec
11 in gradu † appellationis, cõtra regulam.
l. per hanc C. de tempor. appell. illorum
beneficio quis vti possit. l. ita demum C.
C. de procur. vbi Bald. & Sal. Ias. d. l. arro-
gator num. 59. Caldas in l. si curatorem.
C. de restit. in integr. §. per quod in pristi-
num nu. 42. qui præterea respondet obie-
12 ctis † quamuis sit mulier, minor, miles,
rusticus, & alias priuilegiatus iuxta opin.
Ias. in l. si conuenerit. ff. de iurisdict. omn.
Iud. n. 49. de cuius veritate agit Caldas d.
l. si curatorem. §. vel aduersarij dolo. n. 11
& seq. & post illum. Trentacinq. Var. re-
solut. lib. 2. cap. 1 n. 44. & seq. plurib.
Si autem exceptio fuerit perempto-
ria, cum illa sit ordinata in finem repel-
13 lendi actorem † non autem, vt reus ali-
quid ab illo consequatur, cap. 2 de ordin.
cognit. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. c. 69.
num. 20. & reus exceptione lite conte-
14 stata † amplius vti nequeat. l. si quidem.
C. de exception. Imol. l. imperatores. ff.
de re iudic. num. 2. in princip. Duaren. de
exception. præscript. cap. 1. vers. Nam ex-
ceptiones. qui licet deinde subdat conte-
stationẽ minime esse necessariam. Ioan.
tamen de Deo lib. 3. Cauillation c. 16. n. 17.
Concludit, sanum esse cõsilium, omnem
reo conuento peremptoriam exceptio-
nem obijcere ante litem contestatam,
15 in eoque differre † peremptorias ex-
ceptiones à Dilatorijs, quod illæ in lite
contestanda sint opponendæ, sed non
probandæ, donec actor probauerit in-
tentionẽ suam, Dilatoriæ verò sunt obij-
ciendæ ante litis contestationem, & pro-
bandæ. l. ita demum 13. C. de procur. l. Pom-
ponius. 41. §. 3. ff. eodem l. sed & si suscepit.
52. ff. de iudic. cap. inter monasterium. cap.
suborta de re iudic. Specul. de except. §. 3. n.
1. & seq. Fel. cap. ad audientiam. 2. de
rescript. num. 14. latè etiam agens an qui
16 non † opposuit peremptoriam sibi com-
petentem in prima instantia, possit illam
obijcere in gradu appellationis, non re-
fectis expensis, Asinius plura cumulans in
prax. §. 14. cap. 4. num. 1. Nec obstat l. pe-
17 remptorias † C. sent. rescindi non posse.
quia in eo textu omissa dicitur exce-
ptio, vbi illius disputatio, & probatio
differtur in tempus quo actor probaue-
rit intentionem suam, non quod non
fuerit in contestatione litis opposita, seu
de illa protestatum, vt loquitur, Specul.
sequen-

sequendo *Vbert. de Bobio de exception.* *§.1.n.8. circa fin.*

18 Si verò fuerit mixta † quia dubitatur an sit peremptoria, vel dilatoria, ve-
19 luti si reus † conuentus ad soluendum, dicat, & excipiat, quod sub conditione potestatiua, vel casuali, se obligauerit, cum illius ad implementum se habeat ad esse, & non esse. *Specul: de exception. §.1.num. 8. de hoc* † *genere* exceptionis, vel idem iudicandum quod de exceptione simplici, quia mixta sequuntur naturam simpliciũ, ex quibus illa sunt cõposita. *§.omnium.Inst.de action.l.Ti-*
21 *tia textores .ff. de legat.*1. vel potius † absolutè sequentur naturam, & regulas exceptionum peremptoriarum, quia fortius operantur, quàm operen-
22 tur dilatoriæ, nam istæ † ad tempus excludunt actorem, illæ autem in perpetuum. *Specul. de except. §. 1.nu.1. & seq. vsque in fin* Inanis videtur futurus labor inquirere de exceptione retardante, vel impediente factam, vel faciendam exequutionem.

23 Attamen, quia † omnis exceptio est species defensionis à lege introducta, nemini quantumuis cõtumaci, vel ne-
24 gligenti † deneganda. *L. defens. C.de iur.fisci. l. cum inter . ff. de except.* & si denegetur, licet ad vtrumque effectum appellare. *Rota decis. 15. de procurat.in nou. Marsil. in l.vnius facinoris § cogniturum ff. de quaest. nu. 55. addendo n.57.*
25 *& seq.* accusatum de crimine † aliquo, si non se defendat, quoties potest se de-
26 fendere grauiter peccare, disputando † præterea an quis possit renuntiare de-
27 fensionibus, sicuti & an illæ tolli † possint à Principe, late agit, *Vasquius illust. Controuers. lib.1. cap. 18.* & quia vt distinguit *Cast. in l. 1. C. de iuris. & fact. ignorant num.5.* Exceptio vel superuenit post rem iudicatam, vel tangit modum exequendæ sententiæ, vel obseruatam in ea proferenda solemnitatem,
28 & exceptionum † peremptoriarum non eadem est vis, cum aliæ perimant obligationem naturalem tantum, aliæ ciuilem tantum, aliæ, & ciuilem, & naturalem, aliæ non perimunt nec ciuilem, nec naturalem, vt distinguit *Spec. de except. §.3.n.38.& seq.& post Specul. Aretin.in Rub.Inst.de except.n.27.* Ideo post relata solemnia exequutionis faciendæ, agam de exceptionibus, quæ probatæ, vel oppositæ tantum, exequutionem faciendam remorantur, vel illorum beneficio iam facta reuocatur. præmissis aliquibus generalibus, quæ dicendorum in specie, faciliorem præbebunt intellectum.

Primò quod ad retardãdam exequu-
29 tionem sententiæ prolatæ opponi † potest omnis exceptio qua nõ redarguatur sententia de iniustitia, seu per quam sententia non impugnatur in meritis. *vt ex Cast. Salic. & Alex. in l. si duo §. si quis. ff. de iure iur. concludit Bursat.cõs. 305. Tam patens num.7. Rol.à Val.cons. 28.lib.1. nu.3.in fin.& n.4. & seq.* exẽ-
30 pla † plura refert. *Tiraquel.de Retract. Conuent.§.7.nu.14.circa med.Bero cons. 104. illud.lib.1.num.2.* concludens exe-
31 quutorem posse † cognoscere de exceptione, quæ non impugnat sententiam sed solum illius exequtionem, secus si tangat merita causæ, & exempla refert. *Asinius in praxi §.31.cap.2.Limit.14.n. 2.Cast.in l.1.C. de iur. & fact. ignor.n. 5. in princ.vers. secunda.*

Secundo quod omnis exceptio, quæ admittitur ad retardandam exequutio-
32 nem sententiæ, amittit vim suam, seu inutiliter illa obijcitur, si ante sententiam fuit de illa plenè cognitum, *l.quod in diem §.1. ff. de pet. hered. l.fin. C.de fid.instrum.Tuscus conclus.490.exequutio n.32.*



CAPVT I.

SVMMARIVM.

Solutio est præcedentis debiti extinctio. 1. *est regina exceptionum.* 2. *per illam impeditur facienda, & reuocatur facta exequutio. & perimitur omnis obligatio.* 2. *& 3. est exceptio peremptoria, & de illa licet excipere etiam post sententiam.* 4. *an etiam vbi in processu fuit de illa exceptũ. opponitur vbi exequutiuè, vel ordinariè fuit actum.* 6. 7. *vel beneficio restitutionis in integrum.* 8.

Instrumentum multis modis dicitur habere paratam exequutionem. 6.

PRIMA itaque exceptio, qua condẽnato ad dandum, præstandumue aliquid, vti licet, vt se à datione, vel
1 præstatione liberet, vel tueatur, est † Solutio, quæ cum sit præcedentis debiti extinctio. §. 1 *Inst. quibus mod. tollit. oblig.* Ideo illam mihi appellare libet Reginam exceptionum, quia illa est de re iam finita, vnicum præsidium, & singulare adiutorium aduersus actorẽ molestantem sine iure, & actione miserum reũ. propterea illius virtute † retar
2 datur facienda exequtio, & facta reuocatur, quia per illam non impugnatur sententia. *Anton. Fab. in suo Codic. lib. 7*
3 *Titul.* 14. *Diffinit.* 6. *nu.* 3. & per illam † probatur perempta omnis obligatio. *Specul. de exception.* §. 3 *n.* 40. *Bero consil.* 204. *n.* 7 *lib.* 1. *& consil.* 189, *nu* 12. *lib.* 3.
4 concludens solutionẽ † esse exceptionem peremptoriam, & de illa excipere licere etiam post sententiam. *Addentes ad Romam consil.* 28. *vers. nõ patitur* præsertim si de illa in processu non fuit ex-
5 ceptum, nam † si fuit exceptum retardatur petita restitutione in integrum, vt distinguit *Cancer. var. resolut. tom.* 2. *De sẽt. & earum exequut. n.* 308. *& seq. licet Dec. Cagnol. in l. bona fides ff. de reg. iur. Rota Ianuens. decis.* 104. ab illo citati, non faciunt hanc distinctionem sed solum quod ope exceptionis solutionis retardetur exequutio in instrumẽti habẽtis ex statuto paratam exequutionem, vt latè tradit *Asin. in prax.* §. 31. *cap.* 2. *limit.* 15. *Antonius Fab. d. Diffinit.* 14. *n.* 4.

Sed quia de solutione excipitur aduersus rem iudicatam, vel in casu, &
6 causa qua exequutiuè actum fuit † vt puta ex instrumento publico habente paratam exequutionem, ex principis constitutione, vt in dominio Mediolani, vel ex statuto, vt in Vrbe, vel formula qua fuit conceptũ, vt puta cum obligatione Camerali, vel cum Quarantigia *Thesaur. decis.* 26 *n.* 11. *& seq. vel ratione loci vbi est stipulatum*, vt apud acta, seu in iudicio, *Bald. Cast. Alex. & alij relati ab Afflic. decis.* 387. *si vno n.* 1. *Vinc. de Franc. decis.* 118. *n.* 7. *Carolus de Grass.* alios referens, & testãs ita seruari in Regno Neapolis. *Tract. de except. prælud.* 1. *n.* 2.

Vel de legitima solutione excipitur ad-
7 uersus exequutionem † sententiæ, quæ fuit lata in iudicio, quo præmisso libello, seu alia monitione vim libelli habente, seruatis dilationibus statutarijs, vel à stilo Curiæ concessis, vel à iure communi datis, fuit lata diffinitiua, quę non suspensa per appellationem transiuit in iudicatum.

Vel denique excipitur de legitima
8 solutione † obtenta restitutione in integrũ ex spetiali, vel generali iure, si qua mihi iusta causa. *Imol. in l. Imperatores ff. de re iudic. n.* 3. *circa fin. vers. & facit generaliter*, concludens de solutione facta ante sententiam, non licere excipere, nisi beneficio restitutionis in integrum concessæ à Principe alio non recognoscente superiorem. examinando singula.

§. I.

SVMMARIVM.

Solutionis exceptio opponi potest aduersus exequutionem faciendam ex sententia, seu decreto ex processu exequutiuo, & quare. 3. *ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Dicendum primò, ſi agatur de retardanda exequutione facta, vel facienda ex decreto iudicis procedentis exequutiuè, quod audiendus ſit reus
1 † ſi excipiat de ſolutione facta creditori inſtanti pro exequutione. *Caſt. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. nu. 5. in fin. verſ. ex prædictis. Rota Ianuen. deciſ. 104. Solutio n. 2. vbi ex Dec. in l. bona fides: n. 2. cui addo Gagnol. nu. 3. ff. de reg. iur.* con-
2 cludit quod cũ † bona fides, ideſt æquitas, & mens conſcia recti, non patiatur, vt bis idem exigatur, & ſolutione extincta fuerit omnis debitoris obligatio, *§. 1. Inſt. quib. modis tollitur oblig.* vt quandocumque audiatur reus, excipiẽ-
3 do de ſolutione, quia † per illam non redarguitur ſententia de iniquitate, vt inquit, *Caſt. d. verſ. ex prædictis* quo caſu conſultum eſt condẽnato ordinario remedio appellationis. *l. 1. ff. de appellat.* ſed paratur probatio defectus cauſæ, quare non ſit ad vlteriora procedendum. *l. ſi fullo ff. de condict. ſine cauſ. vbi Iaſ. n. 2. & Caſt. n. 8. Cin. in l. pecuniæ ff. de condit. indebit. n. 3. in fin. Iaſ. l. Imperatores ff. de rei iudic. n. 5. verſ. Idem multo magis.* & ita ſæpè obtinui in Curia Auditoris Cam. vbi excipiendo de ſolutione ante factam, vel poſt factam exequutionem, præfixo termino decẽ, vel quindecim dierum ſine præiudicio exequutionis factæ, vel mandati relaxati de illam faciendo, examinatis teſtibus, vel productis apocis, vel inſtrumentis, vel partitis extractis ex libris montis pietatis, vel mercatoris, probata ſolutione eius, quod petebatur, & decretum fuerat, vt ſolueretur abſolui curaui reum de facto conuentum ab obſeruatione iudicij, cum condemnatione expenſarum actoris.

4 Ampl. præſertim, ſi excipiatur de † ſolutione facta poſt decretum exequutionem, ſeu relaxationem mandati de capiendis bonis, vel perſona debitoris. *Caſt. in l. 1. C. de iuris, & facti ignorant. n. 5. in princ. & circa fin. verſ. ex prædictis.* eam afferens rationem, quia de ſolutione facta poſt latam ſententiam, tanquam de iure ſuperueniẽti licet excipere, nec ideo impugnatur ſẽtẽtia de iniquitate, ſed vt ego addo de nõ illius virtute, extincta per ſolutionem eius, quo quis damnatus fuerat. *§. 1. Inſt. quibus mod. tollitur obligat. Iaſ. in l. 2. ff. de condit. ſine cauſa. nu. 2. Io. Imol. in l. Imperatores ff. de re iudic. in fine Bald. in l. 1. C. de re iudic. n. in princip.*

Ampl. præſertim vbi actor inſtat pro
5 exequutione † ex primæua actione, non autem in factum, vel officio iudicis, *Caſt. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. n. 5. in final. verbis,* addendo tatuum eſſe actorem, qui exequutionem ſuæ ſententiæ ea actione procurat, quia reo licet opponere omnes exceptiones, quas poſſet opponere ante ſententiam.

6 Ampl. etiã vbi de ſolutione † excipitur partis debiti, cuius cauſa relaxata, ſeu decreta, vel facta fuit exequutio. *Caſt. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. num. 5. verſ. item ſequitur.*

Ampl etiam ſi de ſolutione non fuiſ-
7 ſet exceptum † ante ſententiam *Cancer. var. Reſol. lib. 1. c. 17. de ſent. & earum exequut. n. 308. & ſeq.*

8 Ampl. etiam vbi debitor excipit de † ſolutione, quam incontinenti probare offert, ideſt infra tempus, quod datur iudicatis ad ſoluendum. *Coler. de proceſſib. p. 4. cap. 2. n. 11. & n. 12.* declarat ſi talis probatio fiat ſcripto, non autem teſtibus, ſed illius opinio reprobatur infra num. 11. *Iaſ. tamen in l. 4. §. condemna-*
9 *tum ff. de re iudic. n. 30.* dicit arbitrariũ † eſſe iudici declarare quando dicatur quid fieri incontinenti.

10 Ampl. etiam aduerſus exequutionẽ † ſententiæ principis, licet in reſtitutione

ne in integrum sit secus, vt dicam in-
fra §.iij.n.5.
11 Ampl. etiam vbi de solutione † exci-
pitur quæ probetur testibus. *Castrens. in l.2. ff. de condit. sine caus. nu.*10. Conclu-
dens stante statuto, quòd non admitta-
tur solutionis exceptio, nisi de illa do-
ceatur publico istrumento, si post fa-
ctam exequutionem doceatur de solu-
tione, testibus, repetitur quod indebitè
fuit solutum. *Asin. latè in prax.* §. 31. *c.*
44. *Ias. in repet. l. admonendi ff. de iur. iur.*
*nu.*321. *& in l. Imperatores ff. de iur. iur.*
*num.*10. *Cancer. var. Resol. lib.*1. *cap.*17.
*De sentent. & earum exequut. n.*309. *in*
12 *fin.* addendo procedere † etiam in testi-
bus de nouo repertis. *Ias. in l. Impera-*
tores. ff. de re iudic. n. 10. latius prosequi-
tur dicta de testibus de nouo repertis.
*Caual. in specul. commun. opin. q.*542. *so-*
*let. n.*6. addendo hanc esse opinionem
plenissimam æquitate, ne veritas tegatur
Ias. l. Imperatores ff. de re iudic. nu. 10.
13 Ampl. præsertim † si de solutione
excipiatur ad commodum pupilli, rei-
pub. & alterius personę, vel corporis pri-
uilegiati, & asseratur solutionem proba-
ri testibus, vel instrumentis de nouo re-
pertis. *Imol. in l. Imperatores ff. de re iu-*
*dic. nu.*1.
14 Ampl. præsertim durante † termino
perficiendæ exequutionis. *Cancer. var.*
*Resolut. lib.*1. *cap.*17. *de sentent. et earum*
*exequut. n.*306. *in fin.*
15 Ampl. etiam coram † mero exequuto-
re, qui licet nullam habeat causæ cogni-
tionem, si tamen coram illo excipiatur
de solutione, de illa cognoscit, & interim
retardatur exequutio; argumento eo-
rum, quæ dici possent de compensatio-
ne, & voluit *Cancer. var. Resolut. lib.*1.
*cap.*17. *De sententia, & earum exequut.*
*num.*309.
16 Ampl. etiam vbi excipitur † de solutio-
ne facta alteri quàm creditori ex decreto
iudicis, vt dixi infra. §.8. *vers. octauum*
exemplum.
17 Ampl. etiam vbi de non † opponēda
exceptione solutionis fuisset conuētum
vt dixi infra hoc *cap.*1. §.xj
18 Ampl. etiam si excipiatur † de solutio-
ne facta exequutori. *Io. Fab. in l. si eo tē-*
pore. C. de remis. pign. l. à D. Pio. §. *sed si*
emptor ff. de re iudic. l. quæsitum ff. de di-
stract. pign. Rebuf. de præcon. & licitat art.
76. *glos.*2. *num.*15. limitans si aliud statu-
to caueatur, addendo tale statutum vi-
gere in Gallia, quia compertum appari-
tores habere manus aduncas.
19 Ampl. etiam si excipiatur † de solutio-
ne facta Adiecto. *Bero cons.* 198. *lib.* 1. *n.*
6. *& seq.* addendo quando possit reuo-
cari mandatum datum debitori, vt ali-
cui soluat.
20 Ampl. etiam vbi solutio fuit † facta à
tertio pro debitore. *l. soluendo ff. de neg.*
gest. vbi Cast. ampliat siue debitor sciat,
siue ignoret factam solutionem, & illi
contradixisset. *Pancirol. cons.* 108. *nu.*2.
21 Ampl. etiam vbi solutio † est tacita,
veluti si debitor iubeat mercatori, vt sol-
uat creditori suo; & mandatum fuit ac-
ceptatum. *Bero cons.*198. *lib.*1. *n°*14. *sub-*
22 *dens nu.*15. *& seq.* quando † mandatum
de soluendo habeat vim solutionis.
23 Limit vbi de solutione ante † relaxa-
tam exequutionem, fuit exceptum, &
cognitum. *l. duobus* 19. *ff. de except. rei*
iudic. l. quod in diem 6. §. *final. ff. de com-*
pensat. Glos. fin. in l. Nesennius. §. *fin. ff.*
de re iudic. l. sin autem §. *fin. ff. de negot.*
gest. vbi Bald. & Alberic. & ita declarat
*Morla in suo Emporeo iuris part.*1. *tit.*2.
*de iursd. omn. iud. quæst.*19. *nu.*8. *Abb. cap.*
suborta 21. *de sentent & re iud. n.* 10. *in*
princ. vers. Tertij distinguebant.
24 Cognitum † enim de solutione dici-
tur, si illa opposita, iudex tamen con-
trarium pronuntiauit, *Gloss. in fin. in cap.*
inter monasterium de re iud. Fel. in cap.
*Suborta. eod. tit. nu.*19. *vers. vlt. & Abb.*
num. 8. *& nu.* 10. *vers Tertij distingue-*
bant. Imol. l. Imperatores. ff. de re iudic.
*num.*2. *in princip. Boer.* loquens de exce-
25 ptione † falsitatis. *decis.* 307. *in princip.*
*Anton. Fab. in suo Cod. lib.*7. *titul.*14. *De-*
finit. 6. *num.*4.
Limit. postquam exequutio debitum
finem est sortita, *Cancer. var. Resol. lib.*
1. *cap.* 17. *De sent. & earum exequut. nu.*
306. *in fin. Foller. de Cens.* §. *quæ quidem*
*exequut. nu.*306. *in fin.*
26 Limit. vbi de solutione † fuit exceptū
ante decretum, & relaxatum mandatū,
&

& illam excipiens conatus est probare eodem instrumento, quod ad retardandam exequutionem repetit. *Abb. cap. suborta 21. de sentent. & re iud. nu. 8. & seq.* eam asserens rationem, quia iudex censetur tacitè reprobasse talem exceptionem, ex allegato instrumento, quam excipiens asseruit resultare, & sine tali reprobatione stare non posset sententia. *Tuscus conclus 291. Restitutio. n. 57.*

27 asserens idem dicendum † si in prima instãtia exceptio solutionis fuit expresse reprobata, secus si dictum quod illa non esset probata.

28 Limit. vbi alia ratione sustineri † potest exequutio sententiæ, nam quamuis doceatur de solutione eius, quod erat debitum, tamen si alia via sustineri potest exequutio, non est reuocanda. *Abb. cap. subortade re iudic. n. 17.*

29 Limit. vbi † solutio est facta non congruo tempore, vel non seruata forma promissionis. *l. 1. l. is. cui §. 1. ff. de act. & oblig. l. qui hominem §. si decem. l. si quis alia. §. fin. l. solutum. l. solidum. ff. de solution. Cesal. cons. 586. conductores num. 4.*

30 & quando anticipata solutio † possit fieri *Gras. de excep. cap. 25. nu. 103. & seq.* vbi refert exemplum, si solutio fiat prælato, vel vsufructuario, qui deinde moriatur.

31 Limit. vbi excipitur de solutione † quæ non sit legitima, *vt dicam infra §. 5. & seq.*

32 Limit. vbi solutio facta fuit fraude † vt puta si fiat in nummis, quos soluens sciebat breui reprobandos, vel delegauit mercatorem breui foro cessurum, vel vice pecuniarum datum sit frumentum, vel aliud, eo pretio, quod sciebat breui minuendum, & similibus, vt latè prosequitur *Mangil. tract. de Euiction. q. 100. n. 1. & seq.*

33 Quid si quis † tardè excipit de solutione an audiatur, non refectis expensis, *dixi infra §. 18.*



§. II.

SVMMARIVM.

Solutionis exceptio cessat aduersus executionem sententiæ latæ in iudicio ordinario, & quare. 1. 2. 8. ampl. 11. 12. 13. 15. 17. 19. 20. 21. 22. Limit. 18. 23. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 35. 37. 38. 39. 40. 41. 42.

Iudex lata sententia desinit esse iudex. 2. ampl. ibidem, & 6. Limit. 7.

Sententia lata omissa, vel non probata solutione est valida. 3.

Sententia lata opposita exceptione solutionis etiam non probata est nulla. 4. ampl. ibid.

L. ab exequutore ff. de appell. declaratur. 5.

Res iudicata facit iudicem cæcum itaut nihil aliud possit videre excepto adimplemento sua sententia. 9. Limit. 10. 12.

Princeps potest rescribere eidem iudici, vt sententiam suam corrigat, ac reuocet. 10.

Debitori quomodo consulatur, si perdidit instrumentum solutionis factæ, si iterum conueniatur ad soluendum. 14.

Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. 16. ampl. ibid.

Aduersus rem iudicatã an quis audiatur absque restitutione in integrum quia lata falsis testibus vel instrumentis. 25.

Probationes priuilegiatæ, & illarum effectus. 33.

Sententia lata ex probationibus priuilegiatis ab eodem iudice ex iuribus, vel testibus de nouo repertis, vel beneficio restitutionis in integrum, quando reuocetur. 34.

Sententia lata ex probationibus priuilegiatis nunquam transit in iudicatum. 33. notoriè iniusta est nulla. 36. contra sententiam si fuerit condẽnatoria non valet. 38.

DIcendum secundò, quòd si de solutione excipiatur aduersus exequutionem sententiæ latę † in iudicio or-
1 dinario in qua per cedulam subscriptam à iudice excipiens fuit condemnatus, quod nullatenus retardetur exequutio, nec audiatur reus in sua exceptione citra appellationem, quia virtute in rei iudicatæ, quæ erant indebita, facta sunt debita, & vrgent reliqua, quæ considerabam

rabam in principio huius Capituli, ac
2 etiam quia iudex † lata sententia non est amplius iudex, nec suam, vel prædecessoris sui sententiam reuocare, vel corrigere potest citra vitium nullitatis. *L.1. C. sent. rescind. non posse l.3. C. de sent. ex breuiloq. recitand. l.1. C. quando prouoc. non est necess. vbi Bald. nu.4. vers. ex prædictis*. per eum textum conclu-
3 dit sententiam † latam contra exceptionem rei iudicatæ omissam, vel non pro-
4 batam, valere, secus si lata fuerit † contra oppositam, vel probatam exceptionem, etiam quòd eadem die, quo iudex iudicauit velit sententiam suam emendare, vel ageretur de pœna minuenda, vel aufferenda. *L. eum quærebatur. l. acta. §.1. ff. de re iud. l. relegati. ff. de pœnis. l.*
5 *pœnam. C. eodem tit.* vel interpretando † *l. ab exequutore ff. de appellat. l. iudex posteaquam ff. de re iud. Abb. cap. suborta. 21. de sent. & re iud. n.12. in fin. Iaf. in l. imperatores ff. de re iud. n. 1. & seq. Bald. in l.1. C. quando prouoc. non est necess.*
6 *num.4. in fin.* concludens, nec arbitro † nec iudici dari posse facultatem mutãdi, corrigendi, vel reuocandi suam sententiam diffinitiuam, quæ sit valida, se-
7 cus si nulla, quia per sententiam nullã non expirat iudicis ordinarij iurisdictio *Gloss. & ibi Bald. nu.6. in l.4. C. quomod. & quand. Iudex cap. Raybertum. 1 q.7.*
8 Constituta itaque regula, vt aduersus † sententiam, quæ transiuit iudicatum, citra appellationem non audiatur excipiens de solutione, ex vi, & efficacia
9 rei iudicatæ, quæ facit † quodammodo iudicem cæcum, vt nihil præterea videre possit, quam complementum, & exitum suæ sententiæ, nisi principis re-
10 scripto † aliud sibi mandetur, data illi facultate videndi, quæ videre impediebatur. *Abb. cap. suborta. 21. ff. de re iud. n. 10. circa finem vers. & vltra alios. Cæsal. cons. 180. Anno. n.13. Fel. d. cap. suborta. num. 11. vers. Nisi beneficio. Imol. l. Imperatores ff. de re iudic. n.3. in princip.*
11 Ampl. præsertim † si exceptio solutionis egeat altiori indagine. *Alex. cõs. 95. visis. lib. 2. nu. & Rom. cons. 76. in causa num.2. Socin. Iun. cons. 67. pro. nu.2. lib. 1.* nisi
12 tamen † tractetur de præiudicio irreparabili. *Rom. cons. 244. pro n.6. Ferret. cons. 96. n.2.*
13 Ampl. etiam si de † solutione excipiens asserat constare per instrumenta de nouo reperta. *l. Imperatores 35. ff. de re iud. l. sub prætextu C. de transact. cap. suborta de re iud. vbi gloss. final. Abb. cap. suborta.*
14 *21. de re iud. n.10.* vbi refert prętereа † diuersas Doctorum opiniones, quomodo isto casu consulatur reo conuecto ad soluendum, quod alias soluit, si deperdidit instrumentum solutionis. *Anton. Fab. in suo Codiee lib.7. titul.14. definit.6 n.1. & seq.* vbi ampliat præsertim si de solutione ante sententiam fuerat exceptum, licet iudex nihil de tali exceptione dixerit in sententia. [illegible]
15 Ampl. etiam in sententia † arbitri, *Inn. in c. eum olim de præscript. vbi Bald. in fin. Fel. in cap. suborta. de re iud. nu.13. Iasin l. admonendi ff. de iure iur. n. 36.*
16 Et ratio est quia arbitria † redacta sunt ad instar iudiciorum. *l.1. ff. de arbit. C. de transf. n.2. in fin.* & omnes præsumptiones, quas iura admittunt ad fauorem iudicis, & illius sententiæ, eas omnes admittunt ad fauorem abitri, & illius laudi. *Camil. Vistarin. in repetit. l. 1 ff. solut. mat. n.180.*

Romanus tamen singul. 189. Nũquid laudum, ampliationem istam distinguit.
17 Ampl. etiam si de solutione excipe- retur ab Ecclesia. *Abb. in cap. suborta. 21. de re iud. n.5. quem sequitur ibid. Fel. num. 14.*
18 Contrarium voluit † *Gloss. final. in l. imperatores ff. de re iudic. quam ibid. sequitur Imol. Iason. d. l. imperatores. n.8. vers. secundo.*
19 Ampl. etiam in sententia † quæ fuisset lata in criminali. *l.1. §. si quis vltro ff. de quæstion. l. diui Fratres ff. de pœn. Roman. singul. 189. Numquid. nu.6. Abb. c. suborta. 21. de re iud. nu.10. in fin. & n.11* concludens citra beneficium restitutio-
20 nis in integrum concessum à principe † aliquem non audiri aduersus sententiã, quæ transiuit in iudicatum, etiam quod probaretur iudicem iniuste iudicasse. *Alex. in l. Imperatores ff. de re iud. nu.2. Guttier. tract. de iuram. cõfirmat. par. 3. cap.7. num.5. addendo num.7.* non posse etiam

21 etiam † ex nouiter repertis iudicem restituere nisi consulto Principe.

22 Ampl. præsertim † vbi sententia lata fuit in vim confessionis condemnati in sententia *Cast. l. cum falsa 5. C. de iur. & fact. ignor. n. 2. circa med. vers. hoc tamen intellige.*

23 Limit. si de absolutione † excipitur ad moderandam exequtionem, nempe quia pars debita fuit soluta. *Cast. generaliter item concludens* de quacumque exceptione, qua moderatur sententia, veluti, quod quis non teneatur, nisi in quantum facere possit, vel non teneri vltra vires hæreditatis, quia sit hæres cum benef. legis & inuent. Cedendarū, expensarum, *in l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. num. 5. vers. pone exemplum. Capel. Tholos. decis. 259. nu. 5. & seq. Ba'd. l. ab exexquutione C. quor. appel. non recip. n. 10. Ias. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. n. 17 Rol. à Val. cons. 28. Viso lib. 1. nu. 5. Guid pap. decis. 419. n. 3. Ias. d. l. 1. nu. 15. vers. successiuè Purpur. cons. 34. Primo lib. 1. n. 10. Soc Iun. cōs. 45. in præsenti lib. 1. n. 10.*

24 Limit. in sententia, quæ fuisset lata ex falsis instrumentis, vel testibus, nam nedum non mandatur exequtioni, sed absque appellatione ab eodem iudice reuocatur. probata falsitate. *Socin. Iun. cons. 40. Licet. lib. 2. num. 6. vsque in fin. Bossius de fals. nu. 74.*

25 An autem quis audiatur absque beneficio restitutionis in integrum videndus. *Tuscus conclus. 269. n. 7. & seq. Res iudicata, & conclus. 291. Restitutio, & conclus. 160. sententia num. 23.*

26 Limit. vbi sententia † lata fuisset contra indefensum, vel legitimè impeditum, vt puta, quia ad locum iudicij non dabatur tutus accessus, vel condemnatus erat carceratus, nam etiam quod offeratur cautio retardatur exequutio, & reuocatur sententia. *Gemin. cons. 57 nu. 2. vers. & non est mirum. Tuscus conclus. 160. Sententia n. 1.*

27 Limit. vbi is qui † excipit de solutione, illam probat instrumento testamēti, vt arguendo à transactione, & iuramento an sententiam, relato Accurs. sibi parum in hoc cōstant, i concludit *Roman. singul. 198. Tu legis. num. 2. & seq. quem sequitur Felin. in cap. suborta de re Iud. nu. 12. Ias. l. admonendi in repet. n. 35. 37. & 44.* refert rationem diuersitatis inter casum trāsactionis, & iuramēti.

28 Limit. vbi à repub. † excipitur de solutione, *l. Imperatores, ff. de re iud. vbi doctores communiter, gloss. fin. in cap. inter monasterium ext. eod. Felin. in c. suborta. eod tit num. 16. Socin. cons. 194. subtiliter num. 4.* addendo procedere non solum à repub. Romana, sed in quacunque alia ciuitate. *Ias. d. l. Imperatores. nu. 8.* addendo duo requiri, nempe quod instrumēta sint de nouo reperta, & quod subsit causa. *Imol. d. l. Imperatores nu. 1. in princ.*

29 Limit. vbi de solutione † excipitur nomine pupilli. *l. Imperatores de re iud. Felin. in cap. suborta de re iudic. nu. 17. Ias. d. l. Imperatores. nu. 8.* addendo duo requiri nempe quod subsit causa, & instrumēta fuerint de nouo reperta. *Cast. in l. 1. C de iur. & fact. ignot. nu. 5. vers. Item fallit. Imol. d. l. Imperatores in prin. Alex. nu. 4.*

30 Limit. vbi de solutione excipitur à curatore furiosi, vel prodigi. *Bart. l. Imperatores. ff. de re iud. num. 20. & Ias. n. 9. Alex. n. 4. in fin.* addendo audiri citra appellationem. *sequitur Fel. in cap. suborta de re iud. n. 17. in princ.*

31 Limit. vbi excipitur † de solutione facta post latam sententiam. *Felin. alios referens in cap. suborta de re iud. num. 18 in fin. & dixi etiam in antecedēti §. Ampliat. prim. Cast. in l. cū falsā. C. de iur. & fact. ignor. n. 5. in fin. vers. ex prædictis.*

32 Limit. vbi de solutione † excipitur aduersus sententiam, in qua facta semiplena probatione, delatum fuit victori iuramentum in supplementum, etiam in odium violenti *iuxta cap fin. quod metus caus. & l. si quando C. vnde vi*, vt sequendo Roman. qui late reprobat Bart. aliud sentientē in iuramento delato in odium violenti. *Concludit Felin. in cap suborta de re iudic. nu. 18. Curt. iun. in l. admonēdi ff. de iur. iur. nu. 5.* eam afferens rationē, quia talis sententia dicitur lata

33 ex probationibus priuilegiatis, † & ideo nunquam transire in iudicatum. *Fulgos cons. 181. n. 2. vers. præterea. Tuscus conclus.*

*conſ.*160.*ſententia n.*24. *& ſeq.* vbi diſtinguit in reo & actore. *Iaſ. in repet. l. admonendi nu.*9. *& ſeq. &* 38 vbi præterea in-
34 quirit an retractetur iſto caſu † ſententia ipſo iure, vel beneficio reſtitutionis in integrum. *& num.* 231. examinat quid dicẽdum ſi teſtes de nouo fuerint reperti. *Iaſ. l. Imperatores. ff. de re iud. n.*7. *verſ. quarto, & Caſt. n.*2. *in fin. verſ. item quando. Guttierſ. tract. de iuram confirmat. p.*3. *cap.*7. *nu.*10. *& ſeq. & num.* 13. 14. diſputando præterea an opus ſit iſto caſu beneficio reſtitutionis in integrum, & noua inſtantia.

35 Limit. vbi de ſolutione manifeſtè † cõſtat; nam cum leges, & iura iuſtitiam foueant & ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, ſuſtineatur ex præſumpta illius iuſtitia, quam cenſent leges fuiſſe à iudice miniſtratam, ex notorietate facti contrarij, talis ceſſat præſumptio, & veritati cedit opinio. *Innoc. in cap. quia plerique de immun. eccleſ. quem ſequitur Abbas in cap. ſubort* 21. *de re iudic. nu.*15. concludens ſi qui reportauit ſententiam fauorabilem fateatur illam eſſe iniuſtam, debere iudicem illam reuocare, quia ceſſat legis præſumptio, addendo idem dicẽdum, ſi talis notorietas ſuperuenit poſt la-
36 tam ſententiam, quia ſententia † notoriè iniuſta eſt nulla, & non meretur nomen ſententiæ. *Imol. in l. Imperatores. ff. de re iud. n.*4. *circa fin.* concludens manifeſtè conſtare de iniuſtitia ſententiæ, ſi victor talem illam eſſe fateatur, vel ſolutio probatur inſtrumento. *Tuſcus concluſ.* 160. *ſententia n.*4.

37 Limit. Vbi probatur † condemnatum fuiſſe impeditum vti inſtrumento ſolutionis, de qua nunc excipit, ante ſententiam, & tempore ſententiæ. *Felin. cap. ſuborta.* 21. *de re Iud. n.* 15. Subdendo hanc eſſe optimam cautelam, vt quis audiatur ab eodem iudice, vt in proceſſu cauſæ coram illo proteſtetur, quod impeditur producere iura ſua *Alex. in l. imperatores ff. de re iud. n.*3.

Limit. Vbi de ſolutione docetur inſtrumẽto alterius ſententiæ, quæ non ſit
38 reuocata † *In l. imperatores ff. de re iud. n.* 5. eam afferens rationem, quia dato concurſu ſententiarum, quæ ſint contrariæ, condemnatoria non valet.

39 Limit. Vbi actor agit † ad executionem ſententiæ actione prima ſibi competenti, nam tunc aduerſus executionem obijci poſſunt omnes exceptiones, quæ poterant opponi ante latam ſententiam, nedum ſolutio. *Caſt. in l.* 1. *C. de Iur. & fact. ignor. n.*5. *in fin.* addendo fatuum eſſe, qui eo modo agit, ſecus ſi agatur actione in factum, vel officio iudicis pro executione ſententiæ.

40 Limit. In cauſa † ſpirituali, nam cum ſententia iſto caſu numquam tranſeat in iudicatum, quandocumque appareat, de veritate repugnante ſententiæ, ſemper illa reſcinditur *Caſt. in l. imperatores ff. de re iud. n.* 2. *verſ. Aliquando. & Imol. n.*3.

41 Limit. Vbi ſententia † lata fuiſſet per purgationem expreſsè reprobatam, qualis eſt purgatio vulgaris *cap.* 2. *de purgat. vulgar. Imol. l. imperatores. de re iudic. n.* 3. *in prin.*

42 Limit. In quocumque † alio, qui non per ſe ipſum, ſed per alium regitur. *Alex. in l. imperatores. n. de re iudic. n.* 4. *in fin. qui deinde n.* 5. remiſſiuè refert alios caſus in quibus ſententia citra remedium appellationis poteſt reſcindi.

§. III.

SVMMARIVM.

De Solutione licet excipere aduerſus executionem ſententiæ quæ tranſiuit in iudicatũ, petita reſtitutione in integrum ex generali clauſula ſi qua mibi. 1. *& intra quantum tempus petenda, & an ex gratia principis.* 4. *&* 10. *contrarium* 5. 9. *amplia priorem opin.* 11. 12. 13. 14. 15. 16 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. *Limit.* 28. 30. 31. 32. 33. 34.

L. imperatores ff. de re iud. limitatur. 2.

Gloſ. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus verb. verſu ff. mandat. declaratur. 2. *reprobatur* 8.

De Solutione vt quis coram eodem iudice audiatur cautela. 3.

Rei iudicatæ exceptio quare adinuenta. 6.

Dolis & fraudibus eſt obuiandum 7.

Sententia reſcinditur vbi condemnatus non aſſiſtit cauſa ex legitimo impedimento, vel impeditus fuit probare iura ſua. 13.

Ca-

Castrens. reprobatur. 29.

QVæ dicentur hoc §. erunt vice limitationis dictorum in proximo antecedenti §. & ampliationis, §. immediatè, antecedentis. Dicendum ergo tertio quod
1 de solutione † licebit multo magis excipere aduersus executionem decreti vel sententiæ, quæ transiuit in iudicatum si petita fuerit restitutio in integrum ex generali clausula, si qua mihi iusta causa. *Abb. cap. suborta. de re iudic. c.* 11. *&*
2 *seq.* concludens *l. imperatores ff.* † *de re iud.* limitari beneficio rescripti principis. *gloss. in. l. si fideiussor. §. in omnibus verb. cessat. ff. mandat.* quæ non eget declaratione. Licet *Bald. in l. argentarius* x. §. *eum autem ff. de edend. n.* 3. tenendo hanc affirmatiuam opinionem dicat relatam glos. intelligendam esse, si concessa fuerit in integrum restitutio ex generali clausula, quia id adeo clarè explicat, vt non egeat glosemate *Baldi. Alex. in l. imperatores ff. de re iud. n.* 8. *in prin.* Cast. *n.* 2. *& Imol. n.* 2. *in prin.* vbi disputando an audiatur excipiens de solutione, non petita restitutione in integrum aduersus rem iudicatam, concludit securius esse illam petere, quidquid aliqui in contrarium dicant, sequendo opinionem relatæ glos. idem censuit *Ias. ibid. n.* 6. *circa med. addendo n.* 7. *cum Felin. in cap. suborta de re iud. n.* 15. *in fin. vers. ex his.* Optimam
3 esse cautelam † pro reuocanda sententia, quæ timeatur ferri contra se, vt quis in actis protestetur coram eodem iudice, non posse producere instrumentum, vel examinare testes quia illud est deperditum, & testes sunt absentes, & ignoretur vbi reperiantur, & hac cautela cessabit difficultas, quam non certo resoluunt de eo, qui semel soluit, & conuentus iterum ad soluendum, non potest exhibere apocam solutionis, & condemnatus fuit ad soluendum *Abb. cap. suborta.* 21. *de re iudic. n.* 10. *Cast. d. l. imperatores. n.* 3. *Ias. n.* 12. *& Cast. n.* 3. *Imol. n.* 1. *in fin. Cyn. in l.* 1. *C. de condit. indeb. n.* 4. opinionem glos. sunt præterea secuti. *Zas. cons.* 15. *lib.* 2. *n.* 62. *Boer. decis.* 307. *n.* 2. *Socin. sen. cons.* 194. *n.* 7. *lib.* 2. *Caual. in specul. commun. Quæst.* 542. *n.* 4. & referens qui testentur de communi & ita fuisse iudicatum. *Rebuf. l quod iussit. ff. de re iud. Not.* 2. *n.* 262 *Hondad. cons.* 27. *lata. lib.* 2. *n.* 52. *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 55. *n.* 4. vbi præterea refert,
4 intra † quantum tempus sit petenda, sicut & idem de tempore petendæ restitutionis, & an ex generali clausula vel gratia principis. *Alex. ibidem. n.* 6. *&* 8. *vers. Spec. & Inn. & Guttier. tract. de iuram confirm. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 12.
5 Contrarium quod nec † beneficio restitutionis in integrum, liceat reo condemnato excipere de solutione, etiam petito, & obtento beneficio restitutionis in integrũ ex generali Clausula si qua mihi vbi sententia transiuit in iudicatum. tenuerunt *Abb. in cap. suborta* 21. *de re iud. n.* 10. *in fin. & n.* 13. eam afferens ratio-
6 nem quia exceptio † rei iudicatæ fuit adinuenta ad iuris rigorem conseruandum & ne lites fiant immortales, vt etiam voluit *Aret. in cap. intimauit.* 18. *de testibus n.* 15. *circa med.* & si hoc remedio audiretur condemnatus daretur materia malignandi, & instrumenta falsificandi, & testes corrumpendi, & ideo fraudi-
7 bus, & † dolis obuiandum. *cap. quanto. de diuor. glos. l. cum hi. §. si cum lis. ff. de tran-sact.* condemnatus non est audiendus beneficio restitutionis in integrum. *Aretin. in cap. vltra tertiam.* 55. *de testib. n.* 8. *as-*
8 *serens glos* † *in l. si fideiuss. §. in omnibus ff mandat.* tenentem contrarium reprobari. vt scribit *Bart. in l. si fine §.* 1. *ff. rem ratihab. & in l.* 1. *& ibid. Bald. C. de cond. in deb. idem repetens. in cap. intimauit.* 18. *eod. tit. n.* 15. *testans de communi idem te-*
9 *nent* † *relati à Gabriel. de restit. in integr. Conclus.* 1. *n.* 1. *vers. contrarium.*
10 *Boer. decis.* 307. *n.* 2. *circa med.* † referens non *restitui nisi ex gratia principis.*

Amplectendo tamen priorem opinio-
11 nem, illam † ampliabis primo, etiam in causa criminali. *Abb. cap. suborta.* 21. *de re iud. n.* 10. *in fin. & n.* 11. *& seq.* concludendo, etiam quod constet iudici de innocentia condemnati, non posse iudicem illum absoluere, post latam sententiam, quæ transiuit in iudicatum nisi beneficio restitutionis in integrum illi concesso, & vt addit *Felin. d. cap. suborta n.* 11

in fin. concesso à principe vt dixi infra in limitationibus.

11 Ampl. præsertim vbi fuit † protestatum in actis coram eodem iudice, quod deperdita sunt instrumenta, quibus probetur solutio, vel quod testes sunt absentes, & ignoratur vbi reperiantur. *Felin. in cap. suborta. 21. de re iud.* 11. 15. *circa fin. vers. ex his. Ias. in l. imperatores. ff. de iud. n. 7. & Cast. n. 2. in fin. vers. oportet. Alex. n. 3. in fin. & n. 8. Alb. cap. suborta. 21. de testib. n. 16.* eam in fin. afferens rationem quia
13 sicuti rescinditur † sententia, quãdo condemnatus ex legitimo impedimento non potuit causæ interesse. *cap. eum Bertoldus. de re iud.* Ita rescindi debet dato impedimento probationis faciendæ. *Anton. Faber. in suo Codic. lib. 7. tit. 14. Definit. 6.*

14 Ampl. vt concedatur † tam reo, quam actori restitutio ad probandam solutionem *Caual in specul. Commun. opin. Quæst. 542. n. 8. Guttier. Tract. de iuram. confirmat. part. 3. cap. 7. n. 8. in fin. Boer. testans ita sæpe fuisse iudicatum, decis. 307. in fin. vers. Tamen pro actore.* Contrarium scilicet quod reo tantum concedatur restitutio in integrum aduersus rem iudicatam volunt *relati à Boer. decis. 307. n. 2.* eam afferentes rationem, quod cum actor debeat instructus accedere ad iudicium, ex prætensa ignorantia, non est in integrum restituendus. *Curt. Iun. sequendo. Cast. cons. 18. memoria n. 1. in fin.*

15 Ampl. Vt non differat an † petens restitutionem in integrum dicat solutionem velle probare instrumento, seu scripto, vel testibus. *Cæual. commun. opin. Quæst. 542. n. 3. & seq. & dixi supra. §. 40. in antepenul. ampliat. Gargia. Trat. de Nobilit. §. 2. glos. 6. n. 10.*

16 Ampl. præsertim † in fisco, repub. & ecclesia, & similibus. *l. imperatores. ff. de re iud. vbi Cast. n. 2. vers. & intellige Curt. Iun. cons. 18. memoria. n. 3. in prin.* ampliando etiam si non fuerit exceptum, nec probatum, quod de nouo repertum fuerit solutionis instrumentum, vel testes, quibus illa probetur. *Imol. d. l. imperatores n. 1.* vbi refert quæ sint personæ similes videlicet pupillus, ecclesia, prodigus, furiosus, & intra quantum tempus debet peti restitutio. & *Alex. n. 6. late agit de tempore petendæ restitutionis. Tuscus conclus. 291. Restitutio. n. 33. & seq. vbi an detur principi.*

17 Ampl. Præsertim † in milite. *Cast. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. n. 5. vers. fallit in casu.*

18 Ampl. Presertim † in eo qui erat absens causa reipub. *Cast. in l. 1. C. de iuris & fact. ignor. n. 5. vers. item fallit.*

19 Ampl. Præsertim † si condemnatus fuit legitimè impeditus, quominus instrumenta produxerit, quibus intendit docere de solutione. *Cast. in l. imperatores. 25. ff. de re Iud. n. 2. in fin. vers.* Item & tertio. & dixi §. præcedenti. Limit. 2.

20 Ampl. Vt omni casu † quo quis audiri velit aduersus sententiam, quę transiuit in iudicatum, petenda sit in integrum restitutio. *Imol. in l. imperatores. de re iudic. n. 1. circa fin. vers. & hoc tenuit Iac. Ba. Tuscus conclus. 269. Res iudicata n. 9.*

21 Ampl. Præsertim vbi petens † restitutionem, probabilem habebat ignorantiæ causam, quod adessent testes, vel instrumenta, quibus probare posset solutionem *Imol. in l. imperatores ff. de re iud. n. 2. circa prin.* addendo, quid dicendum, vbi quis non habet ignorantiæ probabilem causam. *Alex. n. 8. vers. si autem victus.* vbi præterea disputat, an restituatur ex generali clausula, vel ex gratia à principe. *Guttier. Tract. de iurament. Confirmat. part. 3. cap. 7. n. 8. vbi exempla refert. & ita iudicatum. Boer. decis. 307. n. 2. in prin. Tuscus conclus. 160. sententia. n. 29.*

22 Ampl. Præsertim vbi restitutio † in integrum conceditur à principe, vel alio non recognoscente superiorem. *Imol. in l. imperatores ff. de re iudic. n. 3. in prin.*

23 Ampl. Præsertim si sententia † fuit lata ex falsis testibus, vel instrumentis, nam concessa restitutione in integrum victo, victor præterea punitur de delicto commixto. *l. Diuus ff. de re iud. l. fin. C. si ex fals. inst. Guttier. Tract. de iurament. confirmat. part. 3. cap. 7. n. 2. in fin.*

24 Ampl. Etiam vbi petens † restitui fuit impeditus, iura, & testes nouiter repertos exhibere, vt quia successor in alterius ius ignorabat, vbi reperirẽtur, vel post cõtinuatam perquisitionem, illa adinuenit. *Guttier.*

Guttier. de iuram. confirmat. part. 3. *cap.* 7. *n.* 8. 14. *Boer. decis.* 307, *n.* 2. *vers. Bart.* qui tenet. necesse esse in priuata persona allegare, & probare, non potuisse in primo iudicio producere talia instrumenta de nouo reperta, licet secus sit in fisco, minore, ecclesia, & similibus, quibus sat est dicere instrumenta fuisse de nouo reperta.

25 Ampl. Vt non differat † an quis sit maior, vel minor. *Cardin. Tuscus conclus.* 291. *Restitutio. n.* 16. *& seq. plurib.*

26 Ampl. Præsertim in † ecclesia, fisco, & pupillo, etiam quod non probent ignorasse iura de nouo reperta. *Tuscus conclus.* 291. *Restitutio. n.* 32. *& seq. agendo n.* 37. *& seq. quid dicendum*, si semel fuerit concessa restitutio.

27 Ampl. Si in processu † causæ exceperat de solutione quam in gradu restitutionis in integrum prætendit probare, ex instrumentis de nouo repertis, nam ex præfata exceptione non arguitur scientia instrumenti de nouo reperti, & consequenter deficiat ignorantia, quæ est fundamentum restitutionis. *Tuscus conclus.* 291. *Restitutio. n.* 43. *& seq.*

Intelligas tamen relatam conclusio-
28 nem † cum suis extensionibus, quoties allegata causa restitutionis in integrum probatur concludenter, itaut non sit locus iuramento suppletorio. *Socin. cons.* 164. *lib.* 2. *n.* 7. *Boer. decis.* 307. *n.* 2. *Curt. Iun. cons.* 18. *memoria. n.* 3. *vers. Tertio.* Concludens, si quis petat restitui in integrum ex instrumentis nouiter repertis, illis tantum, & non alijs probationibus simul iunctis. vtatur vt dixerat. *Boer. d. decis.* 307 *in fin.*

29 Contrarium voluit † *Crauet. cons.* 408. *coram n.* 30. asserens relatam intelligentiam Curt. & aliorum iure non probari.

30 Limit. Vbi reus † condemnatus fuit negligens in producendo, & perquirendo iura, & scripturas, quas asserit de nouo reperisse, nam tunc non ex generali clausula, sed beneficio principis restitutus audiretur in allegata exceptione solutionis, iuxta congesta. *per Gabriel. de Restit. in integ. conclus.* 2. *n.* 5. *& seq. Curt. Iun. cons.* 18. *n.* 3. concludens, concedi restitutionem si allegetur impedimentum, vel ignorantia, & probetur alterum. *Tuscus conclus.* 291. *n.* 60. *Restitutio in integrum.*

31 Limit. Vbi dolo victoris † sententia transiuit in iudicatum, nam cum victo detur ordinaria actio de dolo, vel condictio sine causa, negaretur illi extraordinarium remedium restitutionis in integrum, vt laté relatis pluribus probat *Gabriel. de Restit. in integ. conclus.* 2. *n.* 7. *& seq. Iaf. l. imperatores. ff. de re iud. n.* 7. *vers. Quinto. & Cast. n.* 2 *in fin* addendo contra dolosum agi posse crimine stellionatus, vel in factum. *& Alex. n.* 7. *&* 8.

32 Limit. Vbi sententia † quæ transiuit in iudicatum fuit lata in vim confessionis eius, qui restitui vult in integrum. *Cast. in l. cum falsa.* 5. *C. de iur. & fact. ignor. n.* 2. *vers. Hoc tamen intellige.*

33 Limit. Vbi sententia fuit lata † in criminali, nisi condemnatus ex gratia principis restituatur, quamuis ex nouiter repertis, constet de illius innocentia. *Guttier. Tract. de Iuram. confirmat. part.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. addendo aliud fuisse statutum lege Hispanica aduersus iudices carnifices, qui hoc non seruant, sed spreta ipsius rei innocentia, suas sanguinolentas sententias exequuntur.

34 Limit. Vbi in prima † instantia fuit exceptum, & discussum id, quod nũc deducitur pro fundamento restitutionis in integrum. *Tuscus conclus.* 291. *n.* 55. *& seq.*

---

§. IV.

SVMMARIVM.

Solutio vt sit legitima quid sit considerandum. 1.

QVia supra sæpe dixi, quod legitima
1 solutione † probata retardatur executio sententiæ, ne quid examini huius exceptionis desit, considerando, quod ad effectum vt legitima dicatur solutio, inquirendum est de persona quæ soluat, & cui soluatur, & inuestigandum præterea quid fuerit solutum, sed quia propositæ materiæ examen in longum abit, ac vnico contextu claré examinari minimé potest

teft, ideo illum diuidendo, continuata feriè paragraphorum, agam primo quis rectè & canonicè foluere poffit.

§. V.

SVMMARIVM.

Solutionis nomine continetur omnis actus quo quis liberatur nexu creditoris. 1. 2.

Solutio legitima est quæ fit in qualitate quantitate promissa. n. 1. *& loco conuento.* 3.

Soluere non dicitur qui vult dare pignora vel fideiussorem. 4. *item qui soluit vt statim repeteret.* 5.

Solutio legitima respectu soluentis est illa, quæ fit ab ipsomet debitore. tempore solutionis. 6. *ampl.* 10 15. 16. 21. 22. 25. 26. 30. 36. 37. *Limit.* 38.

Debitor in diem, vel sub conditione non est propriè debitor. 7. *ampl. ibid. an possit conueniri creditorem ad recipiendum ante diem, vel purificatam conditionem.* 8.

Minor soluens creditori suo, rectè soluit, nec repetit, 10. *tradens rem immobilem sine decreto iudicis, quam tradi iusserat testator rectè tradit.* 15. *potest sine curatore restituere hæreditatem.* 12.

Pupillus soluendo non facit nummos sui creditoris. 13. *Limit.* 28.

Vesembec. reprobatur. 14.

Hæres an possit soluere cui velit creditori habenti personalem. 16. 17.

Diligentia prodest creditori habenti personalem. 17.

Cap. qui prior cessat inter creditores habentes personalem actionem tantum. 18.

Vigilantibus iura subueniunt. 19.

Creditores cum hypoteca quando possint auocare pecuniam posteriori solutam 20.

Debitor in diem si soluat ante diem an repetat solutum, vel interesse passum, a soluente. 23.

L. 1. *C. de condict. ex lege. limitatur.* 24.

Pecunia quando vindicari possit. 20. 29.

Solutio fieri potest à tertio. 30. *ampl.* 31. 34. 35. *an ad euitandam caducitatem emphiteotæ.* 33.

Solutio indebita quæ dicatur. 39.

1 SOlutionis verbum † confiderato effectu, extendi ad alios actus, quam ad eum, qui nummorum numeratione, vel pondetatione fit inter dantem & recipientem, expreffè dixit Paulus *in l. folutionisi* 54. *ff. de folution.* idemque eft folu-
2 tio † quod liberatio, vt patet *ex Rub. ff. de folution. & liberat* quapropter fiue quis eximatur nexu creditoris per acceptilationem, vel nouationem, vel delegationem, vel quouis alio modo ciuili, vel naturali modo tradito *in titul. Inft. Quib. modi tollitur obligat. & toto Titul. ff. de folution. & liberat.* femper creditor dicetur foluiffe, & fe è manibus adunci creditoris liberaffe, æquè ac fi pecuniam illi numeraffet, vel aliud, quod deberet præftitiffet *l. liberationis. ff. de verb. fignif. & ibi Alciat. in fin.*

Accipiendo itaque folutionem in ftricto & proprio fignificatu, notandum eft,
3 vt dicatur legitimè † folutum, requiris vt detur quod fuit promiffum congruis loco & tempore *l. fi folutarus. ff. de folution.* in eadem qualitate, & quantitate pecuniæ, quæ erat danda, iuxta conuentionem *l. folutionis. verf. foluere. ff. de verb. fignif. l.* 2. *§. mutui. ff. fi cert. petat. vbi Doctores communiter. l. qui hominem.* 34. *§. fi decem. l. fi quis alium. §. fin. ff. de folut.*
4 ideo fi quis pignora † vel fideiuffores dare velit vel foluere in loco non conuento. non dicitur foluere voluiffe. *l. promiffor. §. fin. ff. de conft. pecun. l.* 4. *§. ait prætor. ff. de re iud. l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pign. vel hypot. foluit. l. obfignatione* 9. *C. de folut. l. folidum.* 85 *ff. de*
5 *folution.* & poftremo † ita pecunia recipienti foluatur, quoad illa perpetuo fiat fua, nam qui foluit, vt deinde repeteret non dicitur foluiffe. *l. qui fic. ff. de folution. vt latius dicam infra §.* vbi agam de fine in quem facta fuerit folutio.

6 Legitima itaque erit folutio † refpectu foluentis fi fiat *ab ipfomet debitore*, ideft ab eo qui inuitus cogi poteft ad foluendum, tempore folutionis. *l. debitor. ff. de verb. fignific. §. omnium inft. de action.* quare fi debitor effet in diem, vel fub conditio-
7 ne † non effet propriè debitor, & condênatus ad foluendum tamquam grauatus conqueri poteft de iniquitate iudicis, remedio appellationis, & reuocanda in illum facta executio vt dixi fopra. §. 1. fed an

an idem debitor conditionalis, vel in
8 diem † ficuti non poteſt conueniri à creditore ad ſoluendum ratione correlationis non poſſit conuenire creditorem ad recipiendum, remittendaſque vſuras prorata temporis, videndi ſunt *Aym. publie. ad conſuetud. Aluern. Titul.* 16. *Art.* 21.*n.* 7. *& ſeq. Muſcatel. in prax. fideiuſ. part.* 2. *Quaeſt.* 3. *Tertio. Bart. in l. qui Romae.* 122. *ff. de verb. obligat. n.* 3.&
9 facta † procuratori qui ante aduentũ diei foro cedat, an ſuffragetur ſoluenti dixi *infra §.* 7. *verſ. Tertio.*

10 Ampl. Etiam vbi debitor eſt minor † & ſiue habeat, ſiue non habeat curatorem. Nam ſoluendo creditori ſuo ſine conſenſu curatoris, legitimè dicitur ſoluiſſe, & facere nummos accipientis, itaut non detur illorum repetitio *Iaſ. l.* 1. *§. fuit quaeſitum. ff. ad Trebel. n.* 29. *&* 31. *& ſeq.* vbi latè comprobat. *& n.* 34. *cum Cuman.* concludit quod in ſolutione debiti,
11 quæ fiat à minore † etiam ſi fiat de re immobili, quæ tamen vt ego addo eſſet tradenda, ex præcepto teſtatoris, vel alia iuſta cauſa, & titulo, non requiratur iudicis decretum. *l. magis puto. §. ſi pupillus el.* 2. *ff. de reb. eorum l. quoties §. ſicut*
12 *autem ff. de admin. tut.* ideo minor † ſine curatore reſtituit hæreditatem *Alex. ibid. n.* 3. *& in l. ſi curatorem C. de reſtit. in integ. n.* 9. *Cald. ibid. §. hunc contractum n.* 16 addendo, aliud dicendum in pupillo,
13 † qui ſoluendo ſuo creditori non facit nummos illius, ſed datur ipſorum repetitio *l. quod ſi forte* 14. *§. fin. & l ſeq. ff. de ſolut. & l.* 1. *&* 2. *C. ſi aduerſ. vendit. l. ait. praetor.* 7. *§. ſed & ſi ff. de minor. l. interdum* 29. *ff. de cond. indeb. l* 1. *§. curatori ff. ad Trebellian. Faber. coniectur. lib.* 9. *cap.* 6. *Robert. ſent. lib.* 1. *cap.* 10. *Bellon. lib.* 3. *Supput. cap.* 15. & ideo
14 recedo ad † opinione Veſembec. qui in ſuis paratitil. *cap. de ſolution. n.* 3. voluit minorem non rectè ſoluere ſuo creditori abſque curatoris conſenſu.

15 Ampl. etiam in hærede † debitoris, qui cum ſit eadem perſona cum defuncto, *l. haeredem ff. de regul. iuriſ.* quod ille ſoluit, dicitur à defuncto debitore ſolutum.
16 Nec differt an ſolutio facta fuerit † ab hærede prioribus, vel poſterioribus vel potioribus, vel non potioribus creditoribus, habentibus perſonalem actionem tantum, ſed ſoluerit primo venienti. *l. ſcimus* 22. *§. & ſupraſatam C. de iur. delib.* etiam quod non ſoluiſſet hypothecatis. *Surd. conſ.* 4. *n.* 11. *& ſeq.* addendo quando pecunia ſoluta poſſit à recipiente auocari, ſi tamen illi erant creditores, & potius illis quam alijs per gratificationem, non fuerit facta ſolutio, quo caſu exigentes deberent exacta cæteris concreditoribus communicare *l. pupillus vbi Bart. notat in ſummar o ff. quae in fraud. credit. l. ſi non expedierit §. ſi pupillus ff. de reb. aut. iud. poſſid. vbi Bart. in ſummario* inquit quod ſolutio facta vni creditori † altero negligente non reuocatur, facta vero vtroque inſtante, communicatur in ſubſidium; vel pupillo reſtituitur. & iſte eſt
17 vnus ex caſibus in quibus diligentia † prodeſt, & negligentia nocet. *d. l. pupillus per quem textum ita firmat Gomeſ. ad Regul. de Triennal. Quaeſt.* 28. *cap. epilog. caſuum negligentia n.* 66. *Bald. d. §. & ſupraſatam n.* 4. *& ſeq.* concludens hæredem non obligari citare creditores ad videndum potius huic, quã alteri fieri ſolutionē
18 quia inter † creditores habentes actionem perſonalem ceſſat regula, *Qui prior. de regul. iur. ff. ſeruatur aſſumptum*, quod
19 quod vigilantibus † & non dormientibus iura ſunt ſcripta. *Bald. conſ.* 432. *viſiſ. n.* 1. *verſ. ſecundo & conſ.* 485. *lib.* 1. *n.* 2 *in fin. Gail. obſeruat* 25. *creditoribus lib.* 2. *n.* 12. *& ſeq. Rota Ianuenſ. deciſ.* 13. *n.* 31. *circa med. Ripal. priuilegia. ff. de priuileg. credit. n.* 3. *Hartman. pratic. forenſ. de creditoribus, obſeruat* 12. *in fin. Trentacinq. Var. Reſolut. lib.* 3. *de ſolution. Reſolut.* 23. *Heres n.* 5. *Arnald. Ferron. ad conſuetud. Burdegal. de Dote. §.* 3. *col.* 2. *verſ. At regulariter vſq. in fin.* Sed an hy-
20 pothecarij † poſſint vindicare pecuniam ſolutam habentibus ſolam perſonalem. videndi ſunt *Gail. d. obſeruat.* 25. *n.* 14. *& ſeq. Grammat. Quaeſt.* 1. *poſt deciſ.* 105. *Afflic. deciſ.* 190. *And. Rauchbar. Quaeſt.* 9. *Hanc libr.* 2.

21 Ampl. etiam ſi † debitor ſoluat creditori inquiſito, & proceſſato, de aliquo crimine vt dicam latius. §. ſequent.

22 Ampl. etiam ſi debitor † ante diem ſoluat,

uat,nam quamuis antè aduentum diei nō possit conueniri ad soluendum. *l.1.C. de cōnd.ex lege Marsil.singul.355.Debitor.n.1* nec formari processus, vt adueniente die soluat. *Cagnol.l. in omnibus ff. de regul.iur.*
23 *nu.*16.& si soluat potest repetere † commodum quod soluens interim erat percepturus. *Tiraquel.de retract. lignag.§.1. glos.18.n.37.* attamen quia idem est verè debitor, & ante diem soluendo minimè soluta repetit.*l.in diem ff.de cond.indeb.* legitimè dicitur idem soluisse.

24 Quæ dixi † *ex l.1.C.de cōdict.ex lege* Limitabis in debitore fisci,&debitore debitoris fisci, qui remissione illi facta interusurij medij tēporis cogi potest ad soluendum ante aduentum diei,*d.l.1.in fin.*&ibi *Gloss.verb.exsoluatur Marsil.singul.355.n.1.in fin.* subdendo n.2.quod quotidie ita practicatur, cum conductoribus gabellarum, & eam practicam esse iustam, etiam contra debitorem debitoris fisci. *Vinc. de Franc. decis.*218. *Consuetudine n.5. in fin. Thesaur.latè probans relatam praxim.q.54. lib.2. n.2.* vbi alios plures consentientes refert testando, quod condemnato,ad fauorem fisci,debitore, qui post lapsum temporis exigere poterat,fuisse iudicatū, ante tempus fiscum,posse exigere.

25 Ampl. etiam vbi debitor † soluens haberet correum pebendi in solidum, nam solutio facta ab illo extinguit totum debitum, &liberatur correus,etiam quòd soluens protestetur nolle correum liberari. *l.3.§.fin.ff.de duob. reis Prosper.Paset. cons.125.Non.n.1.& seq.& n.8.& seq.& cons.126.in causa nu.1.vsque in fin. Benintend.* qui iudicauit ex scriptis Paseti, & illius dictorum non meminit. *decis.*81.n.8.& seq.

26 Ampl.etiam vbi debitor,† est pupillus, nam licet ille citra consensum tutoris nihil valide faciat de rebus suis,illas abdicādo, seu distrahendo. *§.1. Inst.de autor. tu-*
27 *tor.*& soluendo creditori suo † non faciat nummos accipientis. *l. quod si forte 14. §. fin in fin. ff. de solut.§. fin. inst. quibus alienat.licet,vel non.* si tamen creditor consū-
28 psit nūmos sibi solutos† à pupillo,legitima est solutio. *l.quod si forte in fin. ff. de solut. l. non omnis §.fin.ff.si sent. petat glos.fin.§. fin. inst. quib. alien. licet vel non.* & ratio
29 est quia cum pecunia † consumpta non possit vindicari à recipiente,ex quo apud illum non extat *l.officium §.denique.ff.de rei vendic.* vt pupillus fiat indemnis, qui alios secum contrahendo obligat,sed non obligatur.*§.fin.Inst.quib.alien.licet vel nō.* nullatenus soluta pecunia vēdicari potest, sed bene sequitur pupilli liberatio. *Barnab.Brison.de Solution.lib.1.in princ. vers. soluere.*

30 Ampl. etiam vbi solutio † fit à tertio, qui non sit debitor, nam debitore etiam ignorante, vel absente, inuito,& nolente, extinguitur illius obligatio. *l. soluendo. ff. de negot.gest.vbi Bart.Roman. cons.428. in terminis num.8.& seq.vers.circa tertium. Abb.cons.97.lib.2.Alex.cons.37.nu.2.lib.3.*
31 & euitatur † pœna cominata in debitorem *Roman.cons.491 in casu n.4.in fin.* vbi addentes alios consentientes referūt,
32 qui volunt tertium † posse soluere Canonem ad effectum, vt emphiteota non
33 incidat in† commissum,vt latè examināt. *Tuscus conclus.192.Emphiteota non soluēs. Mat. Berlic.conclus.46.n 36.& seq.part.2.*
34 nec refert quo † nomine fiat solutio.*Bal. cons.426.lib.4.nu.3.* quod præsertim procedit in creditore emphiteotæ,cui bona emphiteotica sint obligata. *Bald.l.lex vectigali. 31.ff.de pignorib.nu.2.Roman.sing. 562.Mastril.decis.154.nu.1. & seq. Mandel. cons.397.primum nu.1.& seq.Natta cons.194. magnif.num.8.* & quod solutio-
35 ne † facta à tertio extinguatur debitoris obligatio firmant. *Ias. in l.si res obligata. ff. de legat.1.n.44.Cast.n.6 vers. si verò, & examinat Afin.de exequut.§.7.cap.165.* & & de soluente pro emphiteuta *dixi latè infra §.22.nu.14.& seq.*

36 Ampl. præsertim si fuit † facta ex decreto iudicis, quia siue sit iustum, siue iniustum, facta solutione liberatur debitor, *dixi infra §.8.vers.8.*

37 Ampl. non solum † liberatur debitor principalis, sed etiam fideiussorum, & quorumcumque obligatorum extinguatur obligatio,*Soc.cons.18.prosequēdo lib.1.*

38 Limit. vbi fuit† indebitè facta. *L. quoties.1.§. fin.ff.sol.matr.l.cum quis §.si debitorem.ff. de solution.l.qui seruum. ff. de inter.act.Mantua.singul.3. Quidam num.5. & singul.157.*

39 Indebita autem erit solutio† si fuerit cum

cum damno alicuius vtputa facta Prælato antequam cesserit, & venerit dies illam faciendi, si moriatur *Rodoan.de verb. eccles.non alien.q.58.n.33.Graſ.de except. cap.25.n.103.& ſeq. num.117.& ſeq.*

---

§. VI.

SVMMARIVM.

Facere per ſe, & facere per alium ſunt paria.1.ampl.2.3.4.

Mulier contrahens per procuratorem debet ſeruare eaſdem ſolemnitates, quas ſeruaret ſi ipſa contraheret. 4.

Solutio eſt legitima,quoad omnes effectus,quæ ſit ab aliquo pro alio 5.

Soluere pro alio poteſt procurator conſtitutus ad adminiſtrandum bona conſtituentis, vel ad ſoluendum 6. *Limita ibid. quando pater pro filio* 7. *grauatus fidei commiſſo pro fideicommiſſario.*8. *quādo curator ventri datur.*9. *quando ſeruus pro domino.* 10.*Tutor quando ſibi ſoluere poſſit.* 11.*gerens negotia aliena quando ſibi ſoluere poſſit.*13.*fideiuſſor habens confideiuſſorem totum debitum ſoluere poteſt.*14. *quando tutor, vel correus ſoluat.*18.*quiſque poteſt ſoluere pro alio.*19.

L.3.§. quid ergo ff. de contrar. & vtil. Tutel. actio.ſingularis. eſt 12.

Fideiuſſor qui habet confideiuſſorē poteſt totū debitum ſoluere. 14.*an in actu ſolutionis, vel quandocumque poſt fieri illi poſſit ceſſio.* 15.17.*qua actione repetat à confideiuſſore,ſi ſibi non ſunt ceſſa iura.*16.

1 QVia non differt† an quis faciat per ſe ipſum, vel per alium *cap.qui facit,de regul.iur.Grat.conſ.5.lib.1.num.10.& ſeq. Tiraquel.ad l.final.Connubial. gloſ.5.verb. contracter.num.*193. præſertim in ijs, quæ conſiſtunt in faciendo, vt declarat *Tiraquel.de iur.Conſtit.part.2.Ampliat.1.n.6*
3 *circa med.* etiam quod ſimus in† pœnalibus *Abbas cap.mulieres de ſent.excomm.n. 4.Veral.deciſ.* 196.*p.3.n.1.& ſeq.* vel in
4 diſpoſitione † ſtatuti.*Tiraquel.de verb.cōtracter. num.*184. concludens mulierem contrahentem per procuratorem,debere ſeruare eeſdem ſolemnitates, quas ſeruaret ſi ipſa, ſine procuratore contraheret.
5 Ideo legitima † erit ſolutio, ex eaque omnes effectus ſolutionis conſequuntur,ſi ab alio, quàm à debitore fiat illius nomine ſolutio. *l. qui mandat.*56.*ff.de ſolution. l. quod ſtatu liber.*41.*ff.de donat.cauſ.mort.vbi Papinianus ait, quod ab alio nomine alterius illo præſente datur ab ipſo datum intelligitur*. Qui autem pro alio legitimè ſoluant libet recenſere.
6 Primo procurator† conſtitutus ad adminiſtrādum generaliter bona conſtituētis, vel qui in ſpetie fuit conſtitutus ad ſoluendum; ſi tamen ſoluat debita,quæ exactionem habent, non autem retentionem tantum. *l.quodlibet.* 87 *ff.de ſolution.* ideo non rectè ſoluit ei, cui mandans erat tantum naturaliter obligatus. *arg.l. qui peculij.*8.*ff.de pecul.l obligatione generali.ff.de pignor.per quæ iura ita firmat Briſſon de ſolution.lib.*1.*verſ.Idem iuriſ.*
7 Pater ſoluendo † pro filio, qui validè fuerit obligatus, modo ſoluat ſuo, non autem filij nomine.*l.ſi ita ſtipulatus ſim.ff.de ſolution.* nam ſi filij nomine ſoluere vellet repellitur, niſi integrè ſoluat.*Briſon.de ſolution.lib.*1.*verſ.ſed vt eò.*
8 Hæres grauatus † reſtituere, recte ſoluit ante reſtitutam hæreditatem,& detrahit ſoluta.*l.ante reſtitutam. ff. de ſolution. l.ita tamen.§.qui ex Trebelliano ff. ad Trebell.*
9 Item Curator† ventri datus,ſi graue ſit debitum, quòd pœna creſcat, vel pignoribus pretioſis debeatur. *L.curator.ff. de vent.in poſſeſſ.mittend.*
10 Seruus cui † peculij ſui adminiſtratio conceſſa fuerit,creditoribus ſuis rectè ſoluit, ſicuti etiam ſi præpoſitus dominicis negotijs, quid ab illo petatur. *l.egiſti ff.de ſolution.l.ſi is cui §.*1.*ff. eodem.*
11 Tutor ſicut ſoluere †quod debet, ita & exigere poteſt,quod ſibi à pupillo debetur ſi creditor fuerit patris pupilli, vel etiam ipſius pupilli,ſi adfuerit pecunia vnde ſoluat, & ſi vſuræ fuerint graues, illis releuabitur pupillus. *l.quoties §.ſicut ff.de admin. tut.l. ſed non dantur. ff. de tutel. & ration. diſt.* modo non ſit tutor legitimus, vel datiuus, & ſit ſolus,nec habeat contutorem *Decian.conſ.*60.*primo ergo lib* 3.& pecuniæ nō eſſent depoſitatæ, ſeu deſtinatæ in em-
12 ptionem prædiorum. *l.3.§.quid ergo* .† *ff.*

de contrar. & vtil. action. tutel. quem tex. Rom. singul. 104. *Tu habes. Alex. in l. cætera. §. sed si separauit ff. de legat. 3. num.* 3. *Boer. decis.* 209. *& illius num. 2. in fin. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n.* 106. dicunt vnicum & singularem.

13 Negotia aliena gerens, † si ideo, vel alia ex causa quæ dilationem non pateretur, inuito creditore sibi rectè soluit. *l. diuortio. ff. de negot. gest.*

14 Fideiussor habens confideiussorem † rectè totum debitum soluit, & cessis sibi a creditore actionibus, agit pro dimidio
contra confideiussorem. *l. cum is* 36. *ff. de*
15 *fideius.* nec refert an cessio † sibi fuerit
facta simul, & semel, dum solueret, vel quandocumque post solutionem, quia pecunia dicitur soluta potius pretio mandandarum actionum, quam obligationis soluendæ gratia, & nomine fideiussoris potiùs, quàm debitoris. *l. cum is* 36. *l. sicut* 65 *ff. de fideiuss.* Bart. *l. modestinus* 76. *ff. de solut. num.* 4. *Cuman. num.* 3. *Albericus num.* 2. *Imol. num.* 4. *Coler. de process. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 370. *& seq.* vbi præterea re-
16 fert, quæ † actiones competunt fideiussori ad repetendum a confideiussore ratam, vbi minime a creditore sunt sibi cessæ actiones. *Anton. Hering. tract. de fideius. cap.* 28. *num.* 38. *& seq. plurib.* vbi hanc
17 opinionem, † quod cessio fieri possit ex interuallo late defendit, dum prius *n.* 34. *& seq.* retulisset, qui contrarium volunt, sicuti & *Menoc. præsumpt.* 143. *lib.* 3. *nu.* 6. *& seq. & num.* 11. residet in ista opinione sequendo *Bart. & Comens.*

18 Tutor vel correus, † si quod pupillo, vel creditori est debitum, soluit, rectè soluit, & contutor, & correus liberatur, & nisi soluendo pactus fuerit de cessione iurium sibi facienda, vel minimè facta fuerit eodem solutionis tempore, vel incontinenti post, frustra illam deinde sibi fieri desiderat, *arg. l. si me, & Titium* 32. *ff. si cert. petat l. modestinus* 76. *ff. de solut. vbi Bart. num. 4. l. si ex pluribus* 16. *ff. de acceptil. Menoc. præsumpt.* 143. *egregia. lib.* 3. *num.* 4. vbi plures & concludentes rationes refert, & latius *Anton. Faber. coniect. lib.* 11. *cap.* 6. 7. 8. 12. *&* 17. & ante illum idem dixerat, & pro regula, cum aliquibus limitationibus firmauerat. *Roncagal. in l. reos. ff. de duob. reis. num.* 41. *& sequen. & num.* 49.

19 Postremo quilibet † potest alienum debitum soluere. *l. soluere. ff. de solut.* ad quem textum plura congessi in meis conlect. & dixi infra. §. 22.

§. VII.

SVMMARIVM.

Solutio fieri debet ipsi creditori, & non alteri. 1. *Amplia.* 2. 5. 12. 13. 14. 44. *Limit.* 50. *Sublimit.* 51.

Solutio facta ei, cum quo quis contraxit, parit liberationem. 25. *ampl.* 26. 27. 28.

Inquisito de delicto, quando rectè soluatur. 2. 4.

Beneficium non vacat, etiamsi delinquens sit inquisitus, sed nondum condemnatus. 3. *Limit.* 4.

Hæredi, vt rectè soluatur cautela adhibenda. 6.

Hæres non conuenitur nisi pro portione, qua est hæres, nec etiam exigere vltra eam. 8. *quādo in solidum.* 7. *cautella obseruanda, vbi maior pars vrget ad soluendum.* 9.

Debitor soluens ex decreto, vbi maior pars creditorum vrget, vt soluat, liberatur quoad omnes. 10. *Limit.* 11.

Solutio quando fieri possit procuratori. 14. 15. 16. *quando procuratori falso.* 17. 18. 23. *quando procuratori reuocato, & quando pariat liberationem.* 19 22. *quando procuratori ex instrumento mandati falso.* 24. *facta procuratori ante aduentum diei solutionis, si ille interim foro cedat, vel reuocetur.* 29. *procuratori in rem suam facta liberat debitorem.* 30.

Mandati defectum quis probare debeat. 20. *quomodo probetur. ibid. reuocatio illius quomodo probetur.* 21.

Procurator in rem suam præfertur domino in concursu exactionis. 31. *Limit.* 32.

Solutio facta ei, qui non habebat mandatum, liberat debitorem. si dominus illam ratam habeat. 33. *si ante rati habitionem dominus mutet statum, quid dicendum.* 34. *quid si communiter habebatur pro procuratore.* 35.

Agere

Agere multi possunt pro alio sine mandato. 36.

Exigere nemo potest, quæ alteri sunt debita sine mandato. 37. Limita. 38.

Solutio facta procuratori, cuius mandatum fuit reuocatum de iure, vel de facto non liberat soluentem. 39. Limita. 42. 43.

Mandatum quando dicatur reuocatum de iure, vel de facto. 40. 41.

Pater & filius eadem est persona, & caro. 45.

Vxor, & maritus est eadem persona, & caro. 45.

L. si cum filio fam. §. 1. ff. de compensat. declaratur. 46.

Solutio facta ei, qui mala fide possidebat rem, cuius causa facta est solutio, an pariat effectus legitimæ solutionis.

Soluens procuratori falso, vel reuocato, quomodo sibi consulatur. 48.

Solutionis exceptio, vbi de illa constat per confessionem de recepto, an prosit. 49.

Pupillo & similibus, quando solui possit. 50. 51. 53. 54.

Pupillum factum esse locupletiorem ex solutione sibi facta probare debet, qui soluit. 52.

QVia non sat est ad effectum legitimæ solutionis, vt illa fiat per se,
vel alium a debitore, sed est præterea
necesse, vt fiat ipsi creditori, qui recipiendi habeat facultatem per se, vel alium, illius vice, regula constituenda est, vt cre-
1 ditori † fieri debeat solutio, & non alteri. *§. 1. inst. quib. mod. tollit. obligat. cum alijs cumulatis a Surd. decis. 60. num. 1. & decis. 229. num. 1. & cons. 43. num. 1. Grat. discept. 636. num. 1.*
2 Ampl. etiamsi creditor, † cui soluitur
esset inquisitus, & processatus de crimine aliquo, modo conscientia sceleris territus, non sit in fuga. *l. suo. ff. de solution. l. aufertur 46. §. in reatu. ff. de iure fisc. l. fin. §. fin. ff. de requirend. reis.* sicuti, & eo-
3 dem casu † non vacat beneficium nisi lata sententia, qua beneficiatus priuatur, vt late *ex Fel. in cap. inquisitionis. de accusat. glos. cap. 2. verb. finita. vt lite pend. in sext. capel. Tolos. decis. 436. Rota dec. 5. de re iud. in antiq. Bisign. Rebuf. de pacific. possess. num. 261. & alijs concludit Petrus Gregor. Tholos. tract. de benef. cap. 33. n. 3.*
4 Nisi tamen † tam creditor, quam beneficiatus sit reus criminis læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ. *l. fin. C. ad l. Iul. Maiest. l. quisquis. C. eod. cap. ad abolendam. de hæretic. Ancar. cons. 288. vltra Petr. Greg. de benefic. cap. 26. num. 5. & cap. 33. num. 4. vers. Secundus. Brison. tract. de solut. lib. 1. vers. Nunc videamus.*
5 Ampl. etiam, vbi † solutio fit illius hæ-
redi, nam cum ille defuncti personam repræsentet, & in illum translata, seu continuent eius iura. *l. hæredem. l. hæreditas. de reg. iur.* sicuti vt dixi in præcedenti. *§. si hæres.* canonicè soluit pariter, & canonicè exigit. *l. hæres 37. ff. de acquir hæred. l. cum hæres 11. ff. de diuer. & tempor.*
6 *præscript.* Cautio tamen † erit adhiben-
da a soluente an vnicus, vel plures sint, nam quamuis plures sint casus, quibus
7 singuli hæredes † in solidum conuenian-
tur, quos referunt *Ripa in l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. num. 28. Parlador. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 1. num. 11. & seq. Gratian. disceptat. 16. retractanda. num. 10. vsque ad 18. 25. & seq. plurib. Caual. in Specul. commun. opin. quæst. 76. Titius n. 7. & seq. Gomes. var. resol. to. 2. cap. 10. d. nu. 4. Costa tract. de portion. & rata. quæst. 23. actiones nu. 1. & seq. Ieronym. Fernandez. disp. 23. accidit:* Exigere tamen nemo hæ-
8 redum † potest vltra eam partem, qua est
hæres. *Svein. cons. 8. ad maiorem. lib. 5. n. 6. & probatur argum. l. 1. & 2. C. de hæred.*
9 *action.* quare si maior pars † hæredum
vrgeat debitorem ad soluendum, caute aget debitor, vt inquit Pomponius *in l. stipulatus 81. §. 1. ff. de solut.* si ex decre-
10 to † iudicis soluat, nam plenam consequi-
tur liberationem, quoad omnes. *glos. in l. furti. ff. de ijs, qui notat. infam. Bart. l. creditor. ff. de solut. num. 3. quem refert* Cagnol. *in l. non videntur. §. qui iussu ff. de reg. iur. num. 2.* vbi alios plures consentientes re-
11 fert † cum declarationibus tamen, & cir-
cumstantijs relatis *ab Afflict. decis. 150. Menoc. de arbit. iud. casu 137. n. 5. vsque ad 28.* Gaspar. *thesaur. quæst. 54. lib. 2. Fontanel. tract. de pact. dotal. claus. 3. glos. 2. num. 42. & seq.* quos indicasse sufficiat, ne sim longior extra propositum argumen-
12 tum. quæ dixi de solutione facta † hæredi,
addas procedere, nedum in primo, sed

etiam in secundo. quare grauato restituere, rectè soluitur, sicut & substituto dum institutus deliberat. *l. antepenult. in fin. ff. de sol.*
13 Ampl. præsertim, si solutio † fiat creditori, cum quo contraxit, etiam quod alias minus legitimè posset exigere. *Alex. conf.120. ponderatis. lib.5. num.7. Surd. decis.60. iudicauit. nu.8. Abb cap. grauis 11. de rest. spol. num.8. Cast. l. si vnus. ff. de pact. num.3.*
14 Ampl. etiam, vbi solutio † fit habenti mandatum exigendi ab ipso creditore, vt puta, quia sit spetialiter constitutus ad recipiendum, vel generalem habeat bonorum, & negotiorum creditoris administrationem. *l. verò 12. l. qui hominem. §. si Titium. el 3. ff. de solut.* † vel est procurator generalis cum libera. *Tiraquel. de retract. lignag. §.9. glos.3. num.7. in fin. Brison. de solut. lib.1. versic. de illo nunc videndum. Alex. conf.120. lib.5. num* 4 Nam si
15 fuerit solutum procuratori † constituto ad lites, non liberatur debitor. *l. hoc iure. 87. ff. de pact.* differt enim mandatum ad lites à mandato ad exigendum. *l. filius. 90. ff. de solut. l. sed & ha persona 35. ff. de procur. Guid. Pap. decis.526. exequutio. num.2. in fin.* addendo ita seruari in iudicijs. *Brison. de solution. lib.1. vers. Diuersam verò esse.*
16 Ex ista ampliatione, plura consequuntur, primo, † quod soluens falso procuratori, vel gerenti se pro procuratore, cum non esset procurator, non liberatur. *l. decem. 71. ff. de solution. Guid. Pap. dec.173. & ibi Matth. addendo Brison. tract. de solut. lib.1. vers. falso. vero procuratori,* referens
17 rationem, quare † aliud sit constitutum in soluente procuratori reuocato de iure, vel de facto, potest tamen, qui soluit condicere soluta. *l. si quis off. ff. de sol.* nisi quis
18 † sciens, prudensque soluerit ei, qui ad exigendum non habebat mandatum, quia præsumitur donasse, *Glos. Bartol. & reliqui in l. Si procuratori. ff. de condict. ob*
19 *caus.* sciuisse autem carentiam † mandati dicitur, vbi de illo sibi minimè constabat, vel constabat de reuocatione. *l. si verò. non remunerandi 12. ff. si mandauero. ff. mandat. l. si procurator 28. ff. de procurat.*
20 quomodo autem probetur mandati † reuocatio, videndus. *Mascard. & ibi addentes de Nigris de probat. conclus.215. num.4. & seq.* An autem soluens procuratori re-
21 uocato † liberetur, & an ei aliquo modo sit consultum, videndi sunt, *in l. penul. ff. de reb. credit. Cyn. num.17. & seq. Alciat. num.21. & seq. Hugo Donel num.4. & seq. Alex. & reliqui in l. si procuratori. ff. de cond. caus. dat. & in l. si quis seruo. ff. de solut. Guid. Pap. decis.173. in dicto. num.1. & s. quen.* distinguendo, quando soluens
22 † falso procuratori liberetur. *Brison. de solut. lib.1. vers. falso vero procuratori.*
23 Limit. vbi † procurator docet de suo
24 mandato per instrumentum in forma publica, licèt intrinsecè illud esset falsum. *Giurba decis.79. num.20. post medium.*
25 Secundò, quod soluens † procuratori, cum quo contraxit, liberatur. *l. filius. C. de pact. vbi Bart. infert*, quod restituens monacho pecuniam ab illo mutuatam, rectè soluit, & liberatur. *& Bald. ibidem*
26 *addit.* quod filiosam. † & seruo solui potest, si quid illis solui fuerit promissum. *Brison. de solut. lib.1. vers. ei etiam, & vers. nam si possessor. Surdus decis. 229. num. 8. & seq.* vbi plura congerit similia. *& n.33.* Limitat, vt tamen non possit nouare, vel aliter pacisci. *Thesaur. quæst. 39. lib. 3.*
27 loquens † de soluente falso tutori, cum quo contraxit. *latè Tuscus conclus. 618. conductor soluens locatori.* Cùm enim patri domino, & monasterio ex persona monaci, filij, & serui actio acquiratur, non potest dominus, vel pater, vel abbas contractum in parte acceptare, & in reliquo impugnare. *Bart. in l. si vrbana. ff. de cond. indeb.* vbi concludit liberari con-
28 ductorem, † qui a prædone conduxerat, *addendo num.4.* idem dicendum de soluente prælato intruso a quo conduxit. *Bal. cap. litteris. de rest. spol. num.7.* qui loquitur de soluente præfecto putatiuo ex contractu cum illo gesto. *Bart. l. cum qui ita. §. qui sibi. ff. de verb. oblig.* qui loquitur de monacho procuratore, & similibus. *Alex.* loquens de eo, qui conduxit ab Abbate malè electo, & illi soluit pensionem. *conf.103. num.17. lib.2. & conf.120. lib.5. col.2. Tuscus conclus.618.* conductor soluens etiam non domino. *Ancaran. Regiens. libro 2. quæst. 31. Straca tractat. de* merca-

mercatur. cap. de adiect. par. 3. num. 42. & seq. Franc. Bec. cons. 19. Surdus decis. 229. verum num. 1. & seq. Fab. de Anacons. 49. num. 21. & seq. lib. 1. & cons. 108. nu. 34. & seq. lib. 2. & de procuratore ad locandum, vt illi de æquitate solui possit pensio, quid quid de rigore iuris dici possit, censuit *consil. Neapolit. teste Vinc. de Franc. decisione 699. Fachin. illust. controuers. lib. 2. cap. 93.*

29 Tertiò, quod † soluens procuratori antequam adueniat solutionis dies, si procurator interim foro cedat, vel fuerit reuocatus, quod nihilominus liberatur debitor, si procurator habebat mandatum cum libera, vel tempus solutioni appositum fuerat gratia debitoris, secus si quis fuerat simpliciter constitutus ad exigendum, quia interim non erat debitor, & procurator, carebat facultate recipiendi, vt distinguendo concludit *Munoz. de Escouar. tract. de ratiocin. admin. cap. 23. num. 56. & seq.* Multum tamen vrgent, vt sine distinctione aliqua liberetur soluens, quæ tradit de sententia lata a vicario episcopi, antequam ignoraret fuisse reuocatum, de collatione beneficij ab eodem facta nesciente mortem episcopi, de sententia iudicis ignorantis datum sibi esse successorem, vel fuisse reuocatum, de sententia lata contra mortuum, cuius mors ignoratur, & in termino de solutione facta procuratori ante diem debitæ solutionis, & alijs similibus. *Gratian discept. 127. quemadmodum. n. 22. vsq. ad* 45.

30 Quartò, quod † procuratori in rem suam constituto rectè fit solutio, & legitima subsequitur soluentis liberatio, & ratio est, quia domini iure habetur, & actiones vtiles exercet. *l. sed si tantùm* 13.

31 *ff. de pact.* adeò vt † in concursu procuratoris, & domini, potiùs illi, quàm isti sit soluendum. *l. procuratori in rem dato* 55. *ff. de procurat. Petr. Fab. Semest. lib. 1. cap. 13. l. sed si tantùm. ff. de pact. Brit. de solution.*

32 *lib. 1. vers. procuratori.* si tamen † constituenti fuerit solutum, liberabitur debitor, nisi denuntiatum fuerit illi, ne solueret, vel partem eidem inhibenti soluerit. *Brison. de solution. lib. 1. versic. procuratori vero.*

33 Quintò, quòd soluens † ei, qui re vera non erat procurator, quod legitima est solutio, si dominus ratam illam habeat. *l. qui hominem. §. si gener. l. si quis offerenti in princ. & §. 1. & fin. l. cum de. em. §. fin. ff. de solut. l. si fine in fin. ff. rem rat. habere.* & ratio est, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *cap. ratihabitionem ff. de reg. iur.* ideò ante ratihabitionem solutum condici potest, secus sequuta ratihabitione. *l. si quis offerenti. in*

34 *princ. ff. de solution.* † & si interim ratum habens, mutet statum, & patiatur capitis diminutionem, non tamen maximam, vt valida sit ratihabitio, necessarius erit consensus eius. in cuius est potestate, qui ratum habet, veluti monasterij, seu abbatis, vel patris adoptantis consensus. *Brison. de solution. lib. 1. vers. sic eueniet. & vers. cæterum ei facta solutio.*

35 Si verò † communiter habebatur pro procuratore, an sequatur liberatio ex solutione illi facta. *Tiraquel. tract. le mort. saisit. glos. final. num* 148. *& de legib. Connub. glos. 8. num. 148. Guid. Pap. decis. 173. in dicto num. 3.*

36 Sextò, quòd quamuis † plures habeant a iure mandatum ad agendum alieno nomine, vt sunt affines, consanguinei, filius, & similes. *l. sed & eæ ff. de procur. l. exigendi. C. od. eod. Dec. l. filius. C. de pact. num.* 4. non tamen absque mandato generali, vel

37 particulari coniunctus exigere potest, quod est debitum coniuncto. *glos. l. pro procuratori. verb. administratio, ff. de solut. Alex. cons. 4. videtur. num. 3. circa med. lib. 2. Franciscus Bec. cons. 19. prima. n. 2.*

38 *& 8.* sublimitando, † vbi solueretur ex contractu gesto cum coniuncto exigente, & latè agunt *Fulgos. in l. 1. §. fin. ff. vsufruct. quemad. caueat. num. 5. l as. in l. solum. ff. sol. mat. n. 5. Guid. Pap. dec. 526 exequut. num. 2. Decius dicta l. filius paciscendo, C. de pact. num. 5. & seq. & num.* 29. qui agunt an pater possit exigere, quod est debitum filio, & è contra. *Tuscus concl. 340. solutio extinguit. num. 48. & seq. vsq. ad* 56.

39 Septimò, quòd soluens † procuratori, cuius mandatum de iure, vel de facto expirauerat, non soluit legitimè, nec liberationem consequitur. Facto autem dicitur expirasse mandatum, si mandans reuoca-

uocauerit mandatum. *l. fin. C. de negot.*
gest. vbi Cast. num. 4. & Alex. num. 2. la-
te re † distinguunt, sed latius prosequun-
tur *Trentacinq. resolut. 6. de procur. lib. 2.*
Ioseph. de Sessa decis. 81. procur. de iure au-
41 tem expirat mandatum † morte mandã-
tis re integra. *Clem. fin. de procur. l. man-*
datum C. mandat. vel constitutione alte-
rius procuratoris. *cap. non iniustè de pro-*
cur. Natta cons. 51. num. 9. circa med. vel
mutatione status procuratoris. *Purpur. l.*
rogasti § fin. num. 12. & seq. ff. si cert. pet.
Straca tract. de merc. cap. de adiecto. par. 3.
Noui. num. 10. & seq. vel lapsum sit tem-
pus, quo durabat mandatum. *Gonzal. ad*
regul. 8. Cancel. glos. 54. num. 22. vers. ita
&, vt sileam reliquos modos, & casus,
quibus expirat mandatum, quos congef-
si in meis singularibus. *§. procurator re-*
uocatus multis modis. vnum tamen singu-
lare addit *Brison. tract. de solut. lib. 1. vers.*
quamquam & ovs, & versic. in omnibus.
42 quod si quis † bona fide soluerit procura-
tori reuocato de æquitate liberari, quia
iusta subesset credendi causa, quod dura-
ret mandatum.
43 Si autem quis soluat † procuratori re-
uocato, liberatur debitor, si debitor igno-
rabat reuocationem. *Bald. l. inuito C. de sol.*
Angel. l. si quis seruo ff. eod.
44 Octauò, quòd mandato † non interce-
dente, alteri minimè solui debet quam
ipsi creditori, & soluendo non liberatur
debitor. *L. inuito. C. de solution.* etiamsi of-
feratur cautio indemnitatis. *arg. l. 2. ff. vt*
legat. nomin. caueat. quare quod est de-
bitum patri, vel marito, non rectè solui-
tur filio, vel vxori. *l. cum maritum. C. de*
45 *solut. l. filiusfam. ff. de solut.* quamuis † pa-
ter, & filius, maritus, & vxor sint vna,
& eadem persona, & eadem caro. *l. final.*
C. de impub. cap. de nuptijs 31. quæst. 2. &
hinc patet intellectus *l. si cum filiofam. 9.*
§. 1. ff. de compensat. vbi filiusfamilia vo-
lens cauere patrem suum ratum habitu-
rum, posse compensare, id ideò admitti,
quia filius in paternis sacris existens non
sibi, sed patri acquirit, quæ ratio cessat
in alijs coniunctis.
47 Nonò, quòd si solutio † fiat non vero
creditori, sed tamen qui mala fide possi-
debat rem, cuius causa facta est solutio,
distinguendum est, an soluens contraxe-
rit cum eodem possessore, & tunc con-
sequitur liberationem, vt dixi supra *am-*
pliat. 111. Franc. Bec. cons. 19. num. 1. vsque
in fin. Surdus consil. 43. Rara num. 2. & de-
cis. 229. num. 8. & seq. aut verò non con-
traxit cum illo, & tunc nisi probabilem
soluens habeat causam soluendi, non li-
beratur, vt puta, si soluatur prælato in-
iustè electo, vel confirmato a superiore.
Abb. cap. grauis 11. de restit. spol. nu. 8. Tu-
scus conclus. 336. soluens non domino la-
te prosequitur illum videto.
Quomodo consulatur soluenti falso,
48 † vel reuocato procuratori. *Alex. in l.*
si procuratori, ff. de condict. caus. data. Giur-
ba decis. 79. num. 20. & dixi supra vers. ex
ista ampliat.
49 Si verò de solutione † constat tantùm
ex confessione de recepto facta a procu-
ratore constituto ad exigendum; an ob-
stabit exceptio, difficultas pendet a re-
solutione, an is procurator possit confi-
teri recepisse, & videndi sunt *Paciadorus*
rer. quotid. lib. 2. cap. final. 3. par. §. 17. nu. 1.
Bartolus in l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat.
& ibidem reliqui, & præcipuè Purpur. n. 87.
& sequenti.
Decimò, quòd soluens procuratori non
habenti legitimum mandatum non libe-
ratur. *Alex. consilio 103. visis scriptis nu. 6.*
vers. 3. lib. 2. & num. 17. si tamen iudex sit
interlocutus constare de legitimo man-
dato secus est. *Alex. ibid. n. 19.*
50 Limit. vbi solutio † fit non habenti fa-
cultatem recipiendi ex defectu legitimæ
ætatis, vel vitio naturæ, vel personæ re-
cipientis, quales sunt pupilli, minores,
furiosi, prodigi, & similes *l. pupillo. ff. de*
solution. l. contra 29. ff. de pact. nam solu-
tione illis facta, soluens non consequitur
liberationem, sed cogi potest, vt iterum
soluat, nisi ex tali † præcedenti solutione
51 factus fuerit pupillus locupletior, vide-
licet si nummi adhuc extent, aut in rem
pupilli sint conuersi, vel in emptione præ-
diorum fuerint erogati, vel creditori-
bus illius soluti. *l. in pupillo 47. ff. de so-*
lut. l. si cum mulier. ff. de donat. inter vi-
rum & vxorem. l. 2. ff. de calumniat. l. fin.
C. de vsucap. pro empt. l. 3. ff. commodat.
Caldas. l. si curatorem § læsis. C. de integr.
restit.

restit. addendo, num. 58. & 59. soluentem pupillo pleniorem consequi liberationē, cum tutoris auctoritate soluit, plenissimam verò, quando Iudicis decreto, quod deinde latè est prosequutus. *Brison. de solut. lib. 1. vers. verum enim vero.* Pupil-
52 lum autem † factum esse locupletiorem probare debet, qui illi soluit, *l. 2. l. ab ea parte, ff. de probat.* Quæ dixi de pupillo, & reliquis, sunt repetenda in omni genere personarum, quibus statutum, vel prouintiæ lex vetat solui, nisi adhibito consensu proximiorum duorum, vel Iudicis decreto, vel alia solemnitate, vt latè tradunt *Lamberten. & alij*, qui fusè tractarunt de contractibus siue certa solemnitate non celebrandis.

53 Sublimitantur tamen † prædicta de pupillo, & reliquis, si solutionis gratia, vel implendæ conditionis causa persona pupilli adiecta fuerit stipulationi, non autem ipsorum commodo, *l. si stipulatus 9. l. si seruus decem. l. Stichum. §. vsumfructum, ff. de solution.* vel alieno nomine
54 † contrahit. *Iaf. l. si vnus, §. pactus, ff. de pact. num.* 30. *Paris. consf.* 99. *lib. 1. num.* 35.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Solutio facta vni ex correis credendi, quando pariat liberationem, 1. 2. 3. 4.

Correus, si præuenit correum credendi illi solui debet. 3. data cautione de defendendo à molestijs correi. 4. non præiudicat correo per pactum de non petendo. 5. nec per confessionem de recepto. 6.

Solutio facta tutori, parit liberationem. 7. intellige modo sit realis, & non per confessionem de recepto. 8. Ampl. 9. 10. 12. 13. 14. 17. 19.

Pupillus deceptus solutione facta tutori restituitur. 15.

Solutio facta adiecto, liberat debitorem. 20. Amplia, Limita 21. fieri quando possit inuito eo, qui sibi & adiecto solui, est stipulatus. 22. & 23.

Solutio fieri non potest procuratori inuito mādante. 22.

Fieri potest in re indebita pro debita volente creditore. 24.

Solutio facta adiecto, dicitur facta creditori. 25. Amplia 26. 27. Limita 28.

Adiectus potest solùm recipere solutionem, & non nouare. 29.

Solutio facta ei, cui est iussum solui, retardat exequutionem sententiæ. 31. liberat debitorem. 32. Amplia ibid. Limita 33. 37. Sublimita 34. Limita 36. 33. 37.

Solutio facta ei, cui est iussum solui, liberat debitorem. 31. Ampl. 32. 34. 37. 38. 39. 40. Limit. 33. 36. 41. 42.

L. fin. ff. de solut. emendatur. 35.

QVia inter cœtera requisita, vt canonica sit solutio, retuli, vt illa fieri debeat ipsi creditori, vel habenti mandatum ab eo, vel qui creditorem ipsum fictione iuris repræsentet, agendum est de ijs, quibus rectè soluitur, quamuis non sint creditoris hæredes, vel procuratores, sed creditoris iura consequi, vel exercere possunt, & cum huius generis personarum plures sint species, exemplis totam hanc materiam referam.

Primum itaque exemplum erit in duo-
1 bus † reis credendi, qui solidum sint singuli validè stipulati; nam cuiuis ipsorum facta solutio, vel ab eorum altero facta quietatio, totam extinguit obligationem, *l. 2. & 3. §. 1. in fin. ff. de duob. reis, Surdus*
2 *decis. 29. num.* 38. si autem † eorum alter inutiliter fuerit stipulatus, quia non habet debitorem obligatum, *l. debitor, ff. de verb. signif.* nihil proficiet illi facta solutio quin solidum correo credendi iterum soluat, *l. si duo rei, l. si ita stipul.* 126. *de*
3 *verb. oblig.* Notandum † tamen, quod si ex duobus reis vnus interpellando debitorem, vt soluat, præuenit, vel illi soluere fuerit promissum, inutiliter deinde alteri soluitur, *arg. l. si pluribus, ff. de leg. 1. l. idem est* 10. *ff. de constit. pecun. Alex. in*
4 *l. 3. ff. solut. mat. num.* 6. addendo, † quod tamen possit petere cautionem de defendendo à molestijs alterius correi, vel fe-
5 cerit pactum † de non petendo, non præiudicat correo. *Surd. decis.* 229. *num* 38.
6 *in fin.* vel confessus fuerit recepisse, † quod sibi & correo credendi erat debitum, *Surd. ibid. n.* 32. & *n.* 34. & *seq.* latè probat.

Se-

7 Secun um exemplum erit in † tutore,
cui rectè soluitur, quod commodo pu-
pilli est soluendum, *l. si seruus decem, ff.*
de solut. l. Lutius, §. tutela, ff. de adm. tut.
8 modo solutio sit realis, non † autem per
confessionem de recepto. *Surdus* loquens
de confessione tutoris, & curatoris. *de-*
cis. 229. num 24. & seq. vbi hoc latè pro-
bat, *& num. 34.* concludit solutionem fa-
ctam curatori minoris non liberare sol-
uentem, nisi soluta probentur versa in
9 vtilitatem minoris, siue tutor sit † testa-
mentarius, siue ex inquisitione, siue ex
testamento, siue honorarius, siue notitiæ
causa datus, *l. Stichum 14. §. vsumfructum,*
ff. de sol. l. 3. ff. de admin. tut. l. 1. C. de peric.
10 *tut.* nec refert an omnibus † tutoribus,
vel vni tantùm soluatur. *l. quod si forte,*
§. siue autem, ff. de solut. nisi tamen inter
11 tutores diuisa † sit administratio, vel a
testatore sit coniunctim ipsis commissa,
l. Titium, ff. de admin. tut. l. quæro. ff. de
solut. & in tantum tutori rectè soluitur,
12 † vt non obstet, quod ille sit inquisitus
de capitali crimine, modo non fuerit ab
administratione remotus, *l. quamuis, §.*
13 *fin. ff. de solut.* vel fuerit relegatus, modo
solutur illi, antequam illius vice consti-
tuatur curator, vel sit absuturus reipubl.
causa, *l. quod si forte, §. 1. & seq. ff. de sol.*
14 † etiamsi mandet alteri solui, *l. pupilli 96.*
15 *ff. de solut.* restituitur tamen † pupillus,
si tali solutione fuerit deceptus, *l. 1. C. si*
aduers. solution. Quæ dixi de tutore eadem
16 sunt dicenda de curatore † dato minori,
vel alteri, qui sua bona minime admini-
strare potest, vel non nouit, *l. quod si for-*
te 14. §. curatori, ff. de solution. §. interdum,
inst. de curat. l. solet, ff. de tutel. etiam quod
17 ipsi minori, † vel pupillo sub conditione
dictum fuerit, esse soluendum, *l. si fundus,*
ff. de cond. & demonst. Surdus decis. 229.
18 *num. 7. in fin.* & solutio sit † promissa ipsi
tutori, quamuis falsò, *Surdus decis. 229.*
num. 11. plura similia cumulans, sequitur
Thesaur. quæst. 39. lib. 3. addendo debito-
19 rem † soluentem tutori, qui sit soluendo
liberari, licèt solutio sit facta finita tu-
tela.
Tertium exemplum erit in adiecto
20 † solutioni, nam qui illi soluit realiter
idem, quod erat debitum, videtur credi-
tori soluisse, *l. vero 12. in princ. l. qui sibi*
33. l. qui hominem 34. l. si ita stipulatus 59.
ff. de solut. §. plane, inst. de inutil. stipul. Ias.
l. non vtique, §. item Iulianus, ff. eo quod
certo loco nu. 1. in fin. quæ regula cum plu-
21 ribus modis extendatur, † & restringatur
à Strac. tract. de mercatur. cap. de adiect.
part. 3. num 2. vsque in fin. ne actum agam,
qui cupit scire, quando tuto soluatur a-
diecto, videat, quæ iuxta modernorum
commendatam methodum, idem doctè,
& subtiliter tradit, interim tamen notan-
dum censeo.
22 Quod cum latior sit adiecti † facultas,
quam procuratoris potestas, quia in vi-
to eo, qui sibi & adiecto est stipulatus, po-
test illi rectè solui, procuratori autem in-
uito mandante nequaquam, *§. si quis alij,*
vers. plane, instit. de inutil. stip. l. aliud 106.
ff. de solut. Bart. l. fin. §. fin. ff. de verb. oblig.
23 *num. 4.* modo adiectus fuerit † gratia pro-
missoris, quod in dubio præsumitur, se-
cus si creditoris commodo, *l. si cum Cor-*
nelius, vbi Cast. num. 1. vers. item, in l. si
cum fundum 3. ff. de pact. num. 3. Aretinus
l. fin. ff. de verb. obligat. nu. 9. vers. sed ad-
uerte.
24 Præterea licet volente † creditore sibi,
vel alteri solui in alia re, quæ non esset
debita, ipso iure liberetur debitor, *§. 1.*
inst. quib. mod. tollit obligat. l. solutam, ff.
de solution. Bart. l. si hæres. 113. ff. de leg. 1.
num. 1. Tuscus concl. 354. solui non potest.
25 solutio facta † adiecto dicatur ipsi stipu-
latori facta, *l. si ita stipulatus 51. ff. de solut.*
l. sed si, §. si mihi, ff. de constit. pecun. adeò
26 vt solutione adiecto † facta ipso iure, li-
beratur promissor, *§. si quis alij, versic.*
plane, instit. de inutil. stipul. Bart. l. penul.
27 *ff. de constit. pecun.* ita vt omnis cesset † re-
petitionis spes, *l. is qui promisit, ff. de pi-*
28 *gnorib.* Si tamen solutio fiat † adiecto in
alia re, quam in promissa, non ipso iure,
sed exceptionis ope accidit liberatio, *Bar.*
l. fin. §. fin. ff. de verb. obligat. num. 1. & in
l. si hæres. 113. ff. de legat. 1. num. 3. & quod
29 adiectus † potest solùm recipere solu-
tionem, non autem nouare, vel acceptum
ferre, vel aliter debitorem liberare, *Sur-*
dus decis. 229. num. 27.
Quartum exemplum erit eius, cui
30 † iussum fuit, vt soluatur, qui effectu
fal-

saltem, licèt videatur esse idem cum procuratore, & videantur repetenda in iusso solui, quæ mox dixi de solutione facienda procuratori, attamen quia multum differt, mandare, & iubere solui, *vt dixi de differentijs verborum iuris, §. mandatum, & iussum*, diuersumque est fieri alicui solutionem tamquam procuratori, & tamquam iusso, pluribusq; iubere possumus, vt soluatur, qui tamen non possunt esse procuratores, *l.1. & toto titul. ff. quod iussu*. Dicendum itaque, quod aduersus exequutionem sententiæ excipere
31 licet † de solutione facta creditoris iussu, nec fieri differentiam, cui fuerit iussum solui, & siue solutio fuerit facta recipien-
32 ti titulo † oneroso, vel gratuito ex causa de præsenti, vel de futuro, quia ipso iure, vel ope exceptionis liberatur sua promissione, qui iussit solui. *l. solutam* 49. *l. cum iussu* 64. *& l. cum quis* 38. *§. si debitorem, ff. de solution. Brison. de solution. lib.1. vers.*
33 *præter supradictas.* Si tamen iubens † vetet debitori soluere, vel interim moriatur, antequam facta fuerit solutio, & mors fuerit nota iusso, male ille soluit, nec habet soluti repetitionem. *l. vero, §.1. l. si seruus, ff. de solution. l.4. ff. locat. l. si non sortem, §. qui filiafam. 8. ff. de condit. indeb.*
34 *l. indebitum* 32. *C. eod.* † si autem ignoranter soluerit, liberatur. *arg. l. dispensatori, ff. de solut.* quare emendandus est *tex. l. fin.*
35 † *vers. ei aut. ff. de sol.* qui pugnat cum relatis, iuxta tradita *a Cuiac. lib.1. obser. c.38. Brison de sol. lib.1. vers. sed nec dubitandum*, & idem dicendum, si is, cui fuit iussum
36 solui † mutauit, seu deteriorauit conditionem suam, antequam illi solneretur. *Ripa l. senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num.23. vers. intellige.*
37 Ampl. etiãsi † debitor soluat, post mortem debitoris, si eo etiam tempore fit iussum solui.
38 Ampl. vt non solùm † liberetur debitor, qui iussus à creditore soluit, vt dixi, sed etiam liberetur debitor pupilli, qui iussu tutoris alteri soluit, quod à pupillo erat debitũ. *l. pupilli, ff. de sol. li 1. vers. porro.*
39 Ampl. etiam † vbi pupillus solus, & sine tutoris auctoritate iussisset, vt soluere, nam licet minime sit liberatus pupilli debitor, exceptione tamen doli, ne idẽ pupillus non fiat locupletior cum aliena iactura, si debitum erat verum, & liquidum defendetur iussus a pupillo soluere. *l. si pupilli. 66. ff. de solution. Brison. tract. de solution. lib 1. vers. Amplius.*
40 Ampl. præsertim, † vbi solutio fuit facta ei, qui stipulatus fuit à creditore illius iussu sibi solui, etiam post mortem ipsius creditoris. *l. fin. ff. de solut. l. si vero non remunerandi, §. fin. eol. seq. ff mandat.*
41 Limita, vbi † iussus soluere promissit tantùm soluere. *l. si debitorem, l. si Stichum, §. fin. ff. de nouat. Cast. l. delegare ii. ff. de nouat. & in l. qui vsumfructum in fin. ff. de verb. oblig. & ibi Alex num.7. in fin. & in l. singularia, ff. si cert. pet. num.21. in fin. Surd. late decis.187. quidem, n.7. & seq.*
42 Limit. vbi solutio † fit iussu eius, cuius conditio vacillat, seu est deterior facta. *l. fugitiuus, ff. de solution.* qui textus cum loquatur de seruo fugitiuo iubente solui ex pecunijs domini, censeo extendendum ad mercatorem fallitum, qui iubeat ex pecunijs alteri creditas solui.

---

§. IX.

SVMMARIVM.

Solutio facta creditori creditoris, ipso iure liberat debitorem soluentem, cuius bona, & iura erant creditori recipienti obligata. 1. *Ampl.* 2. *Limit.* 18. 19. 20.

Impedit exequutionem sententiæ latæ in soluentem. 3. *& quare ibid. Amp.* 4. 12. 13. 14. 16. *Limit.* 15.

Cynus fuit Collateralis Senatoris Vrbis. 11.

Solutio debitoris facta crediteri, creditoris quid operetur. 5.

Subconductor soluendo conductori liberatur. 7. *Ampl.* 8. *Limit.* 9.

Cæsar Argilus Collateralis Senatoris Vrbis. 10.

Debitor debitoris an conueniri possit exequutiue, sicuti conueniri potest debitor. 17.

Solutio an fieri possit ei, in quem verba obligatiua, & exequutiua sunt directa. 21.

Solutio facta fisco à debitore delinquentis, an liberetur. 22. 24. *an facta tyranno.* 33.

Bald. declaratur. 23.

D Quin-

Quintum exemplum erit, si solutio
1 † fiat à debitore creditori, creditoris habentis obligata omnia bona, & iura sui debitoris, & tunc quia ipso iure debitor liberatur *l. si opera, ff. de dolo mal. & metus except. per quem textum ita firmat Bart. in l. solutum 11. §. solutam, ff. de pign. action. 2. & in l. non solum 4. §. fin. sol. mat. num. 2. & Alex. num. 8. in fin. & consil. 17. num. 5. & seq. lib. 2. Socin. iun. consf. 79. viso lib. 3. num. 5. Menoch. de arbitr. iudic. casu 137. dum. nu. 2. Paset. consf. 93. num. 3. & 5.*
2 † ampliando etiam tacita, si est hypotheca, retardabitur in debitorem comina-
3 ta exequutio, † quia quoad effectum, vt ille liberetur, non differt, an pecunia debitoris perueniat ad creditorem directe, vel indirecte, seu vt ego addo immediate vel immediate, vt concludit *Alex. d. §. non solum, num. 8. in princ.*
4 Ampl. etiam, † si solutio fiat inuito creditore. *l. vtrum, ff. de constit. pecun.* per quem textum ita firmat. *Bart. in l. solutum, §. solutam, ff. de pignor. action. nu. 2. in princ. Paset. consf. 93. num. 6.* quid tamen
5 operetur talis solutio † declarat *Paris. consil. 107. Quaeritur libro 3. numero 128. & seq.*
6 Ampl. praesertim, † vbi solutio fit de mandato Iudicis, *vt dixi infra, vers. octauum exemplum.*

Singulare illud notabis, quod quam-
7 uis † subconductor soluendo pensionem locatori liberetur, & contra illum non possit fieri exequutio pro pensione. *§. si opera, ff. de doli, & met. except. l. si liber, ff de negot. gest. Bart. l. solutum, §. solutam, ff. de pignor. act. in princ. Gomes. var. resol. de locat. num. 12. Ias. relatis Innoc. abb. & alijs in l. si vrbana, ff. de cond. indeb. uu. 4.*
8 Attamen, si primus † conductor, cui fuit facta solutio, foro cedat, seu fiat impotens ad soluendum, non liberatur, & cogitur iterum soluere. *Rebuff. de litter. oblig. artic. 4. glos. 2. num. 13. Cancer. var. resol. tom. 1. de locat. nu. 2. in fin.* & ita obti-
9 nui in causa propria à Caesare † Argilo I.C. Bononiensi, dum assideret Senatori Vrbis Secundus Collateralis, quo munere
10 functus est etiam Cynus, † vt ipse testatur *in l. 2. C. quae sit longa consuet. num. 4. circa fin.*

11 Ampl. etiam, si solutio † fiat ignorante creditore, *Pasetus consf. 93. num. 4. in fin. & num. 6. post med. & num 8. in princ.*
12 Ampl. quod si creditor, † cui facta fuit solutio, exigat à debitore, quod fuit solutum à debitore, ipse, & non illius debitor, qui soluit, agit condictione indebiti. *Pasetus consf. 93. num. 8. circa med.*
13 Ampl. praesertim, † si fiscus sit creditor. *l. 3. C. quando fiscus, vel priuat. vbi Bal. Sal. & reliqui, Paset. consf. 93. n. 4.*
14 Si verò creditor, † cui fuit solutum, non habebat bona sui debitoris expresè nec tacitè obligata, si non soluat illo consentiente, vel ex causa, qua ille pariter sit obligatus, non liberatur, nec retardabitur exequutio sententiae. *l. solutum, ff. de solution. Soc. sen. consf. 65. num. 5. lib. 4. l. si liber homo, ff. de negot. gest.*
15 Ampl. praesertim † accedente cessione creditoris. *l. 1. C. de nouat. Surd. plura cumulans, consf. 22. Reuerendo, num. 18.*
16 An autem conueniri possit † debitor debitoris, & an exequutiue videndi sunt. *Bal. in l. etiam, C de exequut. rei iud. n. 2. vers. alij, Trentacinq. de solut. resol. 16. debitor, & resol. 29. lib. 3.*
17 Limit. vbi Iudex † inhibuit soluenti, ne solueret. *Paris. consf. 107. Quaeritur lib. 3. num. 13.*
18 Limit. vbi creditor † soluentis inhibuit, ne solueret. *Paris. consf. 107. Quaeritur, lib. 3. num. 13.*
19 Quid si cessionarius † creditoris inhibeat. *Surdus consil. 22. Reuerendo, nu. 12. & seq.*
20 Sextum exemplum erit eius, † in quem non solùm verba obligatiua, & promissiua, sed etiam exequutiua fuut directa, alio stipulante, nam illi rectè soluitur. *Surd. decis. 229. num. 14. & seq.* vbi pluribus comprobat addendo plures dubitasse, an liberetur promissor, si soluat ei, pro quo fuit stipulatum, & tenendo affirmatiuam, concludit soluentem consequi posse liberationem, tam à stipulante, quàm ab eo, pro quo fuit stipulatum.
21 Septimum exemplũ erit in fisco, † cui bona debitoris fuerunt applicata, nam quicoactus illi soluit vna cum fideiussoribus ex eadem causa obligatis liberatur. *l. si debitori, ff. de fideiuss. Dec. consf. 25. pro tenui,*

tenui. col.2. vers. ex ista distinctione, modo confiscatio sit iusta, vt tacitè subdit addendo idem dici si quis.

23 Compulsus metu † soluat tyranno, qui solo præcepto dicitur compellere, & ita intelligi *Bal. in l. falsus C. de furt. col. fin.* qui voluit id esse verum, si debitor omnē adhibuit diligentiam, ne solueret, *& col.3. vers. & ita vt patet*, late probat soluentem ex præcepto, dici compulsum ad soluendum.

24 Latius tamen † prosequitur exemplum istud, *Menoch. de arbitr. iudic. casu* 137. *dum.*

§. X.

SVMMARIVM.

Solutio facta alteri, quam creditori de mandato Iudicis liberat soluentem. 1. *& quare* 2. *Ampl.* 3.4.5.7.9.10.11.13. *Limit.* 14. 15.16.18.22.24.25.27.28. *Sublimita.*26.

Iudicis præceptum est exequendum, licèt iniquum 6. *Contrarium* 12.

Anton. Faber declaratur. 8.

Euictio non præstatur, vbi accidit ex compromisso. 17.

Affectata non prosunt 19. *Ampl. in sequestro*: 21.

Molestiæ damna non reficiuntur, vbi non intimantur ei, qui debet defendere. 23.

Solutio facta tyranno an liberet soluentem. 29.

Solutio facta ei, cum quo quis contraxit, parit liberationem, & retardat exequutionem sententiæ. 30. *Ampl. ibid. &* 31.

Solutio facta non creditori, non parit liberationem 32. *Amp.*33. *Limit.*34.

1 OCtauum exemplum erit in soluente alteri, † quam creditori de mādato Iudicis, nam & ille liberatur, *l. liber. §. lutius, ff. de annuis leg. l. paulo, §. fin. ff. de leg.3. Bart. l. creditor in princ. ff. de solut. Ruin. conf.*171. *visis lib.4. num.*3. *Rimin. iun. conf.*506. *& primo, num.*29. *relati à Cagnol. in l. non videtur, §. qui iussu, ff. de*

2 *reg. iur. num.*2. & ratio est, † quia Iudicis iussum facit licitum, quod est illicitum, *glos. l. facti, §. qui iussu, ff. de ijs, qui not. infam.* & excusat à pœna, *glos. l. ait prato, §.1. vers. quid tamen, ff. de minoribus, & in l. quamquam, ff. de aqua plu. arcend.*

3 Ampl. vt debitor plenissimam † consequatur liberationem aduersus quemcūque creditorem. *Rimin. iun. conf.*506. *& prima, num.*29. asserens id notari, *in l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minor. & a Bart. in l. minor viginti quinque, ff eod. & Bal. in l.2. C. de seruit. & à Ruin. conf.*171. *lib.4. num.*3 *quibus addo Rot. Genuens. decis.*33. *babet, n.6. in princ. Bimium conf.*71. *diligenter, num.*28. *Menoc. de arbitr. iud. cas.*137. *num.*13. *in fin. Pascal. de patria potestat par.*1. *cap* 8. *num.*16.

4 Ampl. etiam, si † solutio esset facta putatiuo creditori, vt pluribus probat *Straca tract. de adiect. par. fin num.*28. vbi plures refert. *Muscatel. in prax. par.* 3. *§. detinebitur, num.*66. *Ruin. consil.*171. *lib.*4. *num.*4. *Giurba decis.*79. *num.* 20. *circa med.*

5 Ampl. etiam † si Iudex malè decernet fieri solutionem, modo seruetur forma solutionis ab illo præscripta, vt refert decisum *Ant. Fab. in suo Codic. lib* 8. *tit.*30. *de solut. deffinit.*19. *in princ.* eam afferens rationem, quia Prætoris, & Iudicis decre-

6 tum, † quantumcumque iniquum exequutioni mandari publicè interest. *Muscatel. in prax. par.* 3. *§. detinebitur, numero* 61.

7 Ampl. etiam si † non appellauit, *l. ait prætor, §.1. vers. permittitur, ff. de minor. per quem textum ita firmat Ant. Faber in suo Codic. lib.*8. *tit.*30. *de solution. definit.*19. *in fin.* eam afferens rationem, quia appellando iste non fuisset audiendus, cuius di-

8 cta † credo intelligi, vbi debitori non licuisset appellare, secus si causa erat appellabilis. *Fabrum sequitur Fontanel. de pact. nupt. tom.*1. *clau∫.*111. *glos.*2. *num.*43. *vers. conducit.*

9 Ampl. etiam, vbi solutio † fit ex mandato arbitri, qui ex dispositione statuti fuit electus, nam cum ille sit vice iudicis, & à statuto habeat iurisdictionem cogendi non obtemperantes suo imperio. *Bal. conf.*447. *certum est lib.*1. *in princ. Abb. consil.* 72. *videtur primo in fin. lib.* 2. concludentes tali casu agi posse de euictione,

quæ negaretur ex sententia arbitri voluntarij, *& dixi de differentijs verborum iuris, §. arbitror voluntarius, & necessarius.*

10 Ampl. præsertim † vbi quis soluit ordine iuris seruato. *Ruin.consil.171. visis libro 4. num.11. Rimin.iun.conf.506. prima num.30.* etiam quod Iudicis præceptum esset iniustum, *Dec. l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur. num.4. in fin.*

11 Ampl. etiam, si Iudicis † præceptum de soluendo esset iniustum. *Pascal.de patria potestat.par.1.cap.8.num.15.relato Farinac. de falsit. quest.160.num.92.* vel dubitaretur de illius iustitia. *Cagnol. l. non videtur, §.qui iussu, ff.de reg.iuris. num.5. Afflictus decis. 150. Rex, num.26.27.*

12 Contrarium tenet *Cagnol.* † *in l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur. num.5. sequendo glos. Alberic. & Dec.* addendo nec parendum esse Iudici, sed resistendum. Verùm quoad resistentiam censeo illum malè dixisse ex ijs, quæ dixi *de exequution. cap.3.§.1.num.20. vers.in vrbe*, & ratio est, quia potest sibi remedio appellationis cõsulere, vel aliter, quam de facto resistere, vt ibidem dixi.

13 Ampl. præsertim, si præceptum † de soluendo fuit factum in odium, seu iniuriam, seu culpam creditoris, veluti, si fuit ille condemnatus ex delicto, vt exemplificat *Thesaur.quæst.54.lib.2.num.1.addendo num.2.* tali casu posse cogi ad soluendum, licèt non aduenerit dies, & id fauore fisci, *Menoc. de arbit. iud.cas.137. num.3. & 10.* addendo, *num. 5.* procedere etiam, vbi re vera confiscatio esset iniqua, si modo sententia fuit ritè prolata, *addendo num.10. in fin.* procedere etiamsi quis sit debitor generis, & exactio sit facta ad fauorem alterius, quam fisci. *Rot. Genuens.decis.33.num 6.vers facit pro hac sententia. Afflict.decis.150. Rex, num. 8. & 12. 17. & seq. 25. 26.* vbi sublimitat concurrente mora creditoris in recipiendo, *& num.11. circa med. & num.28.* addit procedere, etiamsi debitor sit in mora.

14 Limit. vbi Iudex † ordine iuris minime obseruato mandat fieri solutionem. *Ruin. cons.171. visis, lib.4.num. 11. Hipol. Rim. cons.506. & prima, num. 30.* vbi præterea aduertit corrigendum esse textum, *Ruin. d. consil. 171. num. 11.* qui contrarium firmat.

15 Limit. vbi solutio † probatur sola confessione eius, cui dicitur solutum. *Ruin. cons.147.lib.1.num.13. Menoc.de arb.iud. cas.137 num.16. Afflic.decis.150.Rex.numero 28. & 35.*

16 Limit. vbi quis soluit † ex sententia arbitri voluntarij. *Dec cons.25.col.4.vers. præterea*, & similia sunt, quæ dicuntur de

17 euictione non præstanda, vbi illa † accidit ex sententia arbitri. *Abb.cons.69.par.1. num.1. Cremens singul.115. Tusc.is Roman. singul.468. emptor Morla. in empor. iur. par.1.de empt. & vendit.n.47. vers. secundus casus.*

18 Limit. vbi debitor † affectauit sibi mandari fieri solutionem, *vt firmat Cagnol.in l.non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur.*

19 *num.4.* ratio est, quia affectata non † prosunt, *§. item si quis tria, inst. de excusat. tut. Bart. l.vniuersi, C. de legation. lib. 10. Marsil.de fideius.num.153. & seq. Tiraq. de retract.lignag. §.35.glos.4.num.29. Felin.cap.fin.de testib.num.3.vers. & hinc est, & in cap.fin.de foro compet. num.25. vers.*

20 *secũdo*, & hoc est, quod tacitè dixit † *Ant. Fab.in suo Cod. lib. 8. tit. 30. de solution. deffinit. 9.* dum pro limitatione nostræ regulæ addit procedere, dum modo per debitorem religio prætoris bene instructa, nec circumuenta sit. *Caneer.var resol.par.2.cap.4. de sequest. & empar.n.23.*

21 qui loquitur † de sequestro affectato, *Menoc. de arbitr.iud.cas.137.nu.30. vers. dum inquit, Afflict.decis.150. Rex, n.23.*

22 Limit. vbi debitor † nullam fecit diligentiam excusandi se à solutione facienda nõ suo creditori, secus si fecit aliquã resistentiam, & expectauit secundum præceptum, *vt ex Paris. & Castrens. concludit Cagnol. in l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg.iur. num.2. in fin. Menoc. de arb. Iud. cas.137. dum. 30. in fin.* id remittit Iudicis arbitrio, & idem dixerat prius, *num.6. & 7. & num.14. & 15.* & conferunt, quæ dicuntur in casu, quo quis

23 debet denunciare, † quod molestetur, & non denunciauit, *Menoch. d. cas. 137. num.18. & seq. Rota Ianuens.decis.33. habet, num.6. vers. enim vero pro parte, Afflict.*

Afflict. decis. 150. *num.* 23. *Parlador. rer. quotid. lib.* 2. *cap. fin. par.* 8. §. 17. *num.* 9.

24 Limit. vbi Iudex † tali præcepto procedit extra officium suum, seu ad illum, id facere non pertinet, *l. factum, ff. de regul. iur.* vbi Dec. rationem refert, & idem dixerat *in l. nō videtur, §. quod iussu, ff. eod. n.* 5.

25 Limit. vbi debitor fuit in mora † soluendi, siue ille esset debitor generis, siue speciei, *vt ex Imol. in l. creditor, ff. de sol. voluit Thesaur. quæst.* 54. *debitor. num.* 4. declarando modo mora sit vera, id est per interpellationem commissa, addendo ces-
25 sare hanc limitationem, † si quando haberi potest copia Iudicis ad effectum denuntiandi creditori, quod iuberetur soluere, interpelletur creditor ad defendendum, & contra illum fit protestatio, vel omnis adhibeatur diligentia, ne ab illo fiat exactio, *sub limitando, num.* 6. *&* 7. si creditor fuit, & ipse in mora recipiendi, vel in aliqua culpa, quo minus sit facta solutio, veluti facta prorrogatione ad soluendum, *Menoc. de arb. Iud. cas.* 137. *n.* 8. *&* 9. *idem dixit.*

27 Limit. vbi Iudex † non habebat iurisdictionem cogendi debitorem ad soluendum, *Rota Ianuens. decis.* 33. *habet, nu.* 6. *vers. Cast. in l.* 2. quæ id firmat auctoritate, *Cast. in l.* 2. *C. de iudic. & Ruin. consil.* 167. *num.* 8. *vol.* 4.

28 Limit. vbi debitor fuit † inhibitus, ne solueret, & non denuntiauit creditori, quod iudicialiter vrgeretur ad soluendum, *Grat. discept.* 636. *præsuponitur, n.* 2.

29 Nonum exemplum erit, si solutio † fiat per impressionem tyranni, & tunc capienda est distinctio, *Afflic. decis.* 150. *Rex num.* 13. *& seq. vsque in fin.* quem sequitur *Fontanel. de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 3. *gl.* 2. *num.* 45. *& seq. Thesaur.* loquens de solutione facta iussu Principis, vel Magistratus, relatis dictis, *Afflict. quæst.* 54. *debitor. lib.* 2. *Gras. de exception. cap* 25. *numero* 62. *& seq. Parlador. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. cap.* 5. §. 17. *num.* 8.

30 Decimum exemplum erit eius, † cum quo quis contraxit, etiam quod sit inhabilis ad contrahendum, nam ei facta solutio parit liberationem, & retardatur exequutio sententiæ, veluti si quis contrahat cum filiofamilias, *l. quod seruat, ff. de solut. Bart. & Ias. in l. filius paciscendo, C. de pact. Boer. decis.* 182. *n.* 32. *Surdus cons.* 43. *Rara, num.* 2. vbi subdit
31 idem † dici, si restituat mutuum factum à monacho, & idem, si quis contraxit cū prædone, prælato intruso, præfecto putatiuo, tutore, qui non confecit inuentarium, vel reliqua solemnia, & dixi *supra §.* 7. *vers.* 2. alia exempla refert, *Surd. cons.* 43. *Rara num.* 2. *& decis.* 70. *num.* 8. 229. *num.* 8. *& seq. Franc. Bec. cons.* 19. *primo, num.* 1. *& seq. vsque in fin. Alex. consil.* 104. *lib.* 4. *num.* 7. vbi loquitur de iure recipiente depositum ab illo factum, *Tuscus concl.* 336. *soluens debitum, num.* 6. qui loquitur de solutione facta abbati intruso cum quo quis contraxit.

32 Exceptis relatis casibus debitores † soluentes alteri, quam ipsi creditori minime sua obligatione soluuntur, etiam quod solutio facta fuerit vni ex personis, quæ cū ipso creditore censeatur vna & eadem
33 † persona, potentia iuris, vt puta, si quod est debitum filio, vel vxori, soluatur patri, vel marito, & è contra, *l. inuito, C. de solut. Franc. Bec. consil.* 19. *prima, num.* 2. *vbi plures idem sentientes refert, quibus addo Alex. in l.* 3. *ff. solut. mat. num.* 2. Li-
34 mitando † si contraxisset nomine patris, vel vxoris, vel instaret debitorem coniuncti, vt deponat, quæ debet, quia debitor esset suspectus de fuga, vel esset illius curator, *Bec. d. cons.* 19. *num.* 9.

§. XI.

SVMMARIVM.

Exceptioni solutionis, si quis renuntiat, si tamen soluat, deinde potest de illa excipere, si conueniatur ad soluendum 1. *Contrariū* 7. *Ampl.* 12. 14. 20.

Renunciatio est donatio re, & effectu. 2. *differt à pacto de nō petendo.* 3. *effectus illius.* 5. *est species protestationis.* 5.

Pactum de non petendo re, & effectu, est donatio, 2. *differt à renunciatione,* 3. *effectus illius* 4.

Renunciatio est vltimum vale, quod datur actui renuntiatio. 5.

Spon-

Dicenda hoc §. videntur superflua, & de lana caprina, vt est in prouerbio stante extensione facta regulæ constitutæ *infra* §.13.*dum ex Cast.& alijs* firmaui solutione, liberari debitorem, etiamsi pactum sit, ne liberetur propterea, etsi re-
1 nunciatum † fuerit exceptioni solutionis, si quis conueniatur ad soluendum, posse de illa excipere dicendum videtur, si semel soluit, quod ab illo erat debitum, quia quamuis renuntiauerit exceptioni solutionis, solutione tamen subsequenti fuit liberatus, §.1.*instit. quibus mod. tollit oblig.*&
2 † renunciatio, re & effectu est donatio, sicut est & pactum de non petendo, *Bal. l. fin. C. de pact. num.*16. cum alijs cumulatis à *Mate. Cunon. de pact. cap.*16. *num.*171.*l. ædiles, ff. de donat. Natta conf.*1. *num.*6. *& conf*14.*num.*2.*& conf.*104.*n.*4. *Socin. conf.*114.*lib.*1.*num.*2. vbi prohibita donatione est prohibita gratuita renunciatio.

3 Attamen, quia pactum, † & renunciatio differunt, quia pactum habet consensum vtriusque, renunciatio vnius ex contrahentibus tantùm, nisi fiat præsente,
4 eo, cui renuntiatur. Exceptio pacti † ipso iure tollit naturalem obligationem, & elidit ciuilem, *l. si vnus, §. pactus, ff. de pact.*
5 Renunciatio verò, cum sit † protestationis species, pendens à nuda renuntiantis voluntate, teste *Alciat. in l. detestatio, ff. de verb. signif.* nolle vti beneficio sibi cōpetenti, sitque renuntiatio vltimum vale, quod datur actui, vel iuri renuntiato, hinc dicitur renuntiare liti, qui illam vlterius prosequi nollit, *l. postquam liti, C. de*

C. de pact. sponsalibus, vel nuptijs, qui libellum vxori, vel sponsæ mittit repudij, l. 2 ff. de diuort. l. 2. in fin. ff. de priuileg. cre-
6 dit. formam autem † renunciandorum sponsaliorum refert Maggius Miscel. lib. 1. cap. 15. dicendum videtur, quod renun-
7 tianti † exceptioni solutionis sit clausum os, de illa excipiendi, vt ex Petr. de Gregor. probat Milanens. decis. 13. lib. 2. nu. 78. & seq. & comprobatur ex regula, quod
8 renuntiantibus, † iura sua non patet ad illa regressus, l. quæritur, §. si venditor, ff. de ædil. edict. Menoc. cons. 16. num. 15. & cum non differat, an quis ad agendum
9 † careat actione, & non careat, sed exceptione repelli possit, l. nihil interest, ff. de regul. iur. vbi Cagnol. l. nam is, ff de dolo, & non videtur petisse, qui per exceptione remouetur à petitione, l. non videtur, l. si quis obligatione, §. non potest, ff. de
10 regul. iur. & differat an actio † sit elisa, vel an sit penitus extincta, quia posteriori casu illa per pactum non exsuscitatur, l. quires, §. aream, ff. de solution. quia à priuatione ad habitum non datur regressu, l. sicut in annos, ff. quib. modis vsusfruct. amit. Bal. cons. 119. lib. 2. num. 1. & ibi Rouescal. priori autẽ casu secus, l. si vnus, §. pact. ne peteret, vers. sed si pact. ff. de pact. propterea cum verba, nedum quodlibet
11 pactum † debeat aliquid operare, etiam contra proprium sensum, glos. in l. si quando, verb. frustra, ff. de legat. 1. Crauet. consil. 201. num. 13. Natta consil. 130. num. 3. quamuis agatur de verbis contractus, Marsil. de fideius. num. 63. in fin. & nu. 195. Dec. cons. 47. nu. 3. Rimin. iun. cons. 51. n. 38. & seq.

Ideò ex Franc. Milanens. decis. 13. lib. 2. num. 85. & seq. qui refert casum, vbi in creatione census consignatiui appositum esset pactum de non excipiendo de solutione, sequentes constituo casus. Primus
12 erit se † excipiatur de solutione, quæ probetur, vel offertur probari testibus, & tunc licet testium, & instrumento-
13 rum † par sit virtus regulariter, l. in exercendis, C. de fide instrum. cap. cum Ioannes eod. tit. Marsil. de probat. num. 54. & seq. vbi extendit, etiam si statuto caueatur contrarium. Attamen quia super dictis testium est adhibenda causæ cognitio, & aduersus illos possunt induci repro-
14 batorij testes, non releuat † probata solutio per testes, vt concludit idem Milanens. d. decis. 13. lib. 2 num. 129.

Qui licet nec textum, nec contestem, vel simile, ex quo argui possit, non refe-
15 rat, vera est illius † opinio, tam in casu, in quo realis solutio à pragmatica Regni requirebatur, quam in casu nostræ quæstionis, vbi exceptioni solutionis fuit renuntiatum, ex his, quæ dicuntur, quod
16 aduersus instrumentum, † quod ex pacto, vel statuto paratam habet exequutionem, non admittitur exceptio solutionis, quæ probetur testibus, vt ex Bartol. & Salic. concludit Coler. de processib. par. 4. cap. 2. num. 12. Felin. in cap sicut de re iud. num. 3. & 4. concludens perdito instrumento cũ clausula guarãtigiæ stipulato, si testibus probetur totus illius tenor cum clausula guarantigiæ, quod nõ ideo potest executiuè agi, sicuti executiuè ageretur, si exhiberetur instrumẽtum, inferẽs deinde ad plura similia, vt in casu, l. fin. C. de edict. diui Adrian. tollendo, de instrumento depositi, & alterius contractus instrumento initi, idem firmarunt, Marsil. in rub. de probat. num. 363. Galles. de obligat. Cameral. quæst. 27. num. 4. & seq. & latius idem Coler. d. tract. par. 3. cap. 1. num. 14. & seq. plurib. Suarez in l. post rem iudicatam, ff. de re iud. ad leges Regni, §. tertio principaliter limitatur, vbi relatis disentientibus concordat, si via exequutiua sit data scripturæ instrumenti procedere primã opinionem, si instrumenti fides alio non eget adminiculo, alias secus, exemplum referens, si exhibeatur instrumentum in scriptura vituperatum, licèt in cœteris sit solemne, subdens postremo declara-
17 tionem † dictorum, Angel. & qualiter testes debeant examinari, vt in casu deperditi instrumenti, ex illorum dictis paretur via exequutiua, & qualiter isto casu concipiantur articuli, Marsil. in rub. de probat. num. 361. in fin. & num. 365. dum prius, num. 355. & seq. docuisset qualiter
18 succurratur † ei, qui scripturam crediti amisit, vel solutionem non potest probare nisi testibus, docet, Cana. de exequut. instrum. quæst. 36. idem dicerem, si ageretur de solutione, quæ diceretur facta, fisco,

19 fisco, † quia illa non probatur, nisi scri-
pto, *Bart. in l. & si instrumenta, C. de fide*
instrum. lib. 10. *laudens tract. de fisco,*
*quæst.*145. quos refert, & sequitur *Pasetus*
*cons.*94.*num.*5.

20 Secundus casus est, vbi debitor † exci-
pit de solutione præsumpta, & tunc stan-
te renuntiatione exceptionis, non pro-
dest illi talis solutio, quia fictio non ope-
ratur veritatem facti. *Milanens. dicta de-*
*cis.*12.*lib.*2.*num.*125. qui cum loquatur in
casu, & causa, qua constare debebat de
reali solutione cessat præsumpta, *Foler. de*
Censibus, §. *qua quidem exequutio, n.* 38.
21 procederet etiam eius opinio, † vbi tres
solutiones non probarentur tribus apo-
chis creditoris, sed testibus, vt colligo *ex*
*Meuoc. præsumpt.*139.*Conuenit. lib.*3.*n.*28
*Trentacinq. var. resol. lib.*2.*resol.*2. *de fide*
*instl. num.*21. & ratio est, quam considera-
bam in præcedenti casu, quia scriptura
trium apocharum est causa probationis
antecedentium solutionum, vbi realis
non exigitur solutio.

Tertius casus est, vbi excipitur de so-
lutione, quam quis vult probare confes-
sione creditoris, & omissa excussione ar-
22 ticuli, an confessio † sit potius releuatio
ab onere probandi, quam probationis
species, de quo latè agunt, *Marsil. in rub.*
*de probat. num.*80. *& seq. Mascard. de pro-*
*bation. quæst.*7.*num.*1. *& seq. Franc. de*
Sanabria Canonic. *resol. seu in Rubric. de*
*probat. num.*13. *& seq.*

23 Dicendum primo, si excipiatur de so-
lutione † probata cōfessione testibus exa-
minandis, quod nullatenus prosit talis
exceptio parte opponente, *Milanens. de-*
*cis.*13.*lib.*2. *num.*112. si dicatur confessio
facta extra iudicium, vt ex *Iacob. de Puteo*
voluit Alciat. in præfat. secundæ regulæ de
24 *præsumptionib. num.*7. *in princ.* ea † dein-
de, *num.*8. *in fin.* afferens rationem, quia
talis extraiudicialis confessio potuit fieri
per errorem, & est minus certa cæteris
probationibus addendo, *in fin. ex Ancar.*
*cons.*350. quod si à statuto sit prohibitum
25 † admitti probationes, illud extendi ad
confessionem probandam testibus, quia
tali probatione eluderetur dispositio sta-
tuti, daretur occasio fabricandi falsum,
& lites fierent immortales, referens idem
fuisse dictum *à Bal. in l. filium, quem ha-*
bentem, C. famil. bercisc. quæst. pénul. Alciat.
*assentitur Milanens. decis.*13.*lib.*2.*nu.*104.
& 122.

Dicendum secundò, quod si excipia-
26 tur de solutione, † quam debitor asserit
velle probare iudiciali confessione, quod
tunc prosit talis exceptio, vt concludit
Alciat. præfat. secund. regul. de præsumpt.
*num.*7. *in princ. Milanens. decis.*13.*lib.* 2.
*num.*94. *in fin.* comprobans deinde, *nu.*8.
hoc assumptum ex ijs, quæ dicuntur de
probatione per confessionem partis fa-
27 ctam in iudicio, † quæ admittitur contra
rem iudicatam, quæ reuocatur, si articu-
lata iudicialis confessio fuerit concluden-
28 ter probata, eandem differentiam † in-
ter confessionem iudicialem, & extraiu-
dicialem faciendam testibus faciunt,
*Mascard. de probat. quæst.*7.*num.*7. *&* 27.
& conclus. 352. *Confessio*, vbi præterea
29 agit, † quid dicendum, si fiat coram Iu-
dice incompetenti, *Pacian. de probat. lib.*1.
*cap.*9.*num.*26. *& seq.*

Quartus casus est, si reus conuentus
30 † ad soluendum offerat actori iuramentū
litis decisiuum super solutione, quam as-
serit fecisse, & cum in omni actione, seu
iudicio moto possit deferri tale iuramen-
tum, *l.*3. §. *quæcumque, ff. de iur. iur.* & de
31 manifesta † turpitudine, & confessione
conuincatur, qui oblatum sibi iuramen-
tum huius generis, non acceptat, nec re-
fert, *l. manifestæ, ff. de iur. iur.* dicendum
videtur, quod actor debeat iurare, quod
sibi non fuerint soluta, quæ petuntur, vel
debeat reo oblatum iuramentum re-
ferre.

32 Contrarium tameu † voluit, *Angel. in*
*l. non erit, ff. de iur. iur. num.*1. concludens
si ex statuto contra instrumentum gua-
rantigiæ non admittitur probatio, nisi
instrumentalis super obiectis, non est lo-
cus iuramento litis decisorio ad proban-
dum, quæ in instrumentum guarantigia-
tum opponuntur, *Angel. sequitur Mila-*
*nens. dec.*13.*lib.*2.*n.*119. quibus adhæreo,
non ex ratione, quam ille refert, quod
33 iuramentum † sit species probationis, vt
dixerunt plures alij, quos referunt, *Ma-*
*scard. de probat. quæst.*9. *num.* 1. *in fin. &*
*Viuius opin.*426. *iuramentum*.

Quia

Quia communis eſt in contrarium,
34 † vt teſtantur, *Plot. in l. ſi quando, C. de in litem iurand. nu. 56.* concludens, quod iuramento, quis non dicitur probare, ſed potius releuari à probationis onere, excepto caſu, quo ex ſtatuto iuramentum habeatur pro plena probatione, vt idem ſubdit *ibid. num. 56. & ſeq.* & idem dixere, *Viuius opin. 426. num. 1. in fin. & num. 2. Maſcard. de probat. quaeſt. 9. num. 12. & 11.*
35 Quintus caſu erit, ſi excipiatur † de ſolutione probanda ex libris officialis, qui à publico ſit deputatus ad recipiendum, ſcribendumque pecunias, quæ in publicum, ſeu Principis ærarium inferuntur,
36 & tunc quia † libri, qui ab eo officiali ſcribuntur, plenam fidem faciunt pro tertio, contra tertium, *Bart. l. quædam, §. nummularios, ff. de edend. num. 3. & in l. ſequent. num. 1. Alex. conſil. 179. in cauſa, lib. 6. nu. 1.* qui loquitur de caplerio montis ſalis, addendo præſertim, ſi addita fue-
37 rit † cauſa crediti in eodem libro deſcripti, *Proſper. Paſet. conſ. 94. Nov. num. 1.* qui loquitur de libris officialis deputati à Principe, & Cameræ illius, *Crauet.* loquens de quocunque officiali publico *de Antiq. temp. par. 1. limit. quart. num. 62. Franc. Bec. conſ. 5. in libro, num. 1. & ſeq.* qui loquitur de libris cuiuſuis officialis deputati à publico, præſertim, ſi fuerit
38 theſaurarius † fiſci, qui præſumitur verus, & ad eum recurritur, tamquam ad ſpeculum veritatis, addendo idem dici de libris maſſarij communitatis, vt dixerat *Crauet. d. §. quarto limitatur, num. 6. Menoc. de arbitr. Iud. caſu 91. Retulimus, num. 12. Bambin. conſ. 60. Monald. conſ. 24. num. 7. & conſ. 88. num. 4. num. 1. lib. 1. Magon. deciſ. Lucenſ. 59. num. 2. & 3.*
39 Ideò, ſi ex parcella † extracta parte citata libri publici officialis, conſtet de ſolutione eius, qui promiſit ſoluere, renuntiando exceptioni ſolutionis, excluditur actor, qui agit ad ſibi promiſſam ſolutionem, ſi parcella ſit creata in libro officialis poſt factam promiſſionem, *Rim. Iun. conſil. 334. ſpectabilis, num. 26. Peregrin. conſ. 92. ſcripſi, lib. 2. n. 1.* reprobando,
40 *Caſ.* † qui voluit tantùm ſemiplenè probare, *Burſ. conſil. 87. Conſtat, num. 7.* qui omnes referunt, & ſequuntur *Crauet. de antiquit. temp. par. 1. §. Quarto limitatur, Scaccia de Iudic. lib. 2 cap. 11. num. 111. & 116.*
41 *ampliando,* † *num. 122.* etiam ſi ſtatuto eſſet cautum, probationem eſſe faciendam per publica inſtrumenta, *relato Crauet. d. §. Quarto limitatur, num. 83. & ſeq.*
42 reprobando Roman, † & alios aliud ſentientibus, vt ego aduerti lugendo Graueram.
Intelligas tamen, ſi agatur inter ſubdi-
43 tos † principis, vel vniuerſitatis, qui deputauit talem officialē, vt aduerſus *Alex. concludit Crauet. de antiquit. tempor. par 1. §. Quarto limitatur, num. 76. & ſeq. verſ. ego puto, Viuius deciſ. 184. littera, num. 5.* qui ſequendo *Crauet.* aſſerit idem fuiſſe dictum *ab Alex. conſ. 68. num. 15. volum. 2. & latiſſime à Berret. conſil. 88. Conſtitui, num. 19. & à Cioſio conſ. 103. Quoniam, n. 1. & ſeq.* & probatur concludenti ratione,
44 quod cum inter conſentientes, † & ſubditos ſit iuriſdictio, *l. ſi conuenerint, ff. de re Iud. l. extra territorium, ff. de iuriſdict. omn. Iud.* Forenſis, & non ſubditus, qui non conſenſit eligi talem officialem, ratione defectus conſenſus, & ſubiectionis, non ligatur fide, ſeu atteſtatione eius officialis, in quem non conſenſit, *Veral. deciſ. 158. libro, lib. 2.*
Sextus caſus eſt, ſi quis excipiat de
45 † ſolutione facta in numerato per bancū, vt puta de Cæulis, quod nunquam defecturum credebant omnes anno 1599. quo in Vrbe veni, vocatus à D. Michaele Bonello pronepote Pij V. Sum. Pont. cuius ſubſidio paraui mihi aditum in Romana Curia.
45 Et ſi in libris bancherij reperiatur † deſcripta ſolutiò facta creditori, cui fuit promiſſa realis ſolutio, excludetur actor ab vlteriori petitione, vt firmat *Milanenſ. deciſ. 13. lib. 2. nu. 123. & 130.* ea motus ratione, quia licet partita banchi ſit ſcriptura priuata, tamen, quia bancherius illam ſcripſit de voluntate creditoris, & debitoris, facit plenam fidem inter contrahētes, probatur tamen illius opinio, *l. argentarius, ff. de edendo, vbi Bart. num. 1. inquit.* Nota, quod ſcripturæ argentariorū probant pro tertio, contra tertium, per quem textum idem voluit, *Menoc.*

de arb. Iud. casu 91. num. 11. & seq. Rimin. Iun cons. 334. & quo ad num. 20. Scaccia loquens de libris campsorum, & mercatorum, & argentarij, *de Iudic. lib. 2. cap. 11. num. 175. & seq. & nu. 129. & seq.* testans de generali consuetudine totius Italiæ.

Dixissem aliqua de nomine Argentarij, † cuius officium fuisse vile, patet *ex Sueton. in August. cap. 2.* vbi refert illud Marco Antonio obiectum fuisse, quod habuisset auum argentarium, sed quia illa non sunt de pane lucrando, seu implendo marsupio, & ea nouisse I.C. exornãt, sed non faciunt locupletẽ, qualis esse vellit; ideò illa omissi, si tamen aliquis scire vellit, qui essent argentarij, quod esset illorum munus, quotuplicis generis illi fuerint, quomodo illorum officium extingueretur, qua ratione fuerint introducti, an alio etiam vocarentur nomine videat; *Barnab. Briss. n. Scrader. & alios in suis, de verb. Iuris signific. §. Argentarius, Menoc. de arbitr. Iud. cas. 90. Munoz. de Escouar. de Ratiocinijs, cap. 11. Philip. Massin. in l. 1. C. de edend. Sigon. de iure antiq. Roman. cap. 11. Pancirol. in suo Thesaur. var. lection. lib. 1. cap. 31. & latius cæteris, Camil. Borel. de præstantia Regis Catholici, cap. 21. Fridericus, num. 1. & seq. & Bolognet. in l. 1. C. de edend. num. 6.* qui duas species illorum constituit, prout erant, vbi qui constituebantur à publico ad recipiendas pecunias easdem recepturos, quando vellet, deponens, & illorum rationes nuncupantur publicæ, propter datam eius fidem à publico, vt Venetijs,

48 † vbi sub titulo S. Marci est erecta mensa nummularia sub fide publica, sub pœna scutorum centum, si quis mandaret ministris, vt vltra obolum soluant quantitatis, quam apud illos non deposuissent, seu non esset descriptus creditor. Alij

49 erant † argentarij, qui publicè profitebantur tenere mensam nummariam recipiendi, & restituendi respectiuè nummorum quantitatem deponendam, qui cum ad alliciendos ciues, vt illorum sequerentur fidem, impetrabant à Principe, vt illorum rationibus fides adhiberetur, & ratione publicæ auctoritatis illorum rationes dicebantur publicæ,

§. XII.

SVMMARIVM.

Non facere, & facere, sed non eo modo, quo quis debet facere, sunt paria 1.

Solutio creditori, vel illius legitimo procuratori facta in re debita, vel alia re, retardat exequutionem sententiæ 2. 4. extinguit actionem personalem, realem, & hypothecariam, 3. Ampl. ibid.

Solutio, si offeratur, si acceptetur, vel deponatur, quod est debitum præcedente interpellatione ad recipiendum, retardat exequutionem, si fiat de re debita 5. si autem debitor vellit soluere in alia re, secus est 6. Limit. 7.

Debitor obligatus soluere in pecunia cum iuramento, potest offerre stabilia, si sibi desit pecunia 8.

Debitor obligatus facere, an liberetur, si per alium fecerit 9.

Viso, qui possint soluere, & exigere, & quos effectus pariat facta solutio, videndum est, quid fuerit solutum, cum non omni solutione liberetur debitor, & consequenter sæpe inutiliter excipiatur de solutione, cum paria sint non

1 facere, † & non eo modo facere, quo fuit conuentum, vt fieret, *l. videamus; ff. de iur. iur. l. fin. C. de negot. gest. Boer. dec. 1. num. 63. Bald. l. precibus, C. de impub. nu. 1. Rip. in l. filiusfam. §. 1. ff. de legat. 1. nu. 36.* ad effectum, vt canonica sit exceptio solutionis respectu eius, qui ad soluendum est obligatus. Duo casus sunt constituendi.

2 Primus est, si excipiatur † de solutione acceptata à creditore, vel ab habente potestatem recipiendi, & tunc si non peccet in substantialibus, videlicet, quia non fuerit facta legitimo creditori, vel à non debitore, vt dixi supra, *§. 11. & tribus seq.* non refert ad effectum retardandæ exequutionis, an solutio facta fuerit in re debita, *l. nulla, C. de solut. §. 1. vbi glos. verb. tollitur; Inst. quib. modi tollit oblig.*

3 inquit, quod solutione † extinguitur actio per-

personalis, realis, & hypothecaria; adeò vt nunquam reuiuiscat, *Ancar. consil.* 318. *in quæstione, nu m.* 2. *Socin. cons.* 149. *In causa, col.* 2. *lib.* 1. *Dec. cons.* 449. *nu.* 36. vel
4 alia † re non debita de consensu creditoris, *l. manifesti* 17. *C. de solut. l. si quis aliam* 46. *ff. eod. l. lutius* 24. *ff. deposit. Ias. l. non vtique, §. item Iulianus, ff. eo quod certo loco, num. in fin. Gozadin. cons.* 38. *num.* 8. *Surd. cons.* 145. *nu.* 14. vel de mandato Iudicis ob impotentiam debitoris, qui aliter satisfacere non potest suo creditori, *l. liberto, §. lutius, ff. de annu. legat. l. Paulo Calimaco, §. fin. ff. de legat.* 3. *Bart. in l. creditor, in princ. ff. de solut. Bald. cons.* 128. *lib.* 2. *Tuscus conclusio* 24. *datio insolutum*.

Secundus casus est, vbi excipitur de
5 solutione, † quam quis ad retardandam exequutionem facere vellit, & tunc aut quis vult satisfacere creditori suo in re promissa, seu debita in genere, vel in specie, & retardatur sententiæ exequutio facta solutione, *§.* 1. *Inst. quib. mod. tollit obligat.* vel nolente creditore, recipere facta solemni rei debitæ obsignatione, seu deposito, *l. obsignatione, C. de solut. l. si creditrici* 6. *l. acceptum* 10. *C. de vsuris, l. nec creditores, l. fin. C. de pignor. action. l creditor* 20. *C. de pignor.*
6 Aut vult soluere in alia † re non debita, & tunc quia obstat regula, *l.* 2. *§. mutui, ff. si cert. pet.* quam ibidem laté prosequutur, *Bart. Ias. & reliqui*, moderni præsertim, & post illos *Ioan. Koppen. decis.* 15. *Cumin. num.* 1. *vsque in fin. Asinius tract. de exequut. §.* 7. *cap.* 128. *& seq. plurib. Pinel. in l.* 2. *p. ar.* 2 *cap.* 1. *num.* 21. *& seq. Salic. in l. si quis argentum, C. de donat. in princ. & postremo Card. Tuscus concl.* 354. *solui nonpotest*, n illatenus retardabitur exe-
7 quutio sententiæ, nisi simus † in aliquo ex casibus, quibus regula, *d. l.* 2. *limitatur, vt retuli ibid. in meis Collect.* & si difficultas fiat, quia debitor vellit in alia specie monetæ, quam promissæ soluere, vel illa fuerit mutata in bonitate intrinseca, vel extrinseca, viden. *glos. in l. si quis argentum, verb. æstimatione, C. de donat. & quæ ibid. dixi in meis Collect. Gabriel. conclus.* 1. *& seq. de solut. & quæ dixi lib.* 1. *de laudemio, q.* 29. vbi egi, in qua monetæ speti esit soluendum laudemium, vel debitor nihil præterea habeat, quo satisfaciat creditori, quam stabilia, vel aliud, quod creditori offert, *Auth. Hoc nisi, C. de solution. & ibi dixi in meis collect. Flau. Tortus adstatut. Papiæ in ciuilib. cap.* 48. *num.* 142. *& seq.* vbi plures refert casus, quibus creditor cogitur capere bona debitoris in solutum, & præcipue vbi ita cautum esset statuto, vt in dominio Mediolani, & in Vrbe, quo casu etiam quod
8 debitor se † obligasset ad soluendum cum iuramento, potest excipere, quod sit satisfactum ex bonis suis, vt tradit *Tortus loco mox allegato, num.* 121. 142. *& seq.* Si
9 obligatio debitoris † consistat in facto, non retardatur exequutio, etiam quod bebitor probet fuisse factum, sed non ab eo cum quo fuit conuentū, vt faceret, *l. si res* 98. *§. mihi Romæ, ff. de solution.* nisi loco facti soluatur interesse, *l. si quis ab alio, §. fin. ff. de re iud. l. stipulatio, §. siue, ff. de nou. oper. nunc. Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 56. *in fin. licet Vasq. illust. controuers. cap.* 25. *num.* 33. *& seq.* vellit absolute obligatum ad factum, non liberari, nisi faciat, quia vt ego addo, multum differt à quo fiat. *l. inter artifices, ff. de solut. l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.*

---

§. XIII.

SVMMARIVM.

Solutione extinguitur omnis realis, & personalis obligatio 1. *Ampl* 2. 3. 4 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. *Limit.* 21. 22. 23. 26. 30. 32. 34. 35. 36. *Sublimit.* 25.

Solutio facta tertio inuito, & consentiente debitore, differt 19.

L. qui sic, ff. de solution. declaratur, & exornatur 23. 24.

Creditor debet accipere solutionem in eam causam, qua fiat 27. *discordante creditore, & debitore, in quam causam fiat solutio, soluta sunt restituenda* 28.

Solutio simpliciter facta, in quā causā censeatur facta 29. *facta post inhibitionem, quando liberet soluentem* 30. 31. *est alienatio nis spe-*

ties 33. facta nummis alienis, quado pariat liberationem 35.

POst excussionem difficultatum, qui recte soluant, quibus tuto solui possit, & quando liceat in solutione variare, dando, vel præstando aliud, quam fuit conuentum, videndum de effectibus, qui ex solutione nascantur, & cum plures sint,

1 Primus est, vt per illam † omnis extinguatur obligatio tam personalis, quam realis, *§.1.inst. quib. mod. tollit obligat. Neuizan. ex Bald. cons. 57. in fin.* inquiens solutione cassari omne instrumentum, *Paris. cons. 81. lib. 2. num. 35. Bero. consil. 204. num. 7. lib. 1. & cons. 189. num. 12. lib. 3.* addendo extingui etiam obligationem pignoris.

2 Ampl. vt solutione extinguatur † non solùm principalis obligatio, sed etiam omnis illius accessio, qualia sunt fideiussiones, hypothecæ, pignora, appromissores, quos in patria mea vocant colaudatores, fideiussorum intercessores, mandatores, & eiusdem obligationis correi, & socij, *l. fin. vers. tanto magis, ff. eo quod cert. loco. l. in omnibus 43. ff. de solution. l. Veranius 71. ff. de fideius. l. 3. §. fin. ff. de duob. reis, Fulgos. con. 160. Ioannes Alex. cons. 37. num. 5. vers. secunda ratio, lib. 1. Bero. consil. 204. lib. 1. num. 7. Bald. consil. 263. lib. 5. Alex. cons. 106. lib. 6.*

An autem creditor recipiendo sortem principalem etiã cum protestatione reseruatiua consequendi interesse, sit liberatus debitor ab interesse, *dixi infra §. 14.*

4 Si autem receptio † sit simplex, an extinguatur etiam quoad interesse, *vidend. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de soluton. resol. 9. & resol. 35. & 34. num. 23. & 35.*

5 Ampl. vt non differat, an † solutio fuerit facta in re debita, vel alia non debita, de consensu creditoris, vel ex decreto Iudicis, ob impotentiam debitoris, qui aliunde non potest satisfacere, *vt dixi in proximo, & antecedenti §. vers. primus, Surd. cons. 145. num. 14. & seq. & 29. & seq. plur.*

6 vbi ampliat † etiam, quod non duret, quod fuit datum etiam cum dolo.

7 Ampl. præsertim, vbi solutio † fuit facta creditori, cum quo soluens, contraxit, *Surdus cons. 43. num. 2. Tuscus late, conclus. 618.* conductor soluens locatori, *& dixi supra §. 7. vers. secundo, quod soluens, num. 25.*

8 Ampl. etiam, vbi fit † à correo, vel socio, quia omnium extinguitur obligatio, *l. 3. §. fin. ff. de duob. reis, Fulgos. cons. 134. in proposita, num. 1. Benintend. dec. 81. Gaspar. num. 9. & 15. Pasetus cons. 125. nu. 1. & seq. & 8. & seq. & cons. 126. nu. 1. vsq. in fin.*

9 Ampl. etiam, vbi solutio † fit personæ repræsentanti creditorem ipsum, *vt dixi supra §. 8. vers. secundum.*

10 Ampl. etiam, vbi actio † resultat ex diuersis obligationibus ad fauorem eiusdẽ, vel diuersarum personarum pro eadem causa factis, *Cast. cons. 257. lib. 2. col. 4. versic. sexto*, exemplum referens in obligatione facta defuncto, & illius hæredi.

11 Ampl. vt in tantùm solutione extinguantur iura debiti, vt soluenti proprium debitum, non possit fieri iurium cessio, *l. debitori, C. de pact. vbi Cyn. & reliqui Roman. cons. 462. Quoad, num. 2. Cuman. cons. 183. Victor.* vbi loquitur, quando fideiussor soluit de pecunia debitoris principalis.

12 Ampl. etiam, si solutio † fiat ex pecunia, quæ non sit soluentis, si illa fuerit à recipiente consumpta bona fide, *l. Cassius ff. de solution. vbi Angel. Cast. & reliqui.*

13 Ampl. etiam quoad interesse † debitum, *vt dixi infra, §. sequenti.*

14 Ampl. in quocumque † alio actu æquipollenti solutioni, seu qui comprehendatur nomine solutionis, vt latè probat, *Rebuf. in l. solutionis 45. ff. de verb. signific. & post illum Card. Tuscus concl. 340. solutio extinguit, num. 3. vsq. ad 19.* veluti si res vendita tradatur, vel fiat nouatio, acceptilatio, quietatio, remissio, Cassatio instrumenti, depositum eius, quod debetur, datio in solutum, cessio, delegatio, compensatio, *Brisson. de solution. lib. 2.*

15 Ampl. etiam in solutione facta † creditori creditoris, vt dixi antecedenti, *§. 8. vers. Quintum exemplum.*

Ampl. vt in tantùm liberetur debitor per

16 per ſolutionem, † vt nec valeat pactũ in
contrariũ, Caſt. in l. itẽ quia, in fi. ff. de pact.
& cõprobari late poteſt ex congeſtis à Martin.
Monter. d. ciſ. 2 num. 40. & ſeq. Giurba
deciſ. 79. Ieronym. num. 3.
17 Ampl. vt non differat, † an ſolutio fiat
ab ipſomet debitore, vel ab alio ipſo debitore,
etiam inuito, Briſon. de ſolution.
lib. 1. verſ. nec ipſi tantùm, addendo tãtùm
18 differre † ſolutionem factam pro alio volente,
vel nolente debitore, vt priori caſu
detur repetitio aduerſus debitorem,
ſecundo autem ſecus.
19 Ampl. vt in tantum ſolutione † extinguatur
debitum, vt liceat de illa excipere,
etiam ſi conuentum fuit de illa non
excipere, vt dixi ſupra §. 11.
20 Limit. vbi ſolutio † non eſt legitima,
reſpectu recipientis, vt puta, quia facta
non creditori, qui poſſet recipere, vel
alteri illius nomine non habenti facultatem
recipiendi, vt dictum eſt ſupra §. 8.
l. ſancimus, C. de admin. tut. Cardin. Tuſc.
concluſ. 336. ſoluens debitum, Giurba deciſ.
79. num 11. concludens tali caſu, nec
vulnerari in inſtrumentum obligationis,
Tuſcus concluſione 336. ſoluens debitum.
21 Limit. vbi ſolutio † facta fuit à fideiuſſore,
nam quoad principalem creditorẽ,
non liberat illum ipſo iure, ſed ope exceptionis,
& ſi ceſſio facta fuit in actu ſolutionis,
vel quandocumque poſt, non liberat
illum à fideiuſſore, qui ſoluit, Caſt.
l. ſi res obligata 60. ff. de legat. 1. num. 3. &
ſeq. & conſ. 244. viſo ſupradicto puncto,
lib. 1. & dixi ſupra, § 6. num. 14.
22 Limit. in eo, qui ſic ſoluit, † vt repeteret,
l. qui ſic 55. ff. de ſolution. de cuius textus
intellectu late agunt, Iaſ. l. frater à fratre,
ff. de condit. indeb. col. 2. num. 6. & 7.
verſ. conſidera ſecundo, Fœnutius tractat.
de moment. temporis, cap. 31. num. 5. poſt
princ. & cap. 33. num. 4. in fin. Bald. auth.
& qui iurat, C. de bonis auctorit. Iud. poſſid.
num. 47. circa fin. Surd. conſ. 527. Alexandrina,
num. 17. & per eundem textum
23 † ad plura inferunt, Bald in cap. cum in
cunctis, de election. num. 18. & ſeq. Franc.
Zoanet. de empt. & vendit. nu 104. & ſeq.
24 ſublimitabis † tamen, vbi interim aliquis
producitur effectus, Gerard. ſingul. 26.
tu habes, num. 1. vel qui ſoluit, repetit ſoluta
ex aliqua alia cauſa, Surdus conſil. 116.
quia, num. 9. vel non qui ſoluit, ſed alius
ſoluta repetit: Purpurat. in l. ſingularia,
ff. ſi cert. petat. num. 6.
25 Limit. vbi tacite, † vel expreſſe conſtaret
de cauſa, in quam facta fuit ſolutio,
nam quoad illam tantùm extinguit iura
paſſiua ſoluentis, & non alia, l. 1. C. de ſolut.
l. 1. ff. eod. ſi modo creditor in eam
cauſam accipiat, l. 2. ff. de ſolution. nam ſi
proteſtetur in aliam cauſam accipere, nihil
agit, vt ſcribit Hug. Donel. in l. 1. C. de
ſolut. num. 1. eam afferens rationem, quia
26 ex d. l. 2. datur facultas creditori, vt poſſit
in eam cauſam accipere, in quam ſoluitur,
non autem, vt poſſit accipere, in
quam cauſam vellit, ideò Bart. in l. 1. ff. de
ſolut. num. 8. concludit, quod diſcordan-
27 tibus † creditore, & debitore, in quam
cauſam ſolutionem recipiat, quod creditor,
cui facta fuerat ſolutio, debet pecunias
reſtituere, alias dicitur, debitorem,
qui ſoluerat, ſpoliaſſe. VI tamen ſine
28 expreſſione cauſæ facta fuit † ſolutio, in
quam illa cenſeatur facta, videnda ſunt,
quæ retuli in meis Collectaneis ad l. 3. ff. de
ſolution. Briſon. de ſolution. lib. 1. verſ. idẽq.
aperte, Aſin tractat. de exequutione, §. 7.
cap. 165. & ſupra verſ. ſi autem.
29 Limit. vbi ſolutio † fuit facta poſt inhibitionem,
ne ſolueret, Iudicis imperio,
l. ſi ex pluribus 89. §. 1. ff. de ſolut. l. 1. §. ante
omnia, ff. de part. per quæ iura relatis,
Alex. conſ. 37. num. 1. lib. 3. Surd. deciſ. 60.
num. 1. ita firmat Gratian. diſceptat. 636.
num. 1. addend., num. 2. nec talem ſolutio-
30 nem † liberare ſoluentem, etiam quod
facta fuerit Iudicis iuſſu, niſi ſoluens, antequam
ſolueret, denuntiaſſet ei, qui inhibuerat,
quod vrgeretur ad ſoluendum,
alias ſolutio diceretur ſpontanea, teſtibus,
Ruin. conſ. 147. in fin. lib. 1. Menoch. de arbit.
Iud. caſu 137. num. 15. & conſ. 68. nu. 12.
idem Gratian. diſcept. 485. num. 5. & ſeq.
Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 81. nu. 10.
& ſeq.
31 Limit. vbi ſolutio † fit prohibito alienare,
l. qui hominem, §. qui Titium. l. pupillo.
ff. de ſolution. Bart. in l. 3. ff. ſol. mat.
num. 3. & 9. & in l. ſi vero procuratori, ff. de
ſolution. num. 1. eam afferens rationem,
32 quia recipere † ſolutionem, eſt alienare,
l. pu-

l.pupillo, ff.de solution.& late probat Giurba decis.79.num.9.
33 Limit. vbi solutio †fit alienis nummis,
nam si uerint soluenti, & alteri communes,
liberatio sequitur pro parte, *l.si is,
cui nummos 94.§.1. ff.de solution.* si autem
fuerint alieni, si solutio facta fuerit inuito,
vel ignorante domino, quamdiu extant,
nulla cōsequitur liberatio, *l. Cas.17.
l.si is cui nūmos 94.ff.de sol.* si tamē creditor
continuet petere, exceptione doli, re-
34 pellitur, *d.l.si is cui nummos*, si autē †consumpti
fuerint, differt: an qui recepit, sciuerit,
vel ignorauerit nummos esse alienos,
& sic bona, vel mala fide consumpserit,
nam primo casu sequitur liberatio,
secus in secundo, quia condici possunt.
*Cast. in l. Cassius 17. ff. de solut. Crauet
cons.142.num.16. l. qui dolo 131. l.parem,
ff de reg. iur. l. qui restituere, & l.seq.
ff. de rei vendicat. Brison. de solution.lib.1.*
35 *vers. omnino* enim, concludens †solutionem
factam nummis, qui possint condici,
veluti si soluti fuerint à pupillo, non
mereri nomen, nec parere effectus solutionis.

---

§. XIV.

SVMMARIVM.

Solutione sortis principalis cessat omne interesse, ideò alias debitum 1. et quare 2. Ampl.3. 4.6.7.8.5.9.10.11.12.14.15.16.17.18.19.20.21. Limit.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33 34.35.

Expensas petere potest victor, licet victus non fuerit condemnatus in illis 27. distingue 28.

Maritus, si non petijt fructus dotis, an possit illos petere dote recepta 29.

Clausula rato manente pacto, & iuramētum, idem operantur quoad consequendum accessoria contractus 32.

Continuando referre effectus, quos
parit legitima debiti solutio. Tertius
erit, vt recepta à creditore solutione
1 ius, quod † est debitum, ex lege, vel officio
Iudicis mercenario, sit extincta actio
petendi omne interesse, seu accessorium
eius, quod erat debitum, & peti poterat,
*l. qui per collusionem, §.final. ff. de action.
empt. l.fin.ff.eo quod cert.loco, l.4.C.deposit.
glos.cap.accusatus, verb.iudicati de haeret.
in sext. & in cap. quia plerique, de offic.ordin
in sext. quam refert, & sequitur Ias.
in l.fin.ff. eo quod cert.loco, notando; Bartol.*
quod illam non allegauerit, *in l. aurelio,
§. Caius in fin sextae quaest. ff.de liberat.legat.
Alberic. in l.2.ff. si quis caution. nu.1.
circa fin. Bart. d.l.fin.num.3.vers. aut petitur
officio Iudicis, Rimin. iun. consil. 346.
num.22. & seq. Magon.decis.Florentin.42.
num.12.* eam afferentibus, *Bart. & Ias. in*
2 *d.l.fin.num.3.* rationem, † quia extincto
principali, extinguitur accessorium, quod
non potest sine illo extare, *l. cum principalis,
ff.de reg.iur. vt declarat* Cagnol. *ibid.
num.15. Cartar.decis.38.quidam, num.12.
& 13. Sarmient.select. interp.lib.3. cap.6.
num.2.vers.non obst.el 2.Surd.decis.69.vigore,
num.2. et cons.293.num. 25.Peregr.
cons.86. officium, num.4.lib. 3. Asinius de
exequution. §.7.cap.86.non est, num.1.* Rota
Ianuens. *decis.61. cum Stefanus, num.1.
& 2. decis.88.fuerat, num.1.decis.200.condemnatus,
num.1.*
3 Ampl. etiam, quod interesse † esset debitum
de aequitate, vt in casu, *l. curabit,
C. de action. empt. vt est textus in l. qui
per collusionem, §.fin. ff. de act. empt.* per
quem textum ita firmauit, *Cast. quem
refert, & sequitur Peregrin.cons. 86. officium,
num.5.lib.3.*
4 Ampl. etiam, vbi interesse † esset debitum
ratione lucri cessantis, vel damni
emergentis, *l.4.C.deposit.* per quem text.
ita firmat, *Bart. in l fin.ff.eo quod cert.loco,*
5 *num.3. post med.* modo † solutio fiat creditori
scienti, & agatur de interesse debito,
officio Iudicis deseruienti actioni, quē
sequitur *Ias.ibid.num.3.in fin.*
6 Ampl. quod si in parte † debiti sit facta
solutio, quod pro rata tantū cessat interesse,
Riminald. *cons.346. in compromisso,
num.28. Trentacinq. resol. 9. de solution.
lib.3.num.14. Donel.in l fin.ff.eo quod cert.
loco, num.16.in fin. Asin. de exequut. §.7.
cap.86. num.14.vers. haec regula.*
7 Ampl., si ageretur de † re minoris,
Rot.Ianuens.dec.61. cum Steph. nu. 5. & 7.

8 Ampl.

8 Ampl. etiamsi in receptione † sortis principalis sit protestatum, soluo iure petendi interesse, *vt infra §. sequenti*.

9 Ampl. præsertim, † si ageretur de remittenda pœna, *vt dixi infra §. 16. & §. 18.*

10 Ampl. præsertim, vbi creditor recipiendo quantitatem debitam, quietauit debitorem simpliciter, *vt dixi §. seq. Limit. 3.*

11 Ampl. præsertim, vbi recipiens est mercator, & id quod dicitur tacite remissum, spectaret ad mercaturam, *Rota Ianuens. decis. 61. Cum Stephanus, Gamma decis. 191. in causa, Cartar. decis. 38. Quidam, num. 8.* qui loquitur de lucro cessante, & damno emergente, non obstante protestatione creditoris, quod sibi saluū esset ius illud petendi, facta in actu solutionis, *Rugin. Itamen pact. quæst. cap. 14. num. 37. vsque ad 41.* relatis qui probent ampliationem, & illam improbent, remittit arbitrio cuiusque, quam vellit sequi.

12 Ampl. etiam ratione interesse † quanti plurimi, veluti si mutuatum sit vinum, restituendum Kal. Augusti, & restituatur Kalendas Nouembris, quo tempore minoris æstimatur, nam censetur remissum pretium, quo pluris æstimabatur, *Dec. in l. vinum, ff. si cert. petat, num. 4. vers. secundo, cum alijs cumulatis à Menoc. præsumpt. 45. cum vini, num. 2. & seq. lib. 3. Trentacinq. lib. 3. resolut. 9. de solut. nu. 4. vers. Hinc etiam, Cappel. Tholos. decis. 50.*

13 Contrarium tamen † voluit *Menoc.* licèt asserat non reperijsse, dissentientem, *præsumpt. 45. cum vini, lib. 3. num. 10. & seq. & Menoch. adhærendum esse late probat Ruginel. pract. quæst. cap. 15. Curt. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 7.*

14 Ampl. præsertim, † vbi mora est purgabilis, *Trentacinq. resol. num. 2. versic. item declaratur, lib. 3.* exemplum referens si dominus recipiat canones, quod intelligatur remissa caducitas, si triennio fuerat cessatum in illorum solutione.

15 Ampl. etiam respectu pœnæ † nam dominus directus recipiendo canones decursos, triennio post declaratam caducitatem, non possit ad illam agere, *vt dixi §. 18.*

16 Ampl. vt actio petendi † interesse, sit, isto casu extincta quoad fideiussores, qui principaliter se obligassent quoad interesse, vt relatis dissentientibus concludit *Trentacinq. resol. 9. lib. 3. de solut. num. 13.*

17 Ampl. etiam, vbi dubitari † posset, an solutio fuerit potius facta in causam interesse, quam debiti, cuius interesse esset officio Iudicis soluendum, *Peregrin. cons. 8 officium, lib. 3. num. 6.* verùm quia illius assertio est contra expressum textum, *in l. 1. C. de solut.* videndi sunt *Trentacinq. resol. 35. solutum, lib. 2. de solution. Scultes. quæst. 45. & ibi addentes Surd. consil. 139. num. 61. Gratian. discept. 224. Angel. in l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 1. vers. sed iurisconsultus, & Castr. ibid. num. 2.*

18 Ampl. vt debitor censeatur † liberatus à quibuscumque accessorijs, *Ias. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 7.*

19 Ampl. etiam, † vbi directus dominus recipit canones decursos, vt sit remissa caducitas, *vt dixi infra §. 16.*

20 Ampl. vt non differat, † an quis sponte, vel coactè soluat, *vt dixi infra §. 15.*

21 Ampl. præsertim, † vbi interesse non fuit simul petitum cum principali quantitate debita, quia videtur contentus illius receptione tantùm, quauis actione agatur, *l. 4. §. hoc autem, ff. de dam. infect. Innoc. in cap. sacro de sent. excom. Ruginel. practic. quæst. cap. 15. multum, num. 1. & seq.* vbi refert quid dicendum, si Iudex

22 condemnet, † vel illo petito, nihil decernat.

23 Limit. vbi creditor ignorabat † sibi deberi interesse petitum, *Cast. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 5. & Bart. nu. 3. vers. aut soluitur ipsi ignoranti, Dec. cons. 452. num. 26. quos refert, & sequitur Trentacinq. resolut. 9. de solution. lib. 3. n. 10.*

24 Limit. vbi solutio † fuit facta sequendo calculum factum de debito principali tantùm, *Roman. cons. 143 quem refert, & sequitur Trentacinq. resolut. 9. de solution. lib. 3. num. 11.*

25 Limit. vbi interesse, † seu aliud accessorium est debitum officio Iudicis nobili, veluti per restitutionem in integrum, *l. fin. §. lutius, vbi glos. & Bart. ff. de condict. indeb.* quia tunc Iudicis officium succedit

iure

iure actionis, & perinde est, ac si interesse, & accessorium peteretur iure actionis, *l. quod si minor, §. fin. ff de minor. gloss. in l. 4. C. deposit.* per quæ iura ita firmat *Trentacinq. resol. 9. de solut. lib. 3 num. 8.*

26 Limit. vbi interesse est † æque principaliter debitum, & conuentum, quia cum separatim à debito principali peti possit, & diuersum iudicium de illo constitui, ex solutione eorum, quæ principaliter sunt debita, non potest inferri ad accessorium potens stare per se ipsum, *l. 1. C. de Iudic. l. qui per collusionem, §. fin. ff. de act. empt. gloss. fin. in l. non solum 13. ff. de rei vendic. Bart. l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 3. vers. circa, & ibid. Alberic. in fin. Magon. decis. Florent 42. num. 13. & seq. Zucard. cons. 39. in nu. 21. Rimin. iun. cons. 67. num. 28. Trentacinq. resol. 9. lib. 3. de solut num. 6. Cartar. decis. 38. num. 16.*

Ex ista limitatione infertur, quod si victus non fuit condemnatus in expensis,
27 † quod non ideò victor sit exclusus illas petere in instantia separata, *Roland. à Val cons. 62. dubium, lib. 4. num. 6.* si illæ erant
28 † debitæ ex conuentione. Sed an idem dicendum sit de iure communi, vel vbi adest statutum, quod victus victori condemnetur in expensis *Machesil. singul. 90. Luca Petri in prax. Capitolina, cap. fin.* & dixi in meis Collectaneis *ad l. properandum, § sin autem, vers. quod si hoc, C. de iudic. Magon. decis. Florent. 42. num. 15. Zucard. cons. 39 num. 21. & seq. Rimin. Iun. cons. 67. nu. 47.* concludens, si partes promittant reficere damna, & expensas, si arbiter, vel Iudex absoluat, ab expensis non excludi victorem, quin agat ad eas, quæ sibi sunt debitæ iure actionis, quia absolutio intelligitur de ijs, quæ sunt debitæ officio Iudicis, *Trentacinq. resol. 9. de solut. lib. 3. num. 4. vers. ex conclus. Surd. cons. 293. nu. 26. Couar. pract. quaest. cap. 25. num. 6. Garzia de expens. cap. 6. nu. 17.* qui ampliant etiam, si fuerint expensæ, & damna petita cum debito principali, & Iudex de illis nihil dixerit, *Bald. & ibi addentes in l. 4. C. deposit.* late tamen examinat *Tuscus conclus. 305. interesse.*

29 Item, si maritus recepit dotem, † quod non ideò excluditur à petitione interesse, seu fructuum dotalium, vt late examinant, *Surdus de aliment. titul. 1. quaest. 43. mariti, num. 1. & seq. Fontanel. de pactis nuptial. pact. 2. clausul. 6. gloss. 2. par. 6. n. 36. & seq. Magon. decis. Florent. 83. fuit, n. 1. & seq. Trentacinq. resol. 9. de solution. lib. 3. num. 5. vers. ex conclus. Ias. l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 5. in fin.*

30 Limit. vbi † creditor est protestatus, quod saluum remaneret sibi ius consequendi interesse, *vt dixi §. seq.*

31 Limit. vbi solutio † fuit facta adiecto, vel procuratori creditoris, *l. 2. §. item Iulianus, ff. eo quod cert. loco, vbi Bart. & cæteri, Rimin. Iun. per hunc textum relatis, Cast. Ias. cons. 67. Cum num. 30. Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 5. vers. secundum, Ias. d. l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 4. vers. Paul. de Ca. & ibid. Bart. num. 3. in fin. & Sal. num. 5. Curt. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 7. circa fin. & num. 8. Rota Ianuens. decis. 206. num. 4. Bart. d. l. fin. n. 3. in fin.*

32 Limit vbi in instrumento † esset posita clausula ratomanente pacto, vel alia quæ illius vim habeat, vt puta iuramentum, *Ruin. cons. 119. videretur, lib. 5. nu. 9. Rimin. Iun. cons. 67. Cum num. 29. Beron. consil. 206. lib. 1. num. 19. Afin. de exequut. §. 7. cap. 86. Non est, num. 14. Alberic. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 2. in fin. & Salic. num. 4. in fin. & Cast. num. 5. in fin. Cartar. decis. 38. quidam, num. 11.*

33 Limit. vbi quis recipit, † quod sibi erat debitum iudicialiter, *Ias. in l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 9. circa med.* eam afferens rationem, quia non sit deterior cõditio eorum, qui litem sunt contestati, *sequitur Ruginel. pract. quaest. cap. 16. n. 1.*

34 Limit. vbi solutio † fuit facta tutori, vel negotiorum gestori, & similibus, qui aliena negotia gerunt, & illis præiudicare non possunt, *Bal. in l. 2. §. Item Iulianus, ff. eo quod cert. loco in lectura antiq. in prin.* subdens in fine præsertim procedere in procuratore habente mandatum ad recipiendum debitum cum interesse.

35 Limit. vbi solutio † fuit facta in parte, & recipiens recipiat saluo iure residui, vt pluribus probat *Afin. de exequut. §. 7. cap. 86. Non est, num. 8.*

§. 15.

§. XV.

SVMMARIVM.

Protestatio conseruat ius protestantis 1. *Limita* 4. 8.
Solutionem recipiens cum protestatione salua sibi esse iure consequendi interesse ex sorte principali soluta, potest interesse petere 2. *& quare* 3. 4. *contrarium* 5. *& quare* 8. 9. 12. 13. *concorda* 7. 14. *Ampl. primam opin.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. *Limit.* 31.
Protestatio nihil operatur in ijs, quæ non sunt in potestate protestantis 8. 13. *Item nec in ijs, quæ sunt aduersus iuris regulas* 9. 13.
Petrus de Bella Pertica fuit subtilis doctor, & nihil ignorauit in iure 6.
Monacus non potest sibi reseruare bona propria 10.
Clausula cum facultate addendi, minuendi, mutandi apposita libello, vsq. ad sententiam nihil operatur. 11.
Interesse remissio venit in consequentiam soluta principali sorte 12.
Dominus directus an possit agere ad caducitatem incursam, vbi recipit canones decursos saluo iure agendi ad caducitatem, 23. 24. 25. 26. 29. 31. 32. 33. 34. 35.
Vassallus præstans seruitium omissum, non priuatur feudo, quo dominus declarauerat priuasse 27.
Bart. reprobatur 28.
Creditor an possit impedire debitorem soluentem, ne instrumento solutionis apponat protestationem, quod salua sint illius iura 36.
Interesse si petatur ex reseruatione illud petendi, qua cautione petendum 37.

IVxta commune, & in omnium ore
1 assumptum, quod protestatio † conseruat ius protestantis, *l. si debit.* §. 1. *ff. quib. mod. pignus, vel hypot sol. Rota decis.* 3. *de fil. inst. in nouis, Dec. in l. vinum, ff si cert. petat, num.* 5. tuto dicendum est creditori saluum esse ius petendi sibi debitum
2 † interesse, & reliqua accessoria suo principali, si recipiendo, quod sibi est debitum, protestetur velle salua esse iura sua, consequendi principali debito accessoria, vt dixere *Bart. in l. fin. ff. eo quod cert.*
3 *loco, num.* 4. *in fin. vers. possemus*, † eam afferens rationem, quia per protestationem videtur actum inter debitorem, & creditorem, vt salua sit actio petendi interesse ex noua actione præscriptis verbis, quæ oritur ex quodam contractu nominato tempore solutionis, celebrato, & cum debitor sit liberatus sine causa, potest creditor agere condictione sine causa, vel præscriptis verbis, *Hug. Donel. in l. final. in final. ff. de eo quod certo loco, Aufrer. ad Capel. Tholos. decis.* 50. *in princ. Ias. l. non solum*, §. *morte, ff. de nou. oper. nunc. num.* 48. *vers. aliud exemplum, relati ab Asinio de exequut.* §. 7. *cap.* 86. *num.* 5. *Fulgos. d. l. fin. num.* 14. *circa med. eandem Bart.* rationem probat, & refert.

4 Rationes plures † afferuntur ad probandum relatum assumptum, & præcipue, quia siue vellimus eam protestationem esse factam super ijs, quæ pendent ab animo protestantis, siue super ijs, quæ pendēt à potestate legis, illa nihil operatur in ijs, quæ sunt animi, *l. si quis*, §. *plerique, ff. de reliq. & sumpt. fun.* & quæ pendēt à necessitate legis, concurrente naturali ratione, quod extincto principali nullæ supersunt illius reliquiæ, quæ illi accessorie accedant, & ita arguere, *Petr. de Bella pert. & Iason in l. final. ff. eo quod certo loco, num.* 4. *in princ.*

Et comprobari potest ex ijs; quæ dixi de remissione pœnæ, ex solutione eius, quæ non facta causabat pœnam, *vt dixi infra* §. 18. & considerat *Guid. Papa decis.* 172. *Vnum, num.* 2.

5 Contrarium firmarunt † *Petrus de Bella Pertic. vt referunt in l. fin. ff. eo quod cert. loco, Bart. & Ias. num.* 4. *in fin.* & late se-
6 quendo eumdem Bella Pertic. † qui fuit subtilis doctor, *teste Ias. in* §. *quadam, instit. de action. num.* 30. *in princ.* & nihil in iure ignorauit *teste Cynus, vt refert Igneus*, licèt subdat illum ignorasse duos textus, quos allegat *in l. contractus, ff de reg. iur. num.* 148. prosequitur *Guid. Pap.* afferens Petrum Papæ idem censuisse, *decis.* 172. *Vnum, num.* 2. *&* 3. *Asin. sequendo Petrum de Bella Pertic. tractat. de exequut.* §. 7. *cap.* 6. *Non est, num.* 14. *vers.*

Hæc tamen, & Gul. de Cuneo, vt refert Baldus in l. fin. ff. eo quod cert. loco num. 2. & in lectur. antiqua post med. vers. immo etiam si, hoc expresse firmat, & Cast. num. 7. post
7 *med.* licèt distinctione † conciliet hanc contrarietatem, *Cartar. decis. Ianuen. decis. 38. Quidam, num. 8. & seq. Surd. consil. 86. leuis, num.* 14. vbi alijs cumulatis testatur de communi contra *Bart.* aliud sentientem.

8 Rationes plures considerantur † pro ista opinione, nempe, quod protestatio conseruet ius protestantis, si illud sit positum in potestate protestantis, & possibile de iure, propterea cum impossibile sit, remanere ius agendi ad accessorium, extincto principali, nec sit in potestate
9 protestantis aduersus regulas † iuris eam facere reseruationem, nihil operatur talis protestatio, *l. alimenta, ff. de negot. gest. per quem text. ita firmat Cast. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 6. in fin. Comprobatur ex Cartar. decis. 38. num. 13. & seq.* exemplo eorum, quæ dicuntur de monacho,
10 qui ingrediendo monasterium † protestatur velle bona propria habere, *vt ex Ioan. And. Host. & alijs arguit Guid. Pap. decis. 162. num. 2. in princ.* subdens idem dici de protestatione apposita libello,
11 cum † facultate addendi, mutandi, & minuendi vsque ad sententiam, quæ non valet, *Fulgos. in d. l. fin. num.* 14. eam vult esse rationem, quia remissio interesse
12 † venit in consequentiam necessariam dispositionis iuris, quod sublata sorte principali obligatione, sublata iudicis officium conquiescit, cui iuris dispositioni
13 † sola sua voluntate non potest creditor derrogare, sicut è contra derrogaret, si esset ex ijs, quæ penderent absolutè ab illius voluntate, eamdem rationem refert, *Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet. nu* 5. *in princ.* Addo ego, quia aut creditor vult interesse petere prima actione, & non potest, quia solutione sortis principalis fuit extincta, aut noua actione, & idem dicendum, quia illa non fuit creata.

14 Contrarietatem † hanc conati sunt conciliare distinctionibus, & casuum diuersitate, quibus est facta solutio principalis debiti, *Bart. & reliqui in l. fin. ff. eo quod certo loco,* sed quia quæ quilibet ipsorum excogitauit penitus, non tollit omnem difficultatem, censeo posse omne dubium tolli, & nimis diffusam materiã, *vt inquit Angel. in l. fin. ff. eo quod cert. loc. in fin.* paucis absoluat, si amplectendo primam opinionem per modum regulæ subdantur casus, quibus illa extendatur, & subuertatur.

15 Ampliatur itaque prima † opinio, vbi creditor simpliciter recipiendo præseruat sibi iura sua, *l. 4. C. depos. per quem textum ita firmat Bart. in l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 4. vers. sed si non liberaret, Ias. num. 4. vers. Aut verò,* quia per protestationem sublata est præsumpta remissio, & insurgit tacitus consensus soluentis, si non contra dicat, *decis. Ianuen. 61. num. 2. vers. sed vlterius.*

16 Ampl. præsertim, † si debitor consensit protestationi, seu reseruationi consequendi interesse, *Fulgos. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 14. circa med. & Cast. n. 7. circa fin. Ias. num. 4. vers. subdit Bartol. & vers. Nos loquuntur, & vers. Quid tenendum, Menoch. præsumpt. 45. Cum vini, vol. 3. num. 19. decis. Ianuens. 61. Cum Stephanus, num. 2. in princ. Ias. l. 2. C. de iur. emph. nu. 127. in princ. Rimin. iun. consil. 346. num. 29.* vbi idem, si procurator debitoris quiescat.

17 Ampl. etiam, si debitor † contradicat protestationi creditoris, *Ias. l. final. ff. eo quod certo loco, num. 4. vers. & est quartus casus, & Bart. num. 4. vers. possemus.*

18 Ampl. etiam, vbi debitor † non contradicit, sed tacet, *Ias. l. fin. ff. eo quod cert. loc. num. 4. vers. quid tenendum, sed tacet Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet. num. 6. Menoc. præsumpt. 45. Cum vini lib. 3. nu. 20. Ioan. de Ami. in cons. 110. num. 5. in fin. Ias. l. 2. C. de iure emph. num. 127. vers. sed pone, Corbul. de emphit. cap. de priuat. ob non sol. can. Limit. 21. num. 4.*

19 Ampl. præsertim, vbi facta † petitione à creditore, cum reseruatione consequẽdi interesse, solutio fit procuratori, vel alteri gerenti aliena negotia, *vt dixi s. antecedenti, limit. 6.* obstant tamen dicta *à Rota Ianuen. decis.* 200. *Condemnatus, num.* 2. Si tamen constituens, sciret exactionem factam à procuratore, nec contradixit, cessat ampliatio nostra, *Glos. in cap.*

cap. cum olim, verb. primus, de offic. deleg. quam Abb. & Fel. ibid probant.

20 Ampl. vt non differat, † an quis coactè, vel sponte soluat, *vt dixi infra §. 15.*

21 Ampl. præsertim, si † interesse sit debitum iure actionis, vt puta, quia quis ad illud soluendum se obligauit, *Rimin. iun. consil. 346. num. 22. & seq.*

22 Ampl. præsertim, † vbi interesse esset conuentum, vt solueretur in casu moræ, *Cartar. decis. Ianuens. 38. Quidam, num. 16.*

24 Ampl. etiam, † si agatur de pœna, quæ sit commissa ratione debiti non soluti, exemplum erit, si directus dominus recipiendo canonem protestetur, saluum sibi esse ius agendi ad caducitatem incursam, quæ pœna est emphiteotæ morosi in solutione, vt voluerunt, *Specul. de locat. §. Nunc aliqua, num. 36. Bald. l. melius, §. duobus, ff. de legat. 2. in fin. quos sequitur Mandel consil. 134. Quod, num. 9. & 10. & latius consil. 259. licet, nu. 1. & ibid.* addentes alios referunt, *Ias. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num. 4. vers. confirmo, relati ab eodem Ias. in l. 2 ff. si quis caution. num. 3. & 4. in prin.* vbi inter cæteros refert *Bart.*

24 voluisse illud, † etiam si directus recipiat Canones pro futuro tempore, cum facultate reseruatiua agendi ad caducitatem, *& Alex. ibid. num 6. relati à Ias. in l. non solùm, §. morte, ff de damn. infect. nu. 48. vers. tolle aliud exemplum, vbi alia similia refert Surd. & ab illo relati decis. 317. Approbata, nu. 25. & 26.* vbi testatur omnes ita sentire, *& num. 27. & seq.* alia addit, quæ fuisse excogitata asserit à senatu Mantuano veritatis indagandæ causa, non discedendo à communi relinquens alijs ansam cogitandi, *Thesaur. decis. 227. vocati, num. 13.* vbi de communi si emphiteota consentiat protestationi, *relati à Tusc. conclus. 193. emphiteuta, num. 44. Dec. cons. 185. num. 10. circa fin. relati à Mascard. de probat. concl. 252. Caducitas, num. 8. & seq. Cesal. consil. 222. num. 4. & seq.*

Contrarium scilicet, quod sit remissa,

25 firmarunt † relati *à Ias. in l. 2. ff. eo quod cert. loco num. 4. vers. sed contrarium,* addendo idem ipsum cōsuluisse in casu valde arduo, subdendo plura quibus suam probat sententiā, *& latè Guid. Papa dec. 171. nu. 1. & dec. 172. num. 2. & 3. & in l. 2. C. de iur. emph. Cyn. num. 5. Salic. n. 14. Cardin. in cap. potuit, de locat. num. 15. vers. vigesimo quinto quæro, & Butr. ibid. num. 10. Barbat. num. 24. Imol. num. 37. Ruin. consil. 110. Visa, lib. 1. num. 4.* vbi de communi, *Gigas de pens. quæst. 73. n. 7. Paris. cons. 10. mortuo, lib. 1. num. 48.* eam afferens rationem, quia protestatio extinguitur per actum illi contrarium, *Crauet. cons. 609. num. 16. vers. inde,* & ita decisum refert *Mantic. decis. 200. supponendo, num. 2.* ea ratione, quia protestatio est contraria facto, testans de communi *Boer. decis. 309. nu. 6.* addendo procedere, siue recipiens

26 protestetur, † siue non, relati *à Cesal. consil. 221. num. 1. & 2. Surd. alios congerens, cons. 86. leuis, n. 14.* a simili do idem dici de simplici petitione canonis decursi, & de

27 domino recipiente † seruitium à vassallo, quod non præstiterat, *Marescot. resolut. 137 vtilis, lib. 2. num. 5. 7. & seq. relato*

28 *Ruin.* qui testatur opin. † Bart. contrariam communiter esse damnatam, *adden-*

29 *do num. 9.* si dominus solùm petierit † canonem, excludi ab actione caducitatis, licèt nondum sit sequuta exactio, *relati à Ias. in l. 2. C. de iur. emph. num. 124. versic. Item in quantum, Anton. Faber. deffinit 16. de iure emphit.* testans ita iudicatum, *Mascard. de probat. concl. 252. caducitas, n. 10. & seq.*

30 Concorda, *per Ias. in l. 2.* † *C. de iure emph. num. 126. Trentacinq. Resolut. 6. de iur. emph. lib. 3. num. 3. vsque in fin. Mascard. de probat. conclus. 252. caducitas, n. 9. & seq. & num. 13. & seq. Cesal. cons. 223. nu. 46. & seq. Clar. §. emphiteusis quæst. 10. num. 2. & seq.*

Si autem dominus recipiat canones decursos sine protestatione, dicam infra, §. 16.

31 Limit. vbi talis reseruatio † non fuit repetita is actu exactionis, licèt fuisset posita in petitione in limine iudicij, *Rota Ianuens. decis. 61. cum Stefanus, nu. 1.* eam afferens rationem, quia interim potuit creditor pœnitere, *Ias. al. nō solùm, §. morte, ff. de nou. oper. nunc. num. 48. vers. aliud exemplum,* & comprobatur ex dictis doctorum in *l. Modestinus, ff. de fideius.* de cessione facta fideiussori post solutionem.

32 Limit. vbi interesse † prouenit, seu est debitum ex dispositione legis, vel officio Iudicis mercenario, *l. & si quis*, *§. plerique*, *ff. de reliq. & sumpt. funer.* per quem textum ita firmat, *Cartar. decis. 38. quidam, num. 8, circa fin. & num. 9. & num. 13. Ioan. de Amic, cons. 110. num. 1. & 5.* nam recipiendo sine protestatione non est remissum legale interesse.

33 Limit. in creditore † alternatiuo, nam recipiendo vnum, censetur; illud remisisse, *Bero. cons. 200. lib. 1. num. 13. quem refert Tuscus concl. 347. solutio, num. 6.*

34 Limit. vbi creditor † recipiendo liberat debitorem à sorte principali debita, vt deinde agat ad interesse, *Bart. in l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 4, vers. Mihi videtur, sequitur ibid. Fulgos. num. 14. circa med.* asserens opin. Bart. esse satis humanam, *Cast. num. 6. Ias. num. 4. versic. aut creditor*, *Ias. num. 4. vers. aut vero, Menoc. præsumpt. 45. cum vini, lib. 3. num. 25. Rota Ianuens. decis. 89. Augustinus, num. 6. Cartar. decis. Ianuens. 38. Quidam, nu. 12. & seq.* vbi rationem refert, *& nu. 17. Afin. de exequut. §. 7. cap. 86. Non, num. 14, in fin. vers. Hæc tamen.*

35 Limit. vbi † debitor contradicit reseruationi, seu protestationi, *Fulgos. in l fin. ff. eo quod certo loco, num. 15. vers. vel fortasse subtilius, & Cast. num. 7. in fin. Ias. num. 4. vers. in alio casu, Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet, num. 6. in princ.* vbi præterea agit, an creditor agendo deinde ad interesse, debeat pecunias habitas restituere, *Rota Ianuens. decis. 87. Ioannes, num. 8. post princ Ias. l. 2. ff. si quis caution. num. 6. Curt. relatus à Cesal. cons. 223. num. 46.*

Contrarium, *Menoc. præsumpt. 45. cum vini, lib. 3. num. 28. & seq. relati à Rota Genuens. decis. 87. Ioannes, num. 8. in princ. Alberic l. 2. ff. si quis caut, num. 4. circa med.*

36 Si debitor nollit apponi † instrumento quietationis reseruationem facultatis petendi interesse quomodo decidatur hæc quæstio videndus, *Ieron. Laurent. decis. Auenonensi. 88. fuerat.*

Singulare vnum notandum, quod si recepta sorte principali cum protestatione, quod salua sint iura consequendi interesse, si quis ad illius consequutionem deinde agat in casu, quo agere possit, aduertere debet, vt non simpliciter petat
37 interesse, sed debet sortem principalem non ad effectum, vt iterum sibi soluatur contra regulam, *cap. bona fides, de reg. iur.* sed vt sibi soluatur reseruatum interesse, *Bart. in l. fin. ff. eo quod certo loco in fin. Fulgos. num. 14. circa med. Ias. num. 4. vers. aut vero creditor Rota Ianuens. decis. 61. cum Stefanus, num. 3.* vbi propterea dicitur petito solo interesse male fuisse cæptum iudicium, *Surd. decis. 69. vigore, num. 1. & seq.* vbi addit idem dicendum, si petatur, quia in libello, & sententia de illo nihil fuit dictum, & quod ideò reus fuit absolutus à petitione interesse, quia illud fuerat petitum nulla facta mentione sortis principalis. Excluditur tamen quis actione agendi ad interesse, si debitorem liberasset à principali debito, *vt refert decis. Cartar. decis. 38. quidam, num. 17.*

§. XVI.

SVMMARIVM.

Pœna est duplex legalis, & conuantionalis 1. *ad istas reducuntur pœnæ aliæ quatuor pœnarum species* 2.

Pœna legalis non censetur remissa receptione sortis principalis 3. *Ampl.* 4. 5. 7. 9. 10. 12. *Limit.* 13. 14. 15. 16.

Interesse conuentionalis materia est diffusa, & confusa 19.

Pœna legalis ob illatam iniuriam clerico, quãdo illi, vel Ecclesiæ sit debita 8.

Interesse ratione pœnæ conuentionalis pet i potest, si recepta sorte principali creditor sit protestatus velle illud exigere, si in instrumento sit clausula Rato manente pacto 17. *Ampl.* 20. 21. 22. 24. 27. 28. 29. 31. 32. 35. 36. 37. 39. 40. *Limit.* 41. 42. 43.

Bal. reprobatur 23.

Interesse, quando dicatur appositum in fraudem conuentionis 26. 33.

Pœna conuentionalis, quando debita ex compromisso cum laudo subsequenti 30. *cuius quãtitatis, sit de iure* 34. *quando exigi possit ex mutuo* 38. *quanta ex statuto* 43.

Clericus quando possit exigere pœnam conuen-

uentionalem, vel legalem 40.41.
Pœna iudicialis, seu contumacialis exigi potest exacta sorte principali cum protestatione illam consequendi, rato remanente pacto 44. *Ampl.* 46.47.48.50.51 *Limit.* 53.54.55. *cui applicatur talis pœna* 52. *De iure canonico non potest peti, nisi in quantum interfit* 45.
Clericus agere potest ad pœnam iniuriæ sibi illatæ, & an ipsi, vel Ecclesiæ applicetur 49.

EXordiar examẽ huius decimi quarti
paragraphi eisdem verbis, quibus
est vsus præceptor meus *Menoc. de arbitr.
Iud. casu* 260. quo facilius legum constitu-
tiones, ac partium pacta, & conuenta
obseruentur, adiici à legum conditoribus,
& paciscentibus, solet pœna contra non
obtemperantes legibus, & non adimplen-
1 tes pacta. Hinc † natum duplex pœna-
rum genus, legalis vnum, quæ à lege in-
dicitur, *§.1. & seq. de perpet. & tempor.
action.* & conuentionalis alterum, quæ ex
contrahentium voluntate proficiscitur,
*§.1. vers. conuentionales, instit. de diuis. sti-
pul. Corrad. de contract. quæst.* 31. *in princ.*
2 & ad istas † species pœnarum reduci pos-
sunt aliæ quatuor, quas referunt *Abb. in
cap. dilecti* 4. *de arbitr. num.* 12. *vers. se-
cundo, Capra regul.* 70 *pœna, num.* 1. *& seq.
Angel. in sua summa, §. pœna, num.* 1.8. *cum
quatuor seq.* quia quam ille dicit canoni-
cam consuetudinariam, vel statutariam
redigi possunt ad legalem, quia à lege ca-
nonica, & expresso, vel tacito consensu
populi, cuius nutu constituebatur lex,
§. lex est, inst. de iur. nat. & ciuil. & à iu-
dice legis ministro imponitur, & quæ ar-
bitraria, & contumatiæ punitiua nuncu-
patur, dici potest conuentionalis, quia
in eam contrahentes, vel compromitten-
tes consenserunt.

His præmissis, cum ampliando regu-
lam constitutam supra §. 14. dixerim pro-
cedere, etiam si titulo pœnæ esset debi-
tum interesse, verùm quia vt prædixi pœ-
na duplex est, & differt, *vt dixi de diffe-
rentijs verborum iuris §. pœna legalis, &
conuentionalis*, ideò seorsum de illis
agendo.

Dicendum primò, quòd si interesse,
3 † sit debitum ratione pœnæ legalis, quod
exactione principalis crediti non sit re-
missa legalis pœna, *l. si pro fure, §.1. ff. de
condict. furtiu. l. ancilla, C. de furt.* per quæ
iura ita firmant *Bart. in l. fi. ff. eo quod cert.
loco, nu.* 3. *& Alberic. col. penul. vers. si au-
tem pœna est legalis, Ioan. de Amic. cons.* 110.
ad elicita, num. 1. addendo procedere,
4 † etiam si creditor recepisset absque pro-
testatione, *Ias. in l.* 2. *ff. si quis caution.
num.* 2. *in fin.* subdens hanc esse limitatio-
nem regulæ, quam ego constitui supra
§. 12. excogitatam à Bald. & esse subtilem,
& peregrinam, *Io. de Amic. sequitur Asin.
de exequut. §.7. cap.* 86. *non est, num.* 2. *Al-
beric. in l. fin. ff. eo quod cert. loco, num.* 2.
vers. si autem pœna est legalis, & in l. 2. *ff.
si quis caution. in princ. Abb. cap. dilecti* 4.
de arbitr. num. 12. *vers. prima à lege*, vbi
plura iura cumulat.

5 Ampl. siue sit debita de iure † ciuili,
siue canonico, *cap. si quis contumax* 17.
quæst. 1. *§. omnes, instit. de action. vbi Cor-
ras. & Zasius nu.* 10. *Menoc. de arbitr. iud.
casu* 260. *Quo facilius, num.* 4. *& seq.* ad-
dendo, regulariter pœnam legalem non
6 † excedere quadruplum quantitatis de-
bitæ, nisi pœna sit iure interesse, & alia
concurrant, de quibus idem late agit
ibidem.

Ampl. vt talis pœna possit exigi tam
7 † à laicis, quàm à clericis, *Abb. in cap. di-
lecti, de arbitr. num.* 12. *vers. secundo casu*,
quem refert, vt sequitur *Angel. in Sum-
ma, §. pœna, num.* 2. *vers. Quotuplex, ad-
dendo nu.* 10. Clericum posse agere ad æsti-
8 mationem iniuriæ sibi illatæ † distinguẽ-
do, quando sibi, vel Ecclesiæ sit debita,
Sarmient. select. interp. lib. 3. *cap.* 6. *num.* 4.
& 5. vbi pluribus hoc probat, & nu. 6. *vers.
mirandum, reprobat disentientes.*

9 Ampl. siue quis sciat, siue ignoret pœ-
nam legalem, *Cast. in l. fin. ff. eo quod cer-
to loco, num.* 4. *circa med.*

10 Amp. vt exigi possit in foro † conscien-
tiæ Iudicis facto accedente, *Sarmient. se-
lectar. interpret. cap.* 6. *Quæritur etiam,
num.* 6. *vers. mirandum*, vbi reprobat *Ga-
briel.* qui aliud firmauit, addendo ridicu-
lum, & nefariũ esse aliud dicere, & cano-
nes imponere pęnas, quas peccatum esset
exigere, & latè probat reprobatis aliud
sen-

sententiibus, & ampl. etiam si damnum
sit datum leui, vel leuissima culpa, & il-
lud petatur, nisi pœna excedat damnum,
Vasquius illustrium controu. lib. 1. cap. 28. num. 16. vsque in fin. Abbas tamen in cap. dilecti 4. de arbitr. & seq late distinguit
11 † quid sit dicendum tam in foro interio-
ri, quàm exteriori.

12 Ampl. etiam in pœna debita † ex con-
suetudine, *Abb. cap. dilecti 4. de arbit. n. 12. vers. secundo*, addendo posse etiam exigi à religiosis, si consuetudo sit rationabilis, *Angel. in summa, §. pœna, num. 8.*

13 Limit. vbi qui agit † ad pœnam lega-
lem est malæ fidei possessor, nam pœnam legalem non potest exigere in conscientia, *Sarmient. select. interpret. cap. 6. nu. 8.*

14 Limit. vbi pœnæ legalis † debitor fieret
hæres eius, cui illa est soluenda, *l. cum emptor 48. ff. ad leg. falcid. Sarmient. ita per hunc tex. firmat Select. interpr. cap. 6. lib. 3. num. 9.*

15 Limit. quoad pœnas, † de quibus in
§. omnes, instit. de action. quia illæ sunt sublatę à iure canonico, *l. ass. l. fin. C. vnd. legit. n. 15. & in l. vt vim, ff. de iust. & iur. nu. 23. Vasquez illustr. controu. rs. lib. 1. cap. 28. num. 10.* sed contrarium tueri potes *ex Alex. in l. si finita, §. Iulian. ff. de damn. infect. num. 106.* dum voluit istas pęnas exigi posse in foro conscientiæ, etiam ab Ecclesia, *Grat. discept. 706. difficultates n. 50.* latius tamen cæteris an pœna legalis exigi possit in conscientia, *Intriol cas. consc. 103. pœna, num. 10. & seq. vsq. ad 121.*

Dicendum secundò, licèt diffusa, &
16 confusa sit materia, † vt patet ex dictis,
Roman. in l. sed & si quis, §. fin. ff. si quis caution. num. 4. & seq. Alex. cons. 71. lib. 4.
17 quod si interesse † petatur ratione pœnæ
conuentionalis, quod recepta sorte principali cum protestatione reseruatoria iurium aliorum, quod creditor possit præterea pœnam petere; si in instrumento conuentionis sit clausula Rato manente pacto, *Albericus in l. fin. ff. eo quod certo loco, num. 2. vers. si autem pœna est conuentionalis, & Salic. ibid. num. 4. vers. si in conuentionibus*, addendo hoc esse mirabile dictum; *Cartar. decis. 38 num 10. 11.*
18 *& 12.* vbi in fine refert † rationem diuer-
sitatis, quare possit peti pœna, & non interesse, quam retulerat, *Bero. cons. 200. lib. 1. num. 19. Afin. de exequut. §. 7. cap. 86. num. 3. in fine, & numero 14.*

20 Ampl. etiam, † vbi pœna est apposita
ratione moræ, *l. qui Romæ, §. fin. ff. de verb. obligat.* per quem textum, & alia iura ita firmat *Albericus in l. fin. ff. eo quod certo loco, num 2. vers. secundo casu.*

21 Ampl. etiam, † vbi per exactionem
pœnæ, reus nullum damnum pateretur, veluti si dedi rem aliquam Titio, ea conditione, vt certa die singulis annis quid faceret, vel præstaret; alias res data mihi restitueretur, si Titius non adimpleat conuenta, exigi potest pœna, *Sarmient. Select. interpet. lib. 3. cap. 6. num. 10. circa med.*

22 Ampl. vt conuentionalis pœna † exigi
possit, etiam non concurrente interesse pecunia nunc æstimabili eius, qui illam est stipulatus, *l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat. § alteri, instit. de inutil. stipul. l. cum pœna, ff de arbitr.* per qua iura, *& relato Conrad. de contract. quæst. 85. firmat Surd. decis. 260 dominus, num. 22.*
23 *& in fin refert Cagnol* † reprobantem Bald.
qui dixit pœnam deberi, eatenus quatenus interest; & non vltra, exemplum refert *Sarmient. Select. interpret. lib. 3. cap. 6. num. 10. in fin. Rebuf. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter verb. proferuntur 43.* & ratio quia multum lucratur, qui voluntatem suam adimplet, & e contra magnũ patitur damnum, qui non adimplet, vt dixi *de laudem. vol. 1. quæst. 28. nu. 4.* aliam rationem refert *Carsim. in l vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, num. 58. vers. & pro ex solutione*, quod cum posset dubitari, ad quam summam extendi posset interesse, vt cesset dubium contrahentes illud nomine pęnæ taxant, transigendo tacitè super lite, quæ oriri poterat. Aliam refert *Surd. d. decis. 290. num. 24. in fin.* concludens satis interesse, quia ita fuit conuentum, etsi non interest nũc potest interesse in futurum, *ideò Sarmient. Select. interpretat. lib. 3. cap. 6. n. 11. post med.* concludit aliud esse cautum iure
24 canonico, † si certum sit, nihil stipulato-
ris interesse.

25 Ampl. etiam in foro † conscientiæ, si
pęna sit apposita sine fraude, *Cagnol. in l. vnic.*

l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest, num. 10. quem refert, & sequitur Surdus decis. 260. dominus, num. 22. in fin. Vasq. illust. controuers. lib. 1. cap. 28. n. 16. Ias. §. sed istæ, inst. de act. num. 111. declarat modo concurrat interesse, Gratian. discept. 706. difficultates, num. 50. Rebuf. l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. vers. proferuntur, nu. 40. vbi late & Intriol. cas. conscient. 104. num. 30.

In fraudem autem dicitur apposita,
26 † si apponatur quantitati, secus si facto, Sum. Angel. in §. pœna, num. 12. & §. vsura, nu. 32. vbi plura exempla refert, addent ad Malcbesil. singul. 23. num. 12. Trantacinq. resol. 21. pœna, lib. 3. de solution. Straca tract. de adiect. num. 43. Alex consil. 51. lib. 4. & Capra regul. 70. pœna, num. 28. & seq. vsque in fin. Roman. in l. sed ex si quis, §. fin. ff. si quis caution. num. 4. vsque in fin. Abb. cap. 4. de arbitr. num. 14. & 15.

27 Ampl. præsertim, † si fuit offensa persona eius, vel hæredis illius, cui est facta pœnalis promissio, nam tunc committitur pœna, & exigitur, etiam si non intersit stipulatoris, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. obligat. per quem textum, & relato Bart. ita sentiente, & declarante, firmat Socin. cons. 253. lib. 2. num. 12. in princ.

28 Ampl. præsertim, vbi pœna fuit † conuenta ad constituendam quantitatem interesse stipulantis, prout præsumitur in dubio adiecta, nam tunc augetur etiam, & minuetur iuxta id, quod stipulantis interfuit, Socin. relatis Bart. & Bald. cons. 253. num. 12. circa med. vers. quod talis pœna, Curtius in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest. num. 58. in fin.

29 Ampl. etiam si apposita † fuerit compromisso, Abb. cap. dilecti 4. de arbitr. n. 12. vers. quinta, cap. per tuas, de arbitr. Rom. l. sed & si quis, §. fin. ff. si quis caution. n. 4. vers. quædam sunt pœnæ arbitrales, realati à Marta, decis. 7. num. 1. & num. 3. & seq.

30 Limitat, † si laudum sit iniustum, & ab illo fuit appellatum iuste, & causa appellationis fuit terminata ad fauorem appellantis, ac etiam si laudum fuit confirmatum, sed appellans habuit iustam causam appellandi, Intriol. cas. conscient. 104. n. 28. latius tamen de pœna ex compromisso agit, Capra regul. 70. pœna, num. 14. & sequent. & regul. 71. prosequendo, num. 1. & seq.

31 Ampl. præsertim catenus, † quatenus interest, seu ratione damni, Rot. diuers. decis. 371. par. 1. num. 3. Rebuf. in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, Glos. in verb. proferuntur, num. 17. dum prius, & deinde egisset, ad quam summam taxari possit conuentionalis pœna.

32 Ampl. etiam, si pęna excedat † interesse duplo, l. stipulatio ista, §. alteri, ff. de verb. oblig. §. alteri, inst. de inutil. stipul. l. si dictum. ff. de euict. per quæ iura relatis Inn. Card. & Spec. ita firmat, Surdus decis. 260. dominus, num. 23. Dec. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest, num. 73. & seq. vbi plures rationes refert, & præcipue quod cum interesse sit difficilis probationis, sanum fuit consilium conuenire de pęna certæ quantitatis iuxta l. fin. ff. de prætor. stipulat. & considerauit etiam Sarmient. Select. interpret. lib 3. cap. 6. num. 10. in fin. Abb. cap. dilecti 4. de arbit. num. 14. li-
33 mitando, si concurrat suspitio † fraudis, quod pœna fuerit conuenta ad tegendā vsuram, quod quando præsumatur, dixi supra vers. in fraudem.

Iure autem communi, cuius quantita-
34 tis † possit esse pęna conuentionalis, vel legalis videndi, Menoc. de arbitr. iud. casu 260. quo facilius, nu. 3. & seq. 13. & seq. 37. & seq. Afin. de exequut. §. 7. cap. 76. vnum, n. 2. Intriol. casu conscient. 103. n. 1. & seq. & casu 104. num. 23. & seq.

35 Ampl. præsertim, † si fuerit promissa cum iuramento, Rebuf. in l. vnic. C. de sentent quæ pro eo quod interest, vers. proferuntur, num. 45.

36 Ampl. præsertim, si pęna fuit † conuenta ratione facti, veluti desistendo aliquem in iudicio, vel domum ædificare, Rebuf. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod inter verb. proferuntur, num. 33. vers. vndecimo, Sarmient. Select. interpret. lib. 3. cap 6. num. 10. in fin. Roman. in l. sed & si quis, §. fin. ff. si quis caut. num. 4. vers. aut ista pœna adijcitur facto.

37 Ampl. etiam, vbi pœna † apponitur ad fauorem eius, qui mutuum est recepturus, Roman. in l. sed & si quis, §. fin. ff. si quis caution. num. 4. vers. casus est, sub-

dens

dens idem dicendum, si pęna adijciatur
ratione interesse, latius tamen quando
38 ratione † mutui liceat exigere pęnam,
agit Corrad. de contract. quæst. 31. lib. 1. & post illum Molin. de contract. disput. 317. cum examine, & de iust. & iur. disput. 97. aliquid.

39 Ampl. quod possit exigi † etiam quod
à Iudice non sit decretum, illam esse sol-
uendam, si de illius quota certa, & solu-
tione fuerit conuentum, secus si quis se
obliget ad obseruantiam contractus sub
certa pęna, *Castr. Palao de lege pœnal. & irritante, tract. 3. disput. 11. punct. 3. loquimur, num. 1. & seq.*

Ampl. etiam si conuentionalis pęna
40 † excedat verum interesse, *Innoc. in cap. tuam, de pœn. quem refert cum alijs plurib. consentientibus, & disentientibus, Intriol. casu conscient. 105. at debitor, num. 32. & seq.* addendo præsertim procedere, si fue-
rit promissa cum iuramento, *num. 36. & seq.*

Limit. in quibuscumque personis ec-
41 clesiasticis, † *Veral. loquens de episcopo, decis. 233. mora, par. 2. num. 3 Socin. 253 in causa, lib. 2. num. 13.* qui loquitur de sim-
plici clerico, addendo, quod nec actiue,
neç passiue possit petere, & conueniri ad
interesse, nisi quatenus illi intersit, rela-
to *Host. & alijs*, quem pariter refert *Serafin.* loquens de fratribus conuentus san-
cti Marcelli Vrbis, *decis. 794. Reuerendi, num 24. Sarmient. Select. interpret. lib. 3. cap. 6. num. 10. circa med. vers. de alijs*, con-
cludens Iudicem non posse condemnare
de iure canonico, nisi in quantum inter-
sit, relati à *Surd decis. 260. dominus, n. 22. circa med. Rebuf. in l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, Glos. verb. proferuntur, num. 39. & 50. Angel. in Summa, §. pœna, num. 12. in princ. Intriol. casu conscient. 105. num. 34.*

Contrarium loqnendo de legalibus,
42 & conuentualibus pęnis, volunt *relati à Gratian. discept. 705. difficultates, num. 51.*
concludentes ecclesiasticas personas pos-
se exigere pęnas conuentionales, & lega-
les, quatenus non excedunt iustum inte-
resse, cuius taxatio est arbitraria Iudici,
vt idem subdit num. 52. Capra relato Inno.
quem voluisse asserit, clericos posse pete-
re pęnam conuentionalem non apposi-
tam in fraudem vsurarum, exigi posse
etiam vltra quam intersit, *Regul. 70. pœna, num 6. & 26. & seq.* licèt Host. vellit
exigi tantùm posse catenus, quatenus in-
tersit, *& probat Intriol. cas. conscient. 105. num. 34.*

43 Limit. vbi fuit apposita † contractu
sponsaliorum, si quis ex contrahentibus
nollit deinde matrimonium contrahere,
Guttierz. de matrimonio, cap 17. pars negatiua, num 1. & seq. vbi ampliat etiam,
quod quis iniustè recedat à sponsalibus,
& fuerit non ab ipsis, sed ab alio apposita,
addendo quid dicendum, si fuerint spon-
salia iuramento firmata, & saltem peti
possit ratione interesse, quod illa obser-
uare volens, patitur.

44 Limit. stante statuto † à quo talis pœ-
na taxetur ad ratam interesse, vel aliam
quantitatem, *vt in Vrbe ex statut. lib. 1. cap. 164.* excepto, si ageretur de pęna ap-
posita compromisso instrumento pacis
securitatis, vel treguæ, in Lusitania pę-
nam non posse excedere valorem rei re-
statur, *Molin. de iust. & iur. disput. 97 aliquid, Sarmient. tamen Select. interpretat. lib. 3. cap. 6 nu. 11 post med.* asserit tali sta-
tuto factam esse stipulantis pęnam du-
riorem ob probationis onus, de quo ille
grauatur probandi interesse, contra *l. fin. ff. de prætor. stipul.*

Dicendum tertiò, quod si agatur de
45 † pęna iudiciali, seu contumaciali, quod
illa non censeatur remissa, & exigi possit,
si receptum sit debitum principale, cum
protestatione illam consequēdi, rato ma-
nente pacto, *l. 2. ff. si quis caution.* per
quem textum ita firmat *Asin. de exequut. §. 7. cap. 86. num. 4. & 6. subdens, num. 7. in fin.* neminem de isto assumpto dubitare,
& n. 8. 10. & seq. late comprobat Abb. cap. 4. de arbit. num. 12. vers. tertio, admonendo
ecclesiasticos Iudices, ne illas exigant, vt
euitent suspitionem auaritiæ, qua illos la-
borare tacitè dixit, *& vers. Quarta, Angel. in Summa, §. pœna, num. 9.* addendo
46 de iure canonico † non posse apertè pe-
ti, nisi in quantum intersit, vel in æsti-
mationem iniuriæ.

47 Ampl. etiam, † si in protestatione non
fuisset facta mentio pęnæ, sed dictum
saluo

saluo iure residui, *Asin. relato Bero. cons. 200. lib. 1. num. 7. de exequut. §. 7. cap. 86. num. 8.*

46 Ampl. præsertim, si protestatio sit facta parte præsente, & non contradicente, *Asin. de exequut. §. 7. cap. 86. Non est, num. 7. & dixi supra §. 15. num. 17. & seq.*

48 Ampl. vt possit exigi tam à † layco, quàm à clerico seculari, vel regulari, etiã si pęna consistat in pecunia, vel alia re, & excedat interesse agentis ad illam, *cap. fin. de dolo, & contum. vbi Host. & Imn.*

49 qui asserunt religiosum † posse agere ad æstimationem iniuriæ sibi illatæ, *Siluest. in Summa §. pœna, nu. 25. vers. Quintum,* Sed an emolumentum pęnæ ob iniuriam illatam clerico sit Monasterij, vel Ecclesiæ, vel iniuriati, *dixi supra §. 16. ampliatione secunda, Angel. iu Summ. §. pœna, num. 10.*

50 Ampl. etiam in pęna † arbitrali, nam cum arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, *l. 1. ff. de arbitr.* quæ dixi de pęna iudiciali repetenda sunt in arbitrali, vt firmat *Angel. in Summa, §. pœna, num. 11.*

51 Ampl. præsertim, † vbi debitor inuitus soluit, quia ad soluendum condemnatus, *Albericus in l. finali, ff. eo quod certo loco, col. 2. vers. Aut debitor soluit sortem inuitus.*

52 Cui applicanda sit hæc iudicialis, † seu contumacialis pęna, *Siluestr in Summa, §. pœna, num. 26.*

53 Limit. vbi debitor sponte soluit † creditori sponte recipienti, *Albericus in l. fin. ff. eo quod certo loco, col. 2. vers. si autem pœna est iudicialis.*

54 Limit. vbi creditor recipiendo † quantitatem debitam, simpliciter liberat debitorem, nam censetur remissa pęna, *Asin. de exequut. §. 7. cap. 86. non est, nu. 14. in fin.* & cõprobatur ex dictis supra, *§. 15. num. 34.*

55 Limit. vbi Iudex ordinarius, † vel delegatus non habebat facultatem imponendi eam pęnam, *Abb. cap. 4. de arbitr. num. 12. vers. caueat.*

§. XVII.

SVMMARIVM.

Facere coactè, & sponte differunt 1.
Solutio spontanea, & coacta differunt 2.
Filiusfam. vel seruus committens capitale crimen Imperio Patris, vel domini cum cominatione mortis excusatur, vel saltem leuius punitur 3.
Voluntas coacta, est voluntas secundũ quid 4.
Actus spontaneus est, qui fit Iudicis Imperio, si ille habuit principium voluntarium 5.
Solutio facta ante diem creditori recipienti, seu volenti liberat debitorem 6. 7.
Depositum factum liberè, & integrè nolente creditore recipere, liberat debitorem 7. 8.
Creditor quando cogatur recipere ante diem solutionis 9.
Repræsentare obligatus, quando possit non molestatus repræsentare 10.
Solutio facta metu creditoris, non liberat debitorem, sed priuat creditorem credito 11. facta ex sententia Iudicis, liberat debitorem 12.

1 Sicuti re, & verbis differt, † an quid fiat sponte, vel coactè, præsertim in pęnalibus, *l. si quis id quod, §. doli, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* vbi præceptum Iudicis excusat à pęna, & contractus vi initus sit nullus, secus si sponte, *l. 1. ff. eo quod met. caus. l. nec emere, C. de iur. delib. l. inuitum, C. de contrahend. empt. l. sicut, C. de act. & oblig.* Ita pariter deberet esse differentia, præsertim quoad effectum, & finem, in-
2 ter voluntariam, † & coactam solutionẽ, & exactionem, & *Bald. in rub. de controuers. inuest. in fin.* concludit inuestituram factam per metum, non valere, & filius
3 & seruus, † qui delictum capitale commissit imperio patris, vel domini metum, mortis incutientis, excusantur, aut saltem leuius puniuntur, *Cagnol. l. velle non creditur, ff. de regul. iur. num. 5.*

Verùm quia commune est assumptum,
4 quod voluntas † coacta, voluntas sit, saltem secundum quid, *glos. in cap. me rito 15. quæst. 1. Rota decis. 5. de renunc. num. 2.*

glos. in cap. Mattheus de simon. Dec. in l. velle, ff. de regul. iur. num. 3. & Cagnol. n. 3. & 4. & spontaneus, seu voluntarius actus
5 dicatur, qui fit Iudicis imperio, † si principium habuit voluntarium, vt late discerui, *de Laudem. lib. 2. quaest. 14. num. 22. & seq.* Considerando, quod coactio contingere potest ex puro, & simplici facto cogentis, vel aliquo alio intercedente, tam ex parte recipientis, quam soluentis.
6 Dicendum primò, si solutio fiat † coacto recipiente ad recipiendum, veluti si ante aduentum diei solutionis debitor offerat, quod die certa soluere debet, *iuxta l. quod certa die, ff. de solution.* vel in contumaciam emptoris cum pacto de retrouendendo, quis pretium deponat, vel debitor frumenti, vini, & similium pretium conuentum, & vinum, deponat, quod eo casu, si caetera solemnia concurrunt, quod liberetur debitor, & sequan-
7 tur effectus † legitimae solutionis, si creditor recipiat, vel consentiat, vel dissentiat
8 deposito † absque reseruatione aliqua, *Rota Lanuens. decis. 61. num. 7. in fin. Rugin. pract. quaest. cap. 14. n. 47. circa med.* Quan-
9 do autē creditor cogatur recipere † ante diem in quacumque spetie illud consistat, late agit *Aym. public. ad consuet. Aluern. titul. 16. artic. 21. num. 7. & seq.* vbi refert exemplum, si subsit suspitio, ne pecunia soluenda sit deterior extrinsecè futura, & de obligato ad repraesentandum, quan-
10 do possit etiam non molestatus † repraesentare, *Muscatel. de fideius. par. 2. q. 3.*
11 Dicendū secundò, si solutio † fiat à debitore cogente creditore, qui vel minis, vel de facto occupet pecunias sui debitoris, quod non inde consequitur liberatio debitoris, sed creditor amittit ius crediti, *l. extat, ff. eo quod metus caus.* Vel ex sen-
12 tentia † Iudicis, & dicendum sequi liberationem principalis debiti, vnà cum accessorijs, iuxta distinctionem, *Alberic. in l. fin. ff. eo quod certo loco, col. 2. vers. Aut debitor soluit.*

Relatos effectus operatur solutio, si fiat congruo loco, & tempore, sed quia idem dicitur de deposito, ideò quae dixi, *cap. seq. videto, §. 2.*

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Caducitas dicitur remissa, si directus dominus exigat canones sine protestatione 1. Contrariū 3. Concorda, quia vel dominus sciebat incursam caducitatem, & procedit prima opinio, aut ignorabat, sed non supine, & procedit secunda 4. 12. & quare 8. & seq.

Praelatus recipiens canones ab emphiteota sine consensu Capituli non remittit caducitatem quam sciebat incursam 14. Lim. 15. 16.

Emphiteusis, si est plurium secularium, an remittatur caducitas exactione canonum 17.

Dominus iusto errore inuestiens vassallum post tempus petendae inuestiturae, non remittit caducitatem 5. Limit. 20.

Emptor, qui iusto errore offert pretium post completam praescriptionem sibi non nocet 6.

Vicinus iusto errore interpellans vicinum ad retrahendum post tempus datum vicino sibi minime nocet 7.

Ignorantia excludit consensum 9. vitiat omnem actum in quibus scientia requiratur 11.

Renuntiatio nunquam extenditur ad ius remissum 10.

Clericus carens Capitulo, seu qui solus regit Ecclesiam, sciens emphiteotica bona sibi esse aperta, si recipiat canones, remittit caducitatem 13. Ampl. 18. & seq.

Caducitas censetur remissa receptione canonis, si emphiteusis spectabat ad vnum tantùm 18. Ampl. 13. 19. 23. Limit. 24. 25. 26.

Emptor cum pacto de retrouendendo infra certum tempus, si illo elapso accipiat pretium sibi praeiudicat 20.

Petere, & recipere sunt parum 21.

Canonem petens post apertam emphiteusim, an censeatur remisisse caducitatem 22.

Caducitas à domino declarata, non remittitur per exactionem canonis factam à procuratore directi domini, & quare 27. 28. Limit. 29.

Caducitas censetur remissa exactione canonis, facta à patre in bonis emphiteoticis filij 30. & quare 31.

Pater habet administrationem bonorum filij illo etiam inuito 31.
Mandatum est stricti iuris 32. *Ampl.* 34. 35. 36.
Clausula possit facere, quæ constituens posset facere posita in mandato generali non operatur; quia spetialiter sunt exprimenda in mandato 36.
Caducitas non est remissa per exactionem canonis factam à procuratore constituto generaliter ad exigendum 37. *Ampl.* 38. *Limit.* 40. 47. 48. 50.
Ratihabitio supplet defectum mandati 43. *an æquiparetur mandato* 44. 45. 46.
Procurator generalis facere potest, quæ exigunt spetiale mandatum, si constituens ea solitus sit facere, & sit id illi vtile 40. 41.
Ratihabitio retrotrahitur, & comparatur mādato etiam, vbi opus est spetiali 49.
Procuratorum cum libera duæ sunt species 51.
Procurator cum libera constitutus ab homine æquiparatur procuratori habenti spetiale mandatum 52. *potest facere omnia, quæ constituens facere posset* 53. *potest transigere* 55.
Caducitas an sit remissa per exactionem canonis factam à procuratore cum libera 54. 56. 58.
Clausula procuratorem generalem, & cum libera apponitur ex imperitia notariorum 57.
L. 2. C. de rescind. vendit. non cessat in venditione facta à procuratore cum libera 54.
Procurator fisci est procurator constitutus à lege cum libera 60.
Tutor, & curator est procurator constitutus à lege cum libera 60.
Maritus est procurator vxoris cum libera 61. *Intellige* 62.
Procurator cum libera constitutus ab homine plus potest, quàm constitus à lege 63. *potest habere fidem de pretio rei venditæ, ille nequaquam* 63.
Fidem de pretio rei venditæ qui possint sequi 64.

1 Si directus sine protestatione † recipiat Canones decursos, an sit tacite remissa caducitas, non conueniunt Doctores, nam negatiuam tenent, *Bart. in l. 2. C. de iur. emph. nu. 8. quem refert Surd. decis.* 317. *approbata, num.* 15. *vers. contrariam*, asserens idem asserere, *Spec. de locat. §. nunc aliqua, quæst.* 23. *& alios*, & istā opin. esse veriorem, licet pauciores
2 habeat auctores, sed decipitur † *ipse Surd. quia Spec.* ab eo allegatus late tenet, & probat contrarium, licet ipse *num.* 16. *& seq.* pluribus conetur probare illius opinionem.
3 Affirmatiuam sunt † amplexi, *Alex. cons.* 14. *viso, & considerato, lib.* 2. *num.* 12. *motus, l. post diem, ff. de lege commiss. & l. commissoria, C. de pact. inter empt. rel. tis Spec. de locat. §. nunc aliqua, vers. de cimo tertio, Bald. in l. Mauius, §. duobus, ff. de legat.* 2. *relati à Ias. in l.* 2. *C. de iur. emphit. num.* 124. quem sequitur *Cassan. ad consuet. Burgund. rub.* 11. *§.* 1. *vers. Retenue, vers. & intellige, Mandel. testans de magis communi, cons.* 259. *licet in princ. Menoc. & ab illo relati præsumpt.* 45. *cum vini, lib.* 3. *num.* 8. *relati à Mascard. de prob. conclus.* 252. *Caducitas, num.* 1. *& seq.* vbi plures rationes refert *Cefal. cons.* 222 *nu.* 16. *& seq. Cassan. ad consuet. Burgund. rub.* 11. *§.* 1. *versic. Retenue, num.* 2. *in princ.* Si autem fit protestatum saluo iure agendi ad caducitatem, vt dixi supra §. 15. *numero* 23. *& seq.*

Licet pro cōcordia plura sint meditati interpretes iuris nostri, tamen quia quæ quisque illorum dixit, penitus non tollit contrarietatem, quæ ex diuersitate ca-
4 suum oritur, distinguendum est, † quod aut dominus recipiens canones decursos, ignorabat commissam esse caducitatem, ex nō facta canonū solutione, & tunc non est remissa caducitas, vt refert censuisse, *Spec. Dyn. Alberic. Bal. & alios antiquos Doctores, Tiraquel. de retract. lign. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 22. asserens idem dici de domi-
5 no, † qui iusto errore inuestiuit vassallum post tempus petendæ inuestituræ, & em-
6 ptore, qui post completam præscriptionem pretium offert, & idem dicendum
7 subdit, *num.* 23. de vicino, † vel consanguineo, qui post lapsum temporis ad retrahendum, interpellat vicinum, vel consanguineum, an vellit retrahere, idem voluit, *Bero. cons.* 116. *lib.* 1. *num.* 13. *& seq.* agendo an sufficiat præsumpta scientia.

Ratio est euidēs, quia cum ad effectum

remissionis caducitatis requiratur scien-
8 tia, † quod emphiteota ceciderit ab emphiteusi, ob non factam canonis solutionem, *l. 2, vers. volente, C. de iur. emphit.* ignorante domino pęnam commissi, nullatenus dici potest, ex receptione canonis fuisse remissam caducitatem ignotam directò, qui canonem recipit, *l. mater decedent, ff. de inoff. testam, Bald. l. vinum, ff. si cert. petat, num. 17. Ias. in l. 2. C de iur. emphit. num. 130. vers. prædicta, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 22. & dixi infra vers. cum temperamento, Surdus cons. 7. num. 36. in fin, & num. 38.* conclu-
9 dens ignorantiam † excludere consensum & voluntatem, plura de more suo cumulans ad probandum hoc assumptum, *& latius cons. 150. num. 42, & seq.* addendo,
10 quod ius ignoratum numquam † censetur remissum, *& cons. 349. num. 14,* & vbi
11 scientia firmat actum, ignorantia † illud vitiat, & inficit, *l. quæro, vers. quia scire, ff. de eo, qui pro tut. curat. veneg. gesſ. Roman. cons. 353. num. 7, Bart. in l. multum, ff. de cond. & demonst. num. 2. & seq.* & ibi addentes.

12 Limit. vbi ignorantia esset † supina, *Alex. cons. 14. viso, & considerato, lib. 2. num. 10. circa princip Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 10 num. 22. circa med. Bursat. cons. 181. num. 41.*

Aut dominus recipiens canones decursos sciebat apertam sibi esse empiteusim, & tunc illa aut est ecclesiastica, quæ ab vno regatur rectore, qui sit simplex clericus, vel in sacris constitutus cum dignitate, vel iurisdictione, vel sine, & tunc
13 quia is solus † potest inuestire, & disuestire, seu instituere, & destituere, recipiendo canones decursos, & non solutos, seu purgata mora ab emphiteota, remissa est caducitatis pœna, *Crescent, decis. 2. de locat. relato Alex. consil. 14. & viso, & considerato, lib. 2. num. 12. & 13,* & idem dixerat prius *Specul. Titulo de locat, §. nunc aliqua, num. 37. Ias. l. 2. C. de iur. emph. numero 130, Ant. Fab. deffinit. 16. de iur. emph. Trentacinq. resol. 6. num. 6. lib. 3. de iure emph. Mascard. de probat. conclus. 212. n. 12. Gabriel. cons. 80. anno, lib. 1. num. 15. Clar. §. emphiteusis, quæst. 10. num. 3, post med. Corbul. de caus. priu. ob non. solut. canon. declart. 21, num. 5. & 6. Socin. cons. 66. lib. 3. num. 20. Bero, cons. 116. lib. 1. num. 13.*

14 Vel regitur † ab vno cum consensu, & interuentu plurium, toto titul. de ijs, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli, & tunc episcopus, vel alius prælatus si recipiat decursos canones, seu admittat emphiteotam ad purgationem moræ, non est remissa caducitas nisi præcesserit, vel subsequutus sit consensus Capituli ad recipiendum, *glos. cap. potuit, verb. expelli, vers. sed quid dices de Ecclesia, de loc. Spec. de locat. §. nunc aliqua, num. 37.* licèt relatis *dissentientibus* exemplo defensoris videatur illis postremo adhærere, *Decius cons. 329. pro defensione, num. 3. circa fin. Ias. l. 2. C. de iur. emph. num. 130. Ant. Fab. deffinit. 16. de iure emphit. Trentacinq. Resol. 6. num. 7. lib. 3. de iur. emph. Alex. consil. 14. lib. 2. num. 12. vbi refert dissentiant. & qui consentiant, & num. 13. limit.* si res erat solita dari in emphiteusim, *et cons. 5. lib. 5. nu. 19. Mascard. de probat. concl. 212. caducitas, nu. 12. Crescent. decis. 2. de locat. Dec. cons. 329. nu. 3. vers. & prælatus, Clar. §. emphiteusis, quæst. 10. num. 3. post med. Corbul. de caus. priuat. ob canon. non solut. declarat. 21. num. 5. & 6.*

15 Intelligas tamen, si res † erat solita concedi in emphiteusim, vt declarat *Trentacinq. resol. 6. num. 7. vers. conclusio, de iure emph.*

16 Limit. vbi statuto esset † cautum, quod caducitas esset expresse remittenda, vt puta voce, vel scriptis remittenda, *Caldas. cons. 38. Gregorius, num. 17.* asserens apud Lusitanos tale extare statutum.

Aut est emphiteusis secularis, & tunc vel à pluribus vt singulis, vel in vniuersum, vel ab vno tantùm concessa fuit, & tunc prioribus casibus seruata differentia quam retuli *de different. verborum iuris, §. pertinere ad plures, vt singulos, & ad vniuersos dicitur remissa caducit. vel non.*

18 Si verò ad vnum tantùm spectet † emphiteusis, tunc recipiendo canones decursos, remissa est caducitas, *glos. penul. vers. respondeo in priuato, de locat. quam referunt, & sequuntur Menoc. præsumpt. 45 cum vini lib. 3. num. 8. Surdus decis. 317. approbata, num. 14. relatis pluribus sentientibus, Alex. cons. 14. viso, lib. 2. num. 12. & cons.*

trust.5.lib.5.num.19.Mascard.de prob.con-
clus.251. Caducitas, num. 12. Corbul. de
caus. priuat. ob non solut. canon. declarat. 21.
num. 1. vers. prima.

19 Ampl. etiam si solùm † emphiteota
petierit canones decursos, *Alberic. in*
l. 2. C. de iur. emph. num. 6. quem refert, &
sequitur Ias. ibid. num. 28. quem refert, &
sequitur alijs cumulatis, Tiraquel. de re-
tract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 64. dum prius
num. 61. firmasset, idem dici de vassallo,
20 & de emptore, cum pacto † de retrouen-
dendo, si lapso termino ad redimendum
recipiat pretium, quo emit, & dominus
seruitia vassallatica, *Surd. alios referens*
cons. 86. leuis, num. 15. & decis. 317. appro-
bata, num. 2. & seq. ea motus ratione,
21 quia paria † sunt petere, & recipere, *Ce-*
fal. cons. 222. num. 18. Corbul. de caus. pri-
uat. ob canon. non solut. declarat. 21. num. 9.
vers. extenditur. & num. 10. & seq. late
comprobat.

22 Cum temperamento, † si talis exactio,
vel petitio fiat à sciente emphiteusim esse
caducatam, quia si id ignoraret, secus es-
set dicendum, *Tiraquel. de retract. con-*
uent. §. 1. glos. 2. num. 63. & dixi supra,
vers. Ratio, Bursat. cons. 181 inuestitur. nu-
mero 32. & seq. vbi loquitur de exactione
facta annis sexdecim ab Ecclesia, *Anton.*
Fab. de ffin. 16. de iur. emphit. addentes ad
Mandel. cons. 259. Corbul. de caus. priuat.
ob non solut. canon. declarat. 21. n. 14. Bero.
cons. 126. lib. 1. num. 13.

23 Ampl. præsertim, † si directus dominus
potest facile acquirere naturalem posses-
sionem rei emphiteoticæ, *Cesal. cons. 222.*
num. 27.

24 Limit. vbi ex alio † capite quam solu-
tionis canonis emphiteusis esset aperta
domino, *Casal. cons. 222. præsupponitur,*
num. 21. in fin. & cons. 223. n. 49.

25 Limit. vbi caducitas † esset declarata,
Casal. cons. 222. præsupponitur, n. 24.

26 Limit. vbi dominus † ignorabat cadu-
citatem incursam, *vt dixi supra vers. aut*
dominus.

Hactenus quando fit remissa caducitas
per exactionem factam ab ipso directo
domino, agendum remanet, si exactio
fiat à procuratore, vel alio illius nomi-
ne, habente facultatem exigendi, & isto
casu non faciendo differentiam, an em-
phiteusis sit secularis, vel ecclesiastica,
27 cuius vis generis illa sit, dicendum † non
esse remissam caducitatem, quam domi-
nus acceptauerat, quia ad eum specta-
ret caducitatem remittere qui potest, eã
declarare, *Surd. decis. 317. approbata, n. 6.*
& seq. vbi pluribus similibus id comprobat,
Bursat. cons. 181. inuestitur. num. 33. & seq.
qui loquitur de solutionibus factis annis
sexdecim procuratori Episcopi, respon-
28 dendo obiecto, † quod ille deberet in-
quirere statum rerum ad mensam episco-
palium spectantium, *Dec. loquens de mas-*
sario exigente, cons. 329. pro defensione,
n. 33. vers. ad hoc, limitando, si per plures
29 † annos exegit, & tacitè fuit exactio rati-
ficata, *Corbul. late de caus. priuat. ob non*
solut. canon. declarat. 21. num. 16. limitando,
si habet spetiale mandatum ad remitten-
dam caducitatem.

Pater autem, qui est legitimus admi-
30 nistrator bonorum filij, † si recipiat ca-
nones decursos, remissa est caducitas,
Corbul. de caus. priuat. ob non. solut. canon.
num. 17. relato Socin. cons. 66. visa donatio-
ne, lib. 3. num. 19. vers. Non obst. si dicatur,
qui cum loquatur in principe, & in casu
quo caducitas non erat clara, sed litigio-
sa, & contra absentem, dubito de verita-
te assertionis, Corbulum tamen sequun-
tur, & referunt, *Hondad. cons. 55. Francis.*
lib. 1. num. 87. Marc. Anton. de Amatis de-
cis. Marchiæ 70. Haredes, num. 2. Pascal.
de Pat. potest. par. 1. cap. 2. num. 34.

31 Post patrem † sequitur procurator, nã
si ille mandatum habet à lege, vt filij in
potestate sua constituto administret bo-
na; illo etiam inuito, *l. cum oportet, §. non*
autem, C. *de bon. liber. §. 1. inst. per quas*
person. nobis acquir. Pascal. de Pat. potest.
par. 1. cap. 2. num. 1 & seq. plurib. iste autem
ab homine, qui illum constituat, *l. 1. ff.*
de procur. sed quia talis constitutio in casu
nostro, vel est generalis, vel spetialis, vel
cum libera, vel fit ab homine, vel à lege,
ideò sequentes casus sunt constituendi.

Primus est, vbi quis generaliter con-
32 stitutus est procurator † ad exigendum
canonem emphiteoticum, & tunc quia
33 mandatum † est stricti iuris, *cap. qui ad*
agendum, de procur. in 6, clem. non potest.
eod.

cod. tit. Rot. decis. 13. de procur. in nou. Nec
34 potest procurator † quidquam validè
facere vltra contenta in mandato, *l. diligenter ff. mandat. cap. cum dilecta, de rescr. cap. porro, de priuileg. Bal. consil. 67. lib. 2.*
35 Immo faciendo † dicitur esse in manifesto dolo, etiam quod in mandato esset
36 clausula, † quod posset facere, quæ faceret dominus, *Bart. in l. procurator cui, ff. de procur. in fin. Angel. consil. 387. col. fin. quos refert, & sequitur Morotius conf. 24. num. 16.*

Et isto casu per exactionem factam à
37 generali † procuratore cõstituto ad exigendum, non est remissa caducitas, vt voluit *Paris. cons. 86. secundum, lib. 4. num. 27. quem sequitur Corbul. de cauſ. priuat. ob non. solut. canon. limit. 21. num. 16.* addentes
38 tes ambo, quod talis procurator † non posset expresse remittere caducitatem, tanto minus posset tacitè, *idem voluit Bero. cons. 16. In causa, lib. 1. num. 10. & seq.*
39 nam vbi agitur de actu annullando, † vel remissione iuris nostri, nõ eadem est virtus taciti, & expressi, *Ripa l. si plagij, ff. de verb. obligat. num. 4. Dec. in l. 1. C. qui admit. in prim. lectur. num. 6. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 148. Surdus cons. 349. optimum, num. 39. & seq.*
40 Limit. vbi directus † dominus solitus esset remittere caducitatem in similibus casibus, quia tunc procurator generalis potest facere, quæ speciale exigunt mandatum, *Alex. in l. procurator, ff. de condict. indeb. & in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. pet. col. 3. Cornazan. decis. 1. nu. 24.*
41 *& seq.* declarando, † si tamen id vtile sit mandanti, *Thesaur. quæst. 1. lib. 4. num. 9.* concludens solitum, quod est semper, censeri mandatum.
42 Limit. vbi directus † dominus ratam habuit exactionem canonum pro tempore decurso, ex quo causabatur caducitas, *l. Paulus, ff. rem rat. hab.* ratihabitio
43 enim supplet † defectum mandati, *l. licet, ff. de iudic.* & idem operatur, ac si mandatum datum esset ab initio ad faciendum actum ratificatum, *Vernl. decis. 182. par. 2. num. 2.* Nam licet aliqui negent ra-
44 tificationem non æquiparari † mandato spetiali, *Pasetus cons. 194. num. 20. in prin. relatis glos. in cap. nonnulli, de rescript. las.*
in l. licet, C. de procur. col. 3. limit. 4. & Fel. in cap. causam quæ, col. fin. limit. 1. quibus addo Scrader. de feud. par. 6. cap. 4. secundo, num. 33. Ioseph. Lud. conclus. 90. col. 1. vers. & vbi.
45 Quia magis communis † est in contrarium, *Bal. in l. quod si de speciali, ff. de minor. Grat. cons. 37. lib. 1. num. 21. Siluan. cons. 35. num. 36. Mandos. de inhibit. cap. 33. num. 3. Veral. decis. 53. part. 1. num. 2. & 5. Surd. cons. 43. rara, nu. 13. & cons. 60. num. 14. & cons. 355. num. 19. & decis. 3. prælatus, num. 2. Cornazan. decis. 1. nu. 25. circa med. Rimin. iun. cons. 813. num. 9. &*
46 *seq.* qui videtur † declarare præcedentem verã opin. in delictis, sed est reijciẽdus ex *l. 1. §. deiectum, ff. de vi, & vi armat. vt ibi dixi in meis Collectaneis.*
Secundus casus est, vbi procurator
47 † mandatum habet spetiale ad remittendam caducitatem, *Bero.* qui loquitur de negotiorum gestore Ecclesiæ, *cons. 116. in causa, lib. 1. num. 10. & seq.* concludens, quod procurator ad exigendum canones, nisi dictum fuerit etiam ab ijs, qui iure suo cecidissent per non solutos canones, non remitti caducitatem incursam ob canonem non solutum.
48 Limit. si dominus ratam † habeat exactionem, per quam dicitur remissa caducitas, *Dec. cons. 329. pro defensione, num. 3. vers. sed replicari,* qui loquitur de massario capituli, cuius exactiones fuerant approbatæ, *Rimin. iun. cons. 22. illustres, n. 11.* qui loquitur de factoribus quorumdam comitum, & ratio est, quia ratihabitio
49 † retrotrahitur, & mandato comparatur, etiam in ijs, in quibus est opus mandato spetiali, *vt dixi in meis Collectaneis ad cap. ratihabitionem de reg. iur.*
50 Limit. vbi quis habet † mandatum ad exigendum canonem, & ad renouandam emphiteusim, *vt ex Corn. cons. 187. lib.* concludit, *Corbul. de priuat. ob canon. non. solut. declarat. 21. num. 18.*
51 Tertius casus est in procuratore † generali cum libera, cuius cum duæ sint speties, seu quia constitui potest ab homine, vel à lege, dicendum videtur, quod
52 cum prima speties † procuratoris æquiparetur procuratori habenti spetiale mãdatum, *l. procurator cum duabus seq. & ibi glos.*

gloſ.ff.de procur.l.nam,& nocere,ff.de pact. cap. qui ad agendum,de procur.in ſext. Got-ta in ſuit memoral.§.procurator generalis, Siluan.conſ.35.nu.32.Tiraquel.de retract.
53 *lignag.§.1.gloſ.13.num.32.*& poſſit † face-re ea omnia, quæ faceret conſtituens, *l. procurator cui generaliter,& ibi Bart.ff.de procur. Bal. l. illud, §.1. ff. de minor. cum alijs cumulatis de exequut.rei iudic. cap.7. §.10.& ſeq.* vbi præterea retuli, qualiter talis procurator conſtituatur, & quæ idē præterea poſſit, & non poſſit in rebus il-lum conſtituentis.

54 Dicendum eſt ex ſolutione † facta pro-curatori habenti mandatum generale cū libera, de toto canone debito, remiſsā eſſe caducitatem, ſicuti remiſſa fuiſſet, ſi conſtituens ipſe ſciens caducitatem exe-giſſet, *vt dixi ſupra num.8.* & comproba-tur ex ijs, quæ conſiderat, *Corbul.de cauſ. priuat.ob non ſolut.canon.declarat.21.n.16.* dum concludit generali procuratori fa-cta ſolutione canonum decurſorum non eſſe remiſſam caducitatem, quia ille non
55 poteſt tranſigere, ſicuti † poteſt procu-rator cum libera, *Iaſ.in l.iusiurandum, §.procurator, ff.de iur.iur.num.4.in princ. cum alijs cumulatis ab Alex.conſ.22.lib.1. num.7. Bero.quæſt.33.num.1.& 6.in fin.*

56 Contrarium tamen † ſuſtineri poſſet *ex Theſaur.quæſt.1.lib.4.num.10. vſque in fin.* & illi aſſentior, ſi mandatum eſſet da-tum ad exigendum, quietandum, & cum libera, quia clauſula libertatis reſtringi debet ad contenta in mandato circa exa-ctionem, & non ad alia, & mandatum eſt ſtricti iuris, *l. diligenter, ff. mandat.* &
57 talis clauſula † apponitur ex imperitia notariorum, & ita cenſuiſſe *Anton.Fabr.* refert *Theſaur. quæſt 1.lib.4.num.13.*

A priori tamen opin. non recederem,
58 † vbi conſtituens veriſimiliter fuiſſet re-miſſurus caducitatem, ſi ipſe canones exi-giſſet, ex ijs quæ dixi ſupra, *verſ. limita*, vbi directus dominus ſolitus eſſet, ſicuti è contra vera eſſet ſecunda, ſi veriſimiliter dominus non fuiſſet caducitatem remiſ-ſurus, vt puta, quia remiſſio ſit damnoſa Eccleſiæ, *vt ex Borgnin. deciſ. 30. par. 2. num.537.& 562.concludit, Georg. Barſch. in ſua Radice clauſularum, verſ. Cum libe-ra, §.1.nu.26.* qui cum ſubdat conſtituen-tem procuratorem ad vendendum cum
59 libera, non excludi remedio, † *l. 2. C. de reſcind.vend.* adderem tanto magis eſſe veram, quam voluit *Faber.* vt mox dixi.

60 Quartus caſus eſt in procuratore † ge-nerali conſtituto à lege cum libera, qualis eſt procurator fiſci, *l.præſes, vbi gloſ.C.de tranſact.* item tutor, & curator pupilli, & minoris, *l.mandato generali, ff.de procur. vbi gloſ. Iaſ.in l.à diuo pio, §.ſed ſi emptor,*
61 *ff.de re iud.num.8.* Item maritus † in qua-cumque cauſa vxoris, *l.fin.C.de pact.con-uent. l. maritus, C. de procur.* modo agat
62 tamquam † maritus, nam ſi ageret tam-quam procurator, & non doceret de mandato, acta eſſent nulla, *Ioan. de Amic. conſ.132.num.3.*

Quamuis Caſſaneus ad conſuet. *Burgun. rub.11.§.1.verſ.Retenue, num.1. verſ.quod intellige*, excitata difficultate, an exactio-ne canonum decurſorum ſit remiſſa ca-ducitas, illam indeciſam relinquerit, & dixerit cogitandum eſſe, an illa decidi poſſit ex dictis, *Felin. in cap. fin. de præſcr.* qui cum loquatur de prælati confeſſione, quando noceat Eccleſiæ, tutior videtur reſolutio, quæ elici poteſt ex ijs, quæ di-cta ſunt in antecedenti caſu, præſertim,
63 cum maior ſit auctoritas † procuratoris habentis mandatnm generale cum libera ab homine, quam qui habet à lege. Ille enim poteſt habere fidem in pretio rei venditæ, iſte nequaquam, *vt ex Bartol. Alex. Iaſ. Caſt. & alijs in l. à diuo pio, §. ſed ſi emptor, ff. de re iud. tradit Mozius de contract. cap. de mandato, num. 65.* & qui
64 poſſint † ſequi fidem emptoris in pretio rei venditæ, *dixi in meis Collectaneis ad §. vendita, verſic. ſed ſi ita, qui vendit. inſt. de rerum diuiſ.*

§. XIX.

SVMMARIVM.

Solutionem allegans, debet illam probare 1 *Ampl.*2.
Excipiens eſt actor in exceptione ſua 3. *non probando exceptionem oppoſitam, dicitur calumniari* 4. *Contra illum fertur ſenten-tia,*

tia, & quando 5. *& 6.*

De solutione excipiens, non ideò fatetur se debitorem 7. & quare 8 11.

Factum negans esse rite, non fatetur fuisse factum 9.

Excipiens, quando dicatur fateri 13. sententiam non fuisse rectè latam, non ideò dicitur fateri, fuisse latam 10.

Quod excipitur ad repellendum actorem, non operatur probationem eius, quod impugnatur 11.

Affirmasse nemo præsumitur quod non dixit, vel dicere noluit 12.

Soluens indebitum scienter non repetit, quia censetur donare 14. Ampl. 15. 16.

Solue, & repete commune assumptum, vbi quis conuenitur ex obligatione camerali rigorosum, & temperandum 17. 18.

Executiue, si quis conueniatur, executiue etiam reconuenitur 18.

Aequalitas est seruanda in iudicijs 19.

Creditor, si sibi euincatur pecunia soluta, vel aliud quod fuerit datum vice pecuniarum, executiuè non potest agere contra debitorē, vt soluat 20.

Soluens priori creditori in actione personali succedit in locum prioris creditoris 21.

Soluens in actione hypothecaria, quando succedat in prioris creditoris locum 22. & seq.

QVamuis solutio operetur mox relatos effectus, plura tamen non
1 operatur, & primò non † releuat excipiētem ab onere illam probandi, *l. 1. C. de probat. glos l. 2. verb. expellere, vbi Bart. C. de iur. emphit. Bald. in l. actor. circa fin. C. de probat. & in l. inter debitorem, ff. de pact. Alex. cons 101. circa fin vol. 2. Paris. consil. 90. num. 19. vol. 1. Natta cons. 226. nu. 3. & cons. 569. num. 2. Herculan. tract. de ne-*
2 *gatiu. num. 35.* præsertim, † vbi de solutione excipitur aduersus eum, cui erat soluendum, & negat fuisse solutum, *Socin. in l. 1. in fin. ff. de except. Rol. à Val. cons. 87. vol. 1. num. 3. Franc. Bec. cons. 105. num. 12. Gabriel. de probat. conclus. 6. num. 21. Herculan. tract. de negatiu. num. 35.* & ratio est,
3 quia excipiens † est actor in exceptione sua, *l. 1 ff de exception.* ideò sicut qui agit, debet probare intentionem suam, alias absoluitur reus, etiam quod nihil præsti-
terit, *l. qui accusare, C. de edend.* & exci-
4 piens † non probata exceptione, dicatur calumniari, *Natta cons. 29. licet, n. 131. & cons. 31. num 1.* ita ferri debet sententia
5 contra † excipientem, vbi ab illo non probatur opposita exceptio, *Card. Mantic. decis. 111. expensionibus, num. 7. & decis. 251. nu. 8. Federic. Pruchman. cons. 45.*
6 *lib. 1. num. 3.* † latius tamen hoc examinant, *Fuluius Pacian. de probation. lib. 1. cap. 61. & 68. num. 1. & seq. Mascard. de probation. conclus. 685.*
7 Secundò, quod excipiens † de solutione, non ideò dicitur fateri se debitorem, *l. non vtique, ff. de exception. Cyn. Bald. & Sal. in l exceptionem, C. de probat. Bald. & Imol. in l. cum mulier, ff. solut. mat. Natta cons. 134. circa num. 1.* loquens de excipiente de solutione, vel præscriptione,
8 eam afferens rationem, † quia talis exceptio opponitur ab excipiente ad effectū excludendi actoris intētionem, ideò non debet operari contrarium effectum includendi, *l. legata inutiliter ff. de legat. 1. l non omnis, ff. si certum petat*, ideò, qui
9 negat, † quid rectè factum, non dicitur fateri fuisse factum, *Bald. in l. Gallus, §. forsitan. ff. de lib. & post. & ibi Alex. in apostil.* ad eumdem, concludens excipientem
10 sententiam † non fuisse rectè latam, non ideò fateri latam esse sententiam, quia
11 quod excipitur † ad repellendum actorem, non debet operare probationem eius, quod excipiendo impugnatur, cum
12 nemo præsumatur † affirmasse, quod nō dixit, vel dicere noluit, *l. si ex testamento, ff. de except. rei iudicat. relati à Trentacinq.* qui loquuntur tam de excipiente de solutione, quàm de pacto non petendi, *relato Bald. sibi contrario, var. resolut. lib. 3 de solut. resol. 16. nu. 2.* sed quia omnis regula patitur limitationem, qui scire
13 vellit, quando † excipiens fateatur, videndi sunt, *Fulc. Pacian. tract. de probat. lib. 1. cap. 20. & cap. 2. cum tribus seq. Marsil. de fideius. num. 267. vsque ad 284. cum alijs congestis in meis Collectaneis ad l. non vtique, ff. de except.*
14 Tertiò quamuis soluens † indebitum, scienter non repetat, *l. 1. ff. de condict. indebit.* quia præsumitur donare, qui id præstat, quod nullo iure cogente, seu
cau-

causa concurrente præstatur, *l. donari, ff. de regul. iur. & declarat Vasquius inferens* inde, an qui tradidit rem legatam, possit pęnitendo repetere, *de success. creation.*
15 *§. 17. num.* 112. si tamen quis soluat † vi obli-
gationis cameralis, vel instrumenti guarentigiati, vel stante statuto, quod obligato ex publico instrumento nulla competat exceptio, repetit quę indebite soluit *Roman. cons. 76. in causa nobilis, n. 7. vers.*
16 *sed certum*, quamuis † soluerit ex decreto Iudicis exequentis talem obligationem, quia non dicitur isto casu facta spontanea solutio, *Ancar. cons. 159. versic. Quarto hoc probo, Bart. in l. 2. in princ. lectur. C. de ijs, quæ vi metusuè caus. nu. 8. & in secunda lectur. nu. 9.* quorum auctoritate ita censuit *Rota coram Aldobrandino, vt refert Zachias de obligat. Cammer. decis. 15.* Hinc Romanorum Curialium commune assumptum, vbi quis conuenitur ex instrumento vallato obligatione
17 Camerali. Solue † & repete, quod factu difficile est, *l. si dubitatur, ff. de fideiuss. Bart. quæst. 4. Publicanus in fin. vers. Non enim est facile*, cum non detur repetitio, nisi remedio trium conformium, quas obtinere, quam sit difficile, & dispendiosum, experto crede Roberto, sed in aliena causa. Quare quandoque improbaui hunc rigorem, & dicebam saltem temperandum, vt eadem facilitate concederetur repetitio, qua conceditur petitio,
18 exemplo † iudicij conuentionis, & reconuentionis, quorum primum, si fuerit exequutiuum, tale etiam est secundum *glos. fin. vers. remoto, in cap. 2. de matr. petition. vbi Abbas, & reliqui, Franc. cap. Pastoralis, de appel. num. 6. Magon. decis. Lucens. 52. num. 14. Lancellot. de Attentat. par. 2. cap. 12. limit. 8. num. 53.* in iudicijs
19 enim † seruanda est ęqualitas, nec litigantes sunt ad imparia iudicandi, *cap. in iudicijs de reg. iur. l. fin. C. de procur. Crauet. cons. 133. num. 7. & seq. cum alijs cumulatis à Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glos. 6. n. 164. & seq. plurib.* sed hæc canuntur *Surdo*, impinguatur enim curia multitudine scribarum, & similium, vtile est, vt de lite fiant lites, quæ an sint breues, vel longæ non videtur inquirendum, sed ve vobis, qui lites, & dissidia alitis, interim properemus ad aliam exceptionem, quę remoretur, vel reuocet exequutionem rei iudicatæ, & Deum expectemus vltorem in eos, qui scientes, & agnoscentes hanc iniquitatem illam ferunt.
20 Quarto, si euincatur pecunia † soluta creditori, vel aliud quod fuerit illius vice datum, quia extincta fuit semel executiua via agendi contra debitorem, non potest creditor exequutiue iterum agere, vt soluat, sed ordinarie, & tribus sententijs debet agere, *vt dixi infra de deliberatione, cap. 30. num. 69.*
21 Quinto, quod licèt soluens priori † creditori in personali actione, in illius iura succedat, non succedit tamen in hypo-
22 theca, † nec in hypothecaria l. res obligatas, *C. de pignor. l. 1. C. de his, qui in prior.*
23 *locum credit.* † nisi pecunia data sit ea lege, vt soluatur prioribus creditoribus, & ita fiat solutio cum pacto, vt pignus sit soluenti obligatum; nisi tamen illud fuisset venditum ante factam solutionem.
24 Vel soluens † emerit nomen debitoris, vel soluenti sint cessa iura creditoris, *l. si à creditore, C. de act. & oblig. l. fin. C. de iur. fisci*, vel nisi in actu solutionis fuerit conuentum, quod soluens, succedat in locum prioris creditoris, *l. 1. C. de his, qui in prior. credit. succed.* vel pariter in actu
25 † solutionis sit conclusum, pignus remanere soluenti obligatum, vel nisi soluens
26 † esset alia ratione creditor debitoris, *d. l. 1. & l. 1. C. qui potior, in pignor. hab. Rip. in l. si ventri, §. eorum, ff. de priuileg. credit. num. 8. 9.*

---

§. XX.

SVMMARIVM.

Parte acceptata totum dicitur acceptatum 1.

Creditor cum hypotheca acceptata parte sui crediti, non impeditur pro residuo totam rem hypothecatam capere, & distrahere 2. *& quare* 3. *Ampl.* 5. 6.

Hypotheca est indiuisibilis 3. *Limita* 4. *Amplia* 8.

Obligatus in solidum, debet totum debitum

1 QVamuis parte † acceptata, totũ dicatur acceptatum, *l. si cui, ff. de legat. 2. l. si exiasse, ff. de acquir. hared. l. quadam, ff. de iur. delib.* si tamen creditor cum hypotheca recipiat partem crediti, non ideò extinguitur hypothecæ actio,
2 quin creditor † agendo pro residuo possit totam rem sibi hypotecatam distrahere perseuerante debitore in contumatia, seu mora non soluendi, *l. solutum, §. si creditori, ff. de pignor. action. l. si necessarias, §. si vnus. ff. eod. l. quamdiu, ff. de distract. pignor.* per quæ iura ita firmat, *Gozadin. cons. 38. in causa nobilium, num. 4. Neguſ. de pignor. par. 8. memb. 1. num. 4. in princ.*
3 Et ratio est, quia † hypotheca est indiuisibilis, *l. quamdiu, C. de distract. pign. Socin. cons. 135. lib. 1. num. 2. Crauet. consil. 77. num. 15. Milanens. decis. 13. & licet, n. 12. Neguſ. de pignor. par. 8. membr. 1.*
4 *num. 48. & seq.* vbi late comprobat, † limitando in hypotheca, quæ competit pro legatis, nam illa exercetur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs tantùm.
5 Ampl. etiam, vbi hypothecatæ † essent plures res, quæ deinde alienatæ possideantur à pluribus, & ab vno illorum simpliciter fuerit soluta pars aliqua debiti, nam adhuc omnes remanent obligatæ pro residuo, *l. si rem, §. omnis, ff. de pignor. act. l. quamdiu, C. de distract. pign. per quæ iura ita firmat Neguſ. de pignorib. par. 8. memb. 1. num. 48. circa med. & numero 49.*
6 Ampl. si soluatur † maior pars quantitatis debitæ, *Gozadin. cons. 38. in causa nobilium, num. 4. in fin.*
Quamuis dicta de hypotheca, videantur habere aliquam analogiam cum obli-
7 gatione plurium † in solidum, vt quisque illorum sit totius quamtitatis, vel rei in contractum deductæ, reus debendi, nec excipere possit de diuisione, vel quod sit pro virili tantùm obligatus; vel quod non teneatur, nisi in quantum facere possit, vel quod alij excutiantur, *l. reos, §. cum in tabulis, vers. in solidum spopondisse, ff. de duob. reis, Natta cons. 52. vt ostendatur, num. 1. & 3. Marsil. de fideiuss. num. 62. & seq. Vinc. de Franc. decis. 164. contra nurum, num. 4. in fin.* sicuti non dicitur ex-
8 tincta † hypotheca, licèt in parte sit soluta quamtitas, vel adimpletum factum, cuius causa fuit illa contracta, vt dixi in principio huius §. idem dicendum videatur in obligatione solidi, retenta analogia, quæ cadit inter hypothecam, & obligationem solidi.
9 Attamen, vbi plures † sunt in solidum obligati, si vnus illorum soluit partem ab eo debitam, diuiso credito in viriles, est, idem soluens liberatus à residuo, *l. 2. ff. de duob. reis*, per quem textum ita firmat, *Ias. in l. si ex totò, §. 1. ff. de legat. 1. num. 4. & Ripa num. 12. & Bal. nu. 4. post med. vers. aut recepit,* sub commemoratione partis, *Alex. in l. si creditores, C. de pact. num. 1. & Ias. num 3. & 4. in princ. & in fin. vers. Item aduerte, Alex. num. 6. vers. aut tamquam ratam suam, & Stella num. 2. 5. & seq.*

seq. & Petr. Stella. num.29. & seq. late probat Trentacinq. var. resol. lib.3. de solution. resol.6. num.1. & 2. & resol.34. num.27.

10 Ampl. vt nec petere solidum † à reliquis obligatis, sed solùm portionem, seu virilem, *Ias. in l. si creditores*, C. *de pact. num.3. Bal. in l. si ex toto*, 8. §.1. *ff. de leg.1. num.4. post med. vers. aut recepit sub commemoratione partis*, addendo procedere, etiam si essent mille obligati in solidum, *Alex. in l. si creditores*, C. *de pact. num.1.*

11 Ampl. etiam, si reliqui † obligati sint absentes, vel ignorent factam à correo particularem solutionem, *Alex. in l. si creditores*, C. *de pact. num.1. vers. secundo not. & Petr Stella ibid. num. 14 addendo in fin. non reperisse contradictorem*, & Ias. *n.4.*

Contrarium defendit *Stella in l. si creditores*, C. *de pact. num.16. & seq. & 59. & seq.*

12 Ampl. etiamsi correi † fiant deinde nõ soluendo, *Petr. Stella in l. si creditores, C. de pactis, num.7. Trentacinq. var. resol. lib.3. de solut. resol.34. num.27. vers. Has limitationes.*

Contrarium firmant *Afflict. decis. 142. Quidam creditor, nu. 2. vers. Secus* si omnes non essent soluendo, *Alex. in l. creditores, C. de pact. nu.2. vers. & ideò si reliqui, Trentacinq. var. resol. lib.3. de solution. resol.6. num.2. in fin.*

13 Ampl. præsertim, † si debitori soluenti virilem, non contradixit creditor, sed solutionem recepit, quæ iuxta numerum obligatorum erat soluenda, *Ias. in l. creditores*, C. *de pact. num.3. vers. secundo.* Contrarium defendit *Petr. Stella in l. si creditores, C. de pact. num.29. & seq. pluribus.*

14 Ampl. si uedicatur † pro portione, vel parte, vel quota, vel pro persona sua soluere, *Petr. Stella in l. si creditore*, C. *de pact. num.5.*

15 Ampl. in quacumque debitorum † specie, qui in solidum conueniri possunt, *Petr. Stella in l. si creditores*, C. *de pact. nu.9.* qui autem sint debitores, qui ex lege cõueniri possunt, in solidum dixi *in meis Collect. ad l. si fundus, §. si duo, vers. sed simul, ff. de pignor.*

16 Ampl. præsertim, si † recipiendo solutionem, creditor dixit esse illa contentum, *Cotta in suis Memoral. §. creditor habens.*

17 Ampl. etiam, quod † alij creditores ignorent talem solutionem, *Ias. in l. si creditores*, C. *de pact. num.4. vers. Ric. de solut.* & iste est magnus effectus, nam cum per receptionem partis debiti, quod plures se obligarunt soluere, insurgat tacita donatio ad fauorem absentium, & ignorantium, † absenti, & ignoranti non sustinetur donatio, nisi fuerit ratificata, *l. absenti de donation. Petr. Stella ita arguit d.l. si creditores, num.66.*

18

19 Ampl. præsertim, si creditor † recipiat solutionem tamquam partem ad ipsum spectantem, *Alex. in l. si creditores*, C. *de pact. num.3. vers. secus, si recepisset.*

20 Ampl. etiam in pluribus † fideiussoribus in solidum obligatis, nam si vnus illorum soluat non simpliciter, sed tamquam partem ad eum spectantem, liberatur à solido, & à parte soluta, etiam si alij reperiantur non soluendo, inter quos, isto casu non extinguitur obligatio solidi, vt distinguit *Alex. in l. si creditores*, C. *de pact. num.6. vers. putarem.*

21 Limit. vbi non facta † mentione partis debitæ à soluente, obligatus in solidum simpliciter soluisset, *Ripa in l. si ex toto, §.1. ff. de legat.1. nu.11. & Petr. Stella n.57. & seq.* vbi plures rationes refert, & *Soc. num.6. vers. ergo si simpliciter, & Bal. n.4. vers. aut recipit simpliciter, Alex. in l. si creditores*, C. *de legat. num.3. vers. recipit partem simpliciter, & nu.6 in princ. Trentacinq. var. resol. lib.3. de solut. resolut. 34. num.26.*

22 Sublimita præcedentem † limitationem, si ageretur de solutione interesse, seu vsurarum, *Ias. l. si creditores*, C. *de pact. num.3. in fin.* eam afferens rationem,

23 quia quæ fiunt circa accessoria † non alterant principale, & hac ratione, si plures essent in solidum obligati pro fructibus consignatiui census, si vnus illorum solueret tertiam partem, vbi tres sunt in solidum obligati ad illorum solutionem, nõ esset facta diuisio quoad sortem principalem, secus quoad fructuum solutionem, *Ripa in l. si ex toto, §.1. ff. de legat. 1. num.13. vers. secundo, & vers. terrio, Trentacinq. var. resol. lib.3. de solution. cap.6. num.4.*

*num.*4. *Petr. Stella in repet. l. si creditores, C. de pactis, num.*40. affirmatiue resoluit, quæ dixi de fructibus census, sed illa latissime examinat *Milanens. decis.* 13. *& licet, num.* 12, *& seq. plurib. Ias. d. l. si creditores, nu.* 3. *vers. Tertiam*, sed an in perpetuum sit inducta diuisio, *Petr. Stella d. l. si creditores, num.* 48. tenet negatiuam, nisi accedat præscriptio.

24 Limit. vbi vnus ex correis † debendi, soluit plus, vel minus, quam esset debitum, illo diuiso in viriles, *l. inter eos, §. vbi glos. verb. soluit, ff. de fideiuss. vbi Angel. dicit ita obtinuisse, Bal. Angel. Sal. & reliqui in l. si creditores, C. de pact. Ripa in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat.* 1. *num.* 13. *Alex. in consil.* 178. *viso processu, lib.* 7. *num.* 12. *Petrus Stella d. l. si creditores, nu.* 55. *Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *de solut. resolut.* 6. *nu.* 4. vbi etiam refert dissentientes, *Petr. Stella in repet. l. si creditores, C. de pact. num.* 55. *& Alex. num.* 1. *vers. Not. Vrsil. ad Afflict. decis.* 142. *num.* 1.

25 Limit. vbi creditor † expresse protestatur per receptionem partis crediti, noluisse facere diuisionem sui crediti, vel saluo iure solidi, *Cyn. Bal. Salic. Alberic. in l. si creditores, vbi Ias. num.* 3. *vers. Quarto, & Stella num.* 52. *Ripa in l. si ex toto, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 13. *in fin. vers. Tertio, & Iason n.* 10. *& seq.* vbi de communi reprobato, *Socin.* aliud sentiente, *Trentacinq. alios referens var. resol. lib.* 3. *de solution. resol.* 6. *num.* 5. vbi etiam refert dissentientes, *& resol.* 34. *num.* 24. *vers. Hac conclusio, Petr. Stella in repet. d. l. si creditores, nu.* 52. *Bal. l. si ex toto, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 4. *circa med. & Socin. num.* 7. *vers. limita tamen, & Ias. num.* 10.

Contrarium tenet † *Soc. in l. si ex toto, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *num.* 7. *in fin. sed illum reprobant Petr. Stella in l. si creditores*, C. *de pact. num.* 53. *& seq. Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *de solution. resol.* 6. *num.* 5.

26 Limit. vbi solutio † fuit facta tutori, vel curatori, vel procuratori non habenti speciale mandatum ad diuidendum creditum, & in quocumque administratore rerum alienarum, *Petr. Stella in rep. l. si creditores, C. de pact. num.* 56. qui loquitur de omni persona, quæ non habet facultatem donandi, quia tacita inest donatio in hac diuisa solutione.

27 Lim. fauore vltimæ voluntatis, † nam si quid annuum sit præstandum à duobus, si ab vno soluatur dimidium, non ideò est liber à reliquo, *Bal. in l. si ex toto, §.* 1. *in fin. ff. de legat.* 1 *num,* 3. *vers. fallit fauore legati.*

Contrarium probat, *Trentacinq. var. resol. lib.* 3. *de solution. resol.* 6. *n.* 7. *vers. & cum hac ratio,*

28 Limit. vbi plures sunt † obligati rem tradere, nam si ab vno tradatur pars, non est extincta obligatio, ne, quoad tradentem partem, nec quoad alios, qui simul & diuisim conueniri possunt, vt integrã, & liberam tradant, *l. qui sibi* 33. *l. etiam* 37. *ff. de solution.* Ideò si vnus ex debitoribus hypothecauerit fundum traditum,
29 † nõ sunt liberati promissores solidi, quia per hypothecariam possit auocari à recipiente, *l. si rem meam* 20. *ff. de solut.* exemplum etiam esse potest, si quis tradat fundum, cuius vsus fructus sit alterius, quia
30 fundus † non intelligitur recipiẽti datus, si absit vsusfructus, *l. eum qui* 56. *§. si à te, l. qui vsumfructum* 58. *ff. de verb. obligat.*
31 & idem dicitur, si tradatur fundus, † qui sub conditione, vel adueniente die est alteri dandus, *l. qui res suas* 98. *ff. de solut.* quia adueniente die, vel purificata conditione recipienti aufferri potest, ideò in-
32 terim illius † periculo non perit, etiam si pereat periculo, vel vi, cui non possit resisti, *l. hac venditio* 7. *ff. de cont. empt. l. ei, qui ita* 13. *ff. de cond. institu.* Nec in
33 tali venditione habet locum † retractus gentilitius, vel feudalis, *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 22. *& seq.* & ratio est, quia pendente conditione, venditio non est perfecta conditio, nihil ponit inesse, *l. grege, §. fin. ff. de pignor.*

Quæ dicta sunt de debitore soluente partem ab illo debitam, si in viriles fieret debiti diuisio, an sint repetenda in creditore, qui vnum ex debitoribus in solidum obligatis conueniat pro parte, seu rata illi tangente, cum debitor, & creditor sint correlatiua, non enim alterum sine altero esse potest, correlatiuũ † enim
34 nihil aliud est, quam duorum, vel plurium mutua inuicem facta relatio, vel vltro, citroque repræsentatio, quare correla-

relatiuum dicitur quasi simul relatiuum, *arg. l. habeo, §. contractum, ff. de verb. signific.*
35 *l. reos in princ. ff. de duob. reis*, † eadem enim est correlatiuorum disciplina etiam in penalibus statutis, *Bart. in l. final. C. de indict. viduit. tollend. Ias. testans de communi, in l. si prius, ff. de nou. oper. nunciat. num. 54. & seq.* vt cætera omittam, quæ latè congerit in sua logica iuridica, *Mart. Schicard. cap. de correlatiuis*.

Et ideò videantur repetenda in creditore petente, quæ sibi sunt debita, quæ fuere dicta in debitore, præsertim cum
36 agatur de qualitate † communi, non autem propria debitori, vel creditori, quo casu ab vno ad aliud non valet argumentum, non enim licet filio emendare patrē, sicuti licet patri emendare, & corrigere filium, nec sicuti pater habet filios in potestate, ita pater subest potestati filij, & ratio est, quia correctio, & patria potestas sunt qualitates propriæ, seu soli patri conuenientes.

Regula itaque negatiua sit, quod cre-
37 ditore † simpliciter petente partem sui crediti à suo debitore, non sit facta diuisio, quin ab eodem, & reliquis, diuisim possit solidum petere, *Bald. in l. si ex toto 8. §. 1. ff. de legat. 1. nu. 4. in princ. vers. aut petijt partem simpliciter*, eam afferens rationem,
38 quia tali † petitione non dicitur facta diuisio, sed electio, *& Socin. ibid. nu. 5.* aliam afferens rationem, quia duo copulatiuè requiruntur, vt ex petitione virilis portionis fiat diuisio, nempe, quod ab omnibus sit petitum pro parte, & quod lis desuper fuerit contestata, *Ripa ibid. num. 14. Ias. num. 13. Alex. in l. si creditores, C. de pact. num. 4. & 5. in fin. Trentacinq. var. resolut. lib. 3. de solut. resol. 6. num. 8. & resol. 34. num. 23.*

39 Ampl. præsertim, si petitio † fuerit facta à procuratore, tam ab vno ex debitoribus obligatis, quam ab omnibus coniunctim, quia vt inducatur diuisio opus est speciali mandato ad remittendum ius solidi, nam remissio est donatio, *Ripa in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 19. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solut. 34. in materia, numero 23.*

40 Limit. vbi virilis portio † petitur ab eo, cui competit beneficium diuisionis, *Bal. in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 4. vers. Nisi hoc facit ex necessitate*, modo de tali beneficio excipiatur ante solutionem, *Alex. in l. si creditores, C. de pact. num. 2. vers. Ideo si vnus, & Petr. Stella, num. 10. & seq.* rationem refert *Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solut. resol. 6. num. 6. sublimitando in plurib. fideiussoribus.*

41 Limit. vbi virilis portio † extraiudicialiter petitur, & debitor consentiendo petitioni, offert se promptum ad soluendum, *Socin. in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 5. vers. ex qua ratione*, addendo posse tunc creditorem cogi ad recipiendam, nec posse pœnitere. Dubito tamen de subtili limitatione *Socin.* cum fortius idem dicendum esset de petitione iudiciali, cum in iudicijs quasi contrahatur, & ex alijs, quæ parit iudicij calor, quæ non refero, & sufficiat illā
42 monuisse. Subtilis enim ingenij † fuit idem *Socin. vt ex Dec. refert Ripa in l. ex facto, §. fin. ff. ad trebel. num. 15.* & illius subtilitates notauit *Alciat.* & defendit *Decian. in sua Apolog. aduersus eumdem Alciat. cap. Argumenta, quæ ducit Alciat. num. 13. & seq.*

43 Limit. vbi creditor † à singulis debitoribus coniunctim petit portionem, seu virilem litem contestando, *Ripa in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 15. subdens, nu. 16. & 17.* multos disentire à *Bal.* si petita fuerit ab vno pars à reo debita, *Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resol. 6. creditor, col. fin. vers. tertius, & vltimus, & resol. 34. in materia, num. 23. Ias. d. §. 1. num. 13. Soc. in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. num. 5. in princ. & Bal. num. 4. in princ. Alex. in l. si creditores, C. de pact. num. 5.*

44 Limit. vbi ab vno † ex correis petitur virilis portio ab illo debita, nisi addita sit clausula saluo iure petendi residuum, *Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resolut. 6. creditor. col. penul. vers. secunda est opin.* vbi refert inter alios, *Afflict. decis. 142.* testantem ita fuisse iudicatum, & ideò à iudicio eius consessus nolle recedere, *&*
45 *resolut. 34. num. 24.* † sublimitando, si petitio sit facta saluo iure petendi residuum, reprobando disentientes circa hanc reseruationem, *Vrsil. ad Afflict. ibid. num. 1. & 2. Bal. l. si ex toto, §. 1. ff. de leg. 1. num. 4. vers. vel nisi contrarium protestetur, ibid. num 10 Alex. in l. si credit. C. de pact. num. 4.*

Con-

Contrarium tenent relati à *Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solution. resol. 6. creditor, col. penul. vers. prima.*

46 Sublimita, vbi † correi non essent soluendo, *Afflict. decis. 142. Quidam creditor, num. 2. in fin.*

47 Limit. vbi virilis, † quæ petitur, sit pars principalis crediti, secus si vsurarum, seu interesse, *Vrsil. ad Afflict. decis. 142. quidam, num. 1. & 2.*

48 Limit. vbi † omnes debitores non sunt soluendo, *Afflict. decis. 142. Quidam nu. 2. circa fin. & ibi b. num. 2. circa med.*

49 Intellige omnes † limitationes huius regulæ, si subsequatur solutio iuxta petitionem, *Alex. in l. si creditores, C. de pact. n. 4. in fin. vers. tamen.*

---

§. XXI.

SVMMARIVM.

Solutionis exceptio est peremptoria. 1.
Solutione extinguitur omnis obligatio 2.
Obligatio est mater actionis 2.
Sine actione competenti nemo conuenitur in iudicium 3. Ampl. 4. 5. 6.
Exceptiones peremptoriæ, in quibus conueniãt, & non conueniant 7. quando opponendæ 8.
De solutione nisi fuerit exceptum ante conclusionem in causa, vel sententiam excipi non potest, nisi fuerit appellatum 9. & quare 10. Ampl. 11. vt non audiatur, nisi refectis expensis 11. Ampl. 17. Intellige 16.
Clericus, qui distulit excipere de clericatu vsque in tempus, quo poterat ferri sententia, à layco Iudice potest ab eodem condemnari in expensis 12. vel potius ab ecclesiastico 13. limit. 14. & 16. condemnatur in expensis à layco Iudice, si coram eo conuenit laycum, & succubuit 15.
De solutione, quando dicatur fuisse exceptum 18.
De solutione tarde excipiens, non auditur nisi refectis expensis 19. Ampl. ibid. & 20. Limit. 21. 22. 23.
Quid si in integrum restituatur 25.
Restitutio in integrum conceditur omnibus ex causa 24.
Restitutus in integrum aduersus omissam exceptionem solutionis, an audiatur, nisi refectis expensis 25. 28.
Restitutio in integrum procedit à pari cum appellatione 26.

1 SOlutionis exceptionem † esse peremptoriam actionis eius, qui aliquem conueniat ad soluendum, indicat nomen ipsum solutionis, quo redacto ad effectum per numerationem pecuniæ, vel traditionem alterius rei, vice pecuniarum con. sentiente creditore, *l. solut. 177. ff. de verb.*
2 *signif.* † extinguitur omnis obligatio, *§. 1. inst. quib. mod. tollit oblig.* quæ est mater actionis, seu vinculum, quo actor volens, & reus nolens, trahitur in iudicium, *§. 1.*
3 *inst. de act.* sine enim actione † competenti, nemo alium conuenire potest, *l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest. Gail. obser. 17. lib. 2.*
4 *num. 2. & seq.* Nec opus est reum † excipere, quod actor careat actione, sed illi sat est, narrare, & probare factum, ex quo Iudex elicere possit carentiam actionis in
5 actore, nam Iudex † ex officio debet repellere illum à limine iudicij, *Aretin. consil. 48. reuocatur, num. 6. Bart. & Soc. in l. 1. ff. de except. Afflict. decis. 354. nu. 10. Menoc. de arbitr. iud. quæst. 16.* quos omnes refert, & sequitur *Magon. decis. Lucens. 17. agebat,*
6 *num. 18.* addendo, *num. 19.* † Iudicem facere litem suam, si non repellat à limine iudicij agentem sine actione.

7 Notandum tamen, quod licet omnes peremptoriæ † exceptiones in eo conueniant, vt oppositæ, vel non oppositæ perimant, occidant extinguant, & claudant actori viam agendi, *§. appellantur, inst. de exception.* non conueniunt tamen in tem-
8 pore, quo illæ sint † opponendæ, cum aliæ ante litem contestatam, aliæ in litis contestatione, aliæ in processu causæ, aliæ etiã post sententiam, *Vesembec. in suis paratitil. cap. de exceptionibus, num. 9. doctores in l. per emptorias, C. senten. rescind. non posse, Intriol. decis. 17. num. 1. & seq. Aretin. in §. appellantur, inst. de action. num. 2.*

9 Quod si de solutione † ante conclusionem in causa, vel ante sententiam non fuerit oppositum virtute rei iuicatæ, non potest amplius opponi, nisi fuerit appellatum, vt dixi supra, *§. 11.* nam cum in secunda instantia liceat, non deducta dedu-

cere poterit tunc de solutione excipi, *Bar. in l.2. C. sent. rescind. non pos. num.3. Aret. §. appellantur, instit. de action. num.2. vers. tertio principaliter.*

10 Et ratio esse potest, † quia opponens, seu asserens soluisse, quæ ab illo petuntur, non dicitur excipere proprie, sed se defendere, *glos. in cap.1. verb. defensionis, vers. defensiones, de litis contest. in sext.* ideò si se non defendat, meritò condemnatur ad fauorem actoris, qui intentionem suam probauit.

Sequitur aliud incommodum contra
11 † reum non opponentem de solutione ante sententiam, vt ille deinde non audiatur, si de solutione docere vellit, nisi refectis expensis factis ab actore, *Bal. in cap. exceptionem de except. num.2.* & post longam discussionem sequitur *Fel. in cap. ad audientiam 31. de rescript. nu.14. in fin. Rebuf. in tract. de expens. damnat. & interesse, artic.89. glos. vnic. num.4. Afin. in prax. §. 22. Ampl.46. Scaccia de appellat. quæst.17. limit.21. nu.68. Marsil. relato Fel. in d. cap. ad audientiã, in l. patre, ff. de quæst. num.73.*

12 Comprobatur relatum notabile † exẽplo clerici, qui conuentus coram seculari Iudice, si distulit excipere de clericatu vsque in tempus quo poterat sententia in illum proferri, qui condemnatur in expensis iudicij ab eodem Iudice layco, vt voluit *Surdus cons.296. occasione, num. 5. relatis Bellam. decis.226. & Felin. in cap. except. de except. in princ. Marsil. in l. patre, ff. de quæst. num.77. & dixi de exequut. rei iudic. cap.25. §.3. num.17. & seq. Boer. ad consuet. Bituricens. titul. de iurisdict. §.21. col. penul.*
13 *circa fin.* tenet † condemnandum à iudice ecclesiastico, & idem voluit *Rol. à Valle cons.12. lib.2. num.42.* & ab istis non videtur disentire, *Surdus d. cons.296. n.26.* dum refert esse valde dubiam opinionem, an laicus Iudex possit condemnare clericum in expensis, qui calumniose coram illo ac-
14 cusauit laicum, *Dec.* tamen limitat, † si post exceptionem clericatus actor non cessauit à lite cæpta coram layco Iudice, *cons.241. scripsi, num.2 vers. sed videndum,* addendo actorem ipsum esse condemnandum in expensis.

15 Si tamen clericus † conueniret laycum coram Iudice layco in casu quo coram Iudice ecclesiastico erat conueniendus, *iuxta cap. si clericus de foro compet. glos. in cap.1. verb. quod clericus 11. quæst.1.* potest à Iudice layco condemnari in expensis, quia talis condemnatio est accessoria sententiæ, qua laycus fuit in negotio principali absolutus, *Marcobrun. cons.44. vis præsentis, nu.20.* addendo neminem hoc negare, *Paul. Fuscus singul.112. §. clericus.*

Quæ dixi de expensis reficiendis ab eo,
16 qui tarde excepit de solutione, † intellige de expensis, quas fecit victus, antequam de solutione fuit exceptum, si apparet expensas fuisse factas ob tarditatem oppositæ exceptionis, secus si constaret, quod reus illas omninò facturus erat, *Fel. in c. ad audientiam 2. de rescript. num.14. vers. ad omnes, & num.15. vers. quod dictum.*

Quæ dixi licere in gradu appellationis
17 † excipere de solutione, *Fel. d. cap. ad audientiam, num.14.* post luongum examen concludit procedere, etiam si scienter, & dolosè fuit dilatum illam opponere, no-
18 tandum tamen de solutione † fuisse exceptum per instrumentum solutionis eius, quod petitur, etiam si dictum non fuerit, quod excipiendo cõstat de solutione, quia Iudex supplere debet ijs, in quibus reus defecit, vbi ex actis constat illum defecisse, *Cast. in l.2. ff. de except. vers. sed illa quæ non est proprie exceptio, & ibi Cuman. n.3. Ioan. de Imol. in l.4. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infect. num. 65. vers. sed certè loquitur,* quos refert, & sequitur *Pacian. de probat. lib.1 cap.68. primus, n.76.*

Regula supra constituta, quod reficien-
19 dæ † sint expensæ ab eo, qui tarde excepit de solutione, ampliatur primò, si excipiens fuit negligens in tali oppositione, *glos. in cap. penul. verb. in curia, de rescript Felin. in cap. ad audientiam, 2. de rescript num.15. vers. Limitaretur.*

20 Ampl. etiam, si † de solutione excipiat in gradu appellationis, *Fel. in cap. ad audientiam 2. de rescript. num. 16. circa med. vers. potest iu causa appellationis.*

21 Limit. in hærede † eius, qui soluit, nam cum ille habeat probabilem ignorantiæ causam, *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.* excusatur à refectione expensarum, *Tuscus conclus.192. emphit. nuum.135.*

Li-

22 Limi... in prælato † *Fel. in cap. ad audientiam 2. de rescript. num. 16. in princ.* licèt deinde subdat contrarium, & ex illius dictis resolui posset, quid dicendum de tutore, curatore, procuratore, & similibus, aliena negotia gerentibus.

Alio remedio, sed extraordinario, potest, qui fuit contumax, vel dolosè non excepit tacite, vel expresse de solutione quamtitatis, quæ ab illo fuit petita, omis-
23 sam exceptionem obijcere † nempe si ex generali clausula, si qua mihi fuerit in integrum restitutus, *Aretinus §. appellantur, inst. de action. num. 2. circa fin. vers. Tertio principaliter*, qui licèt loquatur de minore, idem dicendum censeo de maiore,
24 omnes † enim, vt inquit Paulus, in integrum restitutiones causa cognita à prætore promittuntur, *& dixi supra §. 3.*

Sed an audiatur restitutus in integrum,
25 † nisi refectis expensis, & exemplo eius, qui appellauit dicendum videtur, non esse audiendum, quia appellatio, & restitutio in integrum procedant à pari, in eodem enim statu, quo erat ante sententiam, appellans, restituitur, sicuti etiam tamquã post liminio quodam restituitur, qui ex aliqua causa meretur restitui ad prima sua iura, *l. 3. C. de appellat. l. 1. C. de sentent. partis, & restit. §. cum autem, instit. quib. mod. ius patr. potest. sol.* Captc. *decis. 28. num. 6. Mantic. decis 272. nu. 5. Bellem. decis. 742. conclusio, nu. 1. Lancel. de attent. par. 2. c. 12.*
26 *num. 93. vers. regula.* Verùm cum † in restituto subsit causa, quare non exceperit de solutione, & ideò restituitur ad primum statum suum, in appellante autem concurrat, vel dolus longius fatigãdi actorem, vel negligentia in exhibitione iuriũ, seu defensione sua crederem aliud dicendum, præsertim inspecta causa restitutionis, quæ cum sit multiplex, *vt dixi in meis singularibus, §. restitutio in integrum conceditur maiori multis ex causis,* fortius excusare debet, si fortiori ex causa concedatur, vt puta absentiæ causa Reipubl. vel quia detineretur apud hostes, vel erat in vinculis, vel aduerso casu laborabat, cum enim tales causæ sint efficaciores, quam si quis restituatur, quia absens, vel ignorans, vel fidem adhibuit suo aduersario, facilius est excusandus ab expensis.

§. XXII.

SVMMARIVM.

Soluere pro alio quisque potest 1. Ampl. 2. 3. 4. 5. An canones debitos ab emphiteota 6. & seq.

Canones decursos tertius potest soluere ad euitandum caducitatem 6. Ampl. in consanguineo 7. Ampl. in amico 9. Ampl. in liberali, vel pio viro 14. Si volens soluere, nullum habeat interesse, seu causam, distingue 15. 16. 17. 18. 20. Intellige 21.

Consanguineus habet mandatum à lege faciendi conditionem consanguinei meliorem 7. Potest offerre pro consanguineo in causa retractus 8.

Amicus, & consanguineus fraternizant, sunt duo corpora, & anima vna 10. potest debitorem amici de fuga suspectum capere, vel capisacere 11. potest appellare pro amico, si ratificetur appellatio intra decem dies, à die scientiæ 12. potest amicum defendere, etiam aduersus officialem iniustè exequentem 13.

Inuestitura feudi non petitur absque spetiali mandato 19.

Solutio ad conseruationem iuris realis, non refert à quo fiat.

Difficultatem excutiam hoc, *§. raro contingentem*, cum difficultate quis soluat, quæ debet, tanto difficilius soluit, quæ non debet, contingere tamen potest, vt quis spe faciendæ conditionis suæ, vel debitoris, melioris, pro alio soluat, ideò con-
1 stituam regulam, quod liceat † non debitori soluere pro debitore, *l. soluere, ff. de solut.*
2 Ampl. etiam debitore inuito, † *l. soluendo, ff. de negot. gest. l. stichum, §. fin. ff. de nouat. l. si debitor tuus, l. soluere, ff. de solut.* si tamen nihil deperit domino, *Natta cons. 194. magnificus, num. 7. circa fin. B a l. acceptam,* C. *de vsur. num. 64. Ias. l. tale pactum, §. post diuisionem, ff. de pact. nu. 2.* sed an detur repetitio, *dixi infra §. 24.*
3 Ampl. etiam debitore ignorante, † *l. soluendo, ff. de negot. gest.*

Ampl.

4 Ampl. etiam † creditore inuito, *Rouesçal. ad Dec. l. inuito, ff. de reg. iur. versic. inuito, relato Ias. in l. tale pactum, §. post diuisionem, ff. de pact.* Signorol. de Homod. *cons. 42. Amplius, num. 2.*

5 Ampl. præsertim pro eo, † qui in plam causam est obligatus soluere, etiam si ille prohibeat, ne soluat, *l. & si quis 14. §. idē labeo, ff. de relig. & sumpt. fun. Roman. consil. 428. in terminis, num.* 10. addendo posse repeti soluta ab eo, qui erat obligatus soluere, non tamen accipiente tamquam indebite solutum.

6 Ampl. etiam † debitore prohibente, si causa sit pia, veluti funeris, *l. & si quis, §. idem labeo, ff. de relig. & sumpt. funer.*

7 Ampl. vt tertius possit † pro tertio soluere; si solutione facta conseruatur ius reale debitoris, *l. arboribus 12. vers. Quid tamen, ff. de vsu fruct. l. qui fundum 12. ff. quemadmod. seruit. amittat, l. forma, §. si cum eo, ff. de censib. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num.* 260. & istud procedit in quouis casu fiat solutio, *Tuscus conclus.* 352. *num. 14. vsque in fin.*

8 Ex proxima, † & præcedēti regulæ nostræ extensione oritur difficultas, an pos-
9 sit tertius soluere † canones decursos ad euitandam caducitatem, sicuti posset soluere ipse emphiteota, *iuxta cap. potest, de locato.* Et cum iste tertius possit esse, vel affinis, seu consanguineus, vel patiatur interesse, seu damnum, si emphiteota exuatur re emphiteotica, vel sit negotiorum gestor, vel procurator, vel amicus emphiteotæ, vel liberalitatem exercendo, vellit alienis incommodis moraliter, vel cum pietate mederi.

Dicendum primò, si consanguineus,
10 † vel affinis vellit pro affine, & consanguineo soluere canones decursos, ne emphiteusis domino aperiatur, cum ille habeat mandatum à lege ad faciendam cōditionem coniuncti meliorem, *l. sed & ea, vers. & affines, ff. de procur.* poterit consanguineus ad euitandam pœnam caducitatis soluere etiam domino inuito, *l. arboribus, §. qui tamen, ff. de vsufruct. Ias. per hunc textum in l. 2. C. de iur. emphit. col. 19. n. 69. vers. sed dubium. l. forma, §. si ego, ff. de censib.* per quem textum ita firmat *Rom. sigul.* 572. *si emphiteuta quem sequitur Boer. decis. 279. sed quid. num. 2. in fin. Tusc. conclus.* 192. *emphiteuta, num.* 89. addendo posse soluere inuito domino, *Mat. Berlic. tom. 2. conclus. 45. de emphit. nu.* 44. & conferunt, quæ voluit, *Tiraquel. de retract. consanguin. §. 1. glos. 9. num.* 258. quod con-
11 sanguineus † possit offerre in causa retractus.

Dicendum secundò, quod si amicus
12 † vellit pro emphiteota amico soluere canones decursos, quod dominus debeat acceptare solutionem, de iure enim con-
13 sanguineus, & amicus † fraternizant, *Tiraquel. de pœnis temp. caus. 23. num. 31. Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius, §. testamentum, el 3. num.* 50. & 51. Amicorum enim sunt duo corpora, anima verò est vna, & amicus meus est alter ego, iuxta illud *Ouid. 3. de tristib.*

Hi duo corporibus, mentibus vnus erant: cum aliis cumulatis *à Tiraquel. de pœnis temperand. causa 22. num.* 11. Quapropter
14 amicus † potest debitorem amici sui de fuga suspectum capere, vel capi facere, *Peregri. Ianin. tract. de citat. real. lib. 3. c. 3.* vbi alios effectus amicitiæ refert. Item
15 † appellare in causa sui amici, etiam sine mandato, *Archid. in cap. statuimus, de elect. num. 5. vers. tamen is qui*, addendo modo amicus, pro quo est appellatum, ratam habeat appellationem infra decem dies, qui labi incipiunt à die, quo sciuit sententiam latam, *Marant. in prax. §. & quandoque appellatur, num. 218. in fin.* &
16 amicum defendere † etiam quoad bona, & resistere officiali iniuste exequenti mādatum contra illum relaxatum, *Tiraquel. de pœnis temperand. causa 22. num. 43. & seq.*

Dicendum tertiò, si quis misertus inopiæ emphiteotæ, prout à communiter accidentibus sunt omnes, qui alienos fundos steriles, & sæpè nullos ferentes fructus sibi ad tempus, vel in perpetuum concedi curant, quoad illos meliores fa-
17 ciant, vellit † liberaliter solutione canonum decursorum euitare pœnam commisi, in quam morosus emphiteota inciderat, vel exercendo pietatem pauperiē proximi adiuuare, quod dominus debet solutionem recipere, si solutio fiat nomine emphiteotæ ad euitandam caducita-

I tem,

rem, & ratio est, quia quotiescumque agitur de conseruatione iuris realis, non differt, à quo fiat solutio, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 260.* addatur, quod tali solutione fit opus pium, adiuuando egenos, exerceturque laudata virtus liberalitatis, quæ mortales dijs pares facit, *Tuse. concl. 332.* soluere, quando possit tertius, *nu. 14. & seq.* vbi refert plures quæstiones decisas per relatam regulam.

18 Dicendum quartò, si tertius † nullum interesse habens, non fieri solutionem, & in quo nulla concurrat causa faciendæ solutionis, vellit canones decursos soluere, distinguendum est, an dominus non contradicat, & tali solutione cessat caducitatis pena, *Bal. cons. 426, super puncto, lib. 4. in fin. vers. Non obst.* quod non soluit, vbi ampliat, siue soluat nomine proprio, siue nomine emphiteotæ, idem repetunt, *Roman. cons. 103. viso proposita, num. 2. & consil. 491. in casu, num. 3. licet sing. 562. si emphiteota,* videatur dubitare, si solutio fuit facta nomine soluentis, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 259.* addendo procedere, etiam si solutio fiat ignorante emphiteota, *Dec. cons. 58. pro tenui, col. fin. vers. Non obst. aliud, vbi refert Bald.* id dixisse in pluribus locis, *& Roman. in dictis cons. Ias. in l. 2. C. de iur. ampl. num. 68. vers. sed dubium, et cons. 49. in præsenti, lib. 1. num. 4. Mantic. decis. 336. altera, n. 7. Tuscus concl. 192. emphiteota, num. 106. & seq.*

19 Si verò dominus contradicat, † & aliud non excipiat, quam quia soluere volens, non sit suus debitor, idem dicendum, si canones deponat, interpellato domino ad recipiendum *Ias. cons. 74. puto quod, li. 1. num. 2. Bursat. cons. 181. inuestitur num. 42.* absolute tenet non posse solui, *& dixi infra num. 21.*

20 Si verò recusat, quia † solutio canonis operatur etiam recognitionem dominij, *l. 2. C. de iure emphit.* cum solutionem offerens, non sit emphiteota, careat facultate eius recognitionis, non poterit is tertius soluere, & caducitatem euitare, *Bal. in l. acceptam 19. C. de vsuris, nu. 64. quem sequitur Ias. cons. 49. in præsenti, lib. 1. n. 5. & cons. 74. puto, num. 1. & in l. 2. C. de iur. emphit. num. 71. Marsil. singul. 368. licet, Card. Tusc. conclus. 192. emphiteuta, nu. 80.* qui id extendit, etiam si tertius asserat esse negotiorum gestorem emphiteotæ, *& n. 83.* addit procedere, etiam si tertius canonem deponat, *& idem dixit Mat. Berlic. conclus. 46. tom. 2. nu. 39. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 262. circa med. Natta cons. 194. magnific. num. 8. Tuscus concl. 192. emphiteuta, num. 183. & seq.* vbi ampl. etiam si solutio offeratur ante incursam caducitatem.

21 Dicendum quintò, quod † quamuis solutio canonis facta à procuratore excuset à caducitate, *Ias. in l. 2. C. de iure emphit. num. 68. Clar. §. emphit. quæst. 8. nu. 11. vers. sed quid si ipse.* Intelligas tamen, si procurator fuit specifice constitutus ad soluendum canones, *Bal. in l. acceptam 19. C. de vsuris, nu. 64. & tacitè id dixit Clar. loco mox relato, & approbat Mat. Berlic. conclus. 46. tom. 2. num. 42.* comprobans id
22 exemplo † vassalli, pro quo sine spetiali mandato non petitur inuestitura, vt taceam reliqua, ad quæ conseruanda per alium opus est spetiali mandato, *vt dixi de exequut. rei iud. cap. 8. §. 3. vbi num. 20.* & retuli casum nostrum, & alios consentientes.

23 Dicendum sextò, si creditor † emphiteotæ vellit canones decursos soluere quoad non aperta emphiteusi salua sint iura suæ hypothecæ in bonis emphiteoticis, quod dominus etiam inuitus cogatur recipere, *Marsil. singul. 368. licet in fin. Ias. cons. 74. puto, num. 1. lib. 1.* modo vt idem subdit, iste creditor recognoscat directum dominum pro tali, & obliget ad soluendum in futurum, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 263. sola ad decret. Sabaud. de iure emph. glos. 1. Quantum, nu. 11. vers. Quod verum, Bal. in l. lex vectigali 19. ff. de pignor. num. 2.* præsertim si creditor non habet, vnde aliunde sibi satisfaciat, *Tuscus concl. 192. emphiteuta, num. 8.*

Contrarium scilicèt, quod non admittatur creditoris emphiteotæ solutio, vbi directus intentauit caducitatem, *firmat Mandel. consil. 377. primum.*

Notandum, quod omni casu quo ter-
24 tius † potest canonem soluere pro emphi-

phiteota, intelligatur, si emphiteota consentiat, *firmat Hieronym. Pantzschman. quæst. 19. abstrusa, num. 56. relato Bald. in l. acceptam, 19. C. de vsuris, quæst. 25.* qui id non dicit in meo codice, subsisto tamen, an id sit verum, *ex l. inuito, & l. non fraudantur, ff. de reg. iur. ante Pantischam. dixerat ex Ias. cons. 49. lib. 1. Cagnol. in l. inuito, ff. de reg. iur.* in quocumque non habente legitimam personam ad soluendū, *relato Bald. in d. l. acceptam.*

§. XXIII.

SVMMARIVM.

Officium suum nemini debet esse damnosum 1. *& quare* 2.

Auxilium alteri ferre quis non debet cum suo damno 3.

Indemnitas non præstatur antequam quis soluat 4.

Clausula indemnem seruare promisisse virtus 5.

Soluens pro alio, repetit soluta 6. *Ampl.* 7. 8. *Limit.* 9. 10. 11.

1 QVia officium suum † nemini debet esse damnosum, *l. sed si quis ex signatoribus, ff. quemadmod. testam. aper. l. lutius Titius, in fin. ff. deposit. l. videlicet, ff. ex quib. caus. maior.* contra naturam

2 † enim est, ex liberalitate sua damnum reportare, *l. amicissimos, §. lutius, ff. de excus. tut. Bal. in l. 1. C. qui admit. num. 32. in*

3 *fin.* & cum suo detrimēto nemo † est obligatus alteri opem ferre, *Natta consil. 50. materia, num. 32.* Ideò hoc §. & seq agam, qua ratione soluens, pro alio fiat indemnis, cum facta solutione, & non ante

4 † agendum sit de indemnitate etiam vbi illa fuit promissa, *Alex. cons. 199. viso, lib. 7. num. 3. Benintend. decis. 81. Gaspar. num. 12.* latius tamen vim clausulæ indemnem

5 † seruare promittens, *examinat Marsil. de fideiuss. nu. 314. & seq. Muscatel in prax. fideiuss. modo 20. & dixi ego etiam aliqua in meo tract. clausul. §. indemnem seruare promisit.*

6 Ideò soluenti † pro alio datur repetitio contra eum, pro quo fuit facta solutio, *l. si filius, C. de negot. gest.*

7 Ampl. etiam, si soluisset † quis debitum fisci, *l. 3. l. si negocium, C. de negot. gest.*

8 Ampl. præsertim, † vbi quis pro alio soluit tributa, vel alia onera debita principi, nam eadem actione, & eodem priuilegio, quo peti, & exigi poterant à principali, à fisco exigi, & peti possunt ab eo, qui pro debitore soluit, *l. Imperatores, ff. de public an. Bal. in l. 1. C. si propt. public. Pensit. & Sal. ibid.* addendo procedere in omnibus pensitationibus publicis.

9 Limit. vbi non † docetur de vera, & reali solutione, *Alex. cons. 61. viso, lib. 2. col. final. Aret. cons. 128. eximie, nu. 7. versic. secundo.*

10 Limit. vbi is qui † agit ad repetitionem, non probat eum, pro quo soluit fuisse debitorem eius, cui fuit facta solutio, *l. cum pecuniam, ff. de negot. gest. Socin. cons. 65. conclusio, num. 3. vers. ex quibus infero, & num. 6. lib 4.*

11 Limit. vbi quis † soluit inuito debitore, *vt dixi, §. sequenti.*

§. XXIV.

SVMMARIVM.

Beneficium omnis generis non confertur in inuitum 1. *Ampl.* 2. 3. 4.

Sixtus V. laudatur 15. 16.

Filius non legitimatur inuitus 2.

Donatio non acquiritur inuito 2.

Nobilitas inuito non conceditur 2.

Ad Cardinalatum an inuitus eligi possit 4.

Societas carceratorum Vrbis instituta, & dotata à Sixto V. 15.

Soluens inuito debitore, non repetit 5. *Limit.* 6. 7. 9. 11. 12. 13. *Sublimit.* 10. 14.

Mortuos sepellire, & viuentes conseruari procedunt à pari 8.

Medico merces est debita ab infirmo, quem curauit 9. 10.

Aromatarius consequitur, quando medella, quam infirmo propinauit 9. 10.

Obstetrici debetur merces etiam à muliere, quam inuitam est auxiliata 9.

Chirurgo debita est merces à vulnerato, quem inuitum curauit 9.

Alexander Peretus Cardinalis Montaltus laudatur 15. *Liberalis, & pius* 16.
Vincentius Fulcus I. C. *amicus Auctoris, & præses societatis carceratorum* 16.

1 CVm inuito beneficium † cuiusuis generis non conferatur, *l. inuito, ff. de regul. iur.* Ideò inuito non quæritur bonorum possessio, *l.* 3. *§. inuito, ff. de bon.*
2 *possess.* filius nõ † legitimatur inuitus, *auth. item sine, vers. alij non C. de natural. liber.* inuito non acquiritur donatio, *l. hoc iure, §. non potest, ff. de donat.* nec nobilitas inuito conceditur, *Tiraq. de nobilit. cap.* 6. *num.* 36. 40. *& seq* qui plura similia confert. Quibus conuenit, quod nemo in-
3 uitus † eligitur, vel præsentatur ad beneficium cum cura animarum, vel sine, vel quod nostris temporibus numquam ac-
4 cidisse viderim, nemo inuitus † eligitur ad Cardinalatũ, si fuerit laycus, secus si fuerit Episcopus, & Papa ita vellit, *Calderin. consf.* 1. *de translat. Episcop. Tusc. conclus.* 54. *Beneficium, num.* 8.
5 Ideò non est iniquum, † vt soluenti inuito debitore negetur repetitio, *l. fin. C. de negot. gest. l. si prote, ff. mandat. Cagnol. in l. inuito, ff. de regul. iuris, num.* 4. *in fine.*
6 Lim. vbi solutio † fuit facta in pia causa, veluti pro funere, vel sepultura defuncti, nam quamuis hæres nollit solui, ac etiam prohibeat, repetitur tamen ab eo expensa funeris, & sepulturæ, *l. at si quis, § idem habeo, ff. de relig. & sumpt. funer. Cagnol. in l. inuito, ff. de regul. iur. num.* 7. *post med. Surdus decis.* 255. *ea opinio, n.* 26. *Franc. in cap. fin. de foro compet. nu.* 6. *vers. sicut expensa funeris.*
7 Limit. vbi quis soluit † pro condemnato in abscissione membri, vel ad mortem ciuilem, nisi soluerit certam quamtitatem, *Cast. l. quamuis, ff sol. mat. cum alijs cumulatis à Gulielm. Mayner. in l. inuito, ff. de reg iur. num.* 15. eam afferens ratio-
8 nem, quia par est causa † mortuos sepelliri, & viuos conseruari, *Dec. d. l. inuito, num.* 3. *Cagnol. num.* 8.
9 Limit. in medico, † & aromatario, qui respectiuè Medellas ordinauit, & propinauit infirmo nolenti, & prohibenti, *glos. in cap. prouidendum, verb inferas, vers. sed quid si infirmus, dist.* 83. comprobatur exemplo eius, qui vi extrahit degentem in domo ruitura, *Franc. in cap. final. de for. compet. in sext. num.* 1. *vers. sicut alias, Gomes. ad reg. de infirm. resignant, quæst.* 9. *vers. decimum sextum, Dec. loquens de medico, & quocumque alio vtiliter facient expensas pro infirmo, in l. inuito, ff. de regul. iuris, num.* 2. *vers. & impensa, quem sequitur Cagnol. ibid. num.* 7. *& latè Caroc. de lo at. cap. de medico, quæst.* 2. *dum quæst.* 1. *num.* 7. idem dixisse de obstetrice, & ego addo de Chirurgo, quia eadem est ratio, *Surdus decis.* 255. *ea opinio, num.* 25. *&* 26. vbi pluribus probat dari repetitionem, quia tales expensæ, & mercedes æquipa-
10 rantur expensis funeris, & intelligi † de expensis factis in infirmitate, qua infirmus est mortuus, *Relato Rol. à Val. consil.* 14. *Quoniam, num.* 27. *Magon. decis. Florent.* 11. *Iacobus num.* 5.
11 Limit vbi simul cum † recipiente solutionem, seu beneficium, agitur de publica, vel alterius vtilitate, *Cagnol in l. inuito, ff. de regul. iuris, num.* 3. 4. *&* 8. *Socin. consf.* 26. *lib.* 1. *num.* 18.
12 Limit. in redimente † aliquem ab hostibus, *Franc. in cap. fin. de foro competenti, num.* 6. *circa princ. in sext.*
13 Limit. in soluente debitum, † cuius causa quis est carceratus, vt illum à car-
14 cere liberet, nisi † duriorem sit nactus creditorem, qui illum denuo carceri mãcipare vellit, vel carcerato vtilius fuisset morari in carceribus, quod in Vrbe contingere potest duobus casibus, vel quod immineat mors Sum. Pont. qua sequuta omnes carcerati ex causa ciuili carcere soluuntur à Capitibus regionum aperto, & sæpe fracto carcere. Vel quia prope sit tempus, quo plures carcere liberantur, soluto illorum alieno ære à societate † pietatis carceratorum instituta, & dotata a Sixto V. Summo Pontifice, & cui Alexander Peretus Cardinalis Montaltus adiuuando pium opus Patrui singulis annis adueniente Pascha Resurrectionis, donec vixit, donare consueuit scuta mille, quę distribuebantur inter creditores carceratos, modò debitum non excederet scuta centum, iuxta leges dictæ Societatis, relatum assumptum probat *Franc. in cap.*

cap. fin. de foro compet. in sext. num.6. & quæ dixi de societate, vera esse testis sum, cum inter fratres illius fuerim præsiden-
16 te † Vincentio Fulco I. C. ex oppido S. Victoriæ agri Piceni amico meo, descriptus, & retuli, vt perpetuum extet monumentum Pontificis, qui egregiè studuit vtilitati, & ornatui Vrbis, & nepotis, cuius domus fuit pauperum portus, & liberale refugium.

cis decreto, citata parte deposito, *l. acceptam, l. si creditori, C. de vsuris, l. creditor, C. de pignor. l. fin. C. debit. pign. vend. imped. l. nec creditores, l. fin. C. de pignorib. act. l. fin. C. de luition. pignor. l. cum heres, ff. de stat. liber. l. 1. apud Iulianum, ff. deposit. l. Senatus consulto, vbi gloss. verb. & deponatur, ff. de offic. præsid. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 1. & 12. Negus. de pignorib. 2. par. 3 memb. 5. quint. par. princip. num. 26. in fin. Hug. Donel. Comment. iur. lib. 16. cap. 14. Surdus cons. 86. n. 7.*
6 *& seq.* † qui præterea requirit numerationem, & partis citationem, *Angel. in l. acceptam, C. de vsuris, num. 7. in fin.*

CAPVT II.

SVMMARIVM.

Obsignatio proxima est solutioni, & extinguit omnem actionem, si fuerit legitimè facta 1. *Ampl.* 2.
Deponere, & soluere sunt paria 3.
Depositum præcedere debet oblatio 4.
Oblatio, vt sit legitima, quæ requirantur 5. *&* 6.

1 Solutioni proxima est † obsignatio, nam sicuti solutione extinguitur omnis actori competens in reum agendi actio, vt supra dicebam, ita & obsignatione, quæ fit legitimè facta, *l. obsignatione,* C. *de solution. Rom. cons.* 190 *clarum, in princ.* concludens omnia iudicia
2 † reddi absolutoria, si reus, vel debitor conuentus soluat, vel offerat cum subsequenti legitima obsignatione, quia paria
3 sunt soluere † & deponere in contumatiā creditoris nolentis decipere, *l. qui mutare in princ. ff. mandat. l. fideiussor, ff. de fideius.* Cum itaque quoad deponentem, & in eum in quem fit depositum, idem fit dicendum de deposito, quod mox dixi de solutione, ne actum agam, tantum referā, quæ sunt solemnia oblationis, & depositi, & qui effectus inde sequuntur.
4 Notandum itaque est, quod cum † depositum præcedere debeat oblatio, *l. obsignatione, C. de solut.* quod illa erit canoni-
5 ca, & legitima, † si tria illi accidant, nempe oblatio pecuniæ debitæ, obsignatio quantitatis oblatæ, & in publicum locū, vel penes Iudicem, vel personam ex Iudi-

§. I.

SVMMARIVM.

Depositum operatur omnes effectus solutionis, si deponatur integra quamtitas debita 5. *&* 6. *Ampl.* 7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.22. *Limit.* 17.18.19.20.22.23.
Depositum cuius expensis sit consignandum creditori 21.

Depositumq; operabitur omnes solutionis effectus, si sequentia concurrant. Primum, quod integra quamtitas debita deponatur, *l. obsignatione, C. de solution. l. si creditori, C. de vsur. l. fin. C. de leuit. pignor. l. tutor pro pupillo, §. 1. ff. de admin. tut. Alex. in l. si seruus communis, ff. de vulgar. Ripa in l. quod te, ff. si cert. pet. num* 22. addendo condemnatum ad euitandam exequutionem debere deponere id pluris, quo fuit condemnatus propter iuramentum in litem, *Curt. Iun. consil. 28. nu. 3. Angel. in l. acceptam, C. de vsuris, n. 7. in fin. Menoc. de arb. iud. casu* 232. *multis, num.* 21. *Negus. de pignor. 2. parte, tract. 3. memb. 5 par. num.* 17. vbi rationes refert, *Trentacinq. resol. 22. de solut. lib. 3. vers. vndecimo.*
1 Ampl. quod si † deficiat obolus, vel vnicus nummus, idem fit, ac si nihil fuisset depositatum, *l 2. vers. nam si vel modicum de sorte, vel vsuris, C. debitor. vendit. pignor. imped. non posse, l. obsignatione,* C. *de*

C de solutiòn.l.tutor,§.Lutius, ff de vsur. l. si ita quis,§.Seia cauit.ff.de verb.oblig. Neguf.de pignor.2.par.3 memb.5.par.num.17. Tiraquel.de retract.Conuent.§.4.glo.6.numero 24.*& seq.vsque ad* 34.concludens,si qui potest ex pacto de retrouendendo retrahere, deficiat in oblatione vnius num-
3 mi excludi, † & procedere etiam, si agatur de pœna euitāda, vel validitate actus, asserens, si non soluta gabella, integre etiam errans, nec inficiatur actus, vel euitetur pęna corporalis, solutis centum corruere contractum, & puniri delinquentem, si solutio deficiat in vno nummo, & & emphiteotam cadere, si in solutione canonis deficiat in nūmo ex tota quātitate debita plura similia de more referēs. Quæ tamen dixi de emphiteota, plures habent consentientes, & dissentientes, *vt retuli in meis collect. ad l.2.vers.per totum triemnium, C.de iur.emphit. Cancer. var.resol. de deposito,num.*5. vbi plures consentientes refert.
4 Ampl. etiam, vbi debitum † principale, vel illius interesse non esset penitus liquidum, quia pro liquido debet fieri depositum, pro non liquido præstanda cautio de soluendo, quidquid vlterius apparuerit esse debitum, nisi debitor esset notoriè diues, quia sufficeret eiusdem debitoris sola obligatio de soluendo, *l.statu liber rationum,ff.de statu liber. Aquens. in l.mora.ff.sol.mat.col.*1*.Cagnol. in l.2.C. de pact. inter empt.nu.*113*. quos refert, & sequitur Lupus de vsuris, seu in d.l.2.cõment.* 2.§.4 *nu.*104*. circa fin. Bald. l. acceptam* 19. *C.de vsuris num.* 19.*& seq. Cancer. var. resol.de deposit.num.*7.vult de illiquido aliquid † deponendum cum obligatione de
5 soluendo, facta liquidatione.
6 Ampl. non solùm fieri debere † depositum sortis principalis, sed etiam vsurarum, & fructuum quouis modo fuerint debiti, *l.2.C.debitor.vendit.pignor.imped. non posse, l.2.C.de vsur.Alex.conf.*75*.lib.*7. *num.*8*.Crau.conf.* 106*. in princ. Bart. l. sed & si alia,ff.de constit.pecun.Neguf.de pign.* 2*.par.*3*.memb.*5*.par.princip. num.*18*. vers.*
7 *Tu vltra,* alias depositata † tantum sorte principali currunt vsuræ, *l.tutor, §. lutius,ff.de vsuris, late Cardin.Tusc. concl.* 203*.depositum contentiosum,nu* 1*.vsq.ad* 9. *& num.* 42. ampliando etiam quoad ea, quæ deponens, implere debet, *Menoch. de arb.iud.casu* 232*.multis, num.*22*. Bald tamen in l.acceptam, C.de vsuris, num.*48.

Contrarium volunt relati *à Negusant. de pignorib.*2*.par.*3*.memb.*5*.par. principal. num.*21*. Ias in l.quidam existimauerunt, ff.si cert.pet.num.*6*.vers.secundo.*
8 Ampl. vt etiam † deponi debeant expensæ litis, & gabella soluta occasione cōtractus, cuius causa fit depositum, *Salic. in l.2.C.si antiq. credit. per l.emptor, ff.de rei vendicat.sequitur Neguf. de pignorib.*2. *par.*3*.mem.*5*.par.princ.num.*18*.circa med. vers.*4*. Bertrand.conf.*320*.lib.*1*.nu.*5*.& *6*. vers.præterea, Cancer.var.resol.de deposito, num.*4.
9 Ampl. quod, si depositum † fiat in certa re debita, quæ sit deteriorata, si cum re ipsa depositata, non offeratur estimatio deteriorationis, nihil operatur tale depositum, *Neguf. de pign.*2*.par.*3*.memb.*5*. par.prim.nu.*18 *vers Quinto, Asinius tract. de exequut.*§.7*.cap.* 162*. Regula, versic. octauo.*
10 Ampl. etiam, vbi depositum † fit pro diuersis debitis ex eadem tamen causa, nam quamuis deponatur integra quamtitas vnius debiti, nihil proficiet tā quoad depositata, quàm non depositata, & nihil dicitur depositatum, *Neguf. de pignorib.* 2*.par.*3*.memb.*5*.par.princ.num.* 18. *vers. primo.*
11 Ampl. vt sit faciendum † depositum, non solùm eius quod prouenit ex natura census, qui prætenditur infici per depositum, vel ex re, sed etiam quod aliunde, vt puta facto Iudicis, qui de rigore iuris in plus condemnauit, *Ripa in l. quod te, ff. si cert.pet.num.*22*. & dixi supra Ampl. quarta.*
12 Ampl. etiam, si depositum † non fuerit factum in spetie monetæ promissa, sed alia æquiualenti, & vsu communi recepta, & probata, *Menoc.de arb.iud.cas.*232*. multis, num.*24*. & seq.* latè declarando, quæ moneta dicatur proba, *Gozadin. loquens de deposito canonis emphiteotici, consil.*57*.multa, num.*7. addendo præsertim, si vigeat consuetudo soluendi vnam spe-
13 tiem monetæ pro alia, quam esse † generalem, & in Italia præsertim testantur,

Nat-

Natta conf.454 super n.1. Surdus conf.246. Non.num.22. & conf.335. num.11. & seq. & conf.391. num.9. Afflict. decis.90. Hoc. num.5. relati à Bocer. tract. de regalib. c.2. nu.229. & à Coler. de processib. par.1. c.10. num.4. & seq. plurib. Brun. tract. de monetis, cap. secunda propositio, num 1. & seq.

14 Limit. vbi debitum † non est liquidum, *Alex. in l. si mora, ff. sol. mat. num. 4. Iason l. praetor, § fin autem, ff. de nou. oper. nunc. in fin. Benintend. decis. 77.* latius tamen, quādo depositum non integrum excuset vidēdus, *Tuscus concl. 211. depositum Muscatel. Bald. l. acceptam, C. de vsur. num. 19. & 20.*

15 Limit. vbi † agitur de deposito quamtitatis, quae à principio non erat vnica, sed vel ex diuersis causis debita ab eodem debitore, vel quia idem successerit pluribus creditis ejusdem debitoris, vel eiusdem creditoris alicuius quamtitatis fiant plures haeredes, *l. fin. ff. quib. modis pign. vel hypoth. soluit, Ias. in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. petac, num.6. versic. Tertio, Afin tract. de exequut. §.7. cap.162. Regula, vers. Quinto limitatur, Neguf. de pignorib. 2. par. 3. memb. 5 par. num. 20. & seq.*

16 Limit. si † modicum deficiat, & factum sit ignoranter, seu per errorem, & agatur de pena euitanda, *Vrsil. ad Afflict. decis. 205. num. 15. Milanens. decis. 8. n. 34. lib. 2. Cancer. var. resol. de deposit. num. 106. & seq.*

17 Limita in omnibus † casibus quibus debitor potest par em debiti tantum soluere, vt late prosequuntur communiter Doctores *in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. petat, Socin. & Petr. Duen. relati, lib. 3. regul. iur ciuil. § creditor partem debiti, Afinius tract. de exequut. § 7. cap. 162. regula, num. 1. & seq. Neguf. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. post num. 17. vsque in fin.*

18 Expensis cuius sit † tradendum depositum, *Bald. l. acceptam, C. de vsuris, num. 42.*

Quid autem dicendum, si depositum

19 fiat ab vno † ex pluribus, qui rem communem vendiderant vni, vel pluribus, vel vnus haeredum deponat portionem ab illo debitam; an sequantur effectus depositi, quoad partem depositatam, & quid dicendū, si pluribus existentibus creditoribus, creditum vni illorum ex diuisione, vel aliter obueniat, an validum erit depositum pro rata, qua est haeres, vel potius tota quamtitas, sit deponenda, *dixi in meis collect. ad l. 2. vers. pretium quandocumque, C. de pact. inter emptor. & vendit. Neguf. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par. princ. num. 21. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 10. n. 4. circa princ. Tiraquel. de retract. lignag. § 23 glos. 1. num. 31.*

20 Limit. in deposito † facto ad liberandum vnum ex fideiussoribus, qui pro ea rata erat obligatus, *Bald. l. acceptam, C. de vsuris, num. 21.*

§. II.

SVMMARIVM.

Depositum fieri debet loco, & tempore congruo, aliàs nihil operatur 1. fieri debet in loco destinatae solutionis 14. Ampl. 16. 17. 19. Limita 20. 21. 22.

Locus congruus faciendi depositi, qui sit. 2. 3. 5.

Tempus congruum faciendi depositum 2.

Depositum non faciendum apud Iudicem 4.

Sequestrum non faciendum apud Iudicem 4.

L. 1. § apud Iulianum, ff. depositi, declaratur 7.

Depositum iudiciale antiquitus fiebat penes aedem Sacram 6. in Vrbe fit penes Montem Pietatis 8. alibi fit penes aerarium Principis 9.

Depositum extraiudiciale vbi fiat 10.

Depositi faciendi iudex competens, qui sit 11.

Emphiteota an debeat portare canonem ad domum directi domini 12. 14.

Conductus, vbi debeat soluere pensionem 12. 14.

Actor quando non sequatur forum rei 13.

Locus solutionis congruus est, vbi solutio est destinata 14. Amplia 16. 17. 19 Limita 20. 21. 22.

Solutionis effectus facta in congruo loco 18.

Solutionis locus, si non fuit expressus intelligitur de loco contractus 15.

Solutio fieri non potest in congruo tempore 74.

Tem-

Tempus solutionis congruum est dies, quia fuit conuentum, vt illa fieret 24.
Solutio fieri non potest ante tempus conuentum 23. si interfit creditori illam fieri 25. Amplia ibid. distingue 26. Ampl. 27.
Bulla Pij V. in restitutione sortis principalis censûs affertur ratio 28.
Solutio facta ante tempus, quando prosit, & non prosit 29.
Tempus solutionis incongruum, quod sit 30. 31.

1 SEcundò, quod depositum † fiat loco, & tempore congruo, alias idem est, ac si non fuisset factum, *l. si soluturus in fin. ff. de solut. l. qui Romæ, ff. de verb. obligat. vbi communiter tradunt Doctores, & præcipue Iason num. 13. Neguſ. de pignorib. 2. par. 3. memb. 5. par. princ. num. 9. Afin. de exequution. §. 7. cap. 162. in fin. & cap. 163. Bald. l. acceptam 19. C. de vsuris, num. 22. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. n. 113. Gozadin. conf. 71. num. 7. in fin. Angel. l. acceptam, C. de vsuris, num. 7. in fin. Anchar. conſ. 86. num. 1. Lupus in l. 2. C. de pact. inter empt. n. 13. Menoc. de arbitr. Iudic. caſ. 232.*
2 *multis, num. 30. & 31* † declarando, quando locus, & tempus dicantur congruum, *Neguſ. de pignor. 2. par. 3. memb. par. 5. n. 9.*
3 Locus autem congruus, vbi fiat † depositum, *vltra dicta à Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 113. Neguſ. d. 3. memb. nu 9. & 26. verſ. ſeptimo, Sal. l. acceptam, C. de vsuris, num. 6.* & distinguendum est, an illud fiat Auctore Pretore, & tunc locus congruus erit is, quam Iudex elegerit, etiam eligendo se ipsum, *Bald. l. acceptam, C. de vsur. num. 2. Afflict. in cap. 1. ex quib. cauſ. feud. amit. num. 21. l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satisdat. cogant, Rol. à Val. conſ. 63. lib. 1. num 32. Tuscus concl. 203. depositum contentiosum, num. 29. & seq.* vbi præterea refert, quid obseruet Iudex in faciendo tali deposito, *Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. gloſ. 7. num. 1. & seq.* addendo tu-
4 tius, † & honestius esse, vt Iudex se abstineat à receptione depositi, vel decernere, quod fiat apud illius consanguineum, & id fuisse prohibitum regijs constitutionibus, & statutis diuersarum prouintiarum, extendendo etiam ad sequestrem.
5 An verò depositum fiat † non implorato Iudicis officio, & tunc dicetur factum loco congruo, si fiat penes personã, cuius fidem communiter omnes sequantur, *Bart. l. si soluturus, ff. de solut. Bal. l. acceptam 19. C. de vsur. num. 33. & num. 34.* addit dici etiam factum loco idoneo, si fiat ex mandato Iudicis penes personam non idoneam, *Neguſ. tract. de pignorib. 2. par. 3. memb. 5. par. num. 26. verſ. & hoc vl-*
6 *timum*, antiquitus † tuto fiebat depositũ penes ædem Sacram. *l. cum hæres, ff. de*
7 *stat. liber. l. 1. §. apud Iulianum*, † *ff. deposit.* ad cuius textus intelligentiam videndi sunt, *Iacob. Reuard. variorum, lib. 1. cap. 15. Tiraq. de retract. conuent. §. 4 gloſ. 7. n. 12.* & ab isto textu facilè persuasi fuere Sum. Pont. qui in Vrbe constituerunt, vt quæ-
8 uis pecuniarum † quantitas ex Iudicis decreto deponenda, deponatur penes Montem Pietatis, & alibi audiui, fuisse con-
9 stitutum, vt deponatur † penes Principis ærarij custodem, licèt enim pecunia sit sterilis, industria tamen hominis accedẽte, vberes parit fructus, & commune est Gallorum assumptum, *Argians fait. tut.*
Si verò fiat extraiudicialiter, fit tunc
10 † penes ædem Sacram. seu Custodem sacrorum, *Curt. iun. conſ. 28. num. 1. circa fin. Menoc. de Arbitr. Iudic. casu 232. multis, num. 31.* concludit esse arbitrarium Iudici, qui locus, & quod tempus sit congruum.
Iudex autem competens, si tractetur de faciendo deposito in contumatiam
11 creditoris nolentis recipere, † est ipsius debitoris, qui facit depositum, *Bald. l. acceptam, C. de vsuris, num. 40. & seq.* idem asserens dicendum de emphiteota debi-
12 tore canonis, colono bonorum, † qui si fuerint diuersi territorij, non debent canones, vel fructus ad domum domini portare, secus si fuerint eiusdem territorij, *sequitur Salic. ibid. num. 6. & seq. plurib.* & conferunt dicta, *Alex. conſ. 105. considératis, lib. 5. nu. 7.* concludens, si quis prætendat non molestari ab aliquo, posse illum coram suo Iudice inhibere, ne mole-
13 stet, & isto casu limitari † regulam, quod actor sequatur forum rei, *Bald. supra rela-*
14 *tum* † *sequuntur Alex. conſ. 103. nu. 5. lib. 5. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 113. & Lupus num. 114.*

Lo-

15 Locus solutionis item † dicitur congruus, si fiat, vbi destinata erat solutio, vel in loco conuento, *l. vsuras*, C. *de solut. per quem textum ita firmat Rol. à Val. cons. 58. lib. 1. num. 17.* addendo locum destinatæ solutionis dici congruum, tam quoad creditorem, quam debitorem, &

16 si locus non fuit expressus, † intelligi de loco contractus, *latè probat ibid. num. 15. vsq. in fin. d. l. vsuras, concordat, l. qui Romæ, vbi glos. verb. obtulerit, ff. de verb. oblig. Neguss. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par. princ num. 9. vers. locus, Bretrand. cons. 320. lib. 1. num. 4. Tuscus concl. 201. depositum habet, num. 15.* loquens, si fuit conuentum de certo bancherio, seu nummulario, etiam æque idoneo, si primus viuat.

17 Ampl. vt alibi si fiat depositum † nihil releuet, nec noceat creditori, *l. is qui certo, ff. eo quod certo loco*, quem textum esse notandum, & menti tenendum dicit, *Cast. ibid.* quia esset nouare contractũ, & aliud pro alio soluere. quod sine partis consensu minimè conceditur, vt considerat *Iaf. d. l. is, qui certo, num. 1. Bald. num. 21. & seq. & 22. seq. Afin. de exequut. §. 7. c. 65. creditori, num. 7. Cancer. var. resol. de deposit. num. 22.*

18 Ampl. vt sicuti † debitor non potest alibi, quam in loco destinatæ solutionis deponere, ita & creditor non potest alibi conuenire debitorem ad soluendum, vel deponendum, quam in loco conuento, *l. vsuras*, C. *de solut. Iaf. in l. is qui certo ff. eo quod cert. loc. n. 1. vers. Adde similiter*:

19 Effectus incongruitatis loci, † & temporis solutionis refert *Rol. à Val. cons. 53. viso, lib. 1. num. 38. & seq.*

20 Notandum, si exprimatur locus † faciendi depositi, si alibi fiat depositum, nihil operare, *Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. num. 113. quem sequitur Lupus ibid. comment. 2. §. 4. num. 112.*

21 Limit. vbi debitor extra locum † conuentum, vel destinatum interpellando creditorem ad recipiendum, offert præterea soluere interesse, si quod ille patiatur ex solutione facienda in congruo loco, *Bart. l. qui Romæ 122. vers. detracta, ff. de verb. oblig. nu. 2.* vbi per eum textum ita firmat, addendo eiusdẽ opinionis fuisse, *glos. ibid. verb. obtulerit, Bart.* sequuntur communiter ibidem Doctores, excepto Raphael, *sed Alex. ibid. num. 4. defendit Bart.* ab illius impugnationibus, *sed latius Iason. ibid. num. 14. & seq. & in l. is, qui certo, ff. eo quod cert. loco, vers. limit. istum textum*, Addendo, quod eadem ratione debitor cogi potest ad soluendũ extra locum promissionis, soluto illi interesse, & hoc suadet æquitas regulæ, quod quæ mihi non nocent, & alteri prosunt, de facili sint concedenda, *l. in creditore, ff. de euiction. Marsil. de fideiuss. numero 213. & seq. Afflict. ad constit. Regni, rubr. 17. num. 28.*

22 Limit. vbi in pluribus † locis esset destinata solutio alternatiue, nam ante litem contestatam, qui vis locus est congruus, *l. 3. §. & generaliter, ff. eo quod certo loco, Iaf. l. is, qui certo, ff. eod vers. secundo, limita.*

23 Limit. vbi locus fuit † expressus gratia debitoris, nam tunc quiuis locus, qui eligatur à debitore est congruus, *Iason in l. is qui certo, ff. eo quod certo loco, vers. tertio limita.*

Quæ dixi de congruitate loci eadem
24 sunt repetenda † de congruitate temporis, ideò videmus, quod ante tempus sol-
25 ui † non potest, si creditoris interfit, veluti si ad annum quis acceperit centum sub vsuris, nam ante lapsum anni, non potest cogere creditorem ad accipiendũ, nisi annuam vsuram soluat, *Bartol. l. qui Romæ 122. ff. de verb. oblig. num. 3.* licet
26 subdat † deinde longam distinctionem, *Salic. in l. acceptam 19. C. de vsuris, nu. 5.* & idem dicendum, si vsuræ essent men-
27 struæ, vel semestres, vt accidit † in pecunijs, quæ in Vrbe, & alibi dantur, seu locantur titulo societatis officij, vacantis morte officialis, & hac forsan ratione Pius Papa V. in Bulla formæ creandi per-
28 petuos census † voluit, vt per menses duos interpellerur emptor census, quod venditor vellit censum iuxta pactum redimere, & pro illis duobus mensibus soluere solitos fructus. Quando autem
29 † ante tempus conuentum facta prosint, vel non, *dixi in meis collectaneis ad l. eum, qui rogatus, ff. de annuis legat.* addendum
30 est præterea † tempus dici incongruum, si illud fuit expressum, vel conuentum,

gratia creditoris in contractu recipiente metam temporis, secus si non recipiat, *Alex. l.qui Roma, ff de verb.oblig.num.7.* fiante illius lapsum fiat depositum, sed etiam, si fiat de nocte, vel dum creditor curaret funus familiare, *Salic. l.acceptam 19. C. de vsur.num.6.* nisi tamen ea noctis parte expiraret tempus faciendi depositi & creditor recusaret illud prorrogare, *Negusant.ex Salic. in l.non minorem, C.de transf.& Gul.de Cum. ibid. de pignorib. 2. par.3. memb.5.par. princ. num. 9. in princ.* Quæ dixi de congruitate temporis ratione curæ funeris, idem censeo dicendum,
51 si quis munere † publico sit impeditus, & ijs omnibus casibus, quibus aliquis in iudicium vocari nequit, *Afin. de exequut. §.7.cap.165. creditori, nu.6.& 8,* vbi pluribus exemplis declarat incongruitatem temporis.

---

§. III.

SVMMARIVM.

Oblatio debiti vt sit Canonica, & legitimos operetur effectus, quæ requirantur 4. 19.

Depositum qualiter fiat præsente, vel absente creditore 1.2.3.4.

Depositum præcedente oblatione, vt suos operetur effectus, quæ requirantur 4.

Depositum est faciendum præcedente legitima oblatione iudiciali, vel extraiudiciali creditori, cui est soluendum 1. Ampl.5.6.8.9. 10.11.12.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23.24. 25.26.27.28.29.31.32.33. Lim. 28.34.35. 36.37.38.39.41.42.44.46.47.49. 50.51.52. 53.54.55.56. Sublimita 44.

Tiraquel reprobatur 7.

Solutio non potest fieri generali procuratori creditoris, nisi sit cum libera ii. Ampl. etiam, si fiat sciente domino 12.

Oblatio an sufficiat vnica 15.30.

Emphiteota, vt euitet caducitatem ob non solutum canonem, si obsit à loco solutionis directus dominus, qua cautione vti debet 40.

Debitor an liberetur sola oblatione debiti interesse 56. an ante oblationem debeat adire creditorem, & illum interpellare ad recipiendum 57.

Ertiò requiritur, vt depositum fiat
1 præcedente legitima † oblatione
in iudicio, vel extra, facta ei, cui erat soluendum, *l.2. l.acceptam, l.si creditori, C. de vsuris, l.si reus paratus 73. ff. de proc. vbi Bald.* notant eũ textum facere pro
2 creditoribus absentium † creditorum,
qui non reperiendo, cui soluant, adire debent Iudicem, & illo mandante, facere depositum & tutius esse, vt prius fiat aliqua acclamatio, & idem ibidem notat *Bartolus num.4. & 5. quos sequitur Corn. cons.212 lib.4.num.3. & late Tiraquel. de retract. lgnag. §.9.glos.3.num.5. Ancaran. cons.86 num.2. & seq.* concludens debere debitorem perquirere creditorem
3 etiam domi illius, † & illi offerre debitũ,
præsertim si ille sit mulier, *Cancer. var. resol.cap.de deposito, num.7. Lupus l.2.C de pact. int. empt num.5. Menoc.de arbit.iud. casu 232.num.29.*
4 Oblatio autem † cum subsequenti deposito, vt sit Canonica, & suos operetur effectus, quæ requirantur, *referunt Menoc de arb.Iud.casu 232. multis, num.13. & seq. & num.20. & seq.Cagnol. in l.2.C. de pact. inter empt. nu.113. & Lupus n.105. & seq. Ias.cons.9.lib 1.num.28.& seq. vers. minus etiam, Trentacinq. lib. 3. de solut. resolut. Angel. l.acceptam, C. de vsur. n.7. in fin & Sal.num.5. & 6. Iason in l.qui Romæ, ff.de verb. oblig. num. 13. & 14. Surdus cons.86. num.7. & seq. Neguf. de pignor. 2. par.3.memb. quint.par. num.1.9.10. vers. quarto, & num.16. & seq.* & illud est præcipuum, vt sit reale de re spetialiter debita, *l.acceptam, C. de vsuris, Curt. iun. cons.28. num.1. l.obsignatione, C.de solution. l.1.§.si pecunia, ff.deposit. addentes ad Mathesil.sing.128.nu.1. & 4. Natta cons 31. numero 2. Rolan. à Val cons.63. lib.1. num 29. Alex. l. si mora, ff. solut. mat. num.4. Bertrand. consil. 320. lib. 1. numero 7. Angel. dict. l. acceptam, num.7.* addendo quatuor requiri, vt oblatio suos operetur effectus.
5 Ampl. vt depositum factum † non præcedente oblatione, non releuet debitorem, *l.2. vbi Salic. notat. C. de vsur. glos. penul. in l.acceptam, C. eod. vbi Angel sequendo glos. idem firmat, num.7. circa fin. versic. sola* depo-

depositio, Lupus in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 105. Cancer var. resolut. cap. de deposito, num. 17.

Ampl. etiam, si agereretur de pœna
6 † euitanda, imposita etiam à statuto, vt auctoritate *Bald. in l. cum hi, §. ff. de procur.* concludit *Tiraquel. de retract. conuent. §. 9. glos. fin. num. 5. in fin.* firmando solum depositum pecuniarum non efficere, vt euitetur pęna corporalis, si fuit factum apud fiscum non præcedente oblatione, rigorosa † tamen est ista assertio, nec in praxi crederem recipiendam, cum nihil deperear fisco, quilamena hominum nullum consequitu. commodum, confirmant tamen *Bald. opin. quæ ex Bart. tradit Iason cons. 9. lib. 1. nu. 16.* vbi non sufficit cautio etiam cum pignore, ad euitandam pœnã corporalem, non soluta pecuniaria infra certum tempus.

8 Ampl. præsertim, si ex † obsignatione sequatur acquisitio alicuius iuris obsignãtis, *l. cum quidam, C. de condit. insert. l. penul. in fin. ff. de condit. & demon. Bart. in l. item illa 18. ff. de constitut. pecun. num. 9. versic. aut respicit commodum bursale, Rol. à Val. cons. 63. lib. 1. num. 19.* qui loquitur de vicino volente præferri in re vicina alteri non vicino vendita, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 9. glos. final. nu. 6.* ampliando etiam, si debitor, & creditor sint diuersi fori.

9 Ampl. etiam, vbi ex obsignatione † tractetur de aliquo iure conseruando in obsignante, veluti si quis potest infra certum tempus redimere, quæ vendidit, nam nisi præcedat interpellatio, nihil proficiet obsignatio, *vt ex Ias. & alijs concludit Tiraquel. de retract. lignag. 22. glos. fin. n. 6.*

10 Ampl. vt adeò sit necessaria interpellatio † antequam fiat depositum, vt non sufficiat interpellasse procuratorem creditoris habentem generale mandatum, sed idem creditor sit interpellandus, *glos. in clem. causam, verb. appellatum, versic. intimatio, vbi Card. Flor. quæst. 7. & Imol. col. antepen. de elect. in sext. Bart. in l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infert. num. 16. in fin. & in l. nõ solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunc. num 61. cum alijs cumulatis à Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. fin. num. 7.* comprobando in fin. ex his, quæ sunt recepta

11 circa † solutionem, quæ non potest fieri generali procuratori, sed ipsi creditori, vel habenti speciale mandatum ad exigẽdum, vel generale cum libera, *l. vero procuratori, in princ. l. qui hominem, §. si Titium, ff. de solut.* per quæ iura ita firmat *Alex. cons. 120. ponderatis, lib. 5. num. 4.* addo *ex Tiraquel. ibidem, num. 10.* etiam,
12 † si fiat procuratori minus legitimo sciente domino.

13 Ampl. vt oblatio † fieri debeat ad recipiendum congruo loco recipienti, *Ancar. cons. 86. num. 3. & seq.* qui autem sit locus congruus, dixi in præcedenti §.

14 Ampl. vt oblatio fieri † debeat conformis obligationi, nam si plus vel minus contineat, non releuat offerentem, *Ancar. cons. 86. num. 2. & seq. trib.* & faciunt quæ dixi de conditione non apponenda deposito *supra §. 51. Ampliat. final.*

15 Ampl. præsertim in deposito, † quod fieri debeat contra mulierem honestam; quia etiam vnica non sufficit intepellatio, sed duæ saltem requiruntur, *Anchar. cons. 86. num. 3. & seq. Card. Tusc. concl. 203. depositum contentiosum, num. 41.*

Ampl. præsertim, si fiat ex contractu
16 † vltro, citroque obligatorio, seu ad effectum, vt deponens dicatur ex parte sua adimpleuisse conuenta, *Ancar. cons. 86. pro faciliori, Tuscus conclus. 203. deposi. ũ contentiosum, num. 40. Alex. cons. 39. vertitur, lib. 5. num. 3. Rol. à Val. cons. 53. lib. 1. num. 34. addentes ad Matthesil. singul. 128. nota quod, vers. annotatio, num. 9 Boer. decis. 124. num. 24. circa fin.* vbi refert dissentientes.

17 Ampl. præsertim, vbi is qui offert, † est impotens ad præstandum, quæ offert præstare, quamuis oblatio esset iudicialis, *Natta cons. 631. super, num. 3.*

18 Ampl. præsertim, si † creditor excipit, quod est paratus recipere, *Bart. l. creditor, § fin. in fin. ff. de distract. pignor. Natta cons. 631. super, num. 3. vers. Nec obstat, Menoc. de arbitr. iudic. casu 232. multis, num. 19. Boer. decis. 124. num. 30. Negusan. de pignor. 2. par. 3. memb. par. 5.* nam 8. concludens in fine, isto casu cessare omnes limitationes huius regulæ.

19 Ampl. etiam ad effectum † retrouenditionis faciendæ vi pacti de retrouendendo,

do, *gloss. in l. 2. C. de pact. inter empt. verb. oblatam*, de cuius veritate latè agunt *Lupus, & ab illo relati in d. l. 2. nu. 107. & seq. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. n. 1. cum quatuor seq. & nu. 18. & seq. & Boer. decis. 124. num. 25. & seq.*

20 Ampl. vt ideò pecunia † sit post oblationem, vel ante, numeranda coram testibus, & deinde offerri, & recusante creditore recipere, postremo claudi sacculo, & obsignari, & idem fieri de pannis, & similibus, *Bal. l. acceptam, C. de vsur. in prim. not. C. de vsur. Ias. cons. 6. num. 15. lib. 1. Rolan. à Val. cons. 63. num. 29. lib. 1. Bartol. l. cum seruus, ff. de cond. & demonst. Tuscus concl. 203. depositum contentiosum, num. 22. & seq. Alex. l. si mora, ff. sol. mat. num. 8.* concludens nullo modo proficere oblatione pecuniæ in folle, vel marsupio, nisi creditor diceret, nolo aliquo modo recipere, *Menoc. plures cumulans consentientes de arbitr. Iud. casu 232. multis, num. 20. Neguss. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par nu. 2. in fin. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solut. resol. 22. vers. quinto, Bertrand. cons. 320. lib. 1. num. 4. circa fin.* & idem dicendum, si offerantur, quæ sunt ponderanda, vel mensuranda, *Fulgos. cons. 138. in quest. col. 2. vers. opp. vbi declarat.*

21 Ampl. vt nec † prosit depositarij confessio, *Bald. cons. 384. duo sunt in fin. lib. 1. cum alijs cumulatis à Tiraq. de retractat. conuention. §. 4. glos. 6. num. 14. & seq.*

22 Ampl. præsertim, vbi † oblatio fit à tertio, siue sua intersit solui, siue non, modo soluat tamquam tertius, non autẽ vti procurator, non docto de mandato, *Bertrand cons. 320 lib. 1 num. 3. Bald. l. acceptam, C. de vsuris, num 64.*

23 Ampl. præsertim, vbi depositum † fieri debet in exequutionem eorum, quæ fuere à Iudice, vel arbitris iudicata, vel ab offerente iurata, quia cum offerens sit obligatus, præcisè parere iudicatis, vel iuratis, *glos. l. qui restituere, ff. de rei vendicat. glos. l. si pecunia, ff. de cond. ob caus.* canonicum non esset depositum, si fieret etiam in alia re æquipollenti, *Ias. consil. 9. libr. 1. num. 18. & seq. Rolan. à Val. cons. 63. num. 32. & cons. 53. viso, lib. 1. num. 42.* vbi loquitur de eo, qui promisit cum iuramẽto soluere, vt non satisfaciat, offerendo nisi pariter solueret pecuniam.

24 Ampl. præsertim, si ex tali † oblatione tractaretur de iure aliquo consequendo, *l. seruus, qui haredis ff. de stat liber. Bart. l. prætor, §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunc. l. qui decem, §. idem responsum, ff. de solut. Mathesil singul. 128. Nota quod vbi, Natta cons. 631. super, num. 2. in princ.*

25 Ampl. etiam in eo, qui offert † fideiussorem, nam non sufficit oblatio, nisi eodem tempore adsit fideiussor, qui asserat se accessurum iuxta formam oblationis, *Alex. cons. 90 fere in fin. vers. præterea, lib. 1. Rom. cons. 163. Constit. in fin. versic. vltimo, vbi Mandos. vers. realiter,* exten-

26 dens etiam, † vbi quis offert pignora, *Alex. cons. 130. lib. 4. nu. 11. circa med. Bart. in l. prætor 20. §. si quis paratus, ff. de nou. oper nunc. num. 1.*

27 Ampl quocumque casu, † quo ex oblatione consequi debet aliquis effectus, *Bart. l. prætor 20. §. si quis paratus, ff. de nou. oper. nunc. num. 1.* concludens omni casu, quo quis dicit separatum soluere pecuniam, habendam esse præ manibus exceptis duobus casibus ab illo remissiue relatis, eodẽ ab addent. ibid. sequitur late *Alex. cons. 130. lib. 4 n. 11. in princ. Rolan. à Val. cons. 53. lib. 1. num 35. & seq.*

28 Ampl. vt oblatio debeat esse † specialis, adeò quod non sufficeret generalis in genere generalissimo, dicendo esse paratum adimplere omnia, quæ præstare debet, *Rol. à Val. cons. 53. lib. 1. num. 41. Neguss. de pignor. 2. part. 3. membr. 5. part. num. 16.* limitando, † si per relationem

29 ad aliud oblatio fieret certa.

30 Ampl. vt nec sufficiat † obligatio argentarij in forma depositi, quia ille non censetur tali casu depositarius, sed fideiussor, *Tuscus conclusione 201. depositum habet.*

31 An autem vnica sufficiat † oblatio, vel plures requirantur videndus, *Neguss. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par. n. 30.*

32 Ampl. vt non sit satis depositarium, † confiteri habere penes se quantitatem, vel rem debitam, iuxta congesta à *Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos 6. num. 9. & seq.*

33 Ampl. vt oblatio † debeat fieri de tota quantitate, vnà cum suis accessorijs, *Bertrand.*

*trand. conſ.*320.*lib.*1.*num.*5. *verſ.prætereà vſque in fin. & num.*6. & idem dicendum de oblatione, quod dixi de depoſito.

34 Ampl. vt non ſufficiat, † quod de oblatione, & depoſito fiat inſtrumentum; ſi deinde reportetur pecunia à deponente, *Pariſ.conſ.*54.*n.*80.*lib.*1. *Tuſcus concl.*200. *num.*36.

35 Limit. ad effectum † excuſandi debitorem à mora, *Calder. loquens de emphiteota, conſ.*3. *de locat. Alex. conſ.*130.*in causa, lib.*4.*num.*9. *& ſeq. verſ. Non obſt.* diſtinguit inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, *Clar. loquens de empbit.* §.*emphiteuſis, quæſt.* 8. *num.*10. *verſ. pone.*

36 Limit. in ijs, quæ † ſunt debita ex vltima voluntate, *l. cui fundus, ff. de condit. & demonſtr. Angel. in l. ſi mora, circa fin. ff. ſolut. mat. Boer. deciſ.*124. *num.* 23.

37 Limit. vbi creditor † fuit citatus ad videndum fieri ſibi oblationem coram Iudice, nam tunc ſuſtinetur oblatio, & ſuos operatur effectus, quamuis non fiat depoſitum, ſi modo oblatio fiat ante litem motam, & conteſtatam, ſecus ſi poſt, *Boer. deciſ.*124.*num.*29.

38 Quid ſi oblatio † fiat cauſa conditionis adimplendæ, an ſufficiat oblatio, vel prætereà requiratur depoſitio, *Boer. deciſ.*124. *num.*24. *vbi diſtinguit.*

39 Limit. in debitore † ſpeciei, vel generis, *Calder. conſ.* 3. *de locat. in fin.*

40 Limit. vbi agitur de re, † vel quantitate certa die, & loco debita ex pacto, quia ſufficit debitorem die, & loco conuento adhibere diligentiam, de reperiendo debitore, cui ſoluat, & illo non reperto fiat depoſitum abſque alia oblatione, & interpellatione, *Tuſcus ex Ancar. conſ. fin. n.*14. *verſ. ad id,* cuius dicta non reperij in meo Codice, *concluſ.*203. *num.*28. depoſitum contentioſum, conueniunt tamen dicta, *Alex. conſ.*120. *perſpectis, lib.* 5. *num.* 12.

41 concluden. emphiteotam † ad euitandā pœnam caducitatis, debere ſaltem proteſtari, quod ſit paratus ſoluere, *Tiraq. de retract. lignag.* §.9.*gloſ. fin. num.* 17. *& ſeq. plurib.* late agit, an ſufficiat proteſtatio vnica, vel requiratur geminata, & an ſatis ſit proteſtari coram priuatis perſonis, vel iudice, vel ſatis ſit proteſtari, vel etiam faciendum depoſitum, *addentes ad Matheſil. ſingul.*128.*verſ. annotatio, num.*3. volunt per proclama requirendum reum abſentem, ſed non credo verum, ſi de certo loco, & die ſolutionis fuit conuentum, *Bartolus in l. ſi reus paratus* 74.*ff. de procur. num.*5.

42 Limit. vbi ageretur de † depoſito quantitatis, vel ſummæ rei, quæ breuiter pendi, vel nummerari, vel aliter celeriter ſatisfieri non poſſet voto debitoris, & creditoris, vt puta, ſi ageretur de reſtitutione grandis ſummæ pecuniarum mutuatæ, vel reſtituenda, vel tradenda quantitate grani, vini, fœni, lignorum, & ſimilium, quæ in faciem creditoris, vel non perducuntur, vel cum difficultate, nam tunc verbalis oblatio ſufficit, cum iudicatione loci, vbi reperiantur reſtituenda, *Matheſil. ſingul.*128. *Nota quod, vbi circa med. Alex. in l. ſi mora, ff. ſol. mat. num.*4.*verſic. Quarto fallit*, declarando, ſi tamen reueraofferens, habebat, quæ offerebat, & poſt oblationem actualiter ſit paratus deponere, vel deponit, *ſubdens num.* 7. idem dicendum, ſi agatur de depoſito animalium, vt equorum, & ſimilium.

43 Limit. vbi aduerſarius, † cui fit oblatio, recuſat recipere, *Capic. deciſ.*19 *in cauſa Franciſci, num.*2. *verſ. nam illud, ſubdens num.*3 an ſaltem ſit neceſſe, vt debitor habeat pecuniam in folle vel ſacculo, licèt illam non numeret, *addentes ad Matheſil. ſingul.*128. *Rota quod, verſ. annotatio, num.*5. *addendo nu.* 8. oblationem minime iterandam, ſi creditorem pœniteat recuſaſſe receptionem, *addendo num.* 10. *& ſeq.* rem publicam debitricem iſto caſu liberari, nec cogi poſſe ad ſoluendum, *Alex. in l. ſi mora, ff. ſol. mat. num.* 5. *verſ. Quinto fallit*, *Menoc. de arb. Iud. caſu* 232. *multis, num.*16. amplians, ſiue tacite nihil dicendo, *Tuſcus concluſ.* 203. *depoſitum, num.* 26. *diſſentit Rolan. à Val. conſ.* 53. *lib.*1. *num.*37. ſiue expreſſe recuſet, modo

44 non alleget iuſtam † cauſam recuſationis, *Boer. deciſ.*124.*num.*26.*&* 29.*in prin. Rol. à Valle conſil.* 53.*lib.* 1. *num.* 26. *vbi alios refert. num.* 38. refert, quando creditor dicatur iuſte recuſare, latius tamen agit, *Gabriel. de ſolut. concl.*8.

45 Limit. quoad pœnæ commiſſionem † euitandam, *gloſ. l. ſi cum dies,* §. *fin. ff. de arbitr.*

arbitr. addentes ad Mathesil. singul. 128. *Nota quod, vers. Annotatio, num.* 2. sub-
46 limitando in pœna † legali, secus in conuentionali, & conferunt dicta in prima limit. *Bald. tamen in l. acceptam, C. de vsuris, num.* 55. *& seq. distinguit*.

47 Limit. vbi crditor † fuit protestatus nolle fieri depositum, *addentes ad Mathesil singul.* 128. *Nota quod, vers. Annotatio, num* 1. *vers. Quod est verum*.

48 Limit. ad effectum, † ne quis dicatur in mora soluendi, si oblatio sit iudicialis, *l. si rem, §. fin. ff. de pignor. act. Natta consil.* 631. *super, num.* 2. *versic. ad prædicta*,
49 † sublimitando quoad effectum solutionis, nisi fiat præterea consignatio cum deposito.

50 Limit. vbi quis offert soluere in loco destinato solutionis, & oblatio fit in loco non destinato, *Alex. in l. si mora, ff. solut. mat. num.* 4. *vers. sexto fallit, Negusan de pignorib* 2. *par.* 3. *membr. par.* 5. *num.* 8.

51 Limit. vbi debitum non est † liquidum, veluti si quis sit obligatus, rationes reddere, *Alex. l. si mora, ff. solut. mat. num.* 4. *vers. tertio fallit, Menoc. de arbitr. Iudic. casu* 232. *multis, num.* 14. addendo debitorem isto casu debere cauere, *Tuscus conclus.* 20. *oblatio debiti, num.* 19. addendo isto casu oblationem debere esse iudicialem, & instare eligi calculatorem, & fieri liquidationem, & alia addit quoad oblatio prosit offerenti, *Alex. consl.* 130. *n.* 11. addit pro non liquido dandum fideiussorem cum promissione de soluendo, *Tusc. conclus.* 20. *oblatio debiti, num.* 23. *& seq.* vbi præterea addit debere offerentem liquidum soluere, vel offerre in prompta pecunia, & pro non liquido offerre solutionem cum fideiussore exhibendo Codices dati, & accepti, aliter facta oblatio est inanis, *Neguf. de pignor.* 2. *par.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 4. *vers. tertio, & num.* 5. qui latius hanc limitationem explicat, *Bald. l. acceptam, C. de vsuris, num.* 19. concludens liquidi oblationem debere esse realem, illiquidi verò sustineri, quamuis sit verbalis.

52 Limit. vbi agitur † de deposito rei immobilis, *auth. dos data, C. de donat. ant. nupt. l.* 2. *C. quand. & quib. quart. par. lib.* 10. *vbi glos. & Bart. Bald. consl.* 368. *circa fin. lib.* 5. *Angel. in l. si mora, ff. sol. mat. vbi Alex. n.* 4. *vers. tertio fallit, & consl.* 130. *lib.* 4. *nu.* 11. *Rol. à Val. cons.* 53. *lib.* 1. *n.* 34. *circa med. de arbit. Iud. Menoc. casu* 232. *multis n.* 13. addendo procedere, si debitor asserat in futurum possidere pro creditore, & res esset parata traditioni, *Negusant. de pignor.* 2. *par.* 3. *memb* 5. *par. nu.* 3. vbi concludentes rationes refert, & ante illum, *Bald. in l. acceptam, C. de vsuris, num.* 9. cum temperamento tamen, si offerens habet facultatem retradendæ.

53 Limit. ad effectum † retractandi venditionem pignoris, *l. penul. ff. de rescind. vend. Neguf. de pign.* 2. *par.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 4. distingue tamen per *Bald. in l. acceptam, C. de vsuris, num.* 15.

54 Limit. vbi oblatio † fit incongruo loco, & tempore, *Sal. l. acceptam, C. de vsur. num.* 5. *& seq. Angel. num.* 7. *in fin.* qui addit præterea requiri, vt offeratur integra quantitas debita, & quod offerens illam in vsus suos non conuerterit, *Iaf. l. qui Romæ, ff. de verb. num.* 13 *& seq. Bald. d. l. acceptam, num.* 18.

55 Limit. vbi solutio † quantitatis oblatæ non debet fieri in loco oblationis, seu iudicij, sed alibi, quia sat est offerentem ibi habere, id quod offert, *Bald. l. acceptam, C. de vsuris. num.* 9. *in fin.*

56 Limit. vbi oblatio † proxima est esse realis, licèt tempore oblationis non esset talis, *Baldus l. acceptam, C. de vsuris, num.* 10.

57 Limit. ad impediendum † vsuras, *l. si per te, C. de vsuris, Bald. tamen in l. acceptam, C. eod. num.* 13. *& seq. late distinguit*.

Non desunt tamen, qui absolute tenent ex sola oblatione debitorem liberari, & impediri cursum vsurarum, vt refert *Cabalin. Milleloq. cap.* 328. *Gerald. Bagarot. tract. de retract. fol penul. vers. sit ergo conclusio*, quorum opinio videtur posse probari, *l. si creditori, C. de vsuris, l. vbi.* 75. *§. penul. ff. de verb. obligat. l.* 2. *C. de pact. int. empt. l. penul. ff. de naut. fœnore, l. traiectitiæ* 3 *ff. de act. & oblig. l. qui Romæ, ff. de verb. oblig.* Verùm facilis est responsio, quod dicta iura sunt in singulari casu, & aduersari regulæ constitutæ, *in l. acceptã, C. de vsuris, l. debitor, l. euictis, §.* 1 *ff. eod.*

An

58 An autem debitor ante † oblationem debeat adire creditorem, & illum in illius domo perquirere vidend. *Baldus l. acceptam, C. de vsuris, num. 36. & seq. & 41. Sal. num. 6. cum alijs cumulatis in meis collectaneis ad l. item illa, vers. proinde, ff. de constit. pecun.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Oblationis facienda, & facta, qua sint causa, & qui sequantur effectus 1.

1 OBlationis faciendæ, † & factæ, quæ sint causæ, & qui inde prodeant effectus, referuntur à *Menoch. de arbitrio Iud. casu 232. multis, num. 1. & seq.* & quomodo probetur, *Boer. decis. 124. n. 29. circa princ. versic. & Zabarel. Neguf de pignor. loquens de oblatione extraiud. 2 par. 3. memb. 5. par. num 2. vsque ad 6. subde & deinde vsq. in fin. effectus iudicialis oblationis, addentes ad Mathes. sing. 128. versic. Annotatio, nu. 1. & seq. Bald. in l. acceptam, C. de vsuris, num. 25. 29.*

§. V.

SVMMARIVM.

Depositum fieri debet praecedente obsignatione 1. In quibus differat ab obsignatione ibid. qua requirantur, vt suos producat effectus 3.

Obsignatio vbi fieri debeat 2.

Clericus depositarius conuenitur coram Iudice, qui illum elegit depositarium 4. praxis talis conuentionis 5.

1 QVarto, quod depositum † fiat præcedente obsignatione, *l. obsignatione, C. de solution. Neguf. de pignorib. 2. par. 3. memb. 5. par. num. 12. & seq. vers. quart.* qui cum latè versetur circa illius effectus, & differentias inter oblationem, & depositum, sine consignatione, & oblationem, & depositum cum consignatione, & obsignatio, quæ requiritur in pecunia, sit necessaria in alijs rebus mobilibus, vel se mouentibus, vt in equis, bobus, & similibus, *num. 26. & seq.* addit, vbi fieri de-
2 beat † talis obsignatio, ideò nihil prætereà dicam, sed ad alia properabo, illud tamen non omitto, quod subdit *Neguſan. ibid. num. 27. & seq.* quod ad effectum, vt
3 depositum † suos producat effectus, esse necesse, vt illud remaneat penes depositarium, alias si deponenti restituatur, nihil proficit deposuisse, clericum depositarium occasione depositi coram Iudice,
4 qui illum elegit pro depositario esse conueniendam, *cui addo Afflict. decis. 24. n. 3 Iaf. l. 1. §. fin. ff. de offic. eius, num. 7. Bal. l. acceptam, C. de vsur. num. 6. 40. & seq. Carroc. de deposit. par. 1. cap. de casu, num. 40. Cancer. var. resol. cap. de deposit. num. 108. & seq. Ant. Fab. in suo Cod. de episc. & cler.*
5 *deffin. 55 num. 14.* vbi docet † praxim talis conuentionis, *cum alijs cumulatis in meis Collectan. ad cap. 3. 11. q. 1.* vbi retuli etiam dissentientes.

§. VI.

SVMMARIVM.

Depositum debet esse purum, & absque qualitate aliqua non conuenta 1. Ampl. 2. 3. 5. Limit. 6. 10.

Qualitas diuersa facit actum diuersum 4.

Venditor non potest habere pretium, nisi rem venditam emptori tradat 7. Ampl. 8.

Dos habet intrinsecam conditionem, si nuptia sequantur 9.

1 QVintò quod depositum † sit purum, nec aliqua conditione, modo, vel qualitate non conuenta qualificatum, vel conditionatum, *Rom. conf. 321. num. 4. Iason conf. 9. lib. 1. num. 15. Gabriel. conf. 56. in fin. Alex. conf. 7. lib. 2. num. 9. Menoc. de arb. Iud. casu 232. multis, num. 22. Castr. l. acceptam, C. de vsur. num. 12. verf. Hoc verum, ibi Bald. n. 14. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solut. resol. 22. vers. Quarto.*

Ampl.

2 Ampl. præsertim, si conditio sit extrinseca, *Bald. in l. acceptam*, C. *de vsuris*, *quæst.* 4. quem refert, & sequitur *Neguſ. de pignorib.* 2. *par.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 10. *in princ.* *Curt. Sen. conſ.* 39 *viſis*, *num.* 7. *in fin.* exemplum referens in offerente dotem, modo mulier renuntiaret bonis paternis, & maternis, quam renunciationem minime facere debebat, sequitur, & comprobat *Neguſ. de pignorib.* 2. *par.* 3. *membr.* 5. *par. num.* 11. *& ſeq. Alex. conſ.* 7. *num.* 9. *lib.* 2. qui loquitur in deposito dotis, *Bal. l. acceptam*, *C. de vſuris*, *num.* 24. *in fin.*

3 Ampl. etiam, si is † contra quem fit depositum, non contradixit appositioni conditionis, nam quamuis non contradicente creditore sustineatur depositum, absque suis solemnibus, vt late examinat, *Gabriel. de ſolut. concluſ.* 8. attamen quia actus conditionatus non est idem, cum

4 puro, ex quo qualitas † diuersa facit diuersum actum, *l.* 1. *§. ſi quis ſimpliciter*, *ff. de verbor. obligat. l. ius ciuile*, *verſ. itaque*, *ff de iuſt. & iur. Bald. conſ* 215. *nu.* 15. *lib.* 2. *Natta conſ.* 139. *num.* 6. *Surd. conſil.* 179. *num.* 40. *& conſ.* 366. *num* 23. *& deciſ.* 7. *num.* 32. qui ex relata ratione ad plura notanda inferunt. Nihil operatur depositum conditionale, vbi debebat esse purum, *Neguſan. de pignor.* 2. *par.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 10.

5 Ampl. idem † in oblatione, *Bertrand. conſ.* 320. *lib.* 1. *num.* 6. *verſ. accedit.*

6 Limit. in conditione † intrinseca, quæ veniat, seu accedit ex natura rei, vel contractus, veluti si deponatur pretium rei venditæ, non amouendum, nisi res vendita tradatur, vel deponatur, dos consignanda sequutis nuptijs, nam cum ven-

7 ditor non † possit habere pretium, nisi rem venditam tradat, *l. Iulianus*, *§. ex vendito*, *ff. de action. empt. l. ex empto*, *ff. eod. Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. int. empt. & vend. num.* 152. *& ſeq. Surd. conſ.* 101. *declarauit*, *num.* 3. *& num.* 5. *&* 7. conclu-

8 dens posse totum pretium † retineri, si minima pars remaneat tradenda, & dos non possit esse sine matrimonio, *l.* 3. *ff. de iur. dot. §. ſi aduerſus*, *inſtit. de nupt.* & dotis promissio habeat intrinsecam condi-

9 tionem, † si nuptiæ sequantur, *Gabriel. conſil.* 139. *vol.* 2. *num* 16. *Surd. conſil.* 192. *de anno*, *num.* 2. *Alex. conſ.* 42. *conſideratis*, *lib.* 7. *num.* 2. *& ſeq. Bald. Nouel. tractat. de dote*, *par.* 6. *priuileg.* 50. *Turret. conſ.* 75. *num.* 5. *vol* 2. Ideò depositum factum sub conditione intrinseca est validum, & effectus depositi habebit, si alio non laboret vitio, *Bal. l. acceptam*, *C. de vſuris*, *q* 4. *Neguſ. de pignor.* 2. *par. num.* 3. *memb.* 5. *par. num.* 10. *& ſeq.* Idem etiam censeo dicen-

10 dum, si depositum † fiat contra eum, qui aliquid debet adimplere, & sub conditione, quæ inesset ventri contract[illegible], cuius causa fit depositum, *Crau. conſ.* 705. *num.* 13. *Cancer. var. reſol. de depoſito*, *n.* 16. loquens de deposito dotis, contra mulierem, facto cum conditione, quod restituat bona mariti, quæ ideò retinebat, *Tuſcus idem repetens*, *concluſ.* 201. *depoſitum habet*, *num.* 9.

§. VII.

SVMMARIVM.

Depoſitum fieri debet parte citata, ad recipiendum pro certa die non feriata in honorem Dei, vel aliter non impediatur creditor recipere congruo loco cum vſuris, & acceſſorijs 1. *Ampl.* 4. *Praxis faciendi depoſiti* 2. *Si creditor ſit abſens, qualiter citetur* 3.

1 SEptimò, vt depositum † suos operetur effectus est necesse, vt fiat parte citata, *Caſt. & rel' qui in l. acceptam*, *C. de vſuris*, *Rol. à Val. conſ.* 63. *lib.* 1. *num.* 31. *Tuſcus concluſ.* 203. *depoſitum contentioſum*, *num.* 27. *Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *de ſolut. reſolut.* 22. *verſ. tertio*, in citatione exprimendum erit, vt creditor veniat tali die, & hora, quæ non sit feriata in honorem Dei, vel alias citatus non excusatur à vocatione in iudicium ad recipiendum integrũ, quod est debitum, vnà cum suis accessionibus in loco congruo, aliàs videndum mandari deponi, *Bartol. in l. ſi reus*, *ff. de procur. Trentacinq. d. verſ. Tertio*, subdens talem citationem posse fieri post depositum, præcedente tamen oblatione ad recipiendum, *ex Salic. Iaſ.* Cagnol.

Cagnol. Tiraquel. ab illo allegatis. In pra-
2 xi tamen † obseruaui, & vidi obseruatū, vt debitore habente pecunias penes personam fide, & facultatibus idoneam, denuntietur creditori talis quamtitas, cum oblatione, quod paratus est consentire, & consentit illarum consignationi facta legitima quietantia, alias videndum confirmari depositum.
3 Si autem creditor † sit absens, qualiter & an ille sit citandus, videndus *Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. 3. num. 1. & seq. Gozadin. cons. 71. num. 7.*
4 Ampl. præsertim in † deposito iudiciali, seu contentioso, *Rolan. à Val. cons. 63. perspectis, lib. 1. num. 31. Tuscus concl. 203. depositum contentiosum, num. 27.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Depositum fieri debet de re debita, & recepta in communi commercio, & non statim peritura, vel mutationi obnoxia 1. Item cum obligatione depositarij de consignando depositum 2.

Praxis Montis Pietatis Vrbis circa receptionem depositi 3.

1 Octauo de essentia † depositi est, vt fiat de re debita, & recepta in communi commercio, veluti si essent debita centum, depositum fieri de centum in pecunia probata, & non statim reprobāda, *vt ex Neuiz. cons. 49. num. 16. & seq. & cons. 88. n. 14. Menoc. de arb. Iud. cas. 232. Rom. cons. 163. Ias. cons. 44. in fin. lib. 1. concludit Trentacinq. var. resol. lib. 3. de solut. resol. 22. vers. sexto, & seq. Rol. à Val. consil. 63. lib. 1. num. 33.* addendo requiri præ-
2 terea † depositarij obligationem de consignando deposito, & hinc fuit desumpta
3 praxis Montis Pietatis Vrbis, vbi ministri in cedula depositi addunt clausulam de consignando depositum, reportata eadem cedula, quam si contigat, deinde perdi, officio Iudicis succurritur deponenti.

§. IX.

SVMMARIVM.

Depositum debet remanere penes depositariū, nam si deponenti restituatur, nihil operatur 1. quando repeti possit à deponente 2. Si à depositario restituitur, an cessent illius effectus 3.

1 Nono est necesse, vt depositum remaneat penes depositarium, nam si illo facto, deponens, repetat illud, nihil operatur depositum, *arg. l. qui sic, ff. de solut. & ex Bart. Neguſ. & alijs firmauit Trentacinq. var. resolut. lib. 3. de solut. resol. 22. vers. Nono,* addendo duobus casibus,
2 † non posse petere depositum, nempe vbi est factum auctoritate Iudicis, vel à parte ratificatum, *Angel. l. acceptam, C. de vsuris, num. 7. in fin.* concludens ad effectum, vt oblatio suos operetur effectus, requiri, ne offerens conuertat oblata in vsus suos;
3 si tamen deponenti restituatur † depositum à depositario, an cessent effectus depositi, *vide Bald. in l. accept. C. de vsuris, num. 7. Cancer. var. resol. de deposito, n. 18. & seq.*

§. X.

SVMMARIVM.

Depositum fieri debet ab ipso met debitore, vel à procuratore habente legitimum mandatum 1. An fieri à tertio pro debitore 2.

1 Decimò, quòd depositum † fiat à persona legitima, nempe ab ipso met debitore, vel à procuratore, qui tempore oblationis, & depositi doceat de mandato, alias depositum fit inutile, *Alex. cons. 75. in causa, lib. 7. num. 6. vers. Quia ad hoc, Osasc. decis. 175. num. 3. Tuscus conclus. 203. depositum contentiosum, num. 43.*
2 *& seq.* † si tamen tertius vellet deponere, an valeat depositum, sicuti valet solutio, distin-

distinguendum censeo, iuxta à me tradita
*in Collect. ad l. soluere, ff. de solut. & tradit
Asinius de exequution. §. 7. cap. 165. credi-
tori, num. 5. & 8. in princ.*

---

§. XI.

SVMMARIVM.

Depositum factum seruatis seruandis, liberat debitorem 1. Ampl. 2. 3. 5. Limit. 6. 7. 8.

Depositi effectus 1. 2. 3. 4.

POst relata solemnia oblationis, &
depositi, agendum est de effectibus,
qui inde resultent, & cum alij respiciant,
& tangant deponentem, alij depositariũ,
agendo deprimis. Ille est præcipuus, om-
missis, qui repeti possent ex ijs, quos dixi
sequi ex solutione, ad fauorem deponen-
tis, est, quod si fuerit factum seruatis so-
1 lemnibus supra relatis † liberat debitorẽ,
*l. obsignat. C. de solut. l. 2. l. si creditori, C. de
vsur cum alijs congestis à Tusc. concl. 201.
depositum, num. 1.*
2 Ampl. vt liberet, † ne dum à sorte prin-
cipali, sed etiam ab vsuris, seu interesse,
ex pecunijs depositatis causato, & ab om-
ni periculo, quod in sorte, & vsuris con-
tingere potest, adeo vt illud accidat in-
commodo creditoris contumacis in reci-
piendo, *l. acceptam, C. de vsuris, vbi Bart.
& reliqui, l. qui decem, ff. de solut. Trenta-
cinq. var. resol. lib. 3. cap. 22. de solut. num. 1.*
3 Ampl. etiam, quoad realem † obligatio-
nem, nam si mulieris deponatur dos, vel
creditum anterius, liberantur ab omni
vinculo, & hypotheca dotali, conuentio-
nali, & legali, bona, quæ illa detinebat,
& confirmantur offerenti, & deponenti,
Card. *Tusc. concl. 201. depositum, num. 5.*
4 *& seq. plurib.* & alij † sequuntur effectus,
relati à Caroc. *de deposit. par. 2. quæst. 12.
num. 7. vsque in fin.*
5 Ampl. etiam, † quod res depositata dein-
de pereat, vt puta, quia furto subtracta,
vel depositarius foro cesserit, vel Princeps
illud sibi tradi mandauerit, cum tempe-
6 ramento † tamen, si creditor non habuit
iustam causam recipiendi, *Tiraq. de re-
tract. conuent. §. 4. glos. 6. n. 34.* Cagnol. *in l. 2*
C. *de pact. int. empt. n. 111. Afflict. decis. 172.*
7 Limit. in causa † attentatorum, vel
spolij etiam non liquidi, in qua non sat est
aliquid deponere cum cautione de soluẽ-
do liquidanda, *Veral. decis. 272. par. 2. Lan-
cellot. de attentat. cap. 31. num. 191.*
Obstat *decis. 17. Mosed. de restit. spol.*
8 Limit. in concursu † creditorum de-
cocti, quia soluendum est cum cautione
de restituendo, vel contribuendo, *Cast.
in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut. n. 6.*

---

§. XII.

SVMMARIVM.

Deponens in concursu creditorum præfertur cæteris, si agatur de deposito vero, & proprio 1. 6. Et quare 2. Ampl. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 18. Limit. 7. 19. 21. 22. 24. 25. Sublim. 23.

Rei vendicatio præfertur quibuscumq; actionibus tam personalibus, quàm realibus 3.

Depositum quando dicatur propriè factum 4. improprium, quod sit 5.

Deponens est dominus rei depositatæ, & præfertur omnibus 14. Ampl. 15.

Depositarij, quando sint pares in exactione depositi 16.

L. interdum, C. qui potior. in pignor. habeantur, explicatur 20.

Funeris creditor præfertur, quibus creditoribus habentibus tantam hypothecam etiam anteriorem, secus si expressa 26. Ampl. idem in creditore medicamentorum ibid.

1 SEcundus effectus † depositi est, vt in
concursu creditorum depositarij,
deponens, præferatur cæteris creditori-
bus, *l. si hominem 7. §. quoties, ff. deposit.*
per quem textum ita firmat *Ripa in l. si
ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. n. 3.
Bald. cons. 276. super facto lib. 2. & in l. pro
debitor.* C. *de bonis aut. iud. possid. nu. 1. vers.
quæritur, & in l. in l. in reb. 13 ff. de iur. dot.*
2 *n. 2.* & ratio est, † quia dominus rei qualis
qualis sit, qui illam deposuit, præfertur
quibuscumque vendicando rem suam,
*l. plane, §. sed si dedi, ff. de tributar. l. de-
posui, ff. de pecul.* per quæ iura ita firmat
*Ripa in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil.
credit. n. 10. Bald. l. in rebus 13. ff. de iur. dot.*
2 *n. 2.* † & reivendicatio præfertur quibus-
cumque actionibus tam personalibus,
quam

quam realibus, *dicta lege depositi*.

Sed quia differt, an agatur de deposito proprio, vel improprio, seu excedente fines depositi, vt loquitur *Ripa in l. si vē-*
3 *dit. §. in bonis, ff. de priuil. credit. n. 1.* & an agatur de re ipsa deposita, vel re, seu bonis depositarij, vel an agatur actione personali, vel reali, præsupposito quod deposi-
4 tum propriè † tunc dicitur factum, si cui pecunia tradita fuerit in sacculo obsignata absque numeratione, *l. sacculum, ff. de posit.* vel cum numeratione, vt eadem
5 corpora restituantur, impropriū † autem depositum est, vbi facta numeratione conuentum fuit, vt sit depositum, & quod tantumdem restituatur, *l. lutius, & l. seq. ff. deposit. Ripa in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit. n. 1. in fin. & 12. in fin.* Ideò pro resolutione propositæ regulæ sequentes casus sunt constituendi.

Primus est, vbi agitur de distractione, seu concursu creditorum ipsius met rei depositatæ, seu de deposito vero, & proprio, veluti sacculo pecuniarum, massa auri, vel argenti, equo, boue, & similibus, tam immobilibus, quàm mobilibus, quæ pondere, numero, & mensura con-
6 stant, & tunc † deponens, præfertur quibuscumque creditoribus etiam priuilegiatis, *l. si ventri, §. in bonis, vers. si tamen, ff. de priuil. credit. vbi Ripa n. 12. vers. alia ergo, Bal. l. fin. C. deposit. n. 8. circa med.*
7 † limitando, si sit depositum in numerato, ratione quam supra in principio retulie *ex*
8 *Ripa Zas. d. §. in bonis, n. 5.* declarans † procedere in quacumque re depositata, *Straca tract. de decoctorib. par. vltima n. 1. & 2.* vbi rationem refert, *Barbos. in l. si cum dotem, §. fin. ff. sol. mat. nu. 32. & 33. versic. Non obst. secundum Gizarel. decis. 62. n. 6. & seq. Amat. Rodriq. de concurs. cred. par. 1. art. 6. n. 46. & 50.* vbi rationem refert.
9 Ampl. præsertim contra † creditores habentes personalem actionem tantùm, *l. si hominem 7. §. quoties, ff. deposit. Decius cons. 645. præsupposita, n. 2. Bald. l. pro debito, C. de bon. auth. iud possid. num. 1. vers. & not. quod post Ripa in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit. num. 3.*
10 Ampl. etiam, si deponens † pecuniam, vsuras, seu commodum aliquod ideò percipiat, *glos. in l. si ventri, §. in bonis, verb. extens. ff. de priuil. credit.* Contrarium reprobando *Glos.* tamquam male intellexerit verba, *Text. in d. verb. extent.* tenet, & credo dixisse verum, *Ripa d. §. in bonis, n. 4. circa med. addendo idem censuisse, Dyn. & Alberic. non relato, Bart. l. si hominem 7. §. Quoties, ff. de deposit. in princ.*
11 Ampl. etiam, † vbi agitur inter creditores actione personali, *Ripa in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit. n. 12. in fin. & Zas. n. 2. circa fin.*
12 Ampl. etiam, quod alteri † fuerit tradita, nam ab illo vindicari potest, & passus vendicationem, sequetur cum reliquis creditoribus suam fortunam, *l. si bis qui, C. deposit.* & istud facit contra iniquos caupones, dolososque nautas, ac negligentes custodes alienarum rerum, qui simulato furto vendunt, aut auferri cæcutiunt, quæ penes illos sunt depositata.
13 Ampl. etiam contra † creditores priuilegiatos habentes hypothecam tacitam, vel expressam, *Ripa in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. cred. t. num. 12. in fin. vers. Ego dicerem*, Et ratio est, quia de-
13 ponens est dominus † exclusiue omnium, rei depositatæ, quare nisi facta fuerit cōmixtio alieni iuris ex natura, vel necessitate, vel vtilitate rei, omnes debet ex-
15 cludere, † sicuti illi datur † aduersus quoscumque rei vendicatio, *Amat. Rodriq. de priuileg. credit. par. 1. art. 6. n. 50. Meier. eod. tract. cap. 8. n. 81. & seq. Gar. de credit. in append. n. 124. in princ. Stracca de decoct. cap. fin. n. 2. circa med. Barbos. in l. si cum dotem 23. §. final. ff. sol. mat. nu. 33. in princ.*
16 In concursu tamen † depositariorum nulla habetur ratio temporis, sed simul omnes admitti debent, si depositarius fidem fallat, vel aliter deueniatur ad communem omnium rerum, quas deposuisse constat repetitionem, *l. qui hominem, §. quoties, ff. deposit. Bal. l. fin. C. deposit. num. 8. Straca de decoctorib. quæst. fin. n. 3. in fin. & num. 4. Cassan. in Catalog. glor. mund. par. 12.*
17 *consideratione 99. vers. 13.* † vbi etiam agit, quid dicendum, vbi vnus illorum præuenisset in exactione à bancherio decocto.
18 Ampl. etiam in deposito † irregulari, seu improprio, *Curt. iun. l. mutuum, ff. si cert. petat, n. 15. & dicam latius infra, §. seq.*
19 Limit. vbi deponens, percipit vsuras

ex pecuniis depositatis, *l. si ventri, §. in bo-
nis, ff. de priuil. credit* & ratio est, quia re-
cipiendo fructus depositi, censetur renũ-
tiasse priuilegio depositi, *l. si hominem,
§. quoties, ff. depos. Stracca de decoct. cap.
fin. n. 3. in prin. & 4. in fin. Barbos. in l. si cum
dotem, §. fin. ff. deposit. n. 32. in fin.* Ampl. etiã,
si pecunia depositata extet, *Amat. Rodriq.
de concurs. credit. par. 1. art. 6. n. 51.*
20 Limit. vbi deponens † concessit vsum
depositi, *l. Lutius 24. ff. deposit. Barbos. in
l. si constante, §. fin. ff. sol. mat. n. 32. circa
fin. Amat. Rodriq. de concurs. credit. par. 1. ar-
tic. 6. num. 53.*
21 An autem præferatur † pupillo mino-
ri, furioso, & similibus creditoribus in
bonis suorum curatorum viden. *Ripa in
l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. creditor.
nu. 12. & seq. Barbos. in l. si cum dotem. 23.
§. fin. ff. sol. mat. n. 34.*
22 Limit. in creditore † expensarum con-
seruationis, seu refectionis bonorum,
quorum pretium inter creditores est di-
stribuendum, *Bart. in l. si hominẽ 7. §. quo-
ties, ff. deposit. in fin.* exemplum in caupo-
ne, qui aluit equum debitoris, *Doctores
in l. interdum, ff. qui potior. in pign. Bal. in l. in
restituendo, C. de petit. hæred. n. 1. Mant. de
tacit. lib. 10. tit. 23 n. 20. Ripa in l. si ven-
tri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. n. 11. in
23 princ.* & de istis est text. † *in l. interdum,
ff. qui potior. in pignor.* cuius materiam la-
te sum complexus *in meis Collect. ad eũ-
dem text.* cuius ratio est, quia pecunia in
refectione consumpta facit saluam esse
causam omnium creditorum etiam priui-
legiatorum, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23.
n. 1. & 3.* qui addit præferri commodanti,
si expensæ sint factæ pro custodia rei cõ-
modatæ, *Barbos. l. si cum dotem 23. §. fin.
ff. sol. mat. n. 34.*
24 Limit. in creditore † expensarum, quas
fecit causa distractionis rei depositatæ,
cuius pretium consignandum est depo-
nenti, *Bart. in l. si hominem 7. §. quoties
ff. deposit. in fin.* exemplum in mercede
apparitoris, qui depositum subhastauit,
& similibus iudicialibus expensis.
25 Limit. in creditore expensarum, † quas
fecit circa conseruationem personæ de-
ponentis, *Bald. l. in l. in restituenda 4. C. de
petit. hæred. n. 1. & 2.* qui loquitur de cau-
pone, & scholari amico, qui si fecit ex-
pensas hospiti, vel amico scholari infirmo
qui si moriatur non esse obligatum resti-
tuere hæredi valisiam, vel libros penes se
extantes, nisi fuerit satisfactus de expensis
in infirmitate, vel funere, *Mantic. de ta-
cit. lib. 11. tit. 23. n. 3. & 26.* qui loquitur de
expensis medicamentorum, & custodiæ
causa rei commodatæ, *Neguf. de pignor.
par. 5. memb. 2. n. 15.* vbi late comprobat,
26 & exemplis ornat, † & sublimitat.
27 Limit. vbi rei depositatæ † dominium
translatum est in depositarium, *Stracca
de decoct. cap. fin. n. 3.* vbi rationem refert.
28 Lim. in creditore † causa funeris, *l. pe-
nul. ff. de relig. & sumpt. fun. per quem tex.
ita firmat Ripa in l. si ventri, §. in bonis,
ff. de priuil. credit. n. 11. Barbos. in l. si cum
dotem 23. §. fin. ff. sol. mat. num. 34. in princ.
Vinc. de Franc. decis. 51. in causa, n. 2. &
seq. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. n. 23.* ca
29 ratione ambo moti, quia † creditor cau-
sa funeris inter creditores tacitam hypo-
thecam habentes, cæteris quantum vis
anterioribus præfertur, secus in expressa,
quia suum locum seruare debet, *subdente
Mantic. ibid. num. 26.* idem dicendum de
creditore medicamentorum, quæ data
fuere in infirmitate, qua debitor est mor-
tuus, secus si pro alia infirmitate, vt vo-
luit *Borgnin. decis. 27. par. 3. n. 37. in princ.*

---

§. XIII.

SVMMARIVM.

*Deponens præfertur, quibuscunq; in distractio-
ne, seu consignatione depositi improprij* 1. &
quare 2. & *seq. Contrarium* 6. *Distingue* 9.
10. 12. 15. 16. 17. 18.
*Verba sunt inuenta, vt dicentis voluntas ex-
primatur* 2. *Ampl.* 4. 5.
*Contractus qualitas dignoscitur à nomine, quo
nominatur* 3.
*Depositarius non potest vti deposito citra fur-
tum* 7. *limit.* 8. 9. & *seq.*
Depositum est gratuitum, 11. *in dubio censetur
actum de proprio, non autem improprio* 13.
Amplia 14. *Cuius periculo pereat* 19.

Se-

SEcundus casus est, si agatur de deposito improprio, seu excedente fines depositi, vt est casus *in l. lucius 24. &*
1 *l. seq. ff. deposit.* & in hoc † depositi genere esse repetenda, quæ mox dixi de deposito proprio, suadet dantis, & recipientis pecunias, conuentio, & actus gesti denominatio, *glos. l. Seia, verb. exceptione, vers. & hoc ideò, ff. de dote præleg. Natta cons. 104. n. 1.* verba enim cum ideò sint in-
2 uenta, † vt dicentis voluntatem exprimant, nullumq; certius voluntatis testimonium reperiri possit, quam ex hominis ore emissa verba, *l. labeo, ff. de suppel. legat. Bald. in l. generaliter, C. de non. num. pecun.* depositi contractus dicetur celebratus, quia quæ partes mutuo consensu gesserunt, depositum nominarunt, quia
3 contractus † qualitas dignoscitur, & iudicatur à denominatione verborum, *l. fideiussores magistratuum, §. 1 ff. de fideiuss.* nec aliud in essentia dicuntur contrahentes fecisse, quam quod litterarum sonat figura, *Bald. in cap. 1. de feud. dat. in vim leg. commis. num. 1. & seq. per l. cum precib. C. de probat. l. emptione, C. plus valere quod agit. cap. nauiganti de vsuris*, sicut enim facies, representatur speculo, ita
4 contrahentium † mens, & voluntas, verbis certificatur, vt inquit Bald. quem refert *Crauet. cons. 20. quod contractus, nu. 1. & 2.* qui plura ad confirmationem huius sumpti congerit, vt omittam reliqua relata *à Vesembec. cons. 2. n. 14. & seq. Franc. Bec. cõs. 35. n. 9. & seq. & cons. 52. n. 2. Osac. decis. 139 n. 24. Crot. cons. 93. n. 6. Dec. consil. 32 pro num. 3, vers. virtute, Marcobrun.*
5 *cons. 103. n. 28*, ampliantes † etiam, quod adessẽt coniecturæ, vel concurreret qualitas, quæ præualeret, & esset potissima, vt alius diceretur initus contractus.

6 Contrarium † voluit *Bald. in l. fin. C. deposit. n. 8.* concludens, si nummularius cedat foro, & concurrant creditores deponentes non esse potiores, si ad numerum deposuerunt, quia in illum translatum erat pecuniarum dominium, data ei
7 facultate, vt posset vti deposito, † quod minime illi non esset permissum citra furti pœnam, *l. si sacculum, ff. deposit.* quod
8 tamen aliquibus casibus limitatur † in depositarijs Principum, seu Cameræ, quos referunt *Peregrin. cons. 94. filijs, lib. 3 num. 7. Surd. cons. 391. persuadere, n. 11. vsq; in fin.* & etiam in mercatore penes quem pecunia numerata deponitur, nisi se obligasset eamdem pecuniam depositatam restituere, *Plotus in l. si quando, C. de in litem iurand. n. 421. Neguz. de pignor. 2. par. 3. memb. 5. par. prin. n. 13.*

Pro concordia distinguendum est,
6 quod aut † depositarius vsus est pecunia penes illum depositata, illam alteri soluẽdo, vel etiam cum sua propria commiscendo, & tunc quia potius dicitur illi credita custodiæ causa, & dominium illius translatum in recipientem, illiusque periculo pereat, quod nullatenus agendum sit, vt ille sit, cæteris etiam quoad pecunias, quæ penes illum reperiuntur præferendus, *l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. vbi Ripa num. 3. in fin. & 4. in fin.* ampliando etiam, si eadem met pecunia data, seu credita ad custodiam extet.

10 Aut depositarius † ex vsu pecuniarum aliquid soluit deponenti pecunias, vt puta, quia facit illum participem cambiorum, & recambiorum, vel aliud lucrum canonicum illi communicat, vel soluit, & idem dicendum, quod mox dixi, quia per receptionem lucri censetur renuntiasse priuilegio depositi, *l. si hominem 7. §. quoties, ff. deposit.* ne multiplicentur specialia, vnum circa prælationem, aliud quod sine periculo contra regulam, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* percipiatur vtilitas,
11 seu fructus ex contractu, † qui debet esse gratuitus hinc inde, *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 6.* & ex pecunia, quæ sua natura est sterilis, licet per eam omnia æstimentur, *l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. pet. l. si ita fideiussorem, ff. de fideiuss.* & per eam omne genus lucri, & gustus sequatur.

12 Aut verò nihil soluitur † deponenti, nec depositarius vsus est, nec ex voluntate deponentis vti poterat pecunijs penes illum relictis, etiam non expresso titulo depositi, & secus dicendum, non ex natura, vel priuilegio improprij depositi, sed potius ex natura, & priuilegio depositi proprie sumpto vocabulo, quod
13 † censetur alio non expresso inter partes initum, *glos. fin. l. die sponsaliorum, §. 1.*

ff. de

ff.deposit.Bal.l.incendium,C.si cert.pet.n.2. & Sal.n.13.Rip.in l.si ventri,§.in bonis, ff.
13 *de priuil.cred.n.3.circa fin.* etiam, † quod non ipse dominus pecuniarum, sed alius illius nomine deposuisset, *l.lutius 24.ff.deposit. Fulgos. in l.1.§.si te rogauero, ff.deposit.in princ.* modo non sit idem, qui de-
15 positum recipit per exactionem † ab alio factam nomine eius, cui fit depositum, nam tunc non actio depositi, sed mandati datur in exigentem, qui deinde dicit depositum recepisse, *l.1.§.quod si rem, & §.si te rogauero, ff.deposit.*& consequenter cessaret isto casu priuilegium depositi, vbi talis depositarius foro cederet, vt voluit, *Marescot. var.resol.lib.1.cap.7.apud n.3.*

16 In concursu tamen eorum, † qui improprie dicuntur fecisse depositum, præferuntur, qui gratis deposuerant, etiam quod sint posteriores in tempore depositi ijs, qui cum fœnore deposuerunt, *Ripa in l.si ventri, §.in bonis, ff.de priuil.cred. n.8.* immo gratuiti creditores poterunt cessa sibi actione hypothecaria, vel habito prætorio pignore experiri hypothecaria contra vsurarios, quorum bona sunt tacite hypothecata debitori pro vsuris extortis, ac etiã præferri fęneratoribus in re empta ex pecunia vsurarij ad emendũ specialiter mutuata, *vt ex glosa Alberic. Bald.& Cast. subdit Ripa ibid.num.8.& 9.* & in concursu gratuitorum præferuntur illi, quorum pecunia deuenit ad priuilegiarios, *l.si ventri, §.in bonis, vers.eorum tamen, ff.de priuileg.credit.* vbi Vlpianus prætera declarat, quãdo pecunia dicatur peruenisse ad priuilegiatos creditores.

17 † Si autem inter hos depositarios cesset causa prælationis, tunc illorum omnium par est conditio, nulla temporis habita ratione, *arg.l.si hominem 7.§.quoties in fin. ff.deposit.l.procuratoris, §.plane, ff.de tributor.l.in naue, ff.locat.l.priuil.16.ff.de priuil. cred.* vbi Paulus inquit, priuilegia creditorum æstimari non ex tempore, sed ex causa, & si eiusdem tituli sunt, concurrere licèt diuersitates temporis in illis fuerint, *Gait.tract.de credito in append.n.124.vers-*
18 *sic.attamen,* † si autem concurrant priuilegiati creditores, quid sit dicendum, videndi sunt, *Flores de Men.lib.1.q.6.art.3. nu.38.Amat.Rodriq.de priuil.credit.par.2. art.2.n.7.& de concurs.cred.par.1.ar.6.n.51. Gait.tract.de cred.in append.num.126.vers. prædicti, vsq. in fin.*

Depositum, si fuerit Canonicum, operatur omnes effectus, quos operatur solutio, quia cum illa procedit à pari, & remissiue supra *hoc cap.§.2.vers.oblatio*, retuli alios effectus, qui sequuntur ex deposito.

19 Si autem depositum pereat, † cuius sit periculum videndus, *Tiraquel.de retract. connent.§.4.glos.7.n.34.& seq.*

CAPUT III.

SUMMARIUM.

Venditor, qui sequutus est fidem emptoris in pretio rei venditæ, præfertur cæteris credit. emptor. in pretio rei venditæ 1.5.7.& *quare* 6. Contrarium 8.9. *Concorda* 10. *Secundam, seu negantem opin. Ampl.* 14.15.16. 17.18.19.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29. 30. *Limita* 16.17.31.34.36.37.38.39.40. 41.42.44.45.47.48.49.51.52.53.55.56.57 59.60.62. *Sublim.*54.

Dominium rei venditæ, non transit in emptorem ante solutum illius pretium 6.7. Contrarium 12.

Bald.reprobatur 9.

Ius ex facto oritur 11.

Regula negatiua firmior est negatiua 13. *Ampliaibid.*

Dolus mercatoris, quibus signis indicatur 32.35.

Mercator quando dicatur statim falitus 33.

Rusticitati parcitur, si errat in iure 43.

Venditio facta à non domino rei alienæ, non valet 44. *Lim.*45.

L. à diuo pio, §.si emptor, ff.de re iud. declaratur 46.

Clausula reseruando sibi hypothecam in re vendita, donec pretium fuerit solutum, quid operetur, & an sufficiat generalis, vel an sufficiat conuenire de hypotheca post rem traditam 60. *& seq. plurib.*70. *intellige* 67. *& seq. an apponenda in princ. vel medio, vel fine instrumenti* 67.

*L.licet, C.de pign.lim.*68.

*L.potior, C.de pign.lim.*68.

Fides de pret. an in dub. præsumatur, habita 71.

Simi-

SImilitudine depositi improprij de plu-
ribus dubitari contingit. Et primò
quid dicendum de eo, qui habita fide
de prętio, seu in venditione sequutus est
fidem emptoris, an in extantibus merci-
bus præferatur cæteris creditoribus, si cō-
tingat emptorem foro cedere, & solùm
1 vertere, & esse † præferendum, firma-
runt Bal. in l. pro debito, C. de bon. auth. iud.
possid. concludens primo satisfaciendum
esse deponenti, si extet depositum, secun-
dò venditori mercium, quæ si superstent,
ipsi restituendæ, tamquam singulariter
2 obligatæ pro pretio † & si tempore resti-
tutionis pluris æstimari possunt, illud plus
cedere commodo aliorum creditorum
disputando etiam, an idem dicendum,
3 si aliæ † merces fuerint ex pretio priorū
emptæ, quod latè examinat Io. Bapt. Thor.
in Compend. decis. §. creditor ex causa ven-
ditionis, idem repetit in l. si eum dotem 23.
§. fin. ff. sol. mat. n. 2. vers. quæritur, limitā-
4 do tantùm in casu, quo † emptor cogitata
fuga, deinde post emptionem fugit, seu
5 foro cessit, & à Bald non videtur † dissen-
tire Cuman. ibid. n. 3. præsertim si emptor
solitus erat emere cum dilatione, & ven-
ditor ita vendere, Zas. asserens de facto
ita vidisse factū, licèt addat minime fuis-
se faciendum, in l. credito, ff. si cert. pet. n. 8.
vers. finge, sed idem Zas in l. si ventri, §. in
bonis, ff. de priuil. credit. n. 7. in fin. sequendo
Bald. in d. l pro debito, absolute tenet ven-
ditorem præferri, Io. Antiquus I. C. rela-
tus à Bald. in l. licet, C. qui potior in pign.
hab. Nauar. sequendo Bal. in d. l pro debito,
& addendo hanc opinionem valde æquā,
& rationi consentaneam, in suo Manual.
cap. 17. n. 49. & non videtur disentire, Ne-
gus. de pignor. 2. memb. 5. par. nu. 8. Benedict.
Bonius. tract. de censib. ar. 67. Nemo in prin.
asserens ita sæpe iudicasse Romæ in curia
Ripæ, & id esse constitutum à Paulo III.
& à iure communi, & comprobari potest
ex dictis, Gail. obser. 15. lib. 2. nu. 5. vbi ex
glos. Cyn. Bart. Rom. cons. 86. viso, nu. 3. te-
stante de communi, quod dominium
6 † rei venditæ, non transeat in emptorem,
priusquam pretium fuerit solutum, & in
hanc opin. inclinat Gizarel. relato Bald.
quem dubitat male fuisse reprehensum
7 à Ias. decis. 62. n. 6. † & adiuuant hanc opi-
nionem dicta Fab. de empt. & vendit. q. 5.
n. 33. & seq. plurib. latè probans dominiū
rei venditæ non transferri in emptorem,
nisi soluto prætio illius, vel aliter satisfa-
cto venditore.
8 Negatiuam, seu quod non † præferatur
venditor, qui in pretio mercium sequu-
tus est fidem emptoris ex defectu hypo-
thecæ, firmarunt idem Bald. sibi contra-
rius in l. fin. C. commodat. in fin. asserens
de hoc assumpto esse notabilem textum,
in l. quamuis, ff. de in rem, vers & in l. quod
quis 18. ff. de priuil. credit. nu. 1. Bart. in l si
cum dotem 23. § fin. ff. sol. mat. n. 10. & in l.
cum cui, C. de act. & oblig. & in l. in reb. 13.
C. de iur. dot. n. 4. vers. sed dicendum, & in
l. licet, C. qui potior. in pign. circa med. mo-
tus, l. quidam fundum, & l. procuratoris,
§. plane, quibus dicam infra moueri, Ias.
& Cast. Alex nu. 5. Imol. nu. 30. in fin. te-
stans de communi, Ias. in l. creditor, ff. si cert.
pet. n. 5. vbi relato Cyn. Bart. & alijs, te-
statur de cōmuni, & id probari textu me-
liori, qui sit in corpore iuris, l. quidam
fundum, ff. de in rem, vers. & ibid. Zas. n. 8.
in fin. addendo idem clare probari l. pro-
curatoris, §. plane, ff. de tribut. vbi Cast. n. 3.
idem firmat Ripa in l. si ventri, §. in bonis,
num. 6. & in l priuilegia, n 18. ff de priuileg.
credit. Gomes. var. resol de empt. & vendit.
n. 30. vers. item etiam, Gail. obseru. 15. lib. 2.
nu. 1. Hartman. pract. obseruat. lib. 2. tit. 26.
obseruat. 16. Rot Ianuens. decis. 127. vtilis,
n. 11. Menoc. cons. 576. & si de graui, nu. 26.
Bernard. Græuen. ad Gail. obseru. 15. lib. 2.
numero 1. Morla. in empor. iur. de contra-
hend. empt. num. 100. Guttierz. practic.
quæst. lib. 5. quæst. 98. num. 6. Castil. Quo-
tidian. controuers. lib. 3. cap. 8. prodilucі-
da, n. 9. Couar. var. resol. cap. 7. lib. 1 n. 3. cir-
ca med. vers. opin. Bart. Salic. vbi de comm.
Dionys. Pontan. ad consuet. ad Blesens. tit. 6.
9 art. 81. §. 6. vers. 19. † reprobando Bald. sibi
contrarium, Arnold. Feron. ad consuetud.
Burdegal. de dote, §. 3. in fin. Negusan. de
pignorib. par. 4. num. 35. in princ. Morotius
cons. 54. n. 4. Stracca de decoct. cap. fin. nu. 5.
addendo Bald. opinionem, in l fin. C. cō-
mod. esse veriorem, & ibidem rectius sen-
sisse, quam alibi, Barbos. in l. si cum dotem,
§. fin. ff. solut. matrim. n. 32. & seq. vers. sed
verius, & n. 36. vbi testans de magis com-
muni,

mum, respondet omnibus obiectis, & fũdamentis contrariæ opinionis, *Borgnin. & ab illo relati, decis. 27. par. 2. num. 37. Io. Fab. in §. vendita, inst. de rer. diuis. num. 3.* asserens Specul. aliud sentire, quod tamen non est verum, *Natta cons. 171. n. 1. Gizar. decis. 62. n. 9. 11. Vinc. de Franc. decis. 506. Franciscus n. 3. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 12 nu. 7. vers. si verò Bertaz. clausul. 39. glos. 5. n. 8.* Campan. *tractat. claus. §. & spetialiter n. 2. vers. aut venditor, Felician. Solis. de censib. lib. 3. cap. 5. Quæ hæc, nu. 22. Cassan. Catalog glor. inund. par. 12. consid. 99. col. 5. vers. intellige.*

10 Contrarietatem hanc † conciliare conati sunt antiqui, & moderni Doctores, vt patet ex dictis, *Alex. in l. si cum dotem, §. fin. ff. solut. mat. num. 5. vbi Barbos. nu. 34. Rip. in l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. eredit. n. 12. Straca de decoct. cap fin. n. 5.*

Sed quia, quod quisque excogitauit,
11 vel est diuinatiuum, & aliquid † addito in facto, facile est ius mutare, *l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. Dec. l. preeibus, C. de impub. nu. 3. & seq. & cons. 584. visa, n. 1.* vel deseruire potest pro declaratione, seu limitatione regulæ, quam firmassent Doctores in hoc controuerso articulo, vel opinionem suam firmant ex particulari lege ratione rei, vel loci, & an tran-
12 seat † dominium rei venditæ in emptorem priusquam soluatur prætium', est controuersum ex relatis à *Gail. obser. 15. lib. 2. num. 5.* sequendo consuetudinem modernorum, quam acceptam referre debemus Nicol. Vigelio, qui totum ius ciuile, & Canonicum nobis per ampliationes, & limitationes enucleauit, constituã
13 negatiuam regulam † tamquam firmiorem, & quæ difficilius subuertatur, *glos. in cap. cum dilectus, verb. à suspensis, de consuet. Dec. l. si Rufinus, C. de milit. testam. num. 7. & in l. 1. C. de pact. num. 13. in fin. & ibi addentes, Surd. cons. 103. duplici, n. 7.* & quæ in concursu affirmatiuæ præferatur, *Decian. cons. 7. vt autem, lib. 5. nu. 37.*

14 Amplectendo itaque negantem † opinionem *Bald. Bart. & aliorum quos retuli,* vt venditor mercium non præferatur in illarum distractu, si sequatur fidem emtoris, qui solùm vertat, & faciat bancam ruptam, & alios fallendo dicatur fallitus.

15 Ampl. vt non differat † an venditio facta fuerit ab ipso domino rei, vel ab illius procuratore habente mandatum ad vendendum, habita fide emptoris in pretio, *Io. Fab. in §. vendita, instit. de rerum diuis. num. 5.* admonens mandantem, vt caute det tale mandatum, *Bart. tamen in l. à diuo pio 15. §. sed si emptor, ff. de re iud. n. 2. & seq.* † *late distinguit, sicut & Alex. n. 7. subd. n. 11. & duob. seq. an sufficiet confessio de recepto, & Papiens. in form. libel. exeq. sent. §. publieo nuncio, nu. 7. Rodoan. de reb. eccl. non. alien. q. 2. cap. 18. n. 6. & 7. & late Mantic. de tacit. lib. 4. titul. 21. Tuscus concl. 67. vendere, n. 3. & seq. plur. latissime Bertaz.*
16 *claus. 38. glos. 1. num. 14. & seq.* † vbi distinguit, *& n. 18. & seq.*

17 Ampl. etiam, si sequutus esset † venditor fidem emptoris ad breue tẽpus, *Natta loquens* in casu quo ad soluendum pretium dilatio data erat vnius horæ, *Cons. 171. num. 1. Gizarel. decis. 62. num 1. in princ. Barbos. in l. si cum dotem 23. §. fin. ff. sol. mat. num. 36. vers. Quinimmo,* vbi erat data dilatio decem dierum, *Bertaz. claus. 38. glos. 1. num. 4.*

18 Ampl. etiam in creditore, † qui rem pignoratam sibi vendit ex pacto apposito pignori, *l. eleganter, §. si vendiderit, ff. de pignor. act. l. à diuo pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. n. 9. Iaf. l. 1. C. de offic. procur. Cæsar. n. 20. Afin. de exequut. §. 6. cap. 31. n. 47.*

19 Ampl. vbi venditor † solitus est emere, & venditor vendere cum dilatione, *Gizarel. decis. 62. n. 4. & 7. circa med.*

20 Ampl. præsertim, † si vendidit sub fideiussione, vel recepto pignore, *Io. Fab. §. vendita, inst. de rer. diuis. n. 2. in fin.*

21 Ampl. præsertim, † si alteri deinde fuerit facta venditio, *Bald. l. fin. C. commod. & in l. eum cui, C. de act. & oblig. Gizarel. decis. 62. num. 5. Cassan. Catalog. glor. mund. par. 12. considerat. 99. col. 5. circa med.*

22 Ampl. præsertim, † si venditor erat conscius futuræ fugæ, seu fallimenti emptoris, *Caccialup. tract. debit. suspect. de fuga, q. 9. Gizar. decis. 62. n. 14.*

23 Ampl. vt nec † etiam præferatur in cõcursu creditorum, qui agant actione personali, *Castil. Quotidian. controuers. lib. 3. cap. 8. pro dilucida, num. 10.* asserens hoc esse nouum dictum suum, & à nemine nota-

notatum, *Bernard.Grau ad Gail.obser.15. lib.2.n.5.*

24 Contrarium voluit † *Alberic.in l.licet*, C. *qui potior. in pign.circa fin.*

25 Ampl. vt vbicumque † non fuit habita fides de pretio, venditor quibuscumque creditoribus præferatur, *§. vendita, vbi Doctor.inst.de rer.diuis Rauchar.q.6.lib.1. n.11.* rationē refert *Gail.obser 15 lib.2.n.4.*

26 Ampl. nec † etiam in alijs mercibus, quæ ex priorum pretio fuerint emptæ, *Straca de decoct.q.fin.n.8.*

27 Ampl. vt † ideò creditores anteriores illi præferantur, *Morot.cons.54.n 4.*

28 Ampl. vt nec concurrat cum creditore habente personalem obligationem anteriorem, *Surd.decis.220.omissa, num. 34. Neguf.de pignor.par.4.num.35. Greuen. ad Gail.obser.15.lib.2.n.5.*

29 Ampl. etiam, † vbi ad aliquod tempus habetur fides de pretio, nisi promissio emptoris interim haberetur cōmuniter pro solutione, *Bertazol.referens dissentientes, clausul.38.glos.1.n 5.& seq.*

30 Ampl. etiam, si † habeat generalem hypothecam in bonis emptoris, *Bernard. Grau.ad Gail obseruat.15.lib.2. n.6.*

31 Limit.vbi emptor † dolosè emit, veluti si tempore solutionis non erat soluendo, vel conscius impotentiæ suæ, fugam erat verisimiliter meditatus, nam tali casu fides non censetur habita, nec merces tradita, *l. si quasi, ff. de pign. act.* quare in concursu tam isto casu, quam in reliquis, de quibus in sequentibus limitationibus, venditor cæteris præfertur, & à quocumque vendicabit, *Bald. & Bart. & Angel. & Imol.num.3.in fin. Alex.num.5.vers.secundo, in l.si cum dotem, §.fin.ff.sol.mattim. Gail.obser.15.lib.2.n.8.vsq. in fin.* asserens hæc esse notanda contra improbos mercatores, qui comparatis mercibus solùm statim vertunt, addendo ita fuisse iudicatum à Senatu, *Dolan.teste Griuel.decis.50.*

32 *nu.9.* vbi plura † signa doli refert, *& n. 11.* refert ita iudicatum, *& decis. 56. num. 9. & seq.* vbi rationes refert, *sicut & Gizar. decis.62.num.2.8.11. circa med. & num.3. & seq.* refert plura signa doli, & præcipue *num.12. & seq.* testans ita fuisse iudicatū,

33 declarando, quando dicatur † solùm statim vertisse, addendo ita fuisse seruatum cum mercatore Florentino, qui Neapoli emptis sericis illa in triremes Florentinas importarat, & Griuel. loquitur, vbi merces aliò erant transportatæ, *Bernard. Grau.ad Gail. obseruat.15.lib.2.num.12. & seq.* vbi declarat, quomodo probetur iste dolus *Felician.de censib.lib.3 cap 5.nu.22. vers secunda, Rauchar.q.6. num.9. & seq. Mangil.de euict.q.41.n.1. & seq.* addendo procedere etiam in pretio rerum illi ven-

34 ditarum, referens † plura signa futuræ decoctionis emptoris.

35 Limit. vbi pretium † pro parte fuit solutum, & pro reliquo creditori venditoris delegatum, nam pro residuo venditor in re vendita cæteris præfertur, vt examinata difficultate censuit, *Gail. tractat. de credit.cap.4.quæst.11.num.1229. & seq. vers.replicabam.*

36 Limit. vbi res † vendita esset Ecclesiæ, *auth.hoc ius, C.de sacres.Eccles.Ioan.Fab. in §.vendita, inst.de rer.diuis.num.4. Abb.consil.41.par.1.n.1.vers.3. & n.3. vers.illum ergo, Bart.l. à diuo Pio 15.§.sed si emptor, ff.de re iud.n.3. Rodoan.* loquens de prelato vendente *de reb.eccles.non. alien.quæst.2. cap.18.n.5. Bertazol.clausul.38 glos.1.n.13.*

37 Limit. vbi merces, † & alia res vendita fuisset pupilli, vel minoris, *l. magis puto, §. Ne autem, ff.de reb.eorum, Io.Fab. §.vendita, inst. de rer.diuis num.4. Bart. l.à diuo Pio, §.sed si emptor, ff.de re iud.n.3.& Alex. num.11.* addit non sufficere confessionem de recepto, *Tuscus concl.67.vendere, n.13. & 14.* Ampliādo etiamsi minor cū curatore venderet, & illi ratione dilationis solueretur interesse, *Bertaz.clauf.38. glos.1. num.13*

38 Limit. vbi merces † esset prodigi furiosi, & alterius, qui aliena cura regeretur, *arg.l.magis puto, §.Ne autem, ff. de reb. eorum, Bertazol.clausul.38.glos.1.n.12.*

39 Limit. vbi merces, † & quæuis alia res esset fisci, *l. si procurator, a. fin ff. de iur. fisci, Bald.l. & si instrumenta, C. de fide, inst. lib.10.num.1 Bart.in l.1.C.eod.num.6. Ias. in l.1.ff.de offic.procur.Cæs.num.18. & Bart.num.3.* qui loquuntur, vbi venditio fit à procuratore fisci, qui tamen habet liberam rerum fiscalium administrationem, *Bart.l à diuo Pio, §.sed si emptor, ff. de re iud.nu.3 Alex.n.8.subdens n.12. &* spe-

speciale esse in procuratore fisci, vt sufficiat illius confessio de recepto, *Tusc. conclus. 67. vendere, n. 12. Pacific. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. n. 386. Bertazol. clauf. 38. glos. 1. num. 11.*

Contrarium censuit *Barbat. cons. 19. difficile, lib. 3. num. 11.* Verùm qui sibi satisfacere vellit, *videat Peregrin. de iur. fisci lib. 6. tit. 4. num. 9. & seq.*

40 Limit. in argentario, † qui vendat ornamenta pretiosa, *iuxta Nouel. Iustin. 136. §. porru, auth. de argent. contract. vt refert Andr. Rauchar. q. 6. par. 1. n. 4.* asserens hoc esse priuilegium argentariorum.

41 Limit. vbi † consuetudine, vel statuto, seu constitutione prouintiæ, aliud est sancitum, vel seruatur, *vt apud Saxones teste And. Raus. q. 6. p. 1. n. 8.* in Vrbe, in merc. Ripalibus ex constitutione Pauli III. *in Bullar. constit. 45.* & illa fuit deceptus *Bonius*, dum illum retulit in principio, asserendo ita cautum esse iure cōmuni, *Tusc. concl. 67. vendere, n. 7. addentes ad Ludouis. dec. 23. n. 5. & seq. Thesaur. q. 74. lib. 2. n. 1. circa med. Bertazol. clauf. 38. glos. 1. num. 19. Bernard. Grau. ad Gail. obseru. 15. lib. 2. n. 7. Barbos. in l. si eum dotem 23. §. fin. ff sol. mat. num. 36. Dec. cons. 116. n. 3. in fin.*

42 Lim. vbi venditio † fuit facta à rustico, qui non esset sagax, nec habitaret in ciuitate, *Plot. de in litem iurand. num. 440. & seq.* quem sequendo ita firmat, *Rauchar. quast. 6. par. 1. num. 7.* multum tamen potest in hoc Iudicis arbitrium, vt patet ex relatis *à Menoc. de arb. iud. casu 194. quoniam*, plura enim sunt rusticis concessa priuilegia, ex quo versantur in cultura terræ, non autem in discendis apicibus

43 iuris, † in quos si quid rusticus peccet, excusatur, *l. si quis id quod, ff de iurisdict. non iudic.*

44 Lim. vbi venditio fit † ab exequutore, seu apparitore ex decreto Iudic s, nam de manibus emptoris merces, & quoduis aliud tam mobile, quam immobile non præsenti pecunia venditum auelli potest, *l. à diuo Pio 15. §. si emptor, ff. de re iud. vbi Bart. num. 1.* & in Sum. inquit, quod res vendita ab exequutore non præsenti pecunia, potest reuocari, *& Angel. ibid. dicit* in eo textu esse casum notabilē, quod ob pretium non solutum, licet rehabere rem venditam, & illam alteri vendere, *Alex. num. 3. & 5.* firmat, quod venditio habetur pro non facta, *& Ias. nu. 2. & 4.* concludit Iudicem, & illius ministrum non posse vendere rem alienam præcedente decreto de vendendo, nisi præsenti pecunia, & aliter factam venditionem haberi pro infecta, *Bald. in l. & si instrumenta, C. de fide inst. lib. 10. nu. 1. in fin. Demander. tract. de subhast. cap. fin. nu. 3. Asin. de exequut. §. 6. cap. 27. Plot. de in litem iurand. num. 177. quem sequitur Menoc. de arbitr. iud. casu 381.* concludens, vt ante illum dixerat, *Alex. d. § sed si emptor, n. 6.* Iudicem, qui prius vendiderat, non præsenti pecunia, posse citra pœnam stellionatus alteri vendere eādem rem, & idem dicendum in quocumque alio, qui non possit vendendo sequi fidem emptoris,

45 † nisi venditio fiat ipsimet creditori, qui ex decreto Iudicis curat rem vendi, *Masuer. in prax. de exequut. & subhast. nu. 36.* quem sequutum esse consistorium conscientiæ Scicil. *refert Franc. del Castil. decis. 7. num. 7. & 8. Ludouis. decis. 23. num. 1. & 28.* asserens ita sæpe à Rota iudicatū, reprobato Bart. qui censet præsentiam

46 pecuniæ *in d. † §. sed si emptor* esse de consilio, non de necessitate, & excludere arbitrium Iudicis, quamuis idem textus strictè non intelligatur de pecunia, sed de quacumque creditoris satisfactione facta eodem instanti cum venditione, adeò quod satis nō esset post aliquot dies deponere pretium, vel creditorem consentire, nisi de more, & consuetudine regionis aliud seruaretur, vt referunt iudicatum fuisse à Rota addentes, & exornātes, *dictam decis. Ludouis. 23. nu. 5. vsque in fin. Papiens. in form. libel. exequut. sent §. publico nuncio, n. 6.*

47 Lim. in rebus, † quas mulier dedit in dotem, *l. si cum dotem 23. §. fin. ff. sol. mat: vbi Barbos. num. 32. vers. & retenta*, notat id procedere fauore dotis, & nouissime constituit *Iustinian. in l. in rebus, ff. de iur. dot.* & latè est prosequutus, *Bald. Nouel. de dote, par. 8. priuil. 6. & seq.*

48 Limit. vbi merces, † vel aliud corpus venditum, habita fide de pretio erat interdictū vendi, *Abb. cons. 41. par. 1. n. 1. versic. Tertio, & n. 3. vers. solum ergo.*

Lim.

49 Lim. vbi merces † fuit vendita in nundinis, *Bal. in l. si non donationis*, C. *de cont. empt.* quem sequuntur *Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 21. num. 9. vers. 3. Gait. tract. de credit. cap. 4. q. 11. n. 1219. Gizarel. decis. 40.*

50 *num. 3. Bertazol. clauf. 38. num. 7.* † sublimitando, si fiat personæ notæ, & inde non recessure.

51 Limit. omni casu, † quo venditor non habuit, vel non potest habere fidem de pretio, *Bertazol. clauf. 38. glos. 1. num. 16.* eam afferens rationem, quia in emptorē non est translatum dominiū rei venditæ.

52 Limit. in mercibus, & quibuscumque alijs rebus, quæ solent vendi præsenti pecunia, vt puta si vendatur equus, granum, & similia ab eo, qui ad vendendum illa portauit ad mercatum, *Bald. in l. si non donationis, in fin. C. de cont. empt. quem sequuti sunt Rom. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. sol. mat. num. 40 in fin. Mant. de Tacit. lib. 4. titul. 21. num 9. in fin. Cast. in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut num. 4.* & ita semel obtinui à R. P. D. Benedicto Ala ciue Cremonen. dum esset Locumtenens A. C. contra quendam improbum emptorem plurium vegetum vini, qui non numerato pretio illud conduxerat in domum suam, & deinde negando tam ē emisse, prætendebat rem, & pretium retinere, ablato vino è domo emptoris, qui deinde quieuit, conscius suæ malæ mentis, & expertus iudicantis iustitiam, non per ambages, & dilationes ministratam.

53 Limit. vbi merces, vel aliud corpus fuisset venditum ab exequutore deputato ad distribuendum illius prætium inter pauperes, vel aliam causam piam, *Bald. cons. 287. punctus, nu. 4. vers. item oportet,*

54 *lib. 4.* † sublimitādo nisi exequutor sit etiā hæres, *Tusc. concl. 67. vendere qui possint.*

55 Limit. vbi venditio † fuit facta ab exequutore electo ad vendendum, quo sit satisfactum legatarijs, vel creditoribus hæreditarijs, *Bart. l. alio, ff. de aliment. & cibar. legat. n. 23. Bald. l. fin. §. fin autem legata, C. de bonis quæ liber. Tusc. concl. 67. vendere qui, n. 2. Morotius cons. 24. nu. 16 in fin. & n. 17.* ampliando in procuratore constituto ad vendendum ad aliquem effectum.

56 Limit. vbi merces † vendita fuit penes tertium depositata, cum conditione consignandi, vbi pretium fuerit solutum, *Angel. cons. 373. visis, n. 3. vers. Nec obstat, Tuscus concl. 68. venditor quando, n. 7.*

57 Lim. in naui † vendita, nam in illius distractione venditor exceptis fisco, & dote, cæteris præfertur, *l. quod quis 18. ff. de priuil. credit.*

58 Rationem omnium † relatarum limitationem referunt, *Gail. obseruat. 15. quæsitum lib. 2. num 1. & seq. Regens à Pont. tract. de potest. proregis, tit. 4. §. 6. videamus, num. 6. & seq. Guttierz. pract. q. 98. lib. 5. n 6.*

59 Lim. vbi fuit † connentum, vt donec prætium fuerit solutum, res vendita sit penes ementem titulo præcarij, vel conductionis, *Castil. quotid. controuers. lib. 3. cap. 8. n. 13.* asserens id probari, *l. ea quæ, ff. de præcar. l. 3. C. de pact. inter empt. l. cum venderem, ff. locat.* & ratio est, quia tali casu non est translatum dominium in emptorem.

60 Lim. vbi venditor expresse sibi reseruauit hypothecā in re vendita, donec pretium fuerit persolutum, iuxta notata cōmuniter à Doctoribus *in l. licet. C. qui potior. in pignor. Neguf. de pignor. ita notat per hunc textum, 2. memb 5. nu. 18.* addendo hanc esse cautellam, *Capol. quam obseruari esse 24.* sequitur *Gutierz. pract. q. lib. 5. q. 98. n. 8. Morotius cons. 54. Intentio, n. 4.*

61 *circa med. Cæsal. cons. 131. in prnic.* † addendo non sufficere generalem hypothecam, idem repetit *Griuel. decis. Dolan. 56. n. 54. Barbos. in l. si cum dotem, 23. §. fin. ff. sol. mat. n. 34. vers. ex is dubitando, an d. l licet*, habeat locum isto casu, *Greuen. ad Gail obeser. 15. lib. 2. n. 9. Vinc. de Franc. decis. 97.* addendo idem dicendum, si fuit

62 conuentum, † vt ex pretio ematur alius fundus, qui sit venditori hypothecatus, *Neguf. de pignor par. 4. n. 33. & seq. Vinc. de Franc. decis. 506. Franciscus, n. 9.* Limitan-

63 do † si concurrat, qui fundum venditum, meliorauit, addendo *nu. 27.* ita fuisse iudicatum, *Gratian. discept. 25. num. 3. Castil: Quotian. controuers. lib. 3. cap. 8. pro. nu. 12. Pacif. de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 23.*

64 *vbi alios refert n. 510.* ampliando † etiam, si talis spetialis hypotheca fuit reseruata à

venditore ad fauorem creditoris venditoris, qui sit posterior, quod prius fuerat dictum *à Mantic. de Tacit. lib. 11. cap. 23. nu. 30. Grat. discept. 175. n. 12. in fin. Bertaz. claus. 39. glos. 5. nu. 9. Ber. Greuen. ad Gail. obser. 15. lib. 2. n. 8. Marta decis. 43. num. 9.*

65 *Pacif. d. cap 3. n. 31.* † addēdo venditorem præferri cæteris creditoribus etiā ex causa funeris, & dotis, *Mantic. d. cap. 23. n. 8. 23. & seq. Thesaur. q. 74. venditor, lib. 2. n. 2. & seq.* asserens idem dicendum, si hy-

66 potheca sit † generalis cum iuramento, disentiunt tamen relati *à Borgnin. dec. 27. par. 3. n. 37. in princ.* quoad expensas funeris, & infirmitatis, ex qua mortuus est debitor.

67 Intelligas tamen, † vbi hypotheca fuit reseruata in ipso venditionis instrumēto, vel incontinēti post per acta eiusdem notarij, & coram eisdem testibus, & Iudice, qui venditioni interfuit, *Afflict. decis. 306. vir, & vxor. num. 9. Griuel. dec. Rolan. 56. num. 4.* & latè prosequitur *Staacca de decoct. q. fin. n. 6. & seq plurib. Pacific. d. cap. 3. num. 25.* relatis qui vellint hanc reseruationem faciendam, antequam sit translatum dominium in emptorem etiam per clausulam constituti, concludens agi posse à venditore Saluiano, contra quemcūque eiusdem rei detentorem, & alia plura addit, & comprobat, *Felician. Solis. de censibus, lib. 3. cap. 5. num. 22. vers. tertia*, addendo, qui disputent, an sufficiat conuenire de hypotheca post rem traditam.

Negusantius tamen *tract. de pign. par. 4. nu. 35. vers. Nibilominus*, asserit veriorem esse opinionem, quod tale pactum sit apponendum initio contractus, vel saltem in ipsa traditione rei, sed illum reprobauit Senatus Mantuanus, *teste Surd. decis. 157. dominium, num 1.* concludens sat esse, si apponatur in eodem instrumento, vt latè deinde est prosequutus, *Pacific. de Salnian. mox relatus, Grat. discept. 175. constitutum, num. 6. & seq.* hanc tamen contrarietatem concordare nititur, *Vrsil. ad Afflict. decis. 306. vir. num. 3. cum Neguf. ibid.*

68 Sublimita, si cōcurrat emptoris † vxor, quæ tacitam, & legalem habeat hypothecam in bonis emptoris, *Cæsal. cons. 131. venditor, num. 3. post med. & nu. 4.* asserens id fuisse dictum *à Specul. & Afflict. quia licet, C. qui potior. in pignor.* cessat in vxore, *Greuen. ad Gail. obser. 15. lib. 2. n. 10. & seq.* addendo hanc sublimitationem esse duram, & superea cogitandum, & videndum esse, *Bald. Nouel. de dote, in. 12. par. col. 7. vers. Tertio quæro, asserit Vrsil. ad Afflict. decis. 306. n. 5. vers. circa.*

69 Sublimita, vbi res vendita † fuit ab emptore alteri vendita, & ex illius pretio fuit alia res empta, *Straca de decoctorib. §. fin. num. 8.*

70 An autem, vt sit locus † proximæ limitationi, sufficiat generalis hypotheca, videndi sunt *Cæsal. cons. 131. venditor, n. 3. addentes ad Vinc. de Franc. decis. 97. magnific. num. 2. & seq. Gait. de credit. cap. 4. q. 11. num. 1208. & seq. Thesaur. q. 74. venditor, lib. 2. uum. 1. circa fiu. & num. 3. Afin. de exequution. §. 7. cap. 14. num. 3. Castil. Quotidiau. controuers. lib. 3. cap. 8. num. 14. & seq. pluribus*, vbi concordat pugnantes in hoc articulo Doctorum opinionem, *Bernard. Greuen. ad Gail. obseru. 15. lib. 2. nu. 6. Borgnin decis. 27 par 2. num. 36. & seq.*

71 An in dubio venditor † præsumatur habuisse fidem de pretio, *Alex. cons. . nu. 2. lib. 1. & in l. sicum dotem, §. fin. ff. sol. matr. circa fin. Gizarel. decis. 62. num. 7. Bertaz. clausul. 38. glos. 1. n. 4. Barbos. d. § fin. n. 35. in fin. & num. 36. Fab. de Mont tractat. de emptor. quæst. 5. num. 37. & seq. cum aliis cumulatis in meis Collectan. ad §. venditæ, vers. si tamen dominus, instit. de rerum diuis.* vbi plura singularia ad eum textum cumulaui.

§. I.

SVMMARIVM.

Hypotheca in re vendita ad fauorem emptoris, an sit valida, negatiua probatur 1. 2. 12. 14. *Ampliat.* 15. *Affirmatiua probatur, & est recepta in praxi* 16. *probatur* 19. 20.

Dominium rei venditæ ante solutum pretium, non transit in emptorem 2.

§. Venditæ, institut. de rer. diuis. Ampliatur 3. 4.

Pignus

Pignus non consistit in re propria 5. Ampl. 7.
Hypothecaria non competit domino aduersus rem propriam 6. Ampl. 7.
Emens ignoranter rem propriam nõ perdit titulum suum 7.
Emptor non facit fructus suos, nisi pro parte pretij soluti 8.
Contrarietas est euitanda 9. ampl. 10.
Res sua nemini seruit 11. limit. 13.
Actio, & passio non datur in eodem subiecto 12.
L. Licet, C. qui potior. in pign. Limitatur 15.
Venditor sibi reseruans hypothecam in re vendita praefertur caeteris creditoribus emptoris 17. An talis reseruatio debeat, vel possit fieri ante, vel post translationem dominij rei venditae 18.
Venditio cum pacto, vt pretium post certum tempus soluatur, vel aliud venditori praestetur, est conditionalis 20.
Venditor potest totam rem venditam retinere non soluto sibi integro pretio 21. potest rem venditam alteri vendere 22.
Rei suae quisque onus, & legem apponere potest, quam vellit 23. Ampl. 24.
Ecclesia non est immunis, vbi succedit in bonis, quae sint hypothecata ab illius auctore oneribus Cameralibus 24.
Rei suae quisque est, arbiter etiam abutendo, modo non laedatur publ. vtilitas 25.
Actum, qui facit, potest illum qualificare multo magis 26.
L. 1. §. fin. & l. seq. ff. de reb. eorum delaratur 27. 29. 30. 31. 32. 34. 35. 36. 37. 39.
Tiraquel. reprobatur 28.
Neguf. reprobatur 33.
L. ex plures habens intellectus non est allegandа 37. & quare 40. Ampl. 38. qualis esse debeat 40 42.
Ignorantia iuris ambiqui excusat 43.
Philosophorum, & sanctorum Patrum dicta faciunt ius 41.
Sententia lata contra statutum consuetudinẽ, de cuius intellectu probabiliter dubitatur, non est nulla 44.
Peccatum non est sequi vnam ex opinionibus contrarijs 45.
Hypotheca quomodo contrahatur 46.

ORdinis ratio expostulabat, vt quae hic dicam, prius dicta fuissent, sed quia in ijs, quae accidunt incidenter tractari, possunt sine vitio postponi, dubi-
1 tando † an valida sit hypothecae reseruatio, quae fiat ad fauorem vendentis in re vendita, negatiua probatur, *l. 1. §. fin. ff. de reb. eorum, vbi Vlpianus inquit, si minor viginti quinque annis emerit praedia, vt quoad pretium solueretur, esset pignori obligata venditori, non puto pignus valere, nam vbi dominium quaesitum est minori, coepit non posse obligari.*

Secundò probatur concludenti ratio-
2 ne, † quod cum ante persolutum praetiũ, vel aliter non satisfacto vẽditore, *Bertaz. clauf. 38. glos. 1. num. 1.* dominium rei ven-
3 ditae non transeat in emptorem, † *§. vendit.e, inst. de rer. diuis.* cuius textus dispotio procedit non solùm in contractu emptionis, & venditionis, verum etiam in alijs contractibus tam nominatis, quàm innominatis, *glos. in l. cum proponas, verb. remansit, C. de dolo malo, quam sequuti sunt Cyn. in l. cum praecibus, C. de rerum permut. num. 2. in fin. Roman. & alij ab illo relati in consil. 86. viso quaestionis nu. 3.* vbi de communi, & refert *Bart.* reprobasse disentientes, & ratione dominij extantis, & remanentis integre penes vendito-
4 rem, cui † non fuit solutum totum praetium in totum, vel in parte, *teste Surd. decis. 220. num. 11. & seq. Bertaz. clauf. 38. glos. 1. num. 3.* illi competit rei vendicatio, contra quemcumque rei venditae detentorem, *l. procuratoris, §. sed & si dedit, ff. tribut. glos. d. §. vendita, verb. dato,* cum
5 in re propria † non possit cõsistere pignus *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* nec alicui cõ-
6 cedatur experiri † hypothecaria, *Bart. in l. 1. ff. de legat. 1. num. 13. vers. si verò competit, & ibidem Alex. num. 26. Ias. num. 132. vers. secundo in quantum, & Ripa num. 65.*
7 qui iguoranter emit, vel capit in pignus rem propriam, non perdit titulum suum verum, *Abb. cons. 94. lib. 2. num. 4.* & em-
8 ptor non facit † fructus suos rei emptae, nisi pro parte praetij soluti, quia pro parte tantùm est dominus, *Bart. in l. Iulianus, §. offerri, vers. quaero iuxta, ff. de act. empt. Bal. Abb. & reliqui relati à Natt. cons. 384. num. 10. & seq. Dec. cons. 119. num. 2. in fin. Cagnol. l. curabit, C. de action. empt. num. 22. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 4. vers. dicitur*
9 *quinto,* † ratione perplexitatis, seu contrarietatis euitandae, *cap. inter dilectus, de fid.*

fid. inst. Cyn. Bald. & reliqui in l. cum falso, C. de iur. & fact. ignor. Angel. cons. 187. circa fin. quem refert, & sequitur Dec. in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur. in princ. conclu-
10 dens, nec † Deum omnium rerum opificem posse actum in se repugnantem producere, sicuti res sua nemini seruit, l. vti frui, ff. si vsusfruct. pet. nec in eodem
12 subiecto datur actio, † & passio, l. Vranius ff. de fideiussor. ita res propria non potest illius domino pignoris, vel hypothecæ titulo eidem esse obligata, vbi in alium
13 est irreuocabiliter translata, † licèt secus esset, si reuocabiliter, vt arguit Aretin. consil. 159. longa, num. 14. vers. Nec potest di-
14 ci, & in ista † negatiua relatis, Bald. Afflict. Tiraquel. & Couar. residet Vinc. de Franc. decis. 506. Franciscus, num. 19. in princ. Nec penitus dissentit, Barbos. in l. si cum do tem 23. §. fin. ff sol. mat. nu. 34. circa
15 fin. dum vult, l. licèt, §. C. qui potior in pign. non habere locum isto casu, & pacto, licèt idem Barbos. reprobetur à Castil. Quotid. controuers. lib. 3. cap. 8. n. 14.

16 Contrarium, seu † affirmatiuam opinionem amplexus est, Bald. in rub. C. de cont. empt. num. 23. & seq. concludens, venditorem vendendo, habita fide de prætio, posse reseruare sibi manus iniectionem in rem venditam, si conuenta die non fuerit solutum prætium, vel non fuerit obseruatum aliquod pactum, post Bald. idem firmat Vinc. de Franc. dec. 506. Franciscus, nu. 5. relati à Pacific. d. Saluian. interdict. inspect. 3. cap. 3 num. 23. dum voluit vendi-
17 torem † sibi reseruantem hypothecam in re vendita, præferri cæteris creditoribus, latè deindè examinando, an talis re-
18 seruatio † fieri debeat, vel possit, ante, vel post translationem dominij in eodem instrumento venditionis, vel post incontinenti, & an in principio, vel fine instrumenti venditionis, & cum tali reseruatione hypothecę quotidie vidi practicari inter creditores, nec vmquam vidi dubitari de viribus illius.

Opinio ista praxi, & vsu curiæ recepta, & approbata, vt mox retuli defendi po-
19 test † concludenti ratione, quia venditio facta habita fide de prætio, cum reseruatione spetialis hypothecæ, est conditionalis, si totum, vel pars reliqui prætij non fuerit sua die numeratum, vel aliter satisfactum venditori, l. qui absenti, §. 1. ff. de acq. possess. l. si me in vacuam, §. 1. vers. quia quodammodo sub conditione de possessione recessit, ff. eod. l. ea quæ, ff. de precar. per quæ iura ita firmat Alberic. in l. 2. C. de pact. inter empt. nu. 1. in fin. cui conueniunt dicta Azon. in Sum. C. eod. tit. num. 6. vers. sed melius, concludens venditionem,
20 † cui sit appositum pactum, vt quid venditori præstetur, donec prætium fuerit solutum, dici conditionalem, propterea licèt venditor sequendo fidem emptoris in promisso prætio transtulerit rei venditæ dominium in ementem, §. vendita, inst. de rerum diuis. siue dicamus eam trāslationem esse conditionalem ex vi pacti, siue qualificatam intrinseca, & naturali conditione venditionis, vt prætium soluatur, solutumque fiat venditoris, l. Iulianus, §. ex vendito, l. ex empto, ff. de act. empt. modo res vendita fuerit emptori integrè tradita, Surd. cons. 101. declarauit, n. 6. & seq. addendo idem dici de venditore,
21 † qui ob nummum, qui desit integri prętij, potest totam rem retinere, iuxta congesta à Bertazol. claus. 38 glos. 1. num. 1. in fin. & num. 2. non adimpleta conditione, nec concurrente sua die qualitate conuēta, venditio dicitur infecta, & ideò citra
22 pœnam potest eadem † res alteri vendi, Surd. decis. 220. omissa, num. 16. 18. & seq. vel remanere saltem affectam eo vitio, & onere, sub quo fuit à venditore tradita,
23 cum liceat cuicumque tradenti † rem suam, apponere legem, quæ illi placeat, l. in traditionibus, C. de pact. Guttier. pract. quæst. lib. 4. q. 74. num. 6. & 7. præsertim si successorem in illa respiciat, Caldas. in l. si curatorem, §. læsis, C. de restit. in integr. num. 144. post princ. l. 1. §. si conuenerit, ff. deposit. l. si seruus ea lege, ff. de seruis exportand. Crauet. cons. 217. num. 3. concludens per hæc iura vnumquemque posse imponere rebus suis onus seruitutis, quæ transeat in omnem singularem successorem, ac etiam addere onus hypothecæ pro solutione onerum Cameralium, quo
24 casu † Ecclesia non erit immunis, si talia bona hypothecata ad illam deueniant, nec dici id factum in fraudem Ecclesiæ, & latè dixi de laudemio lib. 1. quæst. art. 4.

circa

circa fin. vers. Nec tale pactum, & ratio est, quia quilibet est suæ rei moderator, & ar-
25 biter † etiam abutendo, modo publica non lædatur vtilitas, *l. in re mandata, C. mandat. §. fin. inst. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iur.* & qui facit actum, potest mul-
26 to magis † illum qualificare, *l. videamus, §. penul. l. in actionibus in princ. vbi Ias. in secund. not. ff. de in litem iurand.* & ex istis cessant, quæ secundo considerabātur pro negante opinione, vt in re vendita, habita fide de prætio, valida possit reseruari hypotheca.

Non obstat textus, qui primo loco fuit allatus pro eadem negante, seu contraria opinione, nam licèt acriter laborauerint
27 antiqui, & moderni, vt eiusdem *l. 1. §.* † *fin. cum l. seq.* verum afferrēt sensum, vt patet ex dictis, *Cuman. ibid. Pinel. in l. 1. par. 3. C. de bonis maternis, num. 52. Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 6. inspect. 1. num. 1. & seq.* vbi sex eiusdem textus intellectus refert, & alij asseruerint eiusdem textus litteram esse corruptam, & I. C. potius voluisse contrarium eius, quod legitur in eodem textu, vt auctoritate *Bald. cons. 415. illa solemnitas, lib. concludit Tiraq. de retract. conuent. ad finem titul. num. 13.* vbi Bald. firmat contrarium eius, *quod d. §. fin.* respondit Vlpianus, nixus dispo sit. eiusdem, *§. & potius*, & potuisset addere Bar. qui idē cum Bald. sensit, citato eodem textu in *l item quia, in princ. ff. de pact.* verum eius-
28 dem † *Tiraq. opin. improbat Menoc.* referens alios illi consentientes *de arbitr. iudic. casu 171. diligentia num. 31.* addendo nullum adesse in eo textu mendum, quia fauore pupilli contra communes iuris regulas id fuerit à Vlpiano responsum, addendo non faciendam differentiam an ipse met minor, vel pupillus contrahat, & paciscatur, vel tutor, & curator illius nomine, & eodem instrumento, vel incontinenti post fuerit vēditori reseruata hypotheca, *& latius eiusdem Tiraq. opinionem improbat, & confundit subtilis Pinellus in alleganda 3. par. l. 1. C. de bon. mat. nu. 52. vers. Sed communis*, littera verissima est.

29 Alij eiusdem † textus dispositionem rigorosam, iurisque nostri æquis, & iustis principijs contradictorie oppositam affirmarunt, addētes si liceret aduersus ius nobis à Triboniano compaginatum respōdere, eumdem textū veritate, & æquitate carere, *Pinel. in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. nu. 52. vers. vnde quilibet peritus*, sed eiusdem Pinel. opinioni satisfaciunt, tum quæ mox retuli ex Menoch. quā quia vbi lex est instituta, quamuis sit dura, non est de illius æquitate quærendum, *l. prospexit, ff. qui & à quibus, & latè dixi lib. 1. de laudemio, quæst. 5. num. 13.* Alij eiusdem
30 † Vlpiani responsum fuisse tamquam rigore plenum notatum à I. C. *Paulo in l. seq. quæ est 2. ff. de reb. eorum*, & Vlpianū sibi minime constare, & aliud voluisse *in l. 4. §. penul. ff. de manumiss.* vt aduertunt relati à *Pinel. d. num. 52. vers. minus enim*
31 *durum*, alij eiusdem † textus dispositionē esse subtilem, mirabilem, sed difficilem intellectu, & restringendam ad casum tātum, quo emptio fit facta à pupillo, vel minore, vel tutore, & curatore illius nomine, vt voluit *Cuman. ibid. quem sequitur Pinel. d. num. 52. vers. infertur tertio, Fabian. de Mont. tract. de empt. & vendit.*
32 *quæst. 7. num. 1. in fin.* † alij violantes aperte litteram eiusdem, *§. vellint, illum intelligi*, quia post contractam venditionem ad fauorem pupilli, vel minoris, facta fuerat hypothecæ reseruatio, tacite confitētes aliud dicendum, si illa fuisset facta in eodem venditionis instrumento, vt voluit *Cuman. ibid. quem sequitur, & latè*
33 *comprobans Neguſ.* † *de pignor. nu. 35. vers. Nihilominus*, verùm is intellectus cōfunditur, tam ex lectura eiusdem textus, quā quia aliud tenent, si modo reseruatio fiat in ipso instrumento, vel incontinēti post, *vt dixi supra vers. intelligas*. Alij volunt
34 eumdem † textum intelligi tantùm in venditione facta ad fauorem minoris, vel pupilli, *Montan. tract. de tutor. cap. 33. nu. 183. & seq. Menoc. de arbit. iud. casu 171. diligentia, lib. 2. num. 31.* & dixi etiam su-
35 pra † alij contra volunt generaliter intelligi etiam in quouis maiore, *Neguſ. de pignorib. par. 4. num. 35. vers. Nibilominus.*

36 Alij, & primi ordinis inter doctores sunt, tamquam si idem Vlpiani responsum nō fuisset nobis in corpore iuris relatum, cōtra in illo disposita, tam consulendo, quàm iura interpretando firmarunt, vt refert *Pinel. l. 1. C. de bonis matern. par. 3. num. 52. vers.*

verſ. ex... jandus etiam Paul. Caſt. quibus
poſtremis non abſurdum eſſet dicere, eſſe
37 adhærendum, & nullam † de illo textu
habente plures intellectus, rationem ha-
bendam, nec ad deciſionem caſus noſtræ
quæſtionis allegandum, Socin. iun. in l. 1. ff.
ſolut. mat. num. 126. Bald. in cap. fin. de con-
ſtit. num. 13. Abb. in proem decret. nu. 3. verſ.
difficultatem, Alex. in l. cum mulieri, ff. ſol.
mat. num. 19. Iaſ. l. 1. ff. de legib. num. 21. gloſ.
l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib. Iaſ. latè in
l. 1. C. de tranſact. num. 21. addendo idem
38 dici † de ſtatuto, l. non exiſtimo, ff. de ad-
min. tutel. Surd. conſ. 9. extincta, num. 43.
in fin. & num. 44. de §. His autem verbis,
inſtit. de lege Aquil. ſtatuerunt Scabini Li-
pſienſes, vt refert Hartman. Piſtor. q. 27.
iuris, par. 1. num. 5. in fin. referendo præte-
rea Io. Fab. & Petr. de Bellapert. ibid. aſſere-
39 re eum † textum malè ibi ſedere, & de
relato textu, d. l. 1. §. final. de reb. eorum vo-
luit Rauchbar. q. iur. ciuil. & Saxon par. 1. q. 6.
num. 45. & ratio eſt, quia cum iuxta rela-
ta in decret. Gregorij, in cap erit autem,
40 diſt. 4. lex † debeat eſſe manifeſta, nec
aliquid per obſcuritatem captionis con-
tinere, vbi plures illa habet ſenſus, deficit
in ſuo ſalutari, Caſſador. deciſ. 3. de renunc.
num. 2. circa med. quia iuxta placitum
Philoſophi, receptũ à legiſtis, facilè igno-
ratur, quod multipliciter intelligitur, Bal.
l. data opera, C. qui accuſ. non poſſunt, col. 10.
l. veteribus, vbi gloſ. ff. de pact. Cranet. conſ.
415. illuſtris, num. 12. in princ. qui loquitur
de cartello Comitis Rangoni, cui Comes
S. Floræ prouocatus non obligabatur, re-
ſpondere, quia conceptum verbis ob-
ſcuris, & ambiguis, & conſ. 619. dominus,
licèt Salaſ. relatis pugnantibus illius opi-
nioni dictis ſacrorum Bibliorum S. Pa-
41 trum, & aliorum quorum † dicta faciunt
ius, l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. Scra-
der. conſ. 12. num. 58. Abb. cap. cum Apoſtoli-
ca, de his quæ fiunt à prælat. num. 4. vellit
in ſuo tract. de legib. q. 95. diſput. 1. ſect. 9.
42 num. 72. † perſpicuitatem non eſſe de eſ-
ſentia legis, poſt habita illius opinione,
quæ eſſet pluſquam veriſſima, vbi ille vult
eſſe veram, vt lex obſcura non obligaret,
quoties ex illa penitus percipi nõ poteſt,
43 quid imperet, cum ignorantia iuris † am-
bigui excuſet, Cardin. in Clem. 1. de reb. ec-
cleſ. non alienand. nu. 24. circa fin. Senten-
44 tia † lata contra ſtatutum, conſuetudinẽ,
vel diuerſam obſeruantiam, vel de cuius
intellectu, & vſu probabiliter dubitaba-
tur, non dicatur continere errorem iuris,
nec ideò corruere, Bald. in cap. fin. de con-
ſtit. num. 14. Surd. conſ. 393. nu. 23. Buerard.
in ſuis locis legalib. cap. à rubro, num. 8. &
quod ſequens mordicus vnam ex opinio-
45 nibus † diuerſis tam legis diuinæ, quàm
humanæ non peccat, gloſ. & Doctores in
c. Capellanus de ferijs, Sebaſt. Medic. tract.
de legib. par. 2. q. 8. n. 2. in princ.
46 Hypotheca † autem contrahitur qui-
buſcumque verbis, etiam abſque ſcriptu-
ra, l. contrahitur 4. ff. de pign. & per modos
relatos à Mozio de contract. de pignor. cap.
de ſubſtantial. pignor. & hypot. nu. 6. & ſeq.
Afflict. deciſ. 162. nu. 6. Bertachin. in reper.
§. ſuper modeſt. piſtor. q. 77. Mudæuſ. d. l. 4.
num. 18. Rauchbar. quæſt. 6. lib. 1. num. 56.
& ſeq.

CAPVT IV.

SVMMARIVM.

*Pactum reſeruationis dominij ad fauorem ven-
ditoris, donec prætium fuerit ſolutum, non
valet 1. 5. & quare 2. 10. 11. 16. Contra-
rium 18. Amplia 19. 20. Limitita 21. 22.
23.*

*Contrarium ſcilicet, quod ſit pura venditio,
& conditionalis 13. Contrarium 17.*

*Venditio eſt modus acquirendi dominij de iure
gentium 2.*

Domini duo eſſe non poſſunt eiuſdem rei 3.

*Gabella non ſoluitur ex venditione facta cum
reſeruatione dominij, donec prætium fuerit
ſolutum 6.*

*Vẽditione facta cum reſeruatione dominij, do-
nec prætium fuerit ſolutum, non ſoluitur
gabella 6. fructus ſpectant ad venditorem
pro rata prætij non ſoluti ibid.*

*Emphiteota vendens emphiteotica, reſeruato
ſibi dominio, donec dominus conſenſerit, nõ
cadit ab emphiteuſi 7.*

*Laudemium non ſoluitur, vbi res emphiteoti-
ca vindicatur à venditore, vigore pacti re-
ſeruationis dominij 8.*

Rei

Rei vendicatio competit soli domino 9.
Venditor debet tradere, non autem retinere dominium rei vendita 11.
Contractus transit in aliam spetiem diuersam ab expræssa, vbi pacta repugnant expresse 12.
Clausula reseruationis dominij apposita instrumento venditionis, importat hypothecam, adinuentam à notarijs, & haberi pro non apposita 14. & quare 15.

DVbitari etiam contigit, an qui
reseruato sibi dominio, donec
integrè fuerit satisfactus de
pretio: rem suam alteri vendidit, impe-
diat, vel reuocet exequutionem factam,
vel faciendam à creditore eius, qui cum
prædicta reseruatione emerat. Sed quia
resolutio huius difficultatis pendet ab in-
1 spectione, an tale pactum sit validum, non
ab re erit, hanc difficultatem examinare.
Et negatiuam suadet nullitas, & impossi-
bilitas reseruationis dominij in re vendi-
2 ta, nam cum † venditio sit modus acqui-
rendi, & transferendi dominij à iure ciui-
li, & omnium gentium moribus, excogi-
tatus, *§. vendita, instit. de rerum diuis. §. ex
hoc iure, ff. de iust. & iur. Pinel. in rub. C. de
rescind. vend. par. 1. num. 1. & seq.* nulla inu-
tilis, & impossibilis est dominij reseruatio,
quam facit vẽditor, dũ reseruat sibi domi-
niũ rei venditæ in totũ, vel in parte habita
fide de pretio, quia alias sequeretur, quod
3 duo essent † eiusdem rei insolidum domi-
ni, *contra l. sicut certo, §, si duobus, ff. com-
modat. gloss. l. 3. §. ex contrario, verb. accepe-
rit, ff. de acq. possess.* Ideò iustè dicebat labeo
lib. 5. epitom. relatus *in l. penul. §. final. ff. de
4 cont. empt.* Neminem posse videri † eam
rem vendidisse, de cuius dominio id agi-
tur, ne ad emptorem transeat, sed hoc
aut locatio est, aut aliud genus cõtractus,
id est vt interpretatur ibidem Accurs. vel
pignoris, vel emphiteusis, vel commo-
datum, vel depositum, vel locatio, in
quibus non transfertur dominium in re-
cipientem, vt ego addo, sed remanet pe-
nes pignorantem emphiteoticantem, cõ-
modantem, deponentem, vel locantem,
vt in terminis nostris censuit, *Abb. cons. 66
Duo, par. 1. num. 2.*
5 Secundò, quia venditio † cum pacto
reseruationis dominij est nulla, vt expresse
firmauit *Bald. in l. penul. §. fin. in addition.
ff. de cont. empt. & in rub. C. eod. tit. n. 20. Strc.
tract. de decoctor. cap. fin. num. 7. & in eam-
dem sententiam inclinat Afflict. decis. 338.
num. 3. Bertazol. claus. 15. glos. 3. num 4.* vbi
loquitur, si reseruatum fuit dominium
vtile, & directum, secus si directum tan-
tum. Propterea in casu, quo emptor de-
bet soluere gabellam sub pœna, non est de
6 pęna, vel gabellæ † solutione agendum
cum emptore, qui emendo non soluit pre-
tium, & reseruauit dominium vẽditori, vt
pleno consilio respondit, *Dec. cons. 440. su-
perioribus*, & eodem casu deberi vendi-
tori fructus rej venditæ, nec specta-
re ad emptorem pro rata pretij non
soluti, respondit *Abb. cons. 66. duo, par. 2.
num. 2. in fin. & num. 3. & 4.* Nec emphi-
7 teusis aperitur † domino ex capite aliena-
tionis factæ absque illius consensu, *iuxta
l. fin. vers. sin autem, C. de iur. emphit.* si in
ementem non sit translatum illius vtile
dominium, sed reseruatum ipsi vendito-
ri, donec dominius consenserit, *Ias. l. fin.
C. de iur. emph. num. 132. Guid. Pap. decis. 46
& 101. & decis. 112.* vel emptor pretium
soluerit, *Magon. decis. Florentin. 91. domina
num. 6. & decis. 92. num. 9. & seq.* amplian-
do etiam, si habita fuerit fides de pretio,
*& dixi de laudem. lib. 11. q. 8. versic. & adeo
est.* Nec emptore non soluente conuen-
ta die promissum pretium rei emphiteo-
ticæ, si venditor vigore reseruationis do-
minij illam recuperet, quia res non dici-
tur mutare manum, nec alium fieri em-
8 phiteotam, soluitur † à reseruante laude-
mium, *vt dixi de laudem. lib. 4. q. 7. artic. 5.*
& eo casu non soluti pretij, competit vẽ-
9 ditori rei vendicatio, quæ alteri † quam
domino minime conceditur, *vt ex Azon.
& alijs concludit Magon. decis. Florentin. 91
domina, num. 7. & decis. 92. num. 12. in fin.*
Remoto itaque, seu cessante principali
effectu venditionis, ex pacto cum empto-
10 re conuento, dicendum est, vel † tale
pactum reseruationis dominij. repugnans
naturæ venditionis, quia venditor non re-
11 tinere, sed tradere debet rem † venditam
emptori, *l. ex empto, ff. de action. empt. Ti-
raquel. de retract. lignag. § 1. glos. 2. num 46.
& seq. & glos. 10. num 112. & seq. Brun à*

Sale, q.45.num.4.Surd.conf.335.num.41.&
seq. Garzia l. iurisgent.ff. de pact. num.22.
vel non valere, l.vbi repugnantia,ff.de re-
12 gul.iur.vel concludendum,cum † contra-
ctum,quem partes nominarunt venditio-
nem, transire ratione repugantiæ, in aliã
spetiem contractus,l.pen. §.fin. ff. de contr.
empt.Cast. loquens de donat.mort. causa
omnium bonorum iurata, cum pacto de
non reuocando, quæ non dicitur dona-
tio inter viuos, cons. 75. notandum, col. 2.
lib.2. quem sequuntur Afflict.decis.338. no-
bilis, num.6. Tiraq. de retract. lignag. §.1.
glos.2. num.37. in princ. vel dicendum sal-
tem ratione carentiæ effectus venditionis
alio nomine esse eum contractum deno-
minandum, l.2.§.appellata. ff si cert.petat,
l.à nullo, C.de furt. cap.corepiscopi, dist.68.
Bald.cons.59. licet, lib.1. Signor. de Homed.
cons.1. num.9. & facit illud commune di-
ctum.

Si re priueris, nec nomen habere re mereris.

Quare tuto adhærendum videtur, Co-
uar.qui lib.3.variar.resol.cap.11.num.6. vo-
13 luit venditionem † factam cum pacto re-
seruationis dominij esse puram, & post
illum, Gratian.decis.13.nu.2.& seq. Man-
gil.de euict.q.40.num.17. non autem con-
ditionalem, cum prius idem Couar.num.5.
14 vers.etenim, firmasset clausulam † reser-
uationis dominij esse quãdam hypothe-
cam, & adinuentam ex imperitia, & ver-
borum copia notariorum, & haberi pro
non apposita, idem prius dixerat Io. And.
ad Spec.de empt.§.1.n.8.vers.facile ergo in
fin. & inclinat in eamdem sententiam, Gal-
ganet.tract.de condit. & demonst.par 2.c.1.
quæst.96.in princ.vers.maius dubium, quia
15 † vendens, si est dominus, transfert do-
minium in emptorem, vel vsurapiendi
conditionem, l.ex empto, ff. de act.empt.
Fab.de Mont.tract. de empt. & vendit. q.5.
16 n.34. † quare remotis substantialibus con-
tractus, & illis remanentibus penes ven-
ditorem idem est, ac si idem expresse di-
xisset, nolle vendere, & ad destructionem
actus, dicendum dictum pactum haberi
pro non apposito, Castil.cons.71.ad num.1.
lib.1.
17 Verùm, quod venditio † cum relato
pacto sit conditionalis, firmarunt Galga-
net.tract.de condition.& demonst.par.1.c.1.
quæst.96. solent, num.1. & Magon. decis.
91. domina, n.10. Surd.decis.157.dominium,
num 4. Gratia discept.175. num.9. & quod
13 idem pactum venditioni † appositum sit
validum firmauit, Bald.in rub C.de contr.
empt.num.23. qui non discordat ab ijs, quę
ibid. dixerat, num.20. vt notant infra ci-
tati, Gomes.de empt.num.30.in princ. Fab.
de Mont.tract.de empt.q.7.num.15.in prin.
Vinc. de Franc. asserens de hoc non esse
dubitandum, ex Alberic. & alijs dec. 156.
Franciscus, num.5. vbi addent, Magon.de-
cis.Florentin.91. domina, num.9. vers. Quia
huiusmodi, & decis.92.nu. 15.Surd. dec.43.
num.15. & decis.157. dominium, num.2.
Bernard.Grau.ad Gail.obseru.15.lib.2. n.15.
Marta decis.43. in causa, num 2. & refert
rationem, num.3.& seq. Pacific.de Saluia-
no, inspect.3 cap.3.num.32. Gomes.de empt.
& vendit.num.30.in princ.Gratian.dec.13.
num.1.& seq.
19 Ampl. præsertim † quoad præiuditium
ementis, & fauorem vendentis, Afflict.
decis.338.nobilit, num.4. in fin.
20 Ampl. etiam, si traditio fuerit à vendi-
tore facta, quia ratione contrarietatis eui-
tandæ, & tollendæ repugnantiæ ab eodem
actu est interpretanda, fieri ad effectum
dandi nudam detentationem, non autem
transferendi dominij, glos.l.stipulatio ista,
§.hæc quoque, vbi Bart. & reliqui, ff. de
verb oblig. Magon.decis Florentin.91.domi-
na, num.8. in fin.
21 Limit. tamen, vbi tale pactum † esset
perpetuum, secus si ad tempus Gomes.var.
resol.de emption. & vendition.nu.30. vers.
Quintus modus, quem sequitur Vinc. de
Franc.decis.506.Franciscus, nu.6. Magon.
decis.Florent.91.domina, nu.11 & decis.92.
donna, num.14. Surd.decis.157.dominium,
num.2. qui declarat, qui contractus cen-
seatur interim initus, etiam quod sit addi-
ta clausula constituti, latè probando ve-
ritatem huius limitationis, Bertazol.clau-
sul.15.glos.4.num.2.Galgan.de condit.& de-
monst.par.2.cap.1.q.96.nu.2.Dec.cons.442.
superiorib.in princ.ante num.1.
22 Limit. quoad tertij † præiuditium,
Afflict.de iur.prothomis, §.3 licet, num.17.
& decis. 338.nobilis, num.4. in fin. & 8. &
seq. concludens ideo in tali venditione lo-
cum

cum esse iuri prothomiscos, & late prosequitur *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 2 num. 36. & seq.*

23 Limit. vbi contractus † venditionis, cũ pacto prædicto, non potest transire in aliã speciem contractus validi, nam tunc pactum prædictum est nullum, & remanet contractus venditionis sine tali pacto, *Afflict. decis. 338. Nobilis, nu. 6. in fin. & 7. in fin. & de iur. prothomis. §. licèt, num. 17. Magon. decis. Florent. 91. num. 9. vers. quia.*

CAPVT V.

SVMMARIVM.

Pactum reseruationis dominij ad fauorem venditoris, donec pretium fuerit solutũ, valet 1.

POsito itaque pro constanti, quod validum sit pactum reseruationis dominij, quo sibi prospiciat venditor, qui circa pretium sequatur fidem emptoris, seu recipientis, si de alio contractu agatur, in quo reciprocè sit recipiente, quid dandum datori, agendum est de effectibus huius reseruatiui pacti, qui cum plures sint illos sequentibus §§. referam.

§. I.

SVMMARIVM.

Pactum reseruationis dominij ad fauorem venditoris, donec pretium fuerit solutum, facit venditorem potiorem cæteris creditoribus emptoris in re vendita 1. Ampl. 2. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Limit. 14.
Negusantius reprobatur, & defenditur 3. 5.
Gozadinus reprobatur, & defenditur 4. 5.
Incontinenti factum, quando dicatur 7.

PRimus effectus est, vt in cõcursu creditorũ † emptoris faciat vẽditorem
1 potiorẽ, *Alex. in l. sicum dotẽ 23. §. fin. ff. solut. matr. num. 5. vers. nec etiam prædictis, Gomesius var. resolut. de empt. & vend. nu. 30. vers. item etiam, Gratian. discept. 175. n. 12. Bern. Grau. ad Gail. obser. 15. lib. 2. num. 15. circa fin.* addendo optime facere, qui vẽdendo sibi prospicit tali pacto, & ineptũ esse venditorem, qui sine illo tradidit rem suam, habita fide de pretio, *Marta decis. 43. num. 7. & 9. Fab. de Mont. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 39.* optimam esse cautellam reseruare sibi dominium in venditione facta non præsenti pecunia, *Surd. decis. 157. num. 1. in fin. 2. & seq. Hartman. obseruat. 16. vers. vnde est, in fin. lib. 2. tit. 26. Vinc. de Franc. decis. 506. Franciscus, nu. 4. Capol. cautel. 124. vulgaris, num. 2. circa med. And. Rauchar. quæst. 6. lib. 1. num. 12. Mangil. de euiction. q. 40. num. 4. & seq.*

2 Ampl. etiam, si in eodem † instrumento reseruationis dominij trãstulisset prius rei venditę dominium, per clausulam constituti, vel aliter, *Gratian. discept. 175. constitutum, num. 7. & seq.* vbi reprobat
3 † *Negus.* qui contrarium tenuit, *Strac. de decoct. part. fin. num. 6. vers. licet autem,*
4 non reprobando *Negus. &* † *Gozad.* qui aliud sentiunt, vbi præcessit traditio reseruationem dominij, addendo hanc opinionem esse æquiorem, & peritum, ac prudentem iudicem, ita debere iudicare, *Vrsil. ad Afflict. decis. 306. num. 3.* conclu-
5 dens *Negus.* † posse saluari, vbi dominium reseruatum fuisset ad fauorem tertij, *Ber. Grauen. ad Gail. obseruat. 15. lib. 2. num. 16. relatis Surd. & Ant. Fab. testantibus,* ita fuisse iudicatum.

6 Ampl. etiam, † si reseruatio fiat in alio instrumento, eadem hora, coram eisdem testibus, & notario, successiue confecto, *Afflict. decis. 306. vir. & vxor. num. 9. & 10.* eam afferens rationem, quia quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, & habentur, ac si simul, & semel essent facta, *& ibi Vrsil. num. 1.* comprobando dicta, *Afflict. declarando num. 2.* quando quid di-
7 catur factum † incontinenti, seu statim, *Ber. Grau. ad Gail. obser. 12. lib. 2. num. 6. & seq. & ad decis. 15. num. 9. & 16. Surd. decis. 157. dominium, num. 1. in fin. & num. 2. et seq. reprobato Negus.* qui vult reseruationem faciendam esse eodem instrumẽto, *Marta decis. 43. num. 7. et seq. Vinc. de Franc. decis. 506. num. 2. et 3.*

8 Ampl. etiam, † si ex pretio soluendo,

& cuius causa reseruatum fuit dominium esset inita societas eodem instrumento, vel translatū in alium contractum, qui pecunia tantùm constituitur, *Gratian. discep. 175 num. 12.*

9 Ampl. vt præferatur † etiam in ipsa re, creditoribus causa funeris, vel medicamentorum emptoris, *Mant. de tac. lib. 11. tit. 23. num. 23. 25. & seq.*

10 Ampl. vt præferatur, † etiam mulieri ex causa dotis, *Mantic. de tac. lib. 11. tit. 23. num. 23.*

11 Ampl. contra † quemcumque emptorem, seu emptoris successorem, *Marta decis. 43. n. 8. in fin.*

12 Ampl. etiam, † si reseruatum esset directum dominium tantùm, *Bern. Græu. ad Gail. obser. 15. lib. 2. Bertaz. clauf. 15. glos. 3. num. 4.* addendo, si etiam reseruetur vtile non valere venditionem.

13 Ampl. vt præferatur † cuicumque creditori hypothecario, quamuis anteriori, *Barbos. in l. si cum dotem 23. §. fin. ff. solut. mat. num. 34. circa med. verf. Stracca.*

14 Limit. quoad † melioramenta, & accessiones, quæ fiant rei venditæ cum hoc pacto, *Vinc. de Franc. decis. 506. Franciscus, num. 19. & seq.* quem sequitur *Bern. Græu. ad Gail. obseruat. 15. lib. 2. num. 18. Mangil. de euiction. quæst 40. nu. 5. 7. & seq. 18. Ber. Græu. ad Gail. obser. 15. lib. 2. num. 16. Hart. Pistor. obser. 16. verf. vnde est, lib. 2. tit. 26.*

§. II.

SVMMARIVM.

Venditor, qui tradidit rem venditam, non numerato sibi pretio, dicitur sequutum fuisse fidem emptoris 1. Ampl. 2. 3. Contrariū 4.

Fides in pretio non censetur habita, vbi venditor sibi reseruat dominium rei venditæ, donec pretium fuerit solutum 5.

Secundus effectus † reseruationis dominij, quæ fiat in vēditione, est, quod cum non conueniant Doctores, an ven-
1 ditor, † qui sine numeratione pretij tradidit rem venditam, præsumatur habuisse fidem de pretio, cum aliqui amplexi sint affirmatiuam, *Glos. & Bald. relati ab Alex. in l. si cum dotem 23. §. fin. ff. sol. mat. num. 5. verf. Nec obstat, & cons. 92: perspe-*
2 *ctis, lib. 1. num. 2.* addendo præsertim, † si res fuit tradita, & præfixus terminus ad soluendum, *Gizarel. decis. 62 num. 7. Bertazol. clauf. 38. glos. 1. num. 4. in fin. idem firmat Barbos. in l. si cum dotem 23. §. fin. ff. solut. mat. num. 35 in fin. Ioan. Fab. in §. venditæ, inst. de rerum diuis. num. 2. in fin.* adden-
3 do præsertim, † si venditor recepit pignus, vel fideiussores.

4 Alij tamen † contrarium voluerunt, reprobando *glos.* quæ aliud censuit, & late comprobando suam opinionem, *Fabian. de Monte tract. de emption. & vendit. q. 5. num. 37. & seq.* concludens nisi expresse fuerit conuentum, dominium reseruari venditori, nunquam censeri reseruatum, sequitur *Marta decis 43. num. 5. & seq. & ante istos Ioan. Fab. ex Azon. in §. venditæ, inst. de rer. diuis. num. 1. in fin.*

5 Si tamen venditor † sibi reseruauit dominium rei venditæ, donec pretium fuerit sibi solutum, non præsumitur habita fides de pretio, vt pluribus relatis concludit, *Bertazol. clauf. 15. glos. 4. n. 3.*

§. III.

SVMMARIVM.

Interesse aliquod non est debitum venditori, qui dedit emptori dilationem ad soluendum pretium 1. 2. Ampl. ibid. Et quare 5. 8. 10. Limita 12.

Abbas reprobatur 3.

Locans fundum, & illum deinde conductori vendens, confitendo recepisse pretium, paciscatur, vt quid illi soluatur, non valet tale pactum 4. & quare 5.

Fructus fundi spectant ad dominum illius 6. Ampl. 7. 8.

Cap. in ciuitate de vsuris declaratur 9.

Vendens carius dilata solutione pretij est vsurarius 11. Quid si quid ideo donetur ibid.

1 Tertius effectus est, † quod cum à Doctoribus in dubium reuocetur, an data dilatione emptori ad soluendum pre-

pretium, sit venditori debitum aliquod interesse, cum nulla cadat interim mora, cuius causa illud sit debitum, vt patet ex relatis à *Crauet.conf.:89. Quando, num.7. vers. sed pro ista, Dec. cons.119. pro tenui, num.3. Couar. variar. resolut. lib.3. cap.4. num.5. & 6.*

2 Et negatiuam amplexi sint, *Peregrin. & ab illo relati cons.86. officium, lib.3. n.9. & seq.* ampliando idem dicendum, vbi datus terminus ad soluendum fuit prorrogatus Alex. loquens de ijs, quæ pondere, numero, vel mensura constant, *consil.121. visis, lib.5. num.4. in fin.* nec differt casus, in quo respondit *Abb. cons. 5. lib.1. cuius meminit, Socin.cons.130. circa, lib.1. num.1. & seq. & num. 15. 18. licèt Couar. var. resol. lib.3. cap.4. num.6. versic. vndeci-*
4 *mo* † *illum reprobat*, dum concludit non valere pactum factum ab eo, qui locato fundo suo illum deinde vendidit conductori, confitendo recepisse pretium, † & postea inter illos est actum, vt quia re vera pretium non fuerat solutum, quod certum quid solueretur, ratione pensionis.

5 Ratio huius negantis opinionis † afferri potest, facta consideratione, quod aut interesse prætendi potest, vel ratione fructuum, & tunc cum ex dominio translato in emptorem, spectent ad illum, & non
6 ad † alium, qui non sit dominus, *l. si dominium, C. de pignor. Tiraq. de retract. conuent. §.2. glos.1. num.34. in fin. Casal. cons.3. num.14. Menoc.cons.946. etsi, num. 23. &*
7 *seq.* vbi agit, quid dicendum, † si quis sit dominus sub conditione, *Bursat. loquens de percipiente fructus purificato fideicōmisso, cons.71. num.25. & seq.* & de illo, qui sit obligatus retrouendere, *Tiraq. de retract. conuent. §.5. glos.2. nu.1. Io. Stefan. Duran. q.35. Sane, num.1. & seq.* & vbi sati fuere ex alieno semine, *Surd.cons.53 nu.3.*
8 Aut verò † fructus petuntur ratione interesse recompensatiui, nec etiam illi sunt debiti, *Cast. l. Iulianus 14. §. ex vendito, ff. de act. empt. num.3. vers. Intellige tamen, & num.4. in fin. Socin.cons.130. lib.4. nu.8. 15. Dec.cons.119. num.7. & seq.* quia nulla cadit mora regularis, vel irregularis, *Natta cons.417. communiter, nu.1, Dec. cons.119. nu.7.* stante dilatione data ad soluendum ex pacto, quod isto casu est pars pretij, & factum fauore debitoris, *l. fundi partem, ff. de cont. empt. l. cum tempus, ff. de reg. iur.* quo casu cum non agatur de re consistente in pondere, numero, vel mensura, forte fuit citra vsuræ labem carius vendita, vt distinguit *Alex.cons.121. visis lib.5. nu.5. & Dec.cons.111. num. 1. vers. & quamuis, & cons.119. num.5. & 13.* concludens ita in-
9 telligendum esse textum † *in cap: in ciuit. de vsuris*, licèt referat etiam dissentientes, *Natt. d.cons.417 num.3.* addendo *cum Plot. de in litem iurand. num.452.* nec deberi
10 † etiam si facta fuisset conuentio, vt ratione pretij non soluti, interim quid annuum soluatur, quia contractus esset vsurarius, nam pecunia pareret pecuniam, *subdens num. 4. cum Dec. cons. 119. pro tenui, num.5.* si carius vendatur res mobilis, vel immobilis ex dilatione data ad sol-
11 uendum pretium, committi † crimen vsuræ, quæ an donatæ canonice possint retineri, distinguit *ibid. num.6.*

12 Attamen si venditor sibi † reseruauit dominium rei venditæ, donec pretium fuerit solutum, valet pactum, vt interim certa quantitas sibi soluatur, *Fab. de Mōte de empt. & vendit. q.7. num.15. Abb.cons. 66. duo, par.1. num.1. & 2 Socin. cons. 130. lib.4. num.5. Dec.cons.119. num.3. in fin. & num.4. Socin. Iun. cons.66. elapsis, num. 7. lib.2. Couar. var. resolut. lib.3. cap.11. nu.6. Math. Berlic. pract. q. par.2. quæst.28. nu.13. & seq. & 23. & seq. Mysinger. obser. 56. Centur.4. Cardin. Tuscus liter. I. concl.299. num.17. & seq. & concl.303. num.14. et seq.* concludens valere pro rata fructuum, & non vltra, qui ex re vendita non soluto pretio perciperentur.

CAPVT VI.

SVMMARIVM.

Mutuum dans ad emendum, præfertur cæteris creditoribus emptoris 1. *et quare* 2. *Ampl.*4. 5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21. 22.37. *Limit.*23. *Intellige modo spetialiter sit hypotecata res empta* 25.28. *Ampl.*26. *An ista casu mutuans sub spetiali hypotheca rei empta*

empta, præferatur doti, affirmatiua 30. Amplia etiam contra fiscum 31. Negatiua 32.

Bald. reprobatur 3.

Pecuniam qui mutuat ad ædificandum, vel reficiendum domum est potior cæteris creditoribus 9.

Seminis ratione, an quis fiat potior creditor 10.

Emptio facta à marito ex pecunijs vxoris, vel dotalibus, velè contra facta à muliere ex pecunijs viri, vel à patre ex pecunijs filij an sit locus prælationi vxori, vel mariti, vel filij 24.

Paulus V. laudatur 14. in fin.

L. licèt, C. qui potior in pignor. Limitatur 31.

Hypotheca spetialis in qua parte instrumenti est apponenda 34. quæ requirantur, vt suos operetur effectus 35.

Hypotheca tacita non competit, nisi in casibus expressis à lege 36.

Mutuans pecuniam ad emendum, cum pacto, quod exprimatur, emptionem fieri pecunijs suis, quamuis emptio fiat sine ea expressione empta sunt mutuanti hypothecata cum iure prælationis 37. & quare 38. Quomodo probetur emptionem fuisse factam de pecunijs mutuatis 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45.

POstquam egimus de iuribus illius,
qui rem suam vendidit, habita fide
de pretio, videamus de iure illius, qui
1 mutuo dedit † pecuniam ex qua empta
sint mobilia, vel immobilia, an illis emptis,
si contingat vendi illa, quem locum habeat,
qui mutuauit, & consequenter an
idem possit exequutionem factam in eisdem
mercibus emptis ab alio creditore
retardare, vel reuocare.

2 Et esse præferendum, † qui mutuauit,
voluit *Imol. in l. si cum dotem 23. ff. sol. mat.
num. 3. vers. vltimo inducitur*, & ante eum
idem fuisse dictum *à Dyn. Bart. Bald. Angel.
Raphael.* & communiter à modernis testatur
*Alex. d. l. si cum dotem, §. fin. num. 5. Cast.
in l. procuratoris, §. si plures, ff. de tribut.
nu. 2. Morotius, & ab illo relati, consil. 54
num. 3. & seq.* & non eundo per mendicata
doctorum suffragia, id probat *textus in
in l. quamuis, C. de pignor. & l. licèt, C. qui
potior. in pign. hab. in princ.* vbi cum Imperator
subdat limitationem, tacitè firmauit
regulam esse in contrarium, *Ripa in l. Senatus
Consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit.
cont. num. 11.*

2 Affirmatiua † sustineri posset ex dictis,
*Bald. in l. pro debito 6. C. de bonis auctorit.
iudic. possidend. num. 1.* dum post depositum
graduandum dicit esse, qui vendidit merces,
quæ extant penes debitorem, restituendo
illas venditori, sed cum illum ex-
3 presse † reprobet, *Alex. in l. si cum dotem
23. §. fin. ff. solut. mat. num. 5. in princ.* asserens
illum malè fuisse loquutum, & eumdem
Bald. sibi contradixisse, & communem
esse aduersus illum.

4 Ampl. vt dictæ † merces emptæ sint creditoribus
ementis distribuendæ, iuxta illorum
prioritatem, & potioritatem, *Guttier. pract. quæst. lib. 5. q. 98. num. 6. Gail. obseruat.
12. Quæritur lib. 2. num. 2. circa med.
Cæpol. cautel. 124. vulgaris in princ.*

5 Ampl. præsertim, si res fuit † empta ex
pecunia non fœnebri, *Ripa l. si ventri, §.
in bonis, ff. de priuil. credit. num. 9. & in l. Senatus
consulto, ff. in quib. caus. pignor. tacit.
cont. num. 8.* concludens in concursu creditorum,
qui dederunt pecunias ad rem reficiendam,
vel conseruandam præferri,
qui gratis mutuarunt.

6 An idem mutuans † habeat tacitam hypothecam
in re empta ex pecunia mutuata,
negant *glos. in l. licèt, verb. conuenit
circa med.* addendo contrariam opinionem
esse falsam, vt asserit etiam *Castil. quotid.
controuers. lib. 3. cap. 8. num. 23. & seq. Guttierz.
pract. quæst. lib. 5. q. 98. num. 3. Cæual.
in Specul. commun. opin. q. 744. iuris, num. 2.
in princ. vbi plures consentientes refert, &
num. 3. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 7. est. nu. 3.
vers. sed contrarium*, testans de communi
asserens *Bart. opin.* contrariam esse falsam,
*Ripa in l. si ventri, §. fin. ff. de priuil. credit.
num. 8.* constituens negatiuam regulam,
quod soluens priori creditori non succedit,
nec in personali, nec hypothecaria
illi competenti, *& in l. Senatus consulto,
ff. in quibus caus. pign. taciti cont. nu. 11. Negus.
de pignor. par. 5. memb. 2. num. 8. vers.
sed hoc vltimum, testans de communi, Barbos.
l. si cum dotem 23. §. fin. ff. solut. matr.
num. 34. in princ.* asserens opin. glos. contrariam
non esse veram, *Stracca de decoct.
§. fin. num. 10. Raucbar. quæst. 5. num. 6. &
& seq. et quæst. 6. lib. 1. num. 17. et seq. vbi*

late

*late Ripa l.Senatus consulto, ff.in quib. caus. pign.tacite cont.n.11.Guttierz.pract.quaest. lib.5.quaest.*98.*num.*3.concludens habere tantùm prælationem in personali actione, *Gratian.discep.*25.*num.*7.Contrarium volunt relati à *glos. in l.licet, verb. conuenit, C.qui potior.in pign.hab.* asserentes idem probari eadem *l.licet, nec non. & l. interdum, ff.qui potior.in pign.& auth. quo iure, C.eod.relati à Gutierz.practic.quaest. lib.*5. *quaest.*98.*num.*1.addente eodem *ibid.nu.*9. multum vrgere pro istorum opinione *textum in §.His consequens,auth.de aequalit.dotis, Gail.obseruat.*12.*queritur,lib.*2. *num.*3.*& à Castil.Quotid.controuers.lib.*3. *cap.*8.*num.*23. asserens præcipue niti, *d.§. His consequens,* & eumdem textum ponderando ita firmat, &concludit hanc opinionem esse veriorem, *Caual & ab illo relati, qui plures sunt in Specul. commun. opin.q.*744.*iuris,num.*4.*& seq.relati à Couar.var.resol.lib.*1.*cap.*7.*e§.num.*3.*versic. sed contrarium, relati à Ripa in l. Senatus Consulto, ff.in quib caus.pignor.tacit. cont. num.*10.*vers.contrarium, relati à Negusan. de pignorib.par.*5.*memb.*2.*num.*8. *in princ. & à Barbos. in l.si cum dotem* 23.*§.fin.ff.sol. mat.num.*35 *in princ.*

8 Ampl. vt si is, qui † mutuauit pecunias ad emendum, possideat empta, non faciat fructus suos, sed debeat in extinctionem mutui conuertere, adeò vt illud extinguatur, si illud æquent, *Bald.in rub.C.de contr.empt.q.*15.*Capol.caut.* 54. *Ripa in l. Senatus.consulto, ff.in quib.caus.pign.tac. contr. num.*12.addendo hanc esse cautellam, vt quis emat sine nummis.

9 Ampl. idem in eo, † qui dedit pecunias ad fabricandum domum, vel aliud, *Castil. Quotid.controuers.lib.*3. *cap.*8. *num.*5. vbi concludentem refert rationem, quia aliud dicatur, si domus reficiatur ex aliena pecunia, quia priori casu nihil deperit creditori, secundo secus, quia refecta perijssent, & latè *Raucbar.q.*5.*lib.*1. *num* 17. *& seq.* late agit, quare aliud responsum in naui facta alienis nummis.

10 Ampl. si ageretur † de distractione fructuum, quorum semen fuit emptum ex pecunia aliena, cum expressione, quod dabatur ad emendum semen, vel ipsum semen dedit, vt late aduersus *Decian. consil.*50.*lib.*3.*probat Mant.de tacit.lib.*11.*tit.* 23.*num.*11.*& seq.Pascal.sequendo Thesaur. q.*29.*n.*9.*& relato Ant. de Bellis disentiete de patria potest.par.*4.*cap.*6.*num.*65.*& seq.* ampliando præferri domino fundi sati in pensione.

11 Ampl. in re empta † ex pecunijs furiosi, prodigi, & alterius, qui sit sub aliena potestate, *Ripa l.Senatus consulto, ff.in quib. caus.pign.tacit.num.*15.*in fin.*

12 Ampl. cõcurrente vxore † ex causa dotis, *Casal.cons* 131.*num.*2.*Bursat.consil.*56. *num.*13.*in fin. Gail. obseruat.*12.*lib.*2.*n.*4. *in fin. Afflict.decis.*306.*vir,num.*5. *Rauch. quaest.*5.*num.*15.*lib.*1.latius tamen examinat, *Ripa in l. Senatus consul.* si emptio facta sit à marito ex pecunia vxoris, vel dotali, vel ab vxore ex pecunia mariti, *ff. in quib.caus.pign tacit.cont.n.*20. *& seq.*

13 Ampl. vbi mutuum † fuit expresse factum, vt emerentur merces, vel aliud, de cuius distractu agitur inter creditores prætendentes, ius habere ex obligatione communis debitoris, nam quoad habentes personalem is, qui mutuauit cæteris præfertur, secus quoad hypothecarios etiam generalem habentes, *Cast. l.procuratori, §.siplures, ff de tributar.nu.*2. *Alex. l. si cum dotem* 2.*§.fin, ff.solut. mat. num.*5. *Straca de decoct.§.fi.nu.*10. *Bart. l.quod quis* 1.*ff.de priuil.credit.nu.*1. *Roman. Negusan. & alij relati à Mant de tacit.lib.*11.*tit.*23. *in pluribus.n.*21.*Castil. & ab illo relati Quotidian.controuers.lib.*3.*cap.*8. *nu.*21. *& seq. Stracca de decoct. §.fin.n.*10. *Guttierz. practic.quaest.lib.*5.*quaest.*98.*nu.*3.*Gail.obser.*12. *Quaeritur,lib.*2.*num.*3. *Ioan.Domin. Gait. tract.de credit.cap.*4.*q.*11. *nu.*1198. *& seq. Caual.& ab illo relati in Speculat.commun. opin.quaest.*744.*iuris num.*1.

Contrariũ voluit Ripa *in l. Senatus consulto, ff.in quib.caus.pign.tacit cont num.*11.

14 Limita in re empta ex pecunijs regaliorum, etiam quod tempore emptionis, is, qui pecunias mutuauerat, se subtraxisset ab obedientia Regis, *Abb.cons.*94 *In quaest.par.*2 *vers.circa primum,* & per istam limitationem dicebam iustam fuisse petitionem Christianissimi Francorum Regis Ludouici XIII. dum ex regijs pecunijs N. Concinus ciuis Florentinus multa in Vrbe emerat loca montium, illa instabat

bat sibi adiudicari, præsertim cum ea corrasio ærarij regij contigisset, dum idem rex esset sub matris tutella, & causa discussa idem ter pius Rex medietatem furti donauit fabricę Basilicę Principis Apostolorum, & reliquum fuit illi addiudicatum,
15 † sedente ter Optimo, & Maximo Pontifice Paulo V.
16 Ampl. vbi res fuit † empta ex pecunia pupilli, vel minoris, *Corrad. de contract. lib. quæst. 70. in fin. Stracca de decoctoxib. §. fin. num. 10. circa med. Gutierz. pract. quæst. lib. 5. quæst. 98. num. 4. Bursat. cons. 56. n. 13. Amendol. ad Franc. decis. 97. num. 3. Ripa in l Senatus consulto, ff. in quib. caus. pignor. tacit. contr. num. 14. disputando num. 15.* an idem dicendum, si res fuerit empta ex pecunia redacta ex re pupilli, *Abb. cons. 94. par. 2. col. 2. versic. primo, Dec. in l. si pecuniam, ff. si cert. pet. vbi distinguit, num. 3. Bart. l. titium, §. altero, ff. de admin. tut. n. 1. Neguf. de pignor. par. 5. memb. 2. n. 19.*
17 Ampl. in re empta † ex pecunijs Ecclesiæ, *Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num. 16.* addendo aduersus *Host. & Io. And.* hanc limitationem iure probari, *videlicet cap. 1. de pecul. cler.* licèt illi id negent, & asserant veram, & receptam à Magistris addendo *n. 18.* quid dicendum, si res fuit empta ex pecunia Ecclesiæ penes aliquem depositata, *Surd. cons. 333. num. 42. & seq. Bald. cons. 299. dicunt, lib. 1. num. 1. & 5. vbi distinguit Corrad. de contract. q. 70. in fin. vbi ampl. Petr. Rauen. sing. 181. emptum.*
18 Ampl. in re empta ex pecunia militis, *l. si ut proponis, C. de rei vendic. vbi Cyn. Alberic. & Sal. l. fin. C. de pignorib. Dec. in l. si pecuniam, ff. de cert. pet. num. 1. in fin Neguf. de pignor. par. 5. memb. 2. nu. 20. & seq.* dubitando an præferatur doti, licèt *Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num. 19. in fin.* dubitat de veritate huius limitationis. An autem idem dicendum de pecunia militis cœlestis, vel nostri temporis viden. *Abb. cons. 94. par. 2. col. 2. vers. primo, Hondad. cons. 83. de ceeffit, lib. 1. num. 93. & seq.*
19 Ampl. in re empta à socio omnium bonorum ex pecunijs socialibus, nam communicanda est Socio, *Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. n. 22.*
20 Ampl. in re empta † ex pecunia domini per libertum ingratum, *l. 1. C. de reuoc. donat.*
21 Ampl. vbi pecunia † fuit data ad emendam militiam, nam præfertur etiam doti, nisi illa habeat anteriorem hypothecam, *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 9.*
22 Ampl. vbi expresse † conuentum fuit, vt merces, vel aliæ res emendæ essent mutuanti illarum pretium specialiter hypothecatæ, *l. licet, vers. tamen cum eius pecunia, C. qui potior. in pign. habeant, Cast. l. procuratoris, §. si plures, ff. de tributor. n. 1. Alex. l. si cum dotem 23. §. fin. ff. solut. matr. num. 5. vers. communem, Capol. caut. 124. vulgaris, num. 1. vers. fallit, Mantic. de tac. lib. 11. tit. 23. nu. 20.* addendo mutuantem
23 † isto casu præferri creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus, *Castil. Quotidian. contr. lib. 3. cap. 8. num. 22. in fin. 10. Domin. Gait. tract. de cred. cap. 4. q. 11. nu. 1200. Gutierz. practic. q. lib. 5. q. 98. n. 3. Afin. alios referens de exequution. §. 7. c. 14. nu. 3. Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pignus, tacit. cont. num. 13. in princ. & in l priuilegia, ff. de priuileg. credit. num. 32. vers. Nono fallit, Neguf. de pignorib. par. 5. memb. 2. num. 17. vers. secundo fallit; Iaf. l. creditor, ff. si cert. pet. num. 5. circa fin. Gail. obseruat. 12. lib. 2. num. 4. versic. secundo limitatur.*
24 Intelligas tamen, † quæ mox dixi de prælatione mutuantis, quatenus agendũ est inter creditores eius, qui mutuum recepit ad emendum, & emit bona, in quorum distractu concurrunt creditores emptoris, secus si concurrit, & creditor auctoris illius, à quo fuit res empta, *Afin. de exequut. §. 7. cap. 14. num. 2.*
25 Quid autem sit dicendum, vbi maritus emit ex pecunia dotali, vel mulieris, vel mulier emit ex pecunia viri, videndi sunt *Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num. 20. & seq. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. num. 16. Campeg. tract. de dote par. 4. quæst. 8. num. 1. & seq. & num. 18. & seq. Mastril. decis. 36. inter, num. 2. & seq. Osasc. decis. 140. num. 9. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 9. n. 64.* Quid de filio emente ex pecunijs paternis, *Soc. cons. 192. Capio, lib. 2. num. 1. Tiraquel. d. glos. 9. num. 62.*

Ex

26 Ex relata limitatione de pluribus dubitari contingit † primò an ad effectum prælationis mutuantis pretium ad emendum, sat sit recipientem mutuum, generaliter obligasse bona sua, & sufficere generalem voluere, *Vbert. de Bobio, & Alberic. vt refert* Capol. *cautel.* 124. *num.* 2. à quibus non videtur dissentire idem *Capol. ibid. Negusant. in locis relatis à Thesaur. q.* 74. *venditor, lib.* 2. *num.* 1. concludens Alberici opinionem esse æquissimam, addēdo iuxta istam opinionem, si esset arbiter electus, iudicaret, & suaderet Principi, vt iuxta illam faceret legem perpetuò valituram, prout factum fuisse apud Hispanos, refert *Caual. in specul. commun. opin. quæst.* 754. *iuris, num.* 10. *& seq.* addendo eam legem esse æquissimam, quia pecunia fuit recepta ea mente, vt bona emerentur, & emptione facta transijsse in dominium emptoris cum hypotheca tacita ad fauorem eius, qui mutuauit pretium, subdens *num.* 13. *&* 14. *qui opin. Alberici sequantur*, & intelligi, si mutuum fuit factū emptionis causa, & sequuta sit emptio. *Asinius de exequut.* §. 7. *cap.* 14. *num.* 3. concludens non fieri differentiam, an hypotheca sit generalis, vel spetialis ad fauorem mutuantis, *relati à Castil. Quotidian. controuers. lib.* 3. *cap.* 8. *pro. num.* 15 *Marta decis.* 43. *num.* 9. *sequendo Alberic. & Capol.*

27 † quod præsertim procedere vult *Thesaur. quæst.* 74. *venditor, lib.* 3. si generalis obligatio sit iurata, quia iuramentum habet vim spetialis obligationis, asserens ita fuisse à Senatu Pedemontano iudicatum.

29 Contrarium, seu quod non † sufficiat generalis, sed requiratur spetialis hypotheca in puncto iuris tamquam veriorem opinionem amplexus est, *Thesaur. q.* 74. *venditor, num.* 2. addendo fore difficile in praxi aliud obtinere, *Ioseph. Ludou. decis. Perus.* 45. *Ioannes, num.* 19. *relato Soc. Iun. cons.* 10. *n* 8. *lib.* 1. sed fuit ille ab amanuensi deceptus, quia est *Consil.* 10. *viso themate, lib.* 3. *num.* 1. addente eodem *Ioseph. Ludou. ibid.* hoc probari *ex l. licet, C. qui potior. in pignor.* quæ solùm habet locum, vbi res empta fuit spetialiter obligata pro soluendo prætio, *Castil.* latè comprobans, & respondens fundamentis, *Alberic. & aliorum Quotidian. controuers. lib.* 3. *cap.* 8. *pro. num.* 15. *& seq. plurib.* asserens hanc dubitationem fuisse inuolutam *à Caual. in suo Specul. quæst.* 744. de illa dubitasse *Negus.* prov t reperio illum dubitasse *de pignorib. par.* 5. *memb.* 2. *num.* 18 *vers. de hac vltima, & Guttierz. nihil certi determinasse.*

30 Ampl. hæc negans † opinio præsertim contra fiscum, *Capol. cautel.* 124. *vulgaris, num.* 2.

31 Secundò dubitatur, an iste † qui mutuauit cum spetiali hypotheca præferatur mulieri in causa dotis, & præferri censuere, *Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 45. *Ioannes, num.* 19. *Capol. cautel.* 124. *vulgaris, num.* 1. *in fin. relati à Socin. Iun. cons.* 10. *lib.* 3 *num* 1. *vers. & quod, Bald. Nouel. de dote, par.* 10.

32 *num.* 3. † addendo præferri etiam fisco, *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 7. *est, num.* 3. *Negus. de pignorib. par.* 5. *membr.* 2. *nu.* 17. *vers. secundo fallit in princ.* præsertim si fuerit in possessione rei refectæ, vel melioratæ, *Thesaur. quæst.* 71. *lib.* 1. *num.* 6. *circa fin.*

33 Contrarium firmauit † *Socin. iun.* relatis consentientibus, *consil.* 10. *viso, lib.* 3. *num.* 7. *& seq. plurib. addendo, num.* 11. *in fin. Negus. & Capol.* loquutos fuisse contra communem, *Cefal. cons.* 131. *vendior, num.* 3. *circa med. & num.* 4. *concludit, l. li-*

34 *cet*, † *C. qui potior. in pign.* non habere locum contra vxorem emptoris, & idem prius dixerat *Afflict. decis.* 306. *vir, & n.* 4. *Bursat. cons.* 56. *num.* 13. *in princ. Bartol & alij relati à Negus. de pignor. par.* 5. *memb.* 2. *num.* 17. *Gail. obseruat.* 12. *lib.* 2. *num.* 4. *vers. obserua.*

45 Reseruatio † huius spetialis hypothecæ, quando sit facienda, dixi supra §. *proxim. lim. fin.* & quæ requirantur, vt suū operetur

36 effectum, † videndi sunt, *Socin. Iun. consil.* 10. *lib.* 3. *num.* 7. *& seq. Alex. l. si cum dotem* 23. §. *fin. ff. solut. mat. num.* 5 *in fin. vers. Nec etiam.*

Tertiò quid dicendum, si emptor emēdo non expressit soluere de pecunijs sibi mutuo datis, an qui mutuauit, præferatur anterioribus creditoribus in re empta, & quidquid dici posset *ex Negus. de pignor. par.* 4. *num.* 34. *& seq.* quod cum hypotheca nō fuerit reseruata in emptione fundi ex pecunia aliena, sed mutuata, vel aliter data emptori, ad effectum emēdi, quod nullatenus competat spetiale

aliquod ius mutuãti in re empta, sed quod
ille debeat sequi communem sortem, &
fortunam omnium creditorum, deficiēte
expressa hypotheca ex lectura instrumēti
emptionis, & de tacita non sit agendum,
37 tum quia illa † numquam censetur inducta, vel concessa, nisi reperiatur expresse lege cautum, *Glos. fin. in l. 2. ff. de priuil. credit.* Crau. cons. 692. num. 2. *& cons.* 872. *num. 2. Ripa in l. 4. §. 1. ff. de priuileg credit. num. 9.* tum quia licet aliqui vellint rem emptam ex pecunia mea, mihi esse tacitè obligatam, communis tamen est in contrarium, vt dixi supra *versic. Au idem mutuans.*

38 Dicendum est isto casu † mutuantem cæteris præferri, quamuis non fuerit in emptione conuentum de hypotheca, *l. 1. C. de his, qui in prior. credit. loco*, vbi ad effectum, vt quis consequatur iura prioris, vel potioris creditoris, sat est fuisse pactū cum debitore recipiente pecunias, vt sibi essent obligata iura prioris, vel potioris creditoris recipientis pecunias mutuatas, & de isto textu non facta mentione, ita censuit *Bart. in l. 3. ff. quæ res pign. obligat. poss. num.* 4. concludens, quod quis succedit in hypotheca, & iuribus alterius, si ad eum effectum dedit pecuniam, vt illi solueretur, quod realiter fuerit soluta, & quod fuerit actum, vt qui dedit pecuniā, succedat in locum prioris creditoris, *Bar. sequutus est Neguss. de pignorib. 3. membr. 5. par. num. 35.* addendo, si conuentum fuit præterea, vt iura prioris creditoris, vel res emenda ex alienis pecunijs sit hypothecata danti pecunias, duplicem habere hypothecam, qui dedit pecunias, *Ripa in l. si ventri, ff. de priuileg. credit. num. 8. & seq.* asserens relatis requisitis, quæ prius fuerant tradita ab Azone *in Summ. ab Accurs. in d. l. Aristo*, addi quartum, quod empta sint soluenti obligata, & ita fuisse iudicatum, refert *Vinc. de Franc. decis. 97. magnificus in fin.*

39 Ratio præcipua † huius decisionis est, quia cum nisi debitor recepisset mutuò pecunias ad emendum, non emisset, nec bona ab illo empta essent in patrimonio illius, nihil deperit anterioribus, si mutuans præferatur, alias sequeretur, quod locupletarentur cum alterius iactura cō-
tra regulam, *cap. locupletari de reg. iur.*

40 His absolutis restat inquirere † quomodo probetur rem fuisse emptam ex pecunijs mutuatis ad effectum emendi, & cum facto, vel præsumptionibus fiat talis probatio. Dicendum primò concludenter probari, si in instrumento emptionis subsequentis asseratur ab emptore pecunias ab eo pro pretio solutas esse easdem, quas mutuo recepit à Caio, ad effectum emendi ratione connexitatis actus præcedētis, & subsequentis, *Vinc. de Franc. decis. 97. magnificus num. 4. vers. Nec dubitari, Serafin. decis. 1093. factum, num. 3. circa fin.*
41 *vers. Quarto, & num. 7.* Secundò, si depositatis pecunijs mutuatis penes argentarium, vel mercatorem, mandatum fuit depositario, vt pecunias depositatas soluat venditori pro pretio rei venditæ, *idē de Franc. d. decis. num. 4. in fin.* Tertiò
42 † ex actuum mutui, & emptionis vicinitate, *Bartol. l. 3. ff. quæ res pignor. oblig. pos. num. 5. Seraphin. decis. 1093. factum, nu. 2. Vinc. de Franc. decis. 97. nu. 5. Ripa l. si ventri, §. final ff. de priuil. credit. n. 10.* Quartò,
43 si quantitas † errogata in emptione, cōuenit cum mutuata, *Serafin. d. decis. nu. 3.* quod præsertim procederet, si expressum esset nomen venditoris, à quo bona essent emenda, *Put. decis. 423. par. 2. Serafin. d. decis. num. 6.* Quintò, vbi concurreret
44 † verisimilitudo rei gestæ, vt puta, si agatur de pecunijs acceptis cum fœnore ad effectum emendi, vt in Vrbe vbi sæpe vidi, capi pecunias ad societatem offici ad effectum emendi, vel fabricandi, vel vineam plantandi, *Serafin. d. decis. num. 4. &*
45 *seq.* Sextò, si probatur † facta subsequens emptio, vel alius actus verisimilis, ad quē conficiendum mutuatæ fuere pecuniæ, *l. si prædium, C. de prædijs minor. Ripa in l. si ventri, §. fin. ff. de priuil. credit. num. 11. & seq.* exemplum referens minoris, & Ecclesiæ, quibus si datæ fuerint pecuniæ mutuo, probari versas in illorum vtilitatem, si probetur ipsorum indigentia cum subsequenti effectu, vt puta empto vino, frumento, & similibus, quibus carebant,
46 & idem † dicerem, si probetur illos emisse post mutuum fundum, quo carebant, *Natta cons. 547. vigente, nu. 21.* qui loquitur, si prælatus recepit mutuo ad emen-

emendum vestes pro Monachis, probata illorum indigentia, & apparentibus monacis vestitis.

CAPVT VII.

SVMMARIVM.

Mutuans pecuniam causa refectionis præfertur cæteris creditoribus 1. *Intellige, si pecunia fuerit in refectione erogata, quod res refecta extet, & pecunia sit mutuata in eam causam* 3. *Limit.* 4.5.6.

Mutuum factum causa refectionis, vel conseruationis rei, facit mutuantem potiorem cæteris creditoribus, & retardare, vel reuocare exequutionem in re refecta, vel cõseruata facta 2 *Ampl.* 11.12.13.14.15. *Limit.* 3.4.5.16.18.19.20.21.22. *An idem dicendũ, si res fuit confecta* 27.

L. interdum, ff. qui potior in pign. examinatur 1.3.4.5.11. *& seq. plurib.*

Exemplis declaratur d. l. interdum 7.8.9.10.

Pecunia mutuata causa emptionis, vel conseruationis, vel refectionis, fuisse in eam causam consumptam, vt probetur 23. *& seq. si data fuerit Prælato, vel Syndico vniuersitatis, quomodo probetur versa in vtilitatem Ecclesiæ, vel vniuersitatis* 26.

Hypotheca tacita quare concessa mutuanti pecunias causa conseruationis, vel refectionis 28.

POstquam egi de illo, qui mutuò dedit pecunias, vt merces, vel aliud emeretur, agendũ est de illo,
qui eodem mutui titulo, vel alio simili,
vel differenti, dedit pecunias, vt fundus,
vel aliud bonorum corpus reficiatur, vel
1 conseruetur, & illum † in concursu creditorum esse etiam anterioribus preferẽdum est textus expressus, *in l. interdum* 5. *ff. qui potior. in pign. hab.* Vbi Vlpianus per modum exceptionis regulæ, quod qui prior est tempore, prior est etiam in iure, respondit *Interdum posterior creditor potior est priori, vt puta, si in rem illam conseruandam impensum est, quod sequens credidit, velut si nauis fuit obligata, & ad armandam eam rem, vel reficiendam ego credidero.* Pari enim passu procedunt conseruatio, & refectio, nec iura mutuantis in causam refectionis, vel conseruationis differunt à iuribus mutuantis emptionis causa, vt vult *Caual. in Speculat. commun. opin. quæst.* 744. *num.* 8. *vt ante illum dixerat Neguss. de pignorib. par.* 5. *memb.* 2. *nu.* 15. *in princ.*

Ratione prælationis ex tacita hypotheca concessa mutuanti refectionis causa, *Gutierz. practic. quæst. lib.* 5. *quæst.* 98. *num* 1. *&* 2. *Couar. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *in princ. Ripa l. si ventri, §. diuus, ff. de pri-*
2 *uil. cred. nu.* 2. reuocari, vel retardari exequutionem factam ab alio creditore in re ex pecunijs alterius conseruata, vel refecta voluerunt *Stracca de decoct. §. fin. n.* 11. addendo aliquibus mercatoribus in tempore prioribus videri durum id esse.

3 Intelligas tamen † tribus concurrentibus, videlicet quod pecunia fuerit expresse data, vt errogaretur in refectione, & conseruatione rei, de cuius exequutione, & prælatione agitur. Secundò, quod pecunia realiter fuerit errogata in refectione, & conseruatione rei, ad quam conseruandam, & reficiendam dictum fuit dari. Tertiò, quod res refecta conseruata existat, *Ias. in l. creditor, ff. si cert. pet. num.* 2. addendo, quod si quis simpliciter mutuasset pecuniam, licèt recipiens illas, consumat in refectione, vel conseruatione alicuius rei, mutuantem, non gaudere priuilegio prælationis, & consequenter nec retardationis, nec reuocationis exequutionis, idem censuit *Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib caus. pign. tacit. cont. n.* 6. *& in l. si ventri, §. diuus, ff. de priuil. credit. num.* 2. *& seq.* addendo hanc prælationem eatenus dari, quatenus existant refecta, secus si ædificium sit colapsum, & quatenus fuit expensum in necessarijs, & cessare
4 † prælationem, si pecunia fuit expensa in ornamentis, & voluptuarijs rei, qualia sunt picturę, incrustationes, & similia, *Cassan. sequẽdo Ias. in suo Catal. Glor Mundi, par.* 12. *considerat.* 99: *col.* 4. sublimitando
5 † in ea rata, quæ fuit mutuata vltra eam, quam non ferebat necessitas refectionis, vt dixerat *Ias. in l. creditor, num.* 3. *in fin. & nunc Surd. cons.* 324. *num.* 17. *Gail. obser.* 12. *lib.* 2. *nu.* 4. *in princ. sequendo Bart. & Zas.*

in d.l. creditor, & obseruat. 25. eodem lib. 2. num. 8. requiri etiam, vt res refecta spe-
6 tialiter obligetur, † quod non credo verum, quia id, *l. interdum* non exprimitur, & non esset agendum de tacita hypotheca intellecta à lege, sed de expressa ab homine, *Neguſ. de pignorib par. 5. memb. 2. num. 15. in fin. verſ. & iſta prima fallentia*, referens hæc omnia requisita ad limitandam, *d. l. interdum, ff. qui potior. in pignor. Gutierz. ſequendo Caſan. pract. quæst. 98. num. 1. & 2. Rebuf. ad conſtit. Galliæ, de conſtit. reddit. gloſ. 8. num 4. 18. & ſeq. Grat. idem repetens diſcept. 25. num. 23. & ſeq.*

7 Exempla † refectionis, vel conseruationis rei erunt, si pecunia fuit consumpta in reficienda domo ruinam minante, vel in alendis nautis, reficienda, vel armanda naui, auertenda corrusione fluminis, & similibus, *l. interdum, ff. qui potior. in pign. haben. Caſſan. in Catalog. glor. mund par. 12. conſiderat. 99. col. 5. verſ. 3. Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 15. in princ. & verſ. & vltra*, addendo idem dici de expensis pro
8 † custodia rerum, vel illarum naulo, vectura, pensione domus, vbi res erat reposita, repetendo in *verſic. Item extenditur*, quæ dixi supra de refectione domus, *Mātic. de tacit. lib. 11. tit. 23. nu. 1. & ſeq.* vbi refert eadem exempla, & alia similia, *Paſc. de Patr. poteſt. par. 4. cap. 6. nu. 67.* asserens idem dicendum de eo, qui vendidit Pascua bouum, & pecudum, relato *Surd. de alim. lib. 1. q. 70. in final. verbis diſſentiente*, quem sequitur *Gratian. diſcept. 25. num. 21.*
9 *in fin. addendo num. 22.* ad effectum, † vt isto casu competat prælatio, requiri, vt expresse vendantur Pascua pro animalibus N. secus, si simpliciter vendantur non expressa causa, & idem dicendum de fœno vendito, *Ripa in l. ſi ventri, §. diuus, ff. de priuil. credit. num. 1.* exemplificans, si mandante domino, pecunia sit soluta fabris reficientibus custodibus. Idem de dante
10 † res ad refectionem necessarias, veluti si dentur ligna, lateres, Calx, & similia ad refectionem domus, trabes, tabulæ pro naui, vel molendino, vt tacite, dixit *Peregrin. de fideicom. artic. 50. num. 34.*

11 Ampl. etiam, † si ageretur non solùm de exequutione facta instante creditore, habente hypothecam tacitam generalem anteriorem, sed etiam de habente spetialem expressam, & anteriorem, *Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 15. in princ. id probans arg. l. licet, C. qui potior. in pign. hab. Iaſ. in l. creditor, ff. ſi cert. pet. num. 1.*

12 Ampl. vt in concursu † creditorum, qui pecunias dederũt in causam refectionis, vel conseruationis rei captæ in exequutione, præferatur is, qui gratis illas mutuauit, etiam quod sit posterior eo, qui sub tenore dedit, vt puta mediante annui census emptione, iuxta Bullam fel. record. Pij V. vel ad societatem officij, quod genus contractus est frequens in Vrbe, & dominio ecclesiastico, *l. ſi hominem, §. quoties, ff. depoſit. per quem textum ita firmat Bald. in l. fin. Cod. depoſit. num. 9. quem ſequitur Ripa in l. Senatus conſulta, ff. in quib. cauſ. pign. tacit. cont. num. 8. addendo num. 9.* hoc esse notandum ab his, qui concurrunt cum vsurarijs, & argentarijs, *& in l. ſi ventri, §. in bonis, ff. de priuil. credit. num. 9.*

13 Ampl. etiam, † si res esset ecclesiastica, vel grauata fideicommisso, vel alteri hypothecata, *Peregrin. de fideicomm. art. 50. num. 34.*

14 Ampl. etiam, † vbi de datione pecuniarum constaret tantùm ex confessione recipientis ad effectum reficiendi, vel cõseruandi. Si tamen concurrant, quæ retuli supra *verſ. intelligas, Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 27.* addendo, quod in concursu creditoris, de cuius mutuo realiter constet ex numeratione, præferatur ei, de cuius mutuo tantùm constet per confessionem recipientis.

15 Ampl. præsertim, † vbi agitur de re sita in prouintia, in qua data est pecunia ad illam reficiendam, vel conseruandam, nam si cõcurrat creditor, qui in alia prouintia dedit pecuniam ad eumdem effectum, quamuis sit anterior, postponitur tamen, vt latè probat *l. procuratoris, § ſi plures, ff. de tributor. vbi Angel. & Caſt. vterque, num. 1. Decian. conſ. 107. & prima, num. 29. lib. 2.* vbi id late probat, & refert idem fuisse dictum *ab Alberic. & alijs.*

Contrariũ voluit, & defendit aduersus *Caſt. & Decian. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 23. num. 32. & ſeq.*

16 Limit. vbi res † refecta, & conseruata alie-

alienis pecunijs esset hæretici, nam qui illas dedit in alteram harum causarum, non gauderet prælatione, & consequenter nec posset exequutionem remorari, vel reuocare arg. *auth item priuilegium*, C. *de haeretic. Ias. l. creditor. ff si cert. pet. nu.* 4. *Rip. l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tac.*
17 *cont. num.* 9. *vers. sexto*, sublimitando † si hæresim abiurauerit, *Neguſ. de pignorib. par.* 5. *memb.* 2. *num.* 15. *in fin. relato Abb. in cap. Quia gaudemus, de diuort. & sequendo Ias. in d. l. creditor, Cassan. in Catalog. gloria mund. par.* 12. *considerat.* 97. *col.* 5 *in princ. Gut tierz. pract. quaest. lib.* 5. *quaest.* 98. *nu.* 2.
18 Limit. respectu eorum, † quæ accessoriè fuerunt conuenta in datione pecuniarum pro refectione, vel conseruatione, vt puta, si pęna fuit promissa, vbi pecunia non fuerit consumpta in refectione, vel conseruatione, *Ias. l. creditor, ff. si cert. pet. num.* 3 *in princ. Rip. l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num.* 9. *in fin. vers. vltimo*, vel sit debitum interesse pecuniarum expensarum in causa refectionis, vt puta si ex illis creatus fuit census, vel societas officij, nam quoad fructus cessat potioritas, vt ex *Ripa in l. si ventri, §. diuus, ff. de priuil. credit. voluit Franc. à Pont. decis.* 34. *nu.* 30. *Pascal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 66. *in fin.*
19 Limit. aduersus creditorem † priuilegiatum, qui haberet spetialem inter personales actiones, iuxta totum titulum, *ff. & C. de priuileg. credit. glos. & Sal. in l. interdum, ff. qui pot. in pign. hab.* sequitur, & refert *Neguſ. de pignor. par.* 5. *memb.* 2. *n.* 15. *circa princ. vers. ita tenet glos.*
20 Limit. in concursu † vxoris pro sua dote, vigore tacitæ hypothecæ priuilegiatæ, *iuxta l. assiduis, C. qui potior in pign. hab.* vt late disputando contra *Cyn.* aliud sentientem, *in auth. quo iure, C. qui potior in pign.* quem sequitur, & comprobat *Neguſ. relato Bald. Nouel. dissentiente de pign. par.* 5. *membr.* 2. *num.* 16. *Ripa in l. senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num.* 9. addendo hanc limitationem non extendendam ad alios casus, in quibus creditor tacitam habeat hypothecam, *glos. l. quod quis* 18. *ff. de priuileg. credit.* ampliando etiā quod pecunia fuisset data pro refectione, vel conseruatione nauis, si agitur actione personali *Bursat. cons.* 56 *nu.* 13 *in fin. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 7. ampliando etiam, quod mutuans pecuniam esset pactus, vt conseruata, & refecta essent sibi hypothecata, nisi tamen mulier sit posterior.
21 Limit. concurrente fisco, † siue cum illo fuerit contractum ante, siue post refectionem, & agatur actione personali, *glos. fin. in l. quod quis, ff. de priuil. credit.*
22 Limit. vbi pecuniæ consumptæ † in refectione, vel conseruatione rei, datæ fuerunt sub vsuris, *l. si ventri, §. in bonis, ff. de priuileg. credit.* per quem textum ita firmat *Bart. in l. quod quis* 18. *ff. eod.* quem sequitur, reprobato *Dec. aliud sentiente, Ripa in l. Senatus consulto, ff. in quib. caus. pign. tacit. cont. num.* 7.
23 Quomodo autem probetur † pecuniam mutuatam fuisse cōsumptam in refectione, vel conseruatione rei, vltra modos relatos supra *§. proximo, & praecedenti, vers. bis absolutis, & hoc §. vers. exempla refectionis*, dicas præterea probari. Pri-
24 mò, si fiat instrumentum † in præsentia plurium testium super statu rei, & necessaria reparatione illius, & deinde fiat aliud super mutuo, ad effectum reparandi, *Papiens. in form. in action. hypot. §. cum eadem obligat. num.* 10. disputando an sufficiat sola assertio recipientis pecunias, addendo
25 etiam probari, † si probetur, domum eguisse reparatione, & nunc esse reparatam, *Natta cons.* 547. *vigente, num.* 21. *in fin.* asserens idem dici de mutuo facto prępositio nauis ad illam reficiendam, addendo *num.* 22. idem dici, si dubitetur, an pecunia fuerit in rem alicuius versa, vbi probatur, versionem fuisse necessariam, vel vtilem, & ostenditur necessitati fuisse occursum, & rem factam vtiliorem, sequitur *Nattam Surd. de Aliment. tit.* 8. *priuil.* 35. *num* 11. *in fin.* si verò pecunia data
26 fuerit † prelato, vel syndico ciuitatis, quomodo probetur versio in vtilitatem ciuitatis, videndi sunt *Papiens. in form. libel. action hypot. §. & cum eadem, num.* 11. *Surd. d. priuileg.* 35 *num.* 9. *& seq.*

An autem, quæ sunt dicta de refectio-
27 ne, † & conseruatione, sint etiam dicenda in noua constructione, videndi sunt *Castil. Quotidian. Controuers. lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 5.

&

& *Rauebar. quaest.* 5. *lib.* 1. *num.* 17. & *seq.*
28 vbi præterea inquirit† de ratione tacitæ hypothecæ, quæ est concessa mutuanti pecunias, quæ fuerint consumptæ in refe-ctione nauis, quæ negatur mutuata in refectionem domus, vel alterius rei, nisi mutuum expresse fuerit factum in ea causa, *Ripa in l. Senatus consulto*, *ff. in quibus caus. pignus tacit. cont. num.* 10.

29 Limit. vbi non† constat pecuniam fuisse mutuatam in causam refectionis, & in refectione consumptam, *Thesaur. q.* 71. *melioration. lib.* 1. *num.* 6. *vers. Caterum.*

CAPVT VIII.

SVMMARIVM.

Melioramenta, & expensæ sunt synonima 1.

Melioramentorum exceptione retardatur rei iudicatæ exequutio 2. & *quare* 3. 4. *Intellige probato statu antiquo rei melioratæ, & quomodo probetur is status* 5. *Ampl.* 6. 7. 8. 10. 11. 12. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 92. 93. *Lim.* 33. 34. 35. 44. 50. 57. 84. 94. 95. 96. 97. 98. 100. 101. 103. 105. 109. 110. 111. 113. 114. 115. 120. 122. 124. 127. 128. 130. 132. 133. 134. 135. 136. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 162. 164. 165. 167. 168. *Limit.* 169. 170. 172. 173. 175. 176. *Sublim.* 9. 35. 36. 50. 57. 84. 99. 102. 116. 117. 126. 134. 137. 144. 161. 163. 171.

Vxori donata, acquiruntur viro 24. *disting.* 25.

Fœudi melioramenta sunt hæreditaria, & transeunt ad omne genus hæredum 13. 14.

Emphiteusis melioramenta sunt hæreditaria, & transeunt ad omne genus hæredum 13. 14. *ratione melioramentorum transit ad omne genus hæredum* 15.

Fieri à me, & ab alio, sed mea contemplatione sunt paria 23.

L. sumptus, ff. de rei vendieat. declaratur 43. 104.

Melioramenta perpetua quæ dicantur 51. *An præsumantur facta ab eo, qui de illis excipit.* 91.

Melioramenta qualiter æstimentur 60. *in fin. An præsumantur facta ab excipiente de illis* 91.

L. emptor, ff. de rei vendic. declaratur 104.

Mora vbi est allatura periculum, ordo est, non seruare ordinem. 106.

Sententia, quando valida sine relatione exequutionis citationis 107. *Ampl.* 108.

Ioseph. Ludouic. reprobatur. 112. *in fin.*

Expensæ custodiæ arcis, quando repetendæ 117.

Expensæ seu melioramenta, quo tempore sunt æstimandæ. 116. 118.

Clausula refectis melioramentis, quando nihil operetur 125.

Retentio cessat, vbi datur spetialis actio pro re retenta 149. 153.

Melioramenta, quæ dicantur facta colligendorum fructuum causa 153.

Taxatiua censetur inesse quantitati dispositiue prolatæ 16?.

Retinens rem melioratam, an faciat fructus suos 174.

Fructus rei melioratæ, donec retinetur à meliorante, ad quem spectent 175.

1 Refectioni, & conseruationi rei, proxima est causa eius, qui melioramenta, seu† expensas, quæ in casu nostro sunt synonima, *teste Bart. in l. in fundo, ff. de rei vendicat. num.* 4. fecit in re, quam victor capi vult in causam iudicati, & quia latum ingredior scribendi campum, cum à nostris integra fuerint scripta melioramentorum, & expensarũ volumina, vbi Paulus I.C. *in l. impensæ* 79. *ff. de verb. signif.* paucis totam hanc materiam absoluerat, latius, quę sub compẽdio idem dixit, prosequendo, & contrahendo, quæ effuso sermone, & multiplicatis capitibus scripsere nostri, referam hoc *Cap.* & §§. *sequentibus*, quando exceptione melioramẽtorum retardetur exequutio rei iudicatæ, in re facta meliori, expensis excipientis, vel illius auctoris, additis aliquibus emergentibus ex eadem exceptione natis, sine quorum examine non potest haberi perfecta cognitio effectuũ, & virium huius exceptionis. Constituam ita-

itaque regulam in hac exceptione, & il-
lam per ampliationes, & limitationes exa-
minabo. Sed quia sub eadem regula con-
tinentur casus, qui latum requirunt exa-
men, & quorum resolutio est controuer-
sa, quod minime fieri potest sine, vel con-
fusione, vel tædio legentium, simul cum
examine regulæ continuato, §§. ordine,
& numero, indicatis casibus controuer-
sis in regula, subdam illorum examen, &
resolutionem, & hac methodo euitabo
confusionem, quam aliqui notarunt in
Gabriel. Ioseph. Ludou. Card. Tusc. &
alijs, qui de iuris prudentia sunt meriti,
scriptis practicis conclusionibus, vel com-
munibus opinionibus.

Regula itaque sit, quod conuento, &
condemnato reo ad dimissionem fundi
2 rustici, vel vrbani † retardatur sententiæ
exequutio, si excipiatur de melioramen-
tis factis in re dimittenda, *glos. l. in fundo,
ff. de rei vendicat. Gozad. asserens Cast. idẽ
sæpe consuluisse cons. 86. videtur, num. 25. in
fin. Ripa l. vbi pure, §. fin. ff. ad trebel. nu. 3.
Boer. decis. 14. num. 9. 15. & seq. Rol. à Val.
cons. 28. lib. 1. num. 1. & seq. Benintend. de-
cis. 77. capta, num. 1. Lancellot. de attentat.
par. 3. cap 24. quæst. 29. num. 8. asserens Ro-
tam Rom ita sæpe iudicasse, Menoc. de re-
cuper. possess. Remd. 15. nu. 569. vers. contra-
rium, Capic. decis. 17. nu. 7. Decian. cons. 18.
num. 34. & 35. & cons. 29. lib. 2. nu. 5.* con-
cludens generaliter dari retentionem,
vbi sunt reficienda melioramenta, dum
prius *num. 1. & seq.* & retulisset iustitiam
3 † huius exceptionis, *& num. 19.* addit ra-
tionem, *& decis. 151. num. 2. Gabriel. cons. 29.
circa, lib 1. num. 5. Surd. de al ment. tit. 8.
priuileg. 62. nu. 4. & seq.* vbi pluribus com-
probat hoc assumptum, *Rota in recent.
decis. 161. num. 1. part. 2. Surd. cons. 183. num. 1.
Pacific. de Saluian. interd. inspect. 2. cap. 2.
num. 204. & seq. Petra de fideicom. quæst. 15.
num. 307. vers. & quod, Menoch cons. 454.
num. 3. Scrader. de feud. 2. par. 9. part. princ.
4 sect. 2. nu. 33.* & ratio † est, quia per illam
non impugnatur sententia, nec in meritis,
nec in ordine iudicij, sed potius ex ea illa
probatur, addita qualitate, quod excipiens
habeat in re, de qua fuit iudicatum, ius,
*Benintend. decis. 77. num. 1. & seq. Magon.
decis. Lucens. n. 7. Vincent. de Franc. decis. 112
num. 1. Lanfranc. in praxi cap. 8. nu. 87. circa
fin. Neguf. de pignor. 4. memb. 5. par. num. 8.*

5 Intellige, vbi simul † cum melioramẽ-
tis excipitur, & probatur status antiquus
rei, antequam facta fuerint melioramen-
ta, *Serafin. decis. 652. num. 3. & decis. 898.
num 6. & decis. 1453. num. 5. Rota diuersor.
decis. 356. par. 2. num. 3. in recent.* vbi præ-
terea subdit, quomodo is status probetur,
Peregrin. cons. 3. lib. 3. num. 38. & seq.

7 Meloramentorum † nomine quid cõ-
prehendatur, *Franc. Molin. tract. de ritu
nuptiar. lib. 3. quæst. 71. num. 27. & seq. plur.
& quæst. 72. num. 5. Peregrin. de fideicom.
art. 50. cap. de impensis, num. 50.*

6 Ampl. etiam, † vbi melioramenta sunt
illiquida, seu de illis constat in genere tan-
tùm, *vt dixi infra §. 31.*

8 Ampl. etiam, † si ageretur de exequutio-
ne sentẽtiæ latæ in causa attentatorũ, nam
quamuis regulariter illa sint purgãda, an-
tequam reus audiatur, *cap. non solùm de
appel. in sext. Cardin. Mantic. decis. 345. n. 1.
& seq.* si tamen dum contenditur, an qui
missus fuit in possessionem, esset appella-
tione pendente immittendus, fecerit in
re melioramenta, non potest expelli pri-
uilegio attentatorum, nisi sibi reficiantur
melioramenta, *Lancellot. de attentat par. 3.
cap. 24. quæst. 29. nu. 5. vsque in fin.* adden-
do præsertim, si melioramẽta fuerint vti-
lia, vel necessaria, & facta à bonæ fidei pos-
sessore, *Maresc. resolut. 112. illud, num. 19.
in fin. & dixi §. 4. Ampl. 17. Caroc. de locat.
par. 4. de expensis, n. 30.* obstant dicta infra
§. 7. nu. 8. & 9. sed ex dictis ibi poteris con-
ciliare.

9 Ampl. etiam, † vbi de melioramentis
excipitur aduersus exequutionem senten-
tiæ latæ in iudicio attentatorum, nam
quamuis illa regulariter sint purgãda, an-
tequam reus audiatur, *cap. non solùm de
appellat. in sexto;*

10 Ampl. etiam si † agatur de exequutione
sententiæ, seu decreto facto in vim obli-
gationis Cameralis, vel Guarentigiæ, vel
alterius pacti exequutiui, ex contrahen-
tium conuentione, vel quia iura, quibus
actum, & pronuntiatum fuit, habeant ex
Statuto, vel Lege prouintiæ, contra di-
spositionem iuris communis, paratã exe-
quutionem, *Lancellot. de attentat. par. 3.
cap. 24.*

cap.24.quaest.29.n.10.Bursat.cons.60.n.31. Gallesf.de obligat.cameral.q.18.nu.12. Scaccia de appellat.quaest.17.limit.6. membr. 4. num.65.

Ampliando etiam si is, qui petit exequutionem, offerret cautionem de soluendo, vbi fuerint liquidata, referens *Rotam* aliud sentire, *Marescot.resolut.112. illud, n.19. Tusc.concl.182.melioramenta, num.26. Caroc.de locat.par.4. de expensis, num.16.& seq.* idem affirmans de guarantigiato instrumento.

11 Intelligas tamen, † vbi is, qui isto casu excipit de melioramentis, non erat obligatus in forma Cam. seu non erat debitor quantitatis contentæ in sententia, secus si idem excipiens, esset debitor, nam fiet exequutio etiam in melioramentis, tamquam in re debitoris obligata.

12 Ampl. etiam, † si agatur de exequutione sententiæ latæ contra emptorem ad fauorem eius, qui rem vendiderat, cum reseruatione dominij, donec fuisset de integro pretio satisfactus, nam si deficiente emptore in solutione, vellit venditor associari ad possessionem rei venditæ, retardabitur exequutio super associatione, excipiente emptore de melioramentis, *Vinc. de Franc.decis.506. Franciscus, n.19. & seq.* addendo in illis præferri creditores anteriores, si cum venditore concurrant, cautus itaque causarum patronus omissa associatione, agẽdo actione personali, capi & distrahi curabit rem venditã cum meliorament is.

13 Ampl. etiam, si in sententia non sit reseruatum ius retentionis ratione melioramentorum, de quibus fuerat in processu causæ exceptum, vel lata sententia, exceptum, *Host. in Summ.de except.§.Quando, & qualiter, vers.item est forte, Alberic. in l.1.col.3. vers. item exceptio, C. de iur.& fact.ignor. cum alijs cumulatis à Rol.à Val. cons.28. Quoniam, lib.1.num.3. Valas.de iur.emphit.quaest.25.nu.22.in fin. vbi plures refert Pacific. de Saluian. interdict. inspect.2.cap.2.num.180. & 206. Scrader. de feud.2.part.9.par.section.2 num.33.* qui loquitur de feudo, quod sine facto, & culpa vasalli erat domino deuolutum, & melioratum, *Rimin.Iun. cons.411 Cum.D.nu.6. Tiraquel.de retract.conuent.§.7.glos.1.n.14 Rosental.de feud.cap.10.conclus.43.nu.141. vers Ac Iudex, Neguf.de pignor.4.memb.5. par.num.10.in princ.* quem sequitur *Rota Lucens. diuersor. decis. 82. in nomine, in princ. Trentacinq.var. resol.lib.3. resol. 1. col.4. vers. Hæc conclusio, & col.5.vers.secundus*, ampliat etiamsi melioramenta nõ essent liquida, & offereretur cautio de illis soluendis facta liquidatione.

14 Ampl. etiam, † quod excipiatur de melioramentis ab hærede meliorantis, qui esset incapax rei melioratæ, veluti si emphiteusi finita, vel feudo deuoluto extinctis masculis, fęmina, vel extraneus, vel non comprehensus in inuestitura, hæres vltimi defuncti emphiteotæ, vel vasalli, excipiat de melioramentis factis ab illius auctore mediato, vel immediato, *Dec. testans de communi cons.518. viso instrumento, nu.2.* quem sequitur *Clar.§.emphiteusis, quaest.45.num.2. Bero. quaest.19. num.3.* eam afferens rationem, quia me-

15 lioramenta † feudi, vel emphiteusis sunt quid hæreditarium, & ad omne genus hęredum transitorium, addendo prælatos volentes tali casu excludere hæredes emphiteotæ fructu suorum laborum, & industriæ, dici auaros, & rapacissimos, *Afflict. loquens de hærede*, Prælati, qui bona Ecclesiæ meliorauit, *ins.§. si vassallus, hic finit lex, num.5. & 6. vers. & scias, Abb. loquens de eodem casu in cap. de multa, de præbend.num.14.Tuscus conclus.179.melioramenta, nu.20. & seq.Boer.decis.44.n.14. vers. & idem Carroc.de locat par.1.de expensis, num.12.* concludens ius excipien-

16 di † de melioramentis transire ad omne genus hæredum, *Gamma decis.22.in causa*, vbi refert ita fuisse iudicatum, *Rol. à Val.cons.28. Quoniam, lib.1.nu.28.& seq. Valas. de iur.emphit.quaest.25.nu.10.vers. quarto, & num.19. vers.vnde non sit de iu-*

17 *re*, & emphiteusim † ratione melioramẽtorum transire contra naturam illi datam à lege, *dixi de laudemio, lib.3. q.29. art.2. §.3. limit.1.* & in his terminis, *Bero.q.20. in princ.Cuman.cons.57.nu.5.in fin.versic. quibus, Decian.cons.29.lib.2. num.5. circa med.Scrad.de feud.2.par.9.par.sect.2.nu.51. & dixi infra.§.17.in ampl.Duran.dec.338. fuit, num.4.in princ. vbi de communi.*

18 Contrarium, † quod finita emphiteusi, Ec-

Ecclesiæ, non concedatur retentio extraneo hæredi emphiteotæ, ratione melioramentorum, voluit *Florian. de S. Petro in l. sed & si quid, de vsufruct. num. 4. & seq.* respondendo obiecto, quod Ecclesia locupletetur, isto casu, cum alterius iactura, cum illa sit mater, & cultrix iustitiæ, & dicam infra, *§ seq. ampl. 3. & §. 2. ampliat. 4.*

18 Ampl. vt ius † excipiendi de melioramentis, transeant etiam ad singularē successorem eius, qui fecit melioramenta, *l. in hoc iudicium, §. impendia, vers. sed si is à me, ff. commun. diuid. & dixi infra §. 37.*

19 Ampl. etiam quod † melioramenta facta deinde perierint, absque facto, & culpa eius, qui illa fecerat, *l. sed an vltro, §. 1. ff. de negot. gest. l. si necessarias, ff. de pignor. act. per quæ iura ita firmat Cuman. & post illum Alex. in l. domos, ff. de legat. 1. num. 1. vers. sed bene, & dixi late infra §. 35. & seq.*

Si autem res meliorata tota perierit, an sit aliquo modo consultum indemnitati eius, qui fecit melioramenta, dixi infra §. 36.

20 Ampl. etiam, † si agatur de exequutione sententiæ, quæ lata fuerit, ne dum in petitorio, sed etiam in possessorio, *Capic. decis. 17. in causa reuerend. num. 7. motus, l. si in area, ff. de cond. indeb. l. Paulus, ff. de doli except. l. qua ratione, §. habet, ff. de acquir. rerum domin. Statil. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 229. in fin.* concludens retardari exequutionem latam in Saluiano, *Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. num. 499. & seq.* concludens per modum regulæ impediri exequutionem sententiæ latæ in vim canonis redintegrāda 3. q. 1. *Scrader de feud. 2. par. 9. par. sect. 2. num. 48. Marescot. resolut. 112. illud, par. 2.* qui loquitur si actum fuit spolio, *Caroc. loquens de sententia ex remedio, l. si quis conductionis, Clocat. tract. locat. par. 4. de expens. nu. 15. Resental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 120. Mangil. de euiction. q. 154. num. 12.*

Contrarium tenet *Neuizan. cons. 78. nu. 46.* sed illum male sensisse asserit *Serader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 48. in fin. relati à Molign. de retentione, q. 351.*

21 Ampl. præsertim, † vbi in sententia inest clausula, refectis victo, seu condemnato melioramentis, *Castr. cons. 270. viso puncto, lib. 2. num. 3. vers. Breuiter, quem sequuntur Neguz. de pign. 4. memb. 5. par. n. 10. vers. tertia conclusio,* eam afferens rationem, quia sententia est conditionalis, & adimplenda in forma specifica, & ideò negandam exequutionem, etiam quod offeratur cautio, *late Valas. sequendo Castr. dicto cons. 270. de iur. emph. quæst. 25. n. 23. Rota diuers. decis. 151. par. 2. num. 3.* addendo idem dicendum, si pacto sit addita talis refectio, *& decis. 3. par. 1. num. 4. Benintend. decis. 77. num. 11. Rota diuers. decis. 3. dixeruut, par. 1. in recent. nu. 3. & seq.* addendo exequutionem secus factam, esse nullā, & eiecto à naturali possessione dandum esse mandatum de manutenendo, & procedere etiam, quod melioramenta nō essent liquida, *Cardin. Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 28.* vbi plures consentiētes, per relatam rationem ex vi conditionis, refert, *Petra de fideic. quæst. 15. nu. 311.* asserens idem dicendum, quamuis conditionaliter, quis non sit condemnatus ad solutionem melioramentorum, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 82.* præsertim, si dictum fuit solutis prius melioramentis, addendo ita practicasse etiam oblata cautione, *Fusar. de fideicom. quæst. 672. nu. 22. & seq. Amat. resolut. 14. nu. 51.* addendo procedere etiam, quod lapsus esset terminus ad liquidandum, & offereretur Cautio, *Benintend. decis. 77. num. 5.* addendo non sufficere, si offeratur cautio, *& num. 11.*

22 Ampl. etiam, vbi melioramenta sunt facta ab auctore ipsius condemnati ad rei restitutionem, seu possessoris rei, quamquis capere vult in exequutionem rei iudicatæ, *Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 567. Hondad. cons. 85. sententia, n. 41. in fin.* concludens non sufficere, quod quis excipiat de melioramentis, nisi probet ipsum, vel auctorem suum meliorasse, *Clar. §. emphiteusis, q. 45. Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 3. Surd. cons. 183. proposita, num. 15. & seq. vers. secundo, Serader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 30. & 38.* Concludens aperto feudo sine facto & culpa vassalli, licere illius hæredi retinere feudum, donec melioramenta in illo facta à defuncto, qui illum hæredem instituit, reficiantur vsque ab obolum, vbi

illa sunt liquida, vel possunt liquidari in incontinenti, etiam quod offeratur cautio de illis soluendis facta liquidatione §. 105. *Rosental.de feud.cap.10.concl.43.n.37. & sequen.* qui loquitur de melioramentis factis ab auctore vltimi deficientis vasfalli, sine prole, idem repetens, *num.* 166. *Trentacinq.resol.1.de pign.col.5.vers.Hæc conclusio,lib.3.* addendo transire ius istud retentionis etiam sine cessione.

23 Ampl. etiam, † vbi melioramenta non sunt facta abipso excipiente, sed ab alio excipientis nomine, vel illius cōtemplatione, seu gratia, vel ab eo cui ille successit, *l. idemq. in fin. & l.seq.ff. mandat. l.sed & si plures, §. in arrogato, ff.de vulgar. Menoc. de recup.possess.remed.15. num.* 509. *Molin. de contract. disput.463. de melioramentis, num.4.in fin.Fussar.de fideicommis. q.669. melioramenta, num. 3. Rosental. de feud. cap.10.conclus.43 num.40. & seq.* pluribus

24 paria † enim sunt, quid à me fieri, vel ab alio, sed mei contemplatione, ad effectum, vt quæ sunt facta mihi acquirantur, vt in terminis nostris concludit, *Pacific.de Saluian.inspect.2.cap.2.nu.223. Carroc. de locat.par.4 de expensis, num.32. & seq.Peregrin.cons.3.lib.3 num.35.& sequent.* qui loquitur de melioramentis factis in feudo ab amico, vel consanguineo vasfalli, vel à subditis illius, addendo idem dici, si fuerint illa donata, vel cessa, & comprobari potest hæc extensio, ex his quæ dicuntur de donatis † vxori, quæ viro acquiruntur, nisi donans aliud voluerit, & expresse, vt respondit *Rol. à Val, cons.10.circa, lib. 1. num.10. & seq.* & latius hoc examinant, *Iaf.in l.sed si plures, §.ad substitutos, ff.de vulgar.num.8. Clar.§.donatio, quæst.10.Serafin.decis.1108. domini, num.6. Thesaur. quæst.15.in hac.lib.3.* & ego in meis collectaneis, *ad l.Quintus, ff.de donat.int.vir.*

26 *& vxor,* † distinguebam, quod aut donatio fit à consanguineis mariti, & donata sunt mariti, aut à consanguineis vxoris, & soluto matrimonio extent, quod sint vxoris, vel quod aut donata conueniunt vxori tantùm, vt puta vnguentaria, specula, acus, & similia, & sunt vxoris, aut conueniunt marito tantùm, vel marito, & vxori simul, & ratione dignioris personæ, quia maius lumen extinguit minus, erunt talia donaria mariti, *Bartol. d. §. in arrogato, Iaf. in l.vt liberis,* C.de collat.n.17. *Barbat.de præstant. Cardin.par.1.quæst.3. num.11. & dixi infra §.7.ampliat.18. & limit.10.*

27 Ampl. etiam, † si agatur de exequutione sententiæ, quæ ex quouis capite transierit in iudicatum, *Valas. de iur. emphit. quæst.25.num.22.circa med.* & ratione rei iudicatæ, relaxatæ fuerint exequutoriales, *Molin.de contract.lib. disput.463. de melioramentis, num.17. vers. Qua etiam ratione,* etiam quod exequutoriales fuerint penes acta exequutoris reproductæ, & seruati sint quatuor termini substantiales, pro illarum exequutione, *Rot. diuers. in recent.decis.3.dixerunt, par.1.n.6.*

28 Ampl. etiam, † si melioramenta facta fuerint in re minoris, & pro illo lata sit senten. restitut. rei melioratę, *l.intra vtile, §.final.ff.de minor.Curt.Iun.consil.6.in fin. Menoc.de recup.possess.remed.15. nu.513. & 520.Afflict.decis.87.n.6. & seq.* addendo neque melioramenta esse compensanda cum fructibus pro rata pretij soluti, nec melioramentorum, etiam quod res minoris fuisset nulliter alienata, sed probabiliter poterat credi alienationem esse validam.

29 Contrarium † voluit, *Card. Tusc. conclus.182. melioramenta, num.* 20. vbi res minoris fuit nulliter alienata, & ab acquirente meliorata, sed quia hoc ille firmat auctoritate, *Alex.Natt. Curt. Iun. qui id non dicunt in meo Codice,* cogitandum de veritate opinionis ipsius, quæ tamen saluari potest, si melioramenta sint necessaria, secus si vtilia tantùm, quia tunc compensantur cum fructibus, qui supersunt, vt refert decisum fuisse *à Senatu Parisiensi. Papon.Arret.14.lib.18.tit.4.& refert Tepat, de impens.conclus.272.cap.2.*

30 Ampl. etiã, † quod melioramenta facta fuerint in re Ecclesiæ, perperam distracta, vel locata, *Boer.decis.44.n.14. in princ. Serafin.decis.1490.num.11. abb.in cap.1.de restit. in integr.num.2. Marta digest.to.4. titul.meliorationes, cap.15. & dixi infra §.11.ampl.4.§.7. ampliat. septima, & §. 14. ampliat. tertia.*

Contrarium tenent, *Aret. in §. Marcellus,* quem legit, *eum l.catera, ff. de legat.1. in fin, Canonistæ in cap. si quis sacerdotum,*

dotum, de rebus eccles. non alien. Gramat. decis.79.num.8. & dixi infra §.2. vers.contrarium, num.14.

31 Ampl. præsertim, † si melioramenta sunt necessaria, *l.1. & 2. l.impensæ necessariæ, ff. de impens. in reb. dotal. fact. vbi Bart. & reliqui, l. impensæ, ff. de verb signif. vbi Alciat. in princ. l.qua ratione, ff de acq. rerum domin. Menoc. de recup. possess. remed.15. num.500. & seq. Peregrin. de fideicom. art.50. num. 8. & seq. Bossius tractat. de princip. num.31. vers. ex omnibus, Serafin. decis.898. num.5.* sed quia extensio ista latius requirit examen, ideò videnda, quæ dixi infra *§.9. & seq. Molin. de contract. disput.463. num.5. vers. sumptus præterea.*

32 Ampl. etiam, † quod melioramenta sint tantùm vtilia fundo, in quo sunt facta, vt dicam infra, §.4.

33 Ampl. etiam † in melioramentis factis in castro, vel arce aliqua, ne dum ædificando, vel reficiendo, sed etiam illam custodiendo, vel è manibus hostium recuperando, vel conseruando, *Bald. consil.303 ad euident. am, lib.1. num.2. Io. de Anan. cons.32. vltra, num.10. vers. item aduertendum, & nu.15. Alex ad Bart. in l. interdum, ff. qui potior. in pign. hab. in princ. vers. Nota istos casus, Bellon. cons.10. nu.2. Bossius tract. de princip. num.31. vers. disputatur tamen, Ruin. cons.100. Narratur lib.4 num.6. circa fin. Natta cons. 536. Memor. num.9. Scrader. de feud.2. par.9. par. sect.2. num.22. Cardin. Tusc. conclus.182. melioramenta, num 59.* concludentes dari arcis

34 † retentionem, donec expensæ, seu relata melioramenta fuerint refecta, modo non sint excessiua arbitrio boni viri, vt inquit, *Bald. d. cons.303. lib. 1. Pacific. de Saluian. interdict. inspect.2. cap.2. nu.225. Scrader. de feud.2. par.9. par. num. 21. versic. quarto*, addendo *ex Barbat. cons.46. lib.4. num.1. & seq.* tales impensas reficiendas esse, quamuis illud ab hostibus fuerit occupatum armis, & vi, *& num. 22. & seq.* loquitur de expensis factis in illius recuperatione ab hostibus, *Natta cons. 536.*

35 *memor. nu.11* qui præterea † limitat hanc extensionem, si expensæ fuerunt super abundantes, vel excessiuæ, addendo, *n.10. & seq. plurib.* idem dici, si fiant in custodia agri, vel fructuum, *Menoc. præsumpt. 32. est, lib.3. num.12. Amatus resol.14. n.27.* exemplum referens, si quis faciat expensas in munitionibus, emendo machinas

36 bellicas, & similia. Limitando, † si fuit expensum causâ custodiæ temporalis, *Decian. cons.29. circa, lib.2. num.1. & seq. plurib.* addendo consuetudinem contrariam, quam aliqui allegabant pro Principe, esse odiosam, contra ius diuinum, & reliquas leges, quibus mundus cū hominibus regitur, *Ripa in l. vbi pure, §. fin. ff. ad trebel. n.2.* qui loquitur de expensis factis causâ conseruationis rei, *Petra de fideicommis. q.15. num.218. & seq. & 227. & seq.* qui loquitur de expensis factis in recuperando, muniendo, defendendo, castro communi, alieno, vel dotali, & conferunt dicta, *infra, §.17.19. & 20. Decian. cons. 58. lib.2. num.66. & seq.* qui loquitur de filia, quæ patris feudum meliorauerat, addendo non reperisse, qui negat dari retentionem.

37 Contrarium † tenent *Bart. in l. cum quæreretur 58 §. prædijs, ff. de legat.3. vbi Alex. late in apostil. Ias. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. num.10. versic. aduerte*, concordari tamen possunt ex dictis, *Peregrin. de fideicom. art.50. num.21. versic. interdum, & dictis infra, §.19. ampliat.7. Ias. in l. diuortio, §. impendia, ff sol. mat. num.2. & seq. & dixi §.19. num.23.*

38 Ampl. etiam † in melioramentis ciuilibus, qualia sunt acquisitiones seruitutum, & similia, quæ à iure communi sunt adinuenta, *Molin. tract. de contract. disput.462. num.3. & disput.463. de melioram. num. 5.* vtrobique declarando, si titulo oneroso fuit acquisita talis seruitus, secus si beneficio à lege inducto, veluti præscriptione, quod est singulare, & notandum, *Caroc. de locat. par.4. §. melioramentorum, q.2. n.12. Amat. resol.14. num.28. Valas. de iur. emph. quæst.25. num.21. & dixi infra, §.17. ampl.8.*

39 Ampl. etiam, si agatur de exequutione sententiæ latæ inter socios, quorum vnus rem communem meliorauit, *l. in hoc iuditium, §. diuersum, ff. commun. diuid. Corn. cons.222. num.4. & seq. lib.2. & dixi infra, §.23.*

40 Ampl. etiam, † quod offeratur cautio de illis soluendis, vbi fuerint liquidata, vt dixi infra *§.31. ampl.8.*

P 2 Am-

41 Ampl. etiam, † vbi ageretur de exequutione trium conformium, *Cardin. Tusc. concl.* 182. *melioramenta, num.* 26. & conferunt dicta supra hoc §. *num.* 19. & 26.

42 Ampl. etiam, † quod ageretur de exequutione sententiæ latæ in iudicio rei vendicationis, *Bart. in l. in fundo, col. final. vbi Alberic. vers. sed quid si exceptio expēsarum, ff de rei vend. Specul. de exequution. sent. §. postremo, vers. quid si pone ædificaui,* vbi addentes late, *& de exception. §. dicto, vers. sed pone ædificaui, Bertrand. cons.* 15. *num.* 50. *& seq. vol.* 1. *Boer. decis.* 43. *& quo, num.* 9. *Mangil. de euiction. quæst.* 153. *n.* 2. *Benintend. decis.* 77. *capta, num.* 1. concludens exceptione melioramentorum retardari exequutionem sententię, qua quis sit condemnatus rem restituere.

43 Ampl. etiam, † quod melioramenta facta fuerint ex fructibus rei melioratæ, vel ex fructibus melioramentorum, *Ruin. cōsil.* 135. *lib.* 3. *nu.* 15. *in fin. Serafin. decis.* 471. *num.* 6. *Rota in recent. decis.* 435. *par.* 1. *n.* 15. *Molin. tract. de contract. disput.* 463. *num.* 4. *circa med.* & dicam infra, §. 3. *in ampliationibus, & §.* 48. *Rimin iun. cons.* 411. *cum D.*

44 *num.* 8. *& seq.* † declarando, *l. sumptus, ff. de rei vend.* quæ videbatur obstare, *Valas. de iur. emphit. quæst.* 25. *num.* 6. *circa fin. vers. adde etiam si, Rol. à Val. cons.* 28. *nu.* 17. *& seq. & cons.* 30. *num.* 4. *lib.* 1. *Tiraquel.* loquens de donatario, qui percepit fructus, donec donatio fuit reuocata natiuitate filiorum, pacto de retrouendendo, & meliorauit donata, & retracta *in l. si vmquā, §. reuertatur,* C. *de reuoc. donat.* 289. *& de retract. conuent. §.* 7. *glos.* 5. *num.* 78. *Scrader. loquens de feudo aperto domino sine culpa vassalli de feud.* 2. *par.* 9. *par. section.* 2. *nu.* 29. vbi plures congerit, *Fusar. de fideicom. q.* 669. *melioramenta, num.* 2. *Rosental. de feudis, cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 76. *& seq.* concludens vassallum non compensare

45 melioramenta † facta in feudo cum fructibus etiam paribus melioramentis, nisi illa sint facta ex arboribus, vel alijs quæ non licuit vasallo excidere, quæ dixi *in princ.* de fructibus melioramentorum latius examinari, *infra §.* 50.

46 Ampl. etiam † in casu, quo melioramenta sunt facta in bonis confiscatis, & passus confiscationem fuit à Principe ad illa integratus, vt pleno consilio respondit *Ruin. cons.* 165. *ædificium, lib.* 4. *num.* 2. *& seq. vers. sed tamen, & num.* 3. *& seq.*

47 Ampl. etiam, † quod fuerint facta in re aliena, quam credebat quis, esse propriā, *l. si in area, vbi Cast. & reliqui, ff. de cond. indeb. Corn. cons.* 222. *in princ. lib.* 2. *Cardin. Tusc. conclus.* 182. *melioramenta, nu.* 64. *Barbos. l. diuortio, §. fin. sol. mat. num.* 70. *& seq. vers. iusta,* vbi præterea agit, an detur tātùm retentio, *vt late egi, §.* 32.

48 Ampl. etiam † in melioramentis factis in feudo, quod extincta vna linea ad illud vocatorum, deuoluitur ad aliam successiue vocatam, vel etiam domino aperitur, quia excipiente hærede deficientis vassalli, sunt illi reficienda, nec cogitur feudū dimittere, *Curt. iun. cons.* 41. *præsuponitur, num.* 10. *Rol. and. à Val. cons.* 28. *quoniam, lib.* 1. *nu.* 28. *& seq. Cardin. Tusc. concl.* 179. *melioramenta, num.* 22. 27. *& seq. & n* 30.

49 *& seq.* addendo † etiam, si fuerint melioramenta ciuilia, nisi sint ex ijs, quæ feudo hærent, vt est acquitio iurisdictionis, *Scrader. de feudis* 2, *par.* 9. *par. section.* 2. *nu.* 77. *& seq. plurib.* ampliando etiam in melioramentis factis post aperturam feudi, modo hæres, seu vassallus non fuerit constitutus in mala fide tempore factorum melioramentorum, quod accidit, si à domino denuntietur apertura, seu deuolutio feudi, *& dixi infra §.* 2. *num.* 10. *& §.* 17.

50 Ampl. etiam, † quod ageretur de exequutione sententiæ latæ contra emptorē, cum pacto de retrouendendo, quod retrouendere debeat, alias immittatur in possessionem, qui cum eo pacto vendiderat, *vt dixi infra, §.* 12.

51 Ampl. etiam, † si ageretur de exequutione sententiæ latæ ad fauorem eius, qui rem melioratam deposuit penes condemnatum ad illius restitutionem, *l. actione, ff. deposit. glos. in l.* 1. *§. est autem, ff. eod. Bald. in l. penul.* C. *eod. num.* 5. *& dixi late infra, §.* 21.

52 Ampl. etiam, † si melioramenta nō sint perpetua, sed tamen duratura vltra tempus, quo res meliorata restituitur, *Rimin. Iun. cons.* 411. *Cum D. num.* 21. *& seq.* qui loquitur de fossatis expurgatis, quorum expurgatio est duratura, & futura vtilis fundo, postquam fuit domino restitutus, &

& idem prius dixerat, *Alex. in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. num. 3. Molin. de iur. primog. lib. 1. cap. 26. nu. 14. vers. Nec in hoc, Rol. à Val. cons. 28. quoniam, lib. 1. num. 24. Meno. de arbitr. iud. casu 258. Celsus, num. 28. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 196 Cardin. Tusc. conclus. 176. melioramenta, nu. 30.* exemplum referens conductoris, qui vineam fulsit pallis duraturis finita locatione, quæ vnà cum similibus sunt æstimanda pro rata temporis, quo sunt duratura, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 4. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 1. num. 18. & 19.* declarando, quod soluantur iuxta æstimationem præsentem, non autem præteritam. Nisi

53 tamen † talia melioramenta sint duratura vltra tempus potius ex accidenti, quā illorum natura, *Barbos. in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. num 16.*

Obstant tamen dicta, *Rotæ Recent. decis. 650. par. 2. nu. 5.* dum voluit plantationes arborum, & vitium non refici, quia non sunt melioramenta perpetua.

54 Perpetua autem † melioramenta, quæ dicantur, videndi sunt, *Menoc. de arbitr. Iud. cas. 258. Celsus, num. 24. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 200. & seq. Ioseph. Ludouic. decis. perus. 24. domina, num. 8. & seq. Rimin iun. cons. 411. Cum D. num. 21. & seq. 25. & seq. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 245. cum decem seq.* vbi plura exempla refert, *& num. 258. & seq. Alex. in l. domos 61. ff. de legat. 1. num. 1. vers. sed certe, Carroc. de locat. par. 4. de expens. n. 48. & seq. Peregrin. de fideicom. artic. 50. nu. 4. vers. Non exigo, Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 62. & seq. Natta cons. 256. num. 3. Surd. cons. 333. num. 29. Molin. de iur primogen. lib. 1. cap. fin. num. 6. vers. Nec verum, Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. sol. mat. num. 21. vers. quarto, & vers. infertur, Rota diuers. in recent. decis. 359. par. 1. num. 5.*

55 Ampl. etiā, † si agatur de exequutione sententiæ latæ in emphiteotam, quod dimittat emphiteusim, quia illa fit finita, *vt dixi infra hoc cap. §. 11.* cum prius in antecedenti *§. dixerim quid dicendum,* vbi emphiteusis est finita, facto, & culpa emphiteotæ, *Amat. infinitos referens resol. 14. n. 41. Rebel. de oblig iust. lib. 7. q. 2. n. 2.*

56 Ampl. etiam, si agatur de exequutione sententię latæ contra grauatum fideicommisso, vt restituat bona, quæ illius fidei sunt commissa actori restituenda, *vt dixi infra §. 11.*

57 Ampl. præsertim, † si melioramenta fuerunt facta labore, industria, vel expēsis eius, qui de illis excipit, vel facta fuerint ab illius auctore, *Molin. de contract. lib. disput. 463. de melioramentis, num. 4. circa fin. Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. n. 49. in fin. Scrader. de feud 2. par. 9. par. sect. 2. num. 35.*

58 Ampl. etiam, † vbi à clerico, vel illius hærede excipitur de melioramentis factis in beneficio in cuius possessionem instat, immitti prouisus à legitimo collatore, *vt dixi infra §. 27.*

59 Ampl. etiam, † vbi redimitur fundus ab onere aliquo pecuniario, vi antecedētis dilationis datæ ad francandum, *Peregrin. de fideicommis. art. 50. num. 50.* Limitando, † si affrancatio fuit voluntaria, vt puta, quia tale onus erat factum perpetuum, & liberatio erat posita in voluntate liberantis, & concedentis liberationem, quia tunc non datur retentio, nec retardatur exequutio sententiæ, sed sat est possessorem, & dominum rei liberatæ capere cum annexo antiquo onere.

60 Ampl. etiam † in sententia lata in hypothecaria, si melioramenta non sint facta ab hypothecante, vel illum repræsentante, sed à tertio, qui rem melioratam possidebat, cum titulo, vel sine, sed cum bona fide, *l. Paulus respondit, §. domus in fin. ff. de pignor. l. cum postulassem, §. damni infecti, ff. de dam. infect. l. fin. ff. de censib. l. qui agros, C de omn. agro desert. lib. 11.* im-

61 mo iste tertius † possessor, ne dum habet rei melioratæ retentionem, sed præterea potest creditori agenti ad illam offerre pretium, quo æstimari poterat res hypothecata tempore, quo res ad eum deuenit, *l. 2. C. de prædijs, & omnibus reb. nauicul. lib. 11. vbi Bart. & Io. de Plat. Corset. sing. §. melioratio, Socin. cons. 224. eleganter, lib. 2. num. 1. sequendo Bart. in d. l. 2.*

62 ex cuius † dictis addi potest extensio hæc ampliationi, vt procedat etiam contra habentem vtilem rei vendicationem, ex priuilegio veluti, si ex pecunia dotali quid emit vir, & hoc notandum est ab his, qui emunt

emunt domus minantes ruinam, hypothecatas pluribus creditoribus, vt se liberent ab illis, soluto illius pretio, quo æstimari poterant tempore emptionis, vt firmat *Viuius opin 496.num.1. Scrader.sequitur Bart.& Io.de Plat.supra relatos,de feud. 2.part.9.par.section.2.num.106. Tusc.conclus.178.melioramenta, num.17. licèt Couar.var.resol.lib.1.cap.8. num. 3. dissentiat, Rebel.de obligat.iust.lib.7. quæst.7.num.2. Marta digest.178. melioramenta, num.17. licèt* Couar.*var resol.lib.1.cap.8.num.3.dissentiat Rebel.de oblig.iust.lib.1.quæst.7.n.2. Marta digest. tom.4. titul. Meliorationes, cap 16. Vinc.deFranc.decis.38.*latius agunt, quo pretio fiat æstimatio, *vide infra, n.71.*

63 Ampl. † etiam in melioramentis factis colligendorum fructuum gratia, nam ante illorum collectionem datur rei melioratæ retentio, *Pacific.de Saluian. interdict. inspect.2.cap.2 num.179.sequendo Menoc. de recup.possess. Remed.15. num. 513. in fin. Garziam.de expens.cap.13. num. 57. & dixi, §.16.*

64 Ampl.etiam,†vbi agitur de exequutione sententiæ latæ super restitutione rei pignoratæ, *vt dixi infra §. 20.*

65 Ampl.etiam, † si in processu causæ non fuit exceptum de melioramentis, nam de illis excipi potest, vbi agitur de exequutione sententiæ, *vt dixi infra §.39 Amatus infinitos referens, resol.14. nu. 42. Carroc. de locat.par.4.de expens.n.14.*

66 Ampl.præsertim, † si melioramenta facta fuerint ab eo, qui non potest donare, *Bart.in l.in fundo, ff. de rei vend. nu. 11. sequitur Menoc.præsumpt.32.est,lib.3.n.13 in fin. Alciat.l.impensæ, ff. de verb. signific. num.6.*

67 Ampl. vt consuetudo † contraria non reficiendi melioramenta sit odiosa, contra ius diuinum, naturale, canonicum, & ciuile, *Decian.cons.29.circa,lib.2. num.15.*

68 Ampl. vt admittatur † melioramentorũ exceptio, quamuis adsit statutum reijciẽs omnem rei conuenti exceptionem, *Boer. decis.43.num.15. Scrader.de feud. 2, part.9. par.section.2.num.111.vers.præterea,*

69 Ampl. † vt melioranti detur rei melioratæ retentio, donec fuerit vsque ad obolum satisfactus de pretio melioramentorum, *Rosental. de feud.cap.10. conclus. 43. num.117. Scrader de feud.2.par.9.part.sect. 2.num.30. vers.& hæc ampliatio,* vbi plures consentientes refert, idem repetens, *num.128. Tiraquel.de retract.conuent.§.7. glos.1.num 12.*

70 Ampl. † etiam, vbi melioramenta sunt facta à consanguineo, vel amico, vel a socio, *Ruin.cons.100.lib.4.n.1.& seq.*

71 Ampl. etiam, † vbi conuentum fuit de certo genere melioramentorum faciendorum, & fuerit factum aliud genus, *Rosental. de feudis,cap.10.conclus.43.n.84.*

72 Ampl. siue † melioramenta sint facta de voluntate, vel præter voluntatem domini, rei melioratæ, *Salic. in l. domum, C. de rei vendicat. num.10. versic. aut impendit.*

73 Ampl. vt † detur retentio, etiam aduersus creditorem agentem hipothecaria, *l. Paulus, §.penul. ff. de pignor. Couar.var.resol.lib.1 cap.8.num.3, vers. primo, secundo, & tertio,* vbi præterea agit, quid dicendũ de melioramentis factis iure alluuionis, *& dixi infra limit.2.Rebel de oblig.iust.lib.7. quæst.7 num.2. Trentacinq.var.resol.lib.3. de pignorib.col antepenul.vers.secundo,* vbi etiam agit, si hypotheca sit tempore anterior melioramentis, *Thesaur.q.71. meliorationum, lib.1.* vbi ampl. etiam in eo, qui dedit pecunias ad meliorandam, & versæ fuerunt in melioramentis.

74 Ampl. etiam † quod tempore, quo refici debent, desierint esse vtilia, vel necessaria, modo tempore quo fuere facta, fuerint talia, *Castrens.in l.domos 61. ff. de leg.1. num.4.circa med.*

75 Ampl. quod, † si opposita melioramentorum exceptione denegetur excipienti audientia, vel probatis melioramentis in genere, non concedatur illi retentio, liceat appellare, dicere de nullitate sententiæ, & agere spolio, *vt dixi §.31. Ampl.3. & seq. & §.32. primus casus.*

76 Ampl. etiam † vbi is, qui fecit melioramenta, damnatus fuit ex iure congrui, rẽ melioratam cedere vicino, vel consanguineo, vel alteri, qui gaudeat illo iure, *vt dixi infra §.13.*

77 Ampl. præsertim † vbi is, qui fecit melioramenta, antequam conueniretur ad dimissionẽ rei melioratæ, præuenit actorem, vel alium legitimum contradictorẽ, & te-

& testibus, vel euidentia facti, vel aliter probauit, rem meliorasse, *Rosent. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 171. & seq. & dixi §. 17. in ampliat.*

78 Ampl. vt in † concursu creditorum præferatur creditor ex causa melioramentorum, *l. extat, ff. qui potior. in pign. & dixi infra, §. 38.*

79 Ampl. etiam, † quod extaret statutum, vt aduersus sententiam, non possit excipi de compensatione, potest tamen excipi occasione melioramentorum de retetione, quæ est indirecta compensatio, *Crauet. consil. 148. num. 2. Abb. cap. fin. num. 12. de deposit. Molignat. tract. de retent. quæst. 90. Scrader. de feud. 2. part. 9. par. section. 2. n. 111.*

80 Ampl. etiam, † quod melioramenta facta fuerint purgando agrum emphiteoticum, saxis, & lapidibus, *Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. nu. 25.* eam afferens rationem, quia bonitas fundi augetur.

81 Ampl. etiam, † vbi ex melioramentis facies fundi mutatur in melius, veluti si auellantur nemora, & quod erat siluestre, fiat aratiuum, vel pratiuum, *Scrader. de feud. 2. part. 9. par. section. 2. num. 25. & 105. & dixi §. 3. vers. Non conueniunt, Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. nu. 16. Rimin. iun. consil. 435. D. Bartol. num. 69. & seq.* vbi loquitur de deboscando fundo.

82 Ampl. præsertim, † vbi is qui fecit melioramenta, fuit immissus in possessionem rei, quam deinde meliorauit in contumatiam domini directi, vel vtilis, perpetui, vel reuocabilis, nam quæcumque, & qualiacumque melioramenta ille fecerit, sunt illi reficienda, non facta distinctione, an vtilia, vel necessaria, vel voluptuaria, magna, vel parua fuerint, *l. prætor ait, §. quod ait prætor, ff. de bonis auctorit. iudic. possidēd. gloss. penul. in cap. cum venissent de eo, qui mittit in possess. vbi Host. & reliqui Canonistæ, & præcipue Abb. num. 11. & Bellam. num. 3. Roman. singul. 413. & dixi infra §. 46.*

83 Ampl. etiam, † quod melioramenta nō sint liquida, *vt dixi §. 31.*

84 Ampl. vt alio † non probato, melioramenta præsumantur facta ab eo, qui rem melioratam detinet, *Scrader. late de feud. 2. par. 9. par. section. 2. nu. 61. Petra de fideicom. q. 15. n. 284. & seq. & dixi infra n. 91.*

85 Ampl. etiam, † si facta fuerint in feudo, vel emphiteusi, postquā illa est finita sine culpa, & facto emphiteotæ, vel vassalli, antequam conuentus fuisset ad dimissionē feudi, vel fundi emphiteotici ipso iure amissi, vt latè probat, *Scrader. sublatis, quæ videbātur obstare de feud. 2. par. 9. par.*

86 *section. 2. num. 77. & seq.* limitando, † si feudo, vel emphiteusi finita, dominus denuntiet, ne fiant melioramenta.

87 Ampl. etiam † in melioramentis factis plantando, vel serendo, *l. si quis sciens, C. de rei vend. Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 72. cap. 5. num. 9. Ias. l. 2. C. de iur. emph. num. 28. in fin. & num. 29. Brun. cons. 105. num. 7. Ioseph. Ludou. decis. Perus. decis. 24. num. 18. Contrarium tenet Rota, Duran. decis. 338. fuit, num. 7.*

88 Ampl. præsertim, † vbi dominus rei erat eadem melioramenta facturus, *Bald. l. in fundo, ff. de rei vend. Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 72. cap. 5. num. 8. circa med.*

89 Ampl. vt faciat † fructus suos pro rata melioramentorum, secus pro reliquo, *vt dixi §. 50.*

90 Ampl. præsertim, † vbi sunt facta à bonæ fidei possessore, *Rota in Recent. dec. 111. par. 1. num. 3.* addendo malè datam fuisse immissionem melioramentis non refectis prius, *& dixi infra §. 4.*

91 Ampl. vt hæc † retentio sit concessa tam in foro externo, quàm interno, *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 7. num. 1.*

92 Ampl. etiam, † si alias ex natura rei melioratæ, non posset illa retineri, quale est feudum, emphiteusis masculina, & similia, *Rebel. de oblig. iust. lib. 7. q. 7. n. 2.*

93 Ampl. etiam, † si quis fuit damnatus restituere rem venditam venditori, quia læsus vltra dimidiam iusti pretij partem, *Pantal. de Crema in l. 2. C. de rescind. vend. num. 95. testando Bald. & Sal. ibid. idem tenere, & Padil. num. 53.*

94 An melioramenta † præsumantur facta ab excipiente, vbi de illis constet, licèt non probetur illius quamtitas, vidend. *Petra de fideicom. quæst. 15. num. 307. Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 45. in fin. & dixi supra n. 82.*

95 Ampl. etiam † in melioramentis factis in re prohibita alienari, *vt dixi §. 55.*

96 Am-

96 Ampl. etiam, † quod excipiens sit condemnatus ad rei restitutionem, nulla facta expressione melioramentorum, *Bart. l. in fundo, ff. de rei vend. num. 16. quem sequitur, & refert Benintend. decis. 77. capta, num. 1.* eam afferens rationem, quia tali exceptione non impugnatur sententia ex capite nullitatis, vel iniustitiæ, immo excipiens, illam approbat, sed illi dari retentionem in re partim sua.

97 Limitationes † plures colligi possunt ex his, quæ de melioramentis factis in feudo dixi §.17.

98 Limit. vbi expresse † conuentum fuit, vt melioramenta vna cum re meliorata post certum tempus, vel lapso tempore, de quo fuit conuentum, vel casu aliquo eueniente, vel purificata conditione deueniat ad dominum rei, qui illam in emphiteusim, vel feudum concesit, vel aliter alteri dedit, modo talis clausula fuerit scripta in dispositiuis contractus, non autem in exequutiuis, *Iaf. in l. 2. C. de iur. emphit. num. 28. quem sequitur Ioseph. Ludou. decis. Perus. 117. procur. num. 35. & relato Bald. in l. iubemus, §. sane, C. de sacros. eccles. Menoc. alios consentientes refert de recup. possess. Remed. 15. nu. 504. Rimin. iun. cons. 384. petit, nu. 50. Gama decis. 41. n. 7. vers. potest, Surd. cons. 78. n. 21.* referens, qui vellint fat esse dixisse concedi fundum ad meliorandum, *Serafin. decis. 1496. n. 1. & 5. Ppilip. testari allegat. 1. n. 184. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 62.* am-

99 pliando † præsertim, si talia melioramenta sint publice vtilia, *Caroc. de locat. par. 4. de expens. n. 54. Rot. Lucens. diuers. decis. 82. In col. 2. vers. Quinimmo referens,* qui vellint sat esse fuisse dictum, quod res potius melioretur, quã deterioretur; licet deinde teneat compilator *decis. contrarium.*

Consulerem tamen ad euitandam difficultatem, quam excussi *infra §. 1. ampl. 6.* vt contrahentes latioribus verbis conciperent tale pactum, addendo hæc, & æquipollentia verba, vt res deuoluatur domino lapso tempore, vel purificata conditione, cum melioramentis cuiuscumque quamtitatis, & qualitatis fuerint, vt aduertit *Ser. sfin. decis. 1496. num. 5. & post illum* Molin. *de contract. disput. 463. nu. 1. in fin.* vel dicatur rem reuerti ad dominum absque alia solutione melioramentorum, *vt notant Valas. de iur. emphit. q. 25. num. 18. Molin. d. disput. 463. num. 1. vers. idem esset, & num. 2. vers. si autem, Amatus resol. 14. num. 12.* vbi plures formulas huius pacti refert, *Rota Lucens. diuers. decis. 82. In col. 4. vers. distinctio.*

Nec sint contenti dixisse, quod finita locatione, vel deuoluta emphiteusi, vel feudo, res redeat ad dominum libere, quia cum ea libertas intelligatur, prout de iure, *Alex. cons. 80. viso, lib. 1. nu. 10. & 12. Dec. cons. 131. num. 3. Valas. de iure emphit. quæst. 25. num. 3. versic. Verumtamen, & num. 9. circa fin.* vel dicant, quod res deuoluatur cum omnibus melioramentis, vt euitetur difficultas, an tale pactum intelligatur iuxta præsentem iustitiam, seu de melioramentis tempore concesionis extantibus, seu quæ fieri debent, vt voluit *Bero. quæst. 20. item quæsitum, num. 1. & seq. & post illum Valas. de iur. emph. q. 25. n. 19.* ex natura contractus, secus si illa excedant illius naturam, vel deinde sint facta, vt aduertunt, *Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 3. n. 10. circa med. C. de rescind. vend. Caldas. de extinct. emphit. cap. 10. difficilis, num. 49. Gama. decis. 22. vers. Nec saluari, Vinc. de franc. decis. 191. ref. num. 13.* qui licet ex assertione aliquorum I.C. Hispanorum vellit, relatam distinctionem fuisse non humano ingenio excogitatam, illam tamen falsam, & reijciendam, *dixi §. seq. Ampl. 3.*

100 Limit. in melioramentis † subsequutis absque facto hominis, sed legis potentia, veluti si alluuione augeatur fundus, quẽ capi vult creditor in exequutione rei iudicatæ, *l. si fundus, ff. de pignorib. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 3, vers. primo,* & ratio est, quia cum tale augmentum sit domini, absque alia solutione, pariter non obstante exceptione, in hoc melioramentorum genere, fieri poterit exequutio, antecedens, probat *Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 20. vbi alio congerit, Molina de contractib. disput. 462. disput. num. 1.* quod ta-

101 men, † si res sit retrouendenda ex pacto late examinant *Io. Bapt. Aym. tractat. de Alluuion. lib. 2. cap. 10. nu. 13. & seq. Thesaur. decis. 140. Alluuione, num. 1. & seq. Menoc. cons. 26. Natta. consil. 55. & 701. Matthia Berlic. conclus. 2. par. 2. num. 49. & seq. Tiraquel.*

raquel.de retract.conuent.ad finem tit.n.92
& seq. & dixi in meis Collectaneis ad l. 2.
vers.pretium quandocumque, C. de pactis
inter empt. & dixi §. seq. vers.amplia etiã
in melioramentis naturalibus. Nisi tamen
102 †concurrat hominis industria, vt puta
pallis, & similibus arcẽdo impetum flumi-
nis, vt fuit factum à Venetis prope Oreũ
in itinere versus Ferrariam in flumine Pa-
di, ita colligo *ex Tusco concl. 180. meliora-*
menta, n.59. Couar.var.resol.lib.1. capit.8.
nu.3.vers.primo, secundo, tertio, Hartman.
pistor.quæst.42.tom.2.num.47.& seq.
103 Limit. vbi † melioramenta sunt mo-
dica, *vt dicam infra §.40.*
104 Limit. vbi melioramenta † sunt facta
ab administratore in bonis, quæ ille ad-
ministrabat, nam si damnatus fuerit ad re-
stitutionem, non retardabitur exequutio,
quamuis excipiat, & probet illa melioraſ-
105 se, nisi † melioramenta fuerint necessa-
ria, implorato ideò Iudicis officio, *Bald.*
cons.369.lib.3.circa med. Boer.decis.44.n.1.
quibus relatis ita firmat, *Tusc. concl. 182.*
melioramenta, nu.105. & tribus seq. & di-
xi infra num.153.
106 Limit. vbi melioramenta † sunt facta
in re aliena, non gerendo negotium domi-
ni illius, nec animo illum sibi obligandi,
l. si in area, ff. de rei vendicat. Bal. per hunc
textum, cons.372. casus, lib.3. in fin. §. certe,
instit. de rer. diuis. vbi Balduin. late, Cast. in
l. domus 6. ff. de legat. 1. num.2. in princ. Corn.
cons.222. lib.2. num.2. Card. Tusc. concl.182.
melioramenta, num. 105. concludens ces-
sare retentionem, & à meliorante agendũ
actione negotiorum gestorum, vel com-
pensari cum fructibus, si meliorãs aliquos
107 percepit; nisi tamen † fuerint meliora-
menta necessaria, *Rol. à Val. cons. 28. quo-*
niam, lib.1. num.17. asserens ita intelligen-
dam, *l. sumptus, & l. emptor. ff. de rei vend.*
vt prius dixerant *Ruin. cons.135. viso, lib.3.*
num.14. Iserm. in §. si vassallus, hic finit lex,
num.17. Aluarot. num.2. circa fin. Salic. in l.
domum, C. de rei vend. num.10. vers. & tunc
aut impendit, vbi præterea docet cautellã
repetendi melioramẽta isto casu, *Gratian.*
discept.193. num.22.
108 Limita, vbi retardata † exequutione
imminet periculum, *Cast. cons.270. viso*
puncto, lib.2. num.3. vers. & tamen. Capiec.
decis.17. in causa Reuerend. num.10. Pacific.
de Salu. interdict. inspect.2. cap.2. num.256.
Fussar. de fideicom. quæst.672. num.30. & ra-
109 tio est, quia vbi mora † est periculum al-
latura, receditur à regulis Iuris commu-
nis, & ordo est non seruare ordinem, *l. si*
quis filio, §. hi autem, ff. iniust rupt. l. de pu-
pillo, §. si quis riuos, ff. de nou. oper. nunc Ias.
in l.1. ff. de officio eius, num.71. concludens
ex ista ratione, quod Iudex etiam incom-
petens isto casu potest punire delinquen-
tem, etiam pena capitali, quod par, po-
test parem castigare, & licèt nulla sit cita-
tio, non visa exequutione nuncij habentis
mandatum de citando ad sententiam,
110 † si tamen dum expectatur illius relatio,
iurisdictio expiret, valet lata sententia,
modo vt ego addo, citatio fuerit exequu-
ta ante diem sententiæ, vel in termino ci-
tationis expresso, vt latè sunt prosequuti,
Dec. *in cap. prudentiam, de offic. deleg. col.6.*
num.55. & seq. & in authen. si quis in ali-
quo, C. de edendo, num.11. Ripa in l.1. ff. de
damn infert. num.4. Ias. l.2. ff. de iurisd. omn.
iudic. num.18. & seq. Anton. Trigon. sing.13.
si ab interloquutoria, Menoch. de adipisse.
posses. num.58. Mandos. cons.94. num.12. &
seq. Lancellot. de Attent. par.2. limit.43.
111 Ampl. præcedentem † limitationem
tanto magis procedere, si ageretur de sen-
tentia lata in possessorio, *Menoc. de recup.*
posses. remed.15. num.371.
112 Limit. vbi melioramenta † sunt facta in
re pauperis, qui esset impotens ad illa sol-
uenda, nisi etiam vendita re meliorata, *l.*
sin autem, §. fin. l. in fundo 38. ff. de rei vend.
vbi Bart. num.7. vers. si vero, l.3. §. proinde,
ff. de in rem vers. Pereg. de fidei. art 50. n.33.
113 *subdens nu. 34.* † quod tempus conside-
tur ad iudicandum, an dominus fundi me-
liorati sit diues, vel pauper, *Menoc. de re-*
cuper. remed.15. num.523. & seq. & 553.
fuisse malè reprehensum à *Fed. Scoto*, dum
voluit, ne quis locupletur cum aliena ia-
ctura, dari retentionem, vel detractionem
vt pariter censuit, *Molin. de contractibus*
disput.463. num. 16. subdens, si dominus
pauper solueret melioramenta tamquam
ruta, & cæsa negari illi abrasionem, *Bos-*
sius de princip. num.31. in princ. vers. scias,
Alciat. l. impensæ, ff. de verb. signif. nu.5. Re-
bel. de oblig iust. lib.7. quæst.2. num.5. quo-

modo consulatur isto casu facienti melio-
ramenta, dixi infra §.6. Bald. conf.116. &
303. lib.1. & conf. 372. lib. 3. Boerius de-
cis. 47. num.10. Pinel. in l.2.par.3. C.de
rescind.vend.num.5. Barbos.in l.diuortio, §.
fin.ff.sol.mat.n.66.in fin.67. negando esse
vendendam rem melioratam, & num.75.
& num.100. & seq. & dixi infra §.41. Al-
ciat. l.impensæ, ff.de verb.signif.num.5. Ti-
raquel.de retract.conuent.§.7.glos.1.num.5.
Surd. de aliment.tit.1.quæst.42.num.100.
114 Limit. vbi † melioramenta sunt facta
post protestationem, & interpellationem
domini, ne fierent, vt dixi infra §.42.
115 Limit. vbi non fuit † meliorata tota
res, sed illius pars tantùm, quia non con-
ceditur retentio totius rei, sed partis tan-
tùm, Tusc. conclus. 182. melioramenta,
num.96. & seq. relato Cast. conf.270. in
princ.lib.2. addo Carroc. de locat.par.4.de
expens.num.53. Ioseph. Ludou.decis. Luca-
na 7.num.11.
116 Verùm intelligas, † quãdo pars melio-
rata patitur commodam diuisionem à re
non meliorata, vt dixi infra num.12.
Contrarium voluit Rebel.de oblig.iust.
lib.7.quæst.7.num.8.reprobando Ioseph.Lu-
douic.
117 Limit. vbi fundus † melioratur acces-
sione alterius fundi, quia sicuti ille non
restituitur domino, finita emphiteusi, cũ
fundo emphiteotico, ita non soluitur tale
melioramentum, cum sit proprium emen-
tis, Valas. de iur.emphit.quæst 25. num 17.
& dixi §.seq. limit.2. Peregrin.de fideicom.
artic.50.num.53. Rosental.de feud. cap.10.
conclus.43.num.28. & seq. Tiraquel.de re-
tract.lignag.§.32.glos. 1. num.77. Gratian.
discept.742. pro ampliatione, num.41. &
seq.
118 Limit. vbi fundus † ex prætensis melio-
ramentis factis pluris non æstimatur, seu
non intus est factus melior, l. in fundo, vbi
glos.ff.de rei vend. Capic.dec.93.n.9. Negus.
de pignorib. 4.memb. 5.par. num.11. Garzia
de expens.cap.24.num.1.vers.atque, Card.
Tusc.concl.182. melioramenta, num. 108.
Petra de fideicom.quæst.15. num. 241. Me-
noc.conf.454. & si docte, num.5. declarando
119 procedere, si id contingat † tempore,
quo fundus domino est restituẽdus, Scrad.
de feud.cap.10.conclus.43.nu.70. Inde con-
cludens non reficiendas esse expensas ex-
cubiarum arcis, quia non fuit ideò facta
pretiosior, sed hoc censeo limitandum,
120 † vbi expensis excubiarum, & similium,
non fuit illa capta ab hostibus, quia sat est
non fuisse factam deteriorem, & expensa
fuit necessaria, quæ semper repetitur, Ro-
sental.d.conclus.43.num.12. & 70. Rebel.de
obligat.iust.lib.7. quæst.1.num.5. addendo,
121 repeti ex fundo dotali † etiam si minoris
æstimetur nunc, quam quando fuit in do-
122 tem datus, & sublimitarem † etiam, si
melioramenta sunt facta nomine domini,
vt puta à procuratore habente mandatũ
ad meliorandum, vt dixi §. 36. vers. pri-
ma conclusio, Rot. Lucens.diuers. decis. 82.
col.4. vers.& sic, vbi exemplum refert, si
sternatur via ante fundum emphiteoticũ.
123 Limit. vbi exequutio † fieri debet in
re patiente diuisionem commodam, quæ
non fuit tota, sed in parte tantùm melio-
rata, nam non retardabitur exequutio re-
spectu partis non melioratæ, l. quamdiu,
C.de distract.pign. l.creditores, ff.eod. l. Mo-
schis, vbi gloss.verb.possessionem, ff. de iure
fisci, & ita fuisse resolutum à Rota, refert
Pacific.de Saluian.imspect.2.cap.2.num.258
& decis.83.num.7.& seq. Et idem dicitur,
Si quis detineat plures fundos, qui omnes
non sint meliorati, Cast.conf.270.lib.1.nu.1.
& 2. in fin. quem sequitur, & comprobat
Boer.decis.44.num.19. Tusc.concl.182. melio-
ramenta, nu.88.96. & seq. Peregr.de fidei-
com.art.50. n.69. Negus.de pignor. 4.memb.
5.par.num.17. & dixi supra num.3. Molin.
de contract.disput.463.nu.18. Surd. conf.183.
proposita, num.21. Scrader. de feud. 2. par.9
124 par. section.2. nu.104. sublimitando, † vbi
plures fundi simul, & semel fuerunt eadem
concessione, seu inuestitura, concessi, &
melioratus non sufficit pro refusione me-
lioramentorum, & conferunt dicta infra,
limit.26. & §. 11. limit.4. Rodoan. de rebus
eccles.non alienand.quæst.73.cap.5.n.6.
125 Lim. vbi oblata † cautione de illis sol-
uendis, præterea præfixus fuit terminus
excipienti ad illa liquidandum, & lapso
termino non fuit facta liquidatio, Rota in
Recent.decis.650.par.2.num.7. & dixi in-
fra §.31.limit.3.
126 Limit. vbi sententia † fuit generaliter
lata in omnia bona rei conuenti, quorum
ali-

aliqua tantùm sunt melioramenta, nam in non melioratis fieri poterit exequutio, *Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. n. 11. Surd. cons. 183. proposita, nu. 1. Cardin. Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 97. Molign. tract. de retent. quæst. 96. in fin. Valasc. de iur emphit. quæst. 25. num. 24. Fusar. de fideicom. quæst. 672. num. 33. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 239. Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 72. cap. 5. nu. 6. Tiraquel de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 11.* latius tamen hanc limitationem examinat *Rebel de oblig. Iust. lib. 7. quæst. 7. num. 8. & seq. vers. circa.*

127 Lim. in melioramentis, † quæ quis necessitate iuris facere, est obligatus, veluti sternere viam ante domum emphiteoticam, vel alteri per fideicommissum restituendam; vel aliud simile facere, nam illa compensantur cum fructibus perceptis *Valasc. de iur. emphit. quæst. 26. nu. 4.* vbi alia exempla refert *Ias. in l. 1. C. de iur. emphit. num. 25. in fin. conueniunt dicta infra limit. 18.*

128 Limit. vbi possessor rei † captæ, vel capiendæ in exequutionem rei iudicatæ, & quæ prætenditur reuocari, vel retardari prætextu melioramentorum, non probat ipsum, vel alium à quo habeat legitimam causam, illa fecisse; licèt per euidentiam rei pateant fuisse facta, & excipiens sit in possessione rei melioratæ, *Cast. consil. 270. viso puncto, lib. 2. num. 4.* ampliando etiamsi in rescripto dictum fuerit Iudici, vt pro-

129 cedat † refectis melioramentis, & hoc factu esse difficile, & plures actores succūbere ex defectu probationum, sequendo *Cast. & alios consentientes, relato Rolan. à Val. cons. 28. Quoniam, num. 31. lib. 1.* concludit *Peregrin. de fideicom. art. 50. par. 3. num. 54. & cons. 3. lib. 3. nu. 38. in fin. & latius Philip. Tessai allegat. 1. num. 192. & seq. plurib.* Ampl. etiam, si prætendens retentionem rei melioratæ esset in illius possessione, & quod res meliorata præsumatur à possidente, *Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 60. vers. tertio. Florian. de S. Petro cons. 1. in princ. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 242. & seq. Simon. de præt. lib. 3. Interpret. 3. dub. 1. sol. 5. fol. 359. num. 7. Gratian. discept. 193. num. 1.*

130 Sublim. vbi constat † melioramenta non extasse tempore concessionis feudi, vel emphiteusis, vel rei melioratæ, vt puta, si concessa sit nuda area, & de præsenti in ea reperitur domus, vel aliud ædificiū, vel vinea, vel oliuetum, & similia, *Socin. Iun. cons. 62. num. 4. lib. 1. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 61. circa fin. Peregrin. cons. 3. lib. 3. nu. 38. in princ. Philip. Tessai alleg. 1. num. 198. Rosental. de feud. c. 10. conclus. 43. num. 46. & seq.* Ideò prouidum erit consilium conductoris, emphiteotæ, & similium, in instrumento locationis, seu conductionis describi curare statum rei locatæ, concessæ in emphiteusim, vt reperij aduertisse, *Surd. decis. 300. dicebant, num. 12.* addendo idem dicendum, si ex euidentia facti constat melioramenta esse recentia, *Ludouic. Sac. cons. 42. Doctissima, num. 1.* & ratio desumi potest ex dictis suprà, *num. 79.*

131 Limit. vbi melioramenta † sunt facta à marito in re sibi in dotem data, siue fuerit illa æstimata, siue non, nam quamuis illa sint reficienda, nec compensanda cū fructibus, si vtilia tantùm fuerint, *vt dixi §. 19.* non tamen lata sententia super restitutione rei dotalis, vel in dotem datæ, cōceditur marito, vel illius hæredi retentio ob melioramenta, & consequenter non retardabitur exequutio sententiæ latæ ad fauorem vxoris, *l. vnic. §. sed nec ob impensas, C. de rei vxor. action. l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact. Bald. cons. 369. A. maritus, vers. in contrarium, lib. 3. Menoc. præsumpt. 32. lib. 3. num. 13. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 38. vers. exempla, Card. Tusc. conclus. 181. num. 19. melioramenta, & conclus. seq. num. 80. & num. 102. Garzia de expens. cap. 6. num. 19. in fin. Rebel.* declarans, qua actione repetantur *de oblig. Iust. lib. 7. de expens. quæst. 1. num. 9. & quæst. 4.*

132 *num. 4. in fin.* sublimitat † in marito, cum quo non poterat contrahi matrimonium, & fuit pronuntiatum inualidum, *& q. 7. num. 2. & 3.* vbi rationem refert *Viuius opinion. 496. num. 2. & seq.*

133 Limit. in melioramentis † quæ quis facere est obligatus pro conseruatione rei, *l. agri, ff. de vsufruct. l. penul. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Cast. cons. 270. lib. 2. Ias. in l. 1. C. de iur. emphit. nu. 29.* sequitur *Serafin. decis. 413. Actum. num. 4. Scrader. de feud.*

2.par.9.par.section.2.nu.71. & conueniunt dicta supra nu.124. Amatus resolut.14.n.9. Duran.decis.338.fuit, n.10. & seq.

Contrarium, & non facta distinctione, an quis sit obligatus facere melioramēta, vel non, pro conseruatione rei tenet, Ripa in l.vbi pure, §.fin. ff. ad trebel.n.2.

134 Limit. vbi melioramenta † sunt facta ab eo, qui sine titulo rem alienam detinet, & scit illam esse alienam, sed illa facit, vt sibi dominum obliget, nam lata sententia ad fauorē domini, non retardabitur exequutio, exceptione melioramentorum, l. Si pupilli, ff. de negot.gest. Salic.in l.domū, C. de rei vend. Corn.cons.86.lib.4. Bald. consil.369. lib.3. Card. Tusc. concl. 182. melioramenta, num.93. & 101. Si autem haberet titulum, secus esset, vt puta, quia conductor, vt dicam infra §.14. & seq. plurib. Rebel.de oblig.iust. lib.7. de expens.quæst.2. num.14. & seq. vbi sublimitat.

135 Limit. vbi non constat † de melioramentis, nec in spetie, nec in genere, Serafin.decis.1219.nu.7. Rot.recent.decis.610. par.1.num.3. & decis.161.par.2.nu.1. & coadiuuatur ex dictis infra §.31. limit.11. Pacific. de Saluian. inspect.2.cap.2.n.242.

136 Limit. vbi pariter † probatur rem fuisse deterioratam, modo deterioratio non acciderit casu fortuito, vel vitio temporis, vel vi hostium, aut alias absque facto, & culpa eius, qui melioramenta fecit, l. si marito, §. si fundi, ff. solut.mat. l.1. §. impensa, ff. de dote prælegat. l.ex mille, ff. de euict. l.contractus in fin. ff. de regul. iuris, Curt. Iun.cons.165.num 14. Peregrin.de fideicom. art.50. num.79. Bassius de princip num.31: in fin. vers. ad materiam, vbi exemplum refert Principis, qui refecit castrum occupatum ab hostibus, illudque tormentis bellicis, & munitionibus muniuit, Petra de fideicom.quæst.13.nu.289. addendo tali casu prius liquidanda esse deterioramenta, Simon de Pratis de interpret. vltim. volunt.lib 3.interpret.3.dub.1.sol.5. num. 27. qui loquitur, vbi vna ex rebus hæreditarijs fuit meliorata, & alia deteriorata, Rosental.de feud.cap.10.conclus.43.num.86 qui loquitur de feudo in parte deteriorato, Fontanel. de pact.nuptial.clausul.11.glos. vnic.n.10. & seq. vbi refert Petr. de fideic. Pacific.de Saluian. interd. inspect. 2. cap. 2.

num.258. Cardin. Tusc. conclus.177. nu.4. & conclus.180. melioramenta, nu.8. & seq. plurib. Dec. auth. qui rem. C. de sacros. eccles.nu.14. in fin. Serad.de feud.2.par. 9.par. section.2. num.74. & comprobatur ex regula, quod paria delicta mutua compensatione tolluntur, nec priuilegiatus vtitur priuilegio contra æque priuilegiatum, & lucrum dicitur, quod superest deductis expensis, Card Tusc.concl.178.num.3. & 4. Borgnin.decis.32.nu.53. Tepat. de Impens. concl.272.cap.6. concludens isto casu fieri confusionem, & quod superabundat, recipere nomen melioramenti, vel deterioramenti, & procedere in qualibet dispositione, & sententia, Duran.decis.338. fuit, num.8.

137 Sublimita, vbi melioramenta, † & deterioramenta sunt facta agrauato successiuo fideicommisso, nam tunc soluenda sunt deterioramenta, absque spe recuperationis melioramentorum, vt dixi §.26. vers.notandum est ad declarationem.

138 Limit. vbi de melioramentis † excipitur ab vsufructuario, vt dixi infra § 18.

139 Limit. vbi adest pactum, † ne fieri possent melioramenta absque licentia domini, & non probatur illa concessa, scripto, arg. eorum, quæ tradit Bart. in l fin. C. de erogat.milit annon.lib.10. nu.2. & voluit Cardin. Tusc.conclus.180. melioramenta,

140 num.35. sed an sufficiat tacita † licentia, puta, quia dominus vidit conductorem facientem melioramenta, & non contradixit, videndus Corset.singul.§. licentia.

141 Limit. in melioramentis † factis ab eo, in quem lata est sententia exequutioni demandanda, si est debitor summæ petitæ, & principalis, & tamquam talis fuit conuentus, & damnatus, secus si conuentus fuit tamquam tertius, Bassius tract. de princip.num.31. col.5 in princ. vers. & quando, & vers. & aduertendum.

142 Limit. vbi melioramenta † sunt facta ab eo, ad quem res deuenit cum vitio, Carroc. de locat.par.4. de expens.num.57. & dixi §.10. limit.6 Pacif. de Saluian. interd. inspect.2. cap.2. num.236. & seq. Lancellot: de attentat.par.3.cap.24.quæst.29. nu.3. qui loquitur de meliorante castrum, vi occupatum, Peregrin. loquens de fure tract. de fideicom.art.50.num.27. ampliando etiam,

quod

quod sint melioramenta necessaria, *& dixi, §.10 limit.6.*

143 Limit. in melioramentis † separabilibus à re meliorata, veluti si agro emphiteotico, vel libero addatur alius ager eiusdem, vel diuersi generis, domui magnæ addatur domuncula, vel curtile, importentur in arce bombardæ, & alia armamenta pro illius tutella, acquiratur castro iurisdictio, quam non habebat, vel fiant alia similia non annexa fundo, quæ inuito ceduntur, nec ab inuito acquiruntur, *Peregrin de fideicom art.50.nu.53.& comprobatur ex dictis supra, num.* 113. *Molin. de contract. disput.*463.*n.*11.vbi alia exempla refert, *& dixi §.17.in.limit. Molin. de primogen. lib.1.cap.26.num.5.& 8. verf. in contrarium.*

144 Limit. in melioramentis † non ferentibus fructum, seu vtilitatem, *Card. Tusc. concl.180 melioramenta, num.23.*

Sublimita, vbi talia melioramenta erant necessaria fundo, *Rosental. de feud. cap.10.concl.43.n.70.in fin.*

145 Limit. vbi melioramenta, quæ fiant, seu sequuntur, vel accedunt rei, absque hominis industria, *Cardin. Tusc. conlus.* 180. *melioramenta, num.*29. *&* 58. exemplum referens, si in fundo plantentur salices, quod cum minime fiat absque labore, credo illum non bene dixisse, vel intellexisse, vbi expensa esset modica, vt alicubi vidi fieri, in Patria tamen mea, vbi prata non irrigantur, & in salicum plantatione fiant profundæ scrobes, reijcienda esset opinio, *Tusc. & dixi infra n.169. Scrad* loquens, si augeatur fundus alluuione *de feud.2.par.9.par.section.2.num.2. & seq.* vel præscriptione, *Scrader ibid.n.6.*

146 *& seq.* † vbi sublimitat, *Amatus plures referens, resol.14.num.22.& seq.* loquens de augmento alluuionis.

147 Limit. in melioramentis, † quæ accidunt beneficio temporis, *Cast conf.247.in causa, lib.1.in fin. Cardin. Tusc. conclus.*180. *melioramenta, num.26.*

148 Limita in melioramentis † non duraturis vltra tempus, quo quis percipere potest rei melioratæ fructus, *Ripa in l.vbi pure, §.fin.ff. ad Trebel.num.4. Cantard. de mementan. possess. quest.24.num.17.& dixi infra num.152.*

149 Limit. in melioramentis † facti ex conuentione, nam pro illis non conceditur rei melioratæ retentio, sed datur personalis actio, ad repetendum expensas ideò factas, *Carroc. de locat. par.4.de expens.n.54* & ratio est, quia quotiescumque datur

150 specialis actio, † cessat retentio, quæ est subsidiarium, & extraordinarium remedium, *Tusc. conclus.182. melioramenta, num.105.& seq.*

151 Si tamen facta fuerint † in bonis emphiteoticis, acquiruntur domino finita emphiteusi sine culpa emphiteotæ, absque alia expensarum refectione, *l.fundi parte, ff. de cont. empt. Valasc. de iur. emph. quest.25. cum aliis cumulatis ab Amato, resol.14.n.11. & dixi infra §.74. & 75.*

152 Limit. vbi is, † qui excipit de melioramentis, spoliauit dominum re meliorata, & sic cessat retentio in spoliatore, *Card. Tusc. concl.182. melioramenta, n.39.*

153 Limit. vbi non fuit † probatum, an maior sit vtilitas, quam expensa melioramentorum, *Siluan. cons.49. consultationibus, num.75. vers. Infero ad aliud, Corset. singul. §.expensa, el 2.* vbi plures casus refert, in quibus parcendum est expensis, si illæ excedant vtilitatem inde futuram.

154 Limit. in melioramentis † factis gratia fructuum quærendorum, *Balzaran. §. si vassallus hic sint lex, num.5. vers. Secus si fieret,* & conueniunt dicta supra, *nu.146. Barbos. l.diuortio, §.fin. ff. solut. mat. num.10 & seq.* vbi sublimitat, si impensa sit duratura vltra tempus, quo quis colligere potest fructus, licet aliqui contradicant, qui concordari possunt ex dictis supra *nu.61.*

Quæ autem melioramenta dicantur

155 facta † fructuum quærendorum gratia, *Barbos. l.diuortio, §.fin ff. sol. mat. num.8. & seq. vers. his ita, & num.20.& seq. versic. inferetur tertio, & num.21. vers. quarto.*

156 Liimit. vbi is, † qui fecit melioramenta, specialem habet actionem ad consequendum, quæ melioramentorum causa errogauit, nam illi negatur retentio, & competenti actione aget, & interim parebit iudicatis, *Card. Tusc. concl.182. melioramenta, num.105.& seq. Guid. Pap. decis.68.* Sublimitando, si aliud seruetur de consuetudine, & conferunt dicta supra *num.101.*

157 Limit. vbi meliorameta † sunt voluntaria, seu voluptuaria, vt dixi §.43.

158 Limit. omnibus casibus, † quibus meliorامenta sunt compensanda cum fructibus perceptis ab excipiente, qui autem sint isti casus, retuli infra §.48.

159 Limit. vbi tertius vult, † eadem meliorامenta gratis facere, & dominus rei melioratæ, vel qui expensas est facturus, id denuntiat possessori volenti facere melioramenta, vt dixi infra §.44.

160 Limit. vbi melioramentorum † refectio est nimium onerosa domino rei melioratæ, *Menoc. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 553. *Molin. de contract. disp.* 463. *n.* 6. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. section.* 2. *n.* 86. *subdens, num.* 83. *& seq.* in dubio hoc non præsumi, & excipientem de nimium onerosis melioramentis grauari onere probandi, *& arbitrarium esse Iudici declarare*, quę sint nimium onerosa melioramenta.

161 Limit. vbi agens ad † melioramenta semel succubuit, & sententia fuit lata contra illum argum. *l. & an eadem* 14. *§.* 1. *l. si quis cum totum* 7 *ff. de except. rei iudic. & l. fin. C. de annal. præscription. per qua iura ita firmat Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2. *num.* 107. *& dixi §.* 45.

162 Limit. in melioramentis † factis vltra quantitatem conuentam, etiam quod conuentioni non sit addita taxatiua dictio tantùm, vel alia illi æquipollens, *Ruin. cons.* 157. *num.* 6. *&* 19. *lib.* 1. *gloss. Bart. & reliqui in l. fin. C. de neg. gest.* vbi iussus emere tanti, si pluris emat, non repetit, & in summa prolata dispositiue intelligitur † messe taxatiua, *l. rogauti, §. si tibi, vbi Bal. Cast. & reliqui, ff. si cert. petat. Scrader. de feud.* 2. *par* 9 *par. section.* 2. *num.* 65. *& seq.* sublimi-

163 tando, † si de certo corpore fuit conuentum, ne fiant melioramenta, nam si facta fuerint in alio, non datur meliorati retentio, & melioramentorum repetitio arg. dictorum, *Serafin. decis.* 1496. *quem vnà cum pluribus alijs sequitur Amat.* etiã quod melioramenta sint maxima, *Resolut.* 14. *num.* 35.

164 Limit. in melioramentis factis † contra prohibitionem legis, *Curt. iun. consl.* 65. *num.* 8. *& seq. arg. l. non dubium, C. de leg. & l. cum lex* 46. *ff. de fideiuss. refert, & sequitur Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2.

165 *num.* 70. sublimitando, † vbi melioramenta debent, vel possunt destrui non læso statu priore rei, quia tunc conceditur abrasio, *& dixi §.* 11. *limit.* 9.

166 Limit. in melioramentis, † quæ quis ex natura contractus facere debet, *Boer. decis.* 44 *num.* 19. *in fin. Ias. l.* 1. *C. de iur. emph. num.* 26. *&* 32. *Pinel. in l.* 2 *par.* 2. *cap.* 3. *C. de rescind. vend. num.* 10. *& dixi, §.* 7. *lim.* 18. *Amatus resolut.* 14. *num.* 3. 4. *&* 9. *Valasc. de iur. emphit. quæst.* 26. referens, quæ melioramenta debeat emphiteota facere de suo.

167 Limit. in melioramentis, † quæ quis ex pacto apposito, contractui facere debet suis expensis, *vt dixi §.* 2. *lim.* 2. *Amatus resolut.* 14. *num.* 11. *&* 12. *Rota Lucens. diuers. decis.* 82. *In col.* 2. *vers. limitatur*, quod

168 tamen intelligas, † si agatur de exequutione sententiæ latæ ad fauorem alterius, quia tempus contractus expirauerit, secus si interim conueniatur à tertio creditore eius, cum quo fuit contractum, vel aliud habet ius in re, de qua fuit contractum.

169 Lim. in melioramentis † factis durante dilatione statuti, ad redimendum vendita subhasta, vel addiudicata, nisi illa fuerint necessaria, *Amatus resolut.* 44. *num.* 3. *&* 4.

170 Limit. vbi in sententia † non est facta mentio melioramentorum, & illa non sunt liquida, nec illorum liquidatio est in promptu, & offertur cautio de soluendo, facta liquidatione, *Thesaur. quæst.* 96. *n.* 8. *in fin. lib.* 2. *Surd de aliment. titul* 8. *priuil.* 62. *n.* 8. *& seq. & consl.* 186. *n.* 1. *Amat. alios referens, resol.* 14. *num.* 53. asserens ita vidisse seruari in supremis Curijs.

171 Limit. in melioramentis, † quæ accedunt rei ex illius natura absque hominis facto, *Lupus in rub. de donat. inter virum, & vxorem, §.* 62. *num* 16. *circa med. Tusc. conclus.* 180 *melioramenta, num* 58. qui loquitur de augmento alluuionis sequuto, absque hominis industria, licèt referat dissentientes, *Hart. Pistor. quæst.* 42. *tom.* 2. *num.* 47. *& seq. latè idem examinat, & dixi supra num.* 143.

172 Limit. in eo, qui scienter † emit rem subiectam fideicommisso, vel sciens esse alienam, nam ratione melioramentorum illi non conceditur retentio, *l. fin. §. fin. C.* com-

commun.de legat vbi Corn.num.2.Iaſ.n.3. Neguſ.de pignor 4.*memb.*5.*par.n.*19. quem refert, & ſequitur *Cardin. Tuſc.concl.*179. *melioramenta, nu.*17. *Gutierz pract. quæſt. lib.*5.*quæſt.*68 *num.*9.*& ſeq.Vinc.de Franc. deciſ.*110.*num.*8. *Barboſ.in l.diuortio*, §.*fin. ff.ſolut.mat.num.*87.*verſ.vltimo*, declarando procedere reſpectu venditoris, ſecus reſpectu euincentis, vt dicit aduerti à *Corn.d.*§.*fin.n.*2. *Gratian.diſcept.*193.*n.*33.

173 *& ſeq.* ſublimitando † quoad neceſſaria, & quoad euincentem, *& dixi infra* §.11. *num.*38.

174 Limit. vbi ſunt facta † lite pendente, *& dixi infra* §.47.

175 Limit. vbi melioramentorum † æſtimatio excedit æſtimationem rei melioratæ, *Bart. l.ſiue hæreditaria* 23. *ff. de neg. geſt. Tepat.de impenſ. concluſ.* 272. *cap.* 4. *verſ.Vel non.*

176 An autem retinens rem † melioratam interim faciat fructus ſuos, diſtinguendũ eſt, an agatur de fructibus fundi pro rata, qua non eſt melioratus, ſeu de fructibus, qui eſſent percepti, non factis melioramẽtis, & quamuis *Guid.Pap.dec.*496. vellit fieri retinentis, aliud tamen ſentit, & probat *Peregr.de fideicom.art.*50.*num.* 68. An agatur de fructibus melioramentorum, *& dixi infra* §.50. An verò agatur de fructibus fundi tam meliorati, quàm nõ meliorati à bonæ, vel malæ fidei poſſeſſore, *& dixi infra* §.48.*cum quatuor ſeq.*

177 Limit. vbi Princeps † ſuo reſcripto, quod non eſſet ſubereptitium, vel obreptitium, mandaſſet rem melioratam reſtitui, *Decian.conſ.*29. *circa, lib.*2.*num.*17.*in fin.& *20. *& ſeq.verſ.Non obſt.*

178 Limit. vbi melioramenta † ſunt facta ad vtilitatem illa facientis, *Rom.ſing.*651. *Impenſa, Tepat.de Impenſ.concluſ.*272.*c.*4. *verſ.Vel non, Cremenſ.ſingul.*26. exemplũ referens, ſi Princeps, vel Ciuitas muniat caſtrum vaſſalli, ne capiatur ab hoſtibus, nam non repetuntur melioramenta, vt dicitur factum de arce Verrucæ à Carolo Emanuele Duce ſtrenuo Sabaudiæ anno 1625. quo fuit obſeſſa, & fuga nocturna, relicta à Duce feriæ Capitaneo Generali armorum.

§. I.

SVMMARIVM.

Melioramentorum exceptio ceſſat, quoties directus dominus reportauit ſententiam emphiteuſim illi apertam fuiſſe facto, & culpa emphiteotæ 1. 3. *& quare* 2.

Melioramenta non reficiuntur emphiteotæ eccleſiæ, qui facto, & culpa ſua cecidit ab emphiteuſi 4.7. *& quare* 5. *ampl. etiam ſi emphiteuſis ſit eccleſiaſtica* 8.9. *Contrarium* 10. 11. *& quare* 12. *Concorda* 15. *Ampl. primam opin.*16.17. *Ampl.in melioramentis induſtrialibus* 17. *Contrarium* 18. *et diſtinctione concordant relati, ibid. ſed prior opin.eſt communis, et probatur* 19. *Ampl.*40. 41. 42. 43 45. 47. 48. 49. 51. 52. 54. *Limit.*53. 55. 56 58. 60. 62. 63. *Sublimit.*59. 61.

Emphiteota ſoluens canonem parte fructibus, gaudet pluribus ſpetialibus 57.

Alluuione, ſi augeatur fundus empbiteoticus, vel feudalis, an augmentum ſit feudale, vel emphiteoticum 50.

Melioramenta facta in feudo, non repetuntur, vbi illud aperitur domino culpa vaſſalli 44. *Ampl.*46.

Emphiteota quando dicatur cadere ab emphiteuſi ſuo facto, & culpa 6.9.

§. *ſi vero, auth. de alienat. & emphiteuſ. declaratur* 11. 14.

Gloſ.in l.penul. verb. conſequturum, ff. locat. probatur 10. *reprobatur* 13.

Plus, & minus, quæ differunt, non differunt ſpetie 20.

In laudemij ſolutione non ſit differentia, An melioramenta ſint magna, vel modica 21.

Melioramenta facta vltra conuentionem in domo vendita ad vitam, non reficiuntur 22.

Cap. locupletari, de reg.iur.declaratur 23. 26. 30. *Limit.*28. *Ampl.*29.

Auth. qui rem, C. de ſacr. ſancta Eccleſ. declaratur 24.

Gloſſa declaratur 24.

Bart. declaratur 24.

Tributum eſt ſoluendum Principi in moneta, quam cudit 25.

Lex quamuis dura eſt obſeruanda 27. *ampl. ib.*

Emphi-

Emphiteotica deuolui domino cum melioramẽtis, si id fiat culpa, vel facto emphiteotæ, non est iniquum 29.35.36.
Rigor, quando præferatur æquitati 31.
§. Habeat, auth. vt Eccles. Roman. declaratur 34.
Præscriptio est iniquissimum præsidium, & contra præceptum Euangelij, ius naturæ, regulam, cap. locupletari 32. Contrarium 33.
Iniuria non infertur volenti, vel tacitè consentienti 35.
Cap. quod tibi fieri non vis, declaratur 36.
L. fin. vers. emponemata, C. de iur. emphiteot. declaratur 38.
Procurator, qui pluris emit, quàm sibi est mãdatum, non repetit id, quod vltra mandatum errogauit 37.
Grammaticorum pestis inuecta in ius 39.
Nouatores expellendi à Republica 39.

CONtinuando examen Regulæ fir-
matæ hoc *cap. Octauo*, excutiam hic
difficultatem, an etiam retardetur exe-
quutio sententiæ latæ super dimissione,
vel immissione, seu vendicatione bono-
rum emphiteoticorum, quæ expellendus,
vel illius Auctor fecerit meliora. Sed quia
talis sententia, vel fuit lata ad fauorem
eius, qui non est directus dominus, sed
vel eiusdem directi creditor, vel ad fauo-
rem directi domini, vel creditoris ipsius
emphiteotæ, dicendum in primis duobus
casibus retardari exequutionem senten-
tiæ, tertio autem nequaquam, & repe-
tenda esse respectiue, quæ fuere dicta in
Regula quam constitui hoc octauo capi-
te. Sed quia secundo casu sententia po-
test ferri in emphiteotam, vel quia con-
cessio illi facta sit finita, per lapsum tem-
poris, sub quo fuit facta, seu durabat, vt
puta lapsis centum annis, vel alio longio-
re, vel breuiori termino. Vel ob non
solutum canonem, vel negatum directum
dominium, vel ex alio capite, quo ex cul-
pa emphiteotæ aperitur domino emphi-
teusis, *iuxta l. 2. & 3. C. de iur. emphit.* &
& late prosequitur *Corbul. in suo tract. de*
iur. emphit. cap. 1. & seq.
1 Dicendum primò † si emphiteusis fiat
caduca facto, & culpa emphiteotæ, &
ideò lata fuerit sententia de associando,
vel immittendo directum, expulso em-
phiteota, quod nullatenus exceptione
melioramentorum retardabitur exequu-
2 tio sententiæ, quia † emphiteota culpa sua
factus fuit indignus beneficio rei emphi-
teoticæ, & in pœnam suæ culpæ, quæ isto
casu lata est, non faciendo, quæ debebat,
vel committendo ea, à quibus abstinere
se debebat, *l. vtique, §. culpa, ff. de rei vend.*
l. quemadmodum, §. si nauis, ff. ad l. Aquil.
si vt certo, §. plane, ff. commod. l. arborib.
§. nauis, ff. de vsufruct. Surd. cons. 391. n. 44.
3 vt in casu † nostro considerat *Bursat. con-*
sil. 80. num. 35. in fin. Ammittere etiam
4 † debet melioramenta tamquam accesso-
ria fundo emphiteotico, *l. 2. vers. Nulla*
in posterum, C. de iur. emphit. Bart. l. penul.
ff. locat. num. 5. & Cast. num. 4. Bal. in rubr.
C. de iur. emphit. num. 4. & in l. 2. C. eod.
num. 2. vbi Ias. num. 27. & 32. Ias. cons. 185.
lib. 2. num. 1. & seq. Aretin. in l. cætera, §.
Marcellus, ff. de legat. 1. vers. Io. de Imol.
Guid. Pap decis. 169. nu. 1. in fin. dum prius
firmasset in feudo, & illius melioramen-
tis, idem dici, quod de emphiteusi, *Ias.*
auth. qui rem, C. de sacros. Eccles. nu. 18. &
Dec. num. 14. Iacob. de S. Greg. num. 47. qui
loquuntur quoties emphiteota, priuatur
emphiteusi ob illius deteriorationem,
Bald. in l. Senatus 45. §. Marcellus, ff. de
leg. 1. & in cap. 1. §. si vassallus, hic finit lex,
nu. 1. vbi Aluarot. & reliqui feudistæ idem
volunt, addendo id sancitum fuisse ab Im-
peratore in pœnam emphiteotæ, & vas-
salli deficientis in suo munere, *Dec. con-*
sil. 518. viso, num. 1. & seq. eam afferens
5 rationem, quia si emphiteota sua culpa
amittit principale, multò magis debet
perdere accessorium, concludens hanc
opinionem esse communem, æquiorem,
tutiorem, seruari de consuetudine, & ita
esse iudicandum, *Aret. l. cætera, §. Mar-*
cellus, ff. de legat. 1. col. 2. vers. Ex his Ruin.
cons. 165. lib. 4. nu. 4. latè commendat æqui-
tatem huius opinionis, *Surd. decis. 78. n. 17.*
vers. Nec mouet, Serafin. decis. 546 num. 4.
6 declarando † præterea, quando emphi-
teota dicatur cadere ab emphiteusi sua
culpa, *& decis. 1496. num. 1.* † *relati à Car-*
7 *din. Tusc. concl. 179. melioramenta, nu. 24.*
Trentacinq. var. resol. lib. 3. de iur. emphit.
resolut. 9. num. 3. lib. 3. Clar. §. emphiteusis,
quæst.

quæst.45. inprinc.Philip.Testai. allegat.1. num.162. & seq. Ioseph.Ludou.decis.Perus. 117.procur.num.33.& seq. testans de communi opinione, & consuetudine, si emphiteusis fiat caduca ob canonem non solutum, *Valas.de iur.emphit.quæst.25.nu.3. vers.Verum communis,Guid.Pap.decis.438. num.1.relati à Serader.de feud.2 par.9.par. section.2.num.16.& 21. Pinel. in l. 2.par.2. cap.3.num.7. Gail. testans de communi lib. 2. obseruat.121. num.14. & seq. Carroc.de locat.par.4.de expens. num.10. Peregrin.de fideicommis.art.50.Impensarum, num.40.* vbi plures consentientes refert, & testatur de communi contra emphiteotam, & vassallum, *Rot. Lucens.diuers. decis. 82. In nomine, col.2. vers.stat,* vbi rationem refert, quare aliud dicendum in casu, *§. seq. & col.5. vers.negatur, & seq. lib.2.*

Contrarium defendi posset ex relatis à *Valas.de iur.emphit.quæst.25. num. 3. vers. Non tamen,* referens ita censuisse, *Florian. de S. Petr. & alios,* quos tamen tamquam contra communem loquutos non sequitur, & solùm *Fulgos.* fuisse huius opinionis, refert *Vincent.de Franc.decis.191.res.n.1.*

8 Ampl. etiam, quod emphiteusis † sit ecclesiastica, *Bart.l.penul.ff.locat.num.5. & Cast.nu.4.Cuman.cons.57.num.5.versic. Quia hoc fit culpa, Guid. Papa decis.169. num.2.Aretin.inl. cætera §. Marcellus, ff. de legat.1.num.2. vers.Ex his quæ supra;* vbi præterea obseruabis, quod licet *text. d.§.legatur ab Aretin.sub d.l.cætera,* quod legendus est *sub l.Senatus, Bero. cap. Potuit, de locat. num.148. vers. Tu dicas, Ioseph. Ludouic.decis.Perus.117.procur.num.34* asserens ita seruari de consuetudine, *Serafin.decis.546.Domini, num.* 4. exemplum
9 † referens, si emphiteota non soluat canonem, vel aliter lædit ius domini directi, *Trentacinq.var.resolut.lib.3.de iur. emph. resolut.9.* referens idem exemplum relatũ *à Serafin.Clar.§.emphiteusis, quæst.45. n.1. in fin. Philip. Testai. allegat.1.nu.169.Vinc. de Franc.decis.191.num.3.& 9.in fin.Rain. cons.24.lib.1.num.10. Cuman. in l. Senatus 45.§.1.ff.de legat.1. num.2.& 3. vers. Et pro hoc, Molin.de contract.disput.463. num.3. Valas. de iur.emphit. quæst.25.num.3.in princ.* addendo isto casu non fieri differẽtiam, an emphiteusis sit ecclesiastica, vel secularis, testans de communi, quam deinde *in versic.Verum communis,* asserit non esse deferendam, sed amplectendam.

10 Contrarium † voluit, *glos. in leg. penul. verb.consequuturum, ff. locat. per textum in*
11 *§. † si verò, de alienat. & emphit.* iuxta intellectum illi datum *à Cast. in eadem l. penul.relati à Cuman.cons.57. num. 5. in fin.* & comprobari posset ex dictis, *Florian.de S.Petro, in l. sed et si quid, ff. de vsufruct. num.4. & seq.* dum voluit non refici melioramenta ab Ecclesia, finita emphiteusi per extinctionem lineæ emphiteotæ, opinionem *Florian.* conatus est defendere, *Valas.de iur. emphit. quæst.25.num.3. vers.*
12 *Non tamen,* asserens melioramenta † esse propria emphiteotæ, quid diuersum ab emphiteusi, cum illa transeant ad quoscumque, etiam incapaces emphiteusis, *vt dixi supra in regula, ampl. 6.* sed ista fuerant motiua *Bero.in cap.potuit, de locat. num.148.relato Florian.loco mox citato,* & ita volebant respondi *Aretin. aliqui ecclesiastici,* vt idem testatur *in l. cætera, §. Marcellus, ff. de legat.1.col.2. versic. & credo, & ante Bero. & Aretin. idem senserat, Fulgos. cons.9. Abbas,* addendo non esse iure cautum, quod Ecclesia reficiat melioramenta, hæredi extraneo emphiteotæ, vel quod patiatur illa abradi a fundo emphiteotico.

Glossam præfatam auctricem huius cõ-
13 trarietatis expressè † reprobant *Ias. & ab illo relati in l.2.C.de iur.emphit.nu.27.circa med.Garzia de expens.cap.5.nu.25.circa fin. Valas.de iur.emphit.quæst. 25. in princ. sequendo Bart. Cast. Salic. & textum in d.*
14 *† §. si verò,* quo nititur *Glos.* & quem aliter esse intelligendum, quam intellexit, *Accurs. probat Pinel.in l.2.part.2.cap.3.n.6 in fin. & num.7. Vinc. de Franc. decis. 191. res.1.num.2. & seq.* vbi in spetie reprobat *Fulgos.* quem retuli subscripsisse dicta *Accurs.*

15 Contrarietatem hanc tentauit † conciliare, *Afflict. in §. si vassallus, hic finit lex, num.6. & seq.* an fundus fuerit datus principaliter ad meliorandum, vel simpliciter in emphiteusim, vt primo casu vera sit ampliatio relata, secundo autem casu vera sit opinio Glossæ, sed quia empiteusis

natura est facere rem meliorem non assentior *Afflicto*.

16 Ampl. præsertim, † si nouus emphiteota obligauit veterem, vt soluat in futurum canones omnes decurrendos, nam ratione talis pacti amittit emphiteusim, & melioramenta, quæ deinde fecit, *l. fin. C. de fund. rei priuat. lib.* 11. vt per eum textum firmat *Tepat. de Impens. concl* 272. *cap.* 9. *in fin.*

17 Ampl. in melioramentis † industrialibus, quæ à fundo emphiteotico separari nequeunt, nulla facta differentia generis, vel qualitatis, vel quamtitatis melioramentorum, & domini directi, *Cuman. cons.* 57. *num.* 5. *vers. sed tolleratur*, qui loquitur de emphiteusi Ecclesiæ, *Bero. q.* 96. *illud, num.* 4. *vers. finito*, addendo idem dici in feudo deuoluto culpa vassalli, modo melioramenta sint facta industria, opere, vel expensis vassalli, & emphiteotæ, *Valas. de iur. emphit. quæst.* 25. *num.* 3. *in princip. & circa med. vers. Verumtamen*, vbi de communi, & tenendam illam testatur, *Lancel. Dec. in l. Senatus*, §. *Marcellus, ff. de legat.* 1. *Brun. cons.* 105. *Ista*, *n.* 7. *Philip Testai. allegat.* 1. *num.* 162. *& seq. plur.* qui loquitur de emphiteota vassallo, *idem repetens, num.* 175. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. section.* 2. *num.* 16. *&* 21. *vers. Hac conclusio, Bald. in* §. *si vassallus, hic finit lex, num.* 4. *in fin.* vbi testatur ita seruari de consuetudine, licèt *Aluarot. ibid. num.* 2. *vers. Quid si ecclesia*, asserat illum alibi vacillare.

18 Contrarium volunt, † vbi melioramenta sunt eius generis, quæ emphiteota non erat obligatus facere ex natura contractus emphiteotici, vel ex conuentione, qualia sunt arborum plantationes, inculta, & sterilia colendo facere fertilia, exsicare vliginosam partem fundi, domum reficere, & similia, quæ proprie dicuntur emponemata. Secus si excedant naturam, & metam contractus emphiteotici, veluti si conficiautur spetiosa ædificia, diætæ, hypocaustæ magni sumptus, cubicula opere tessellato distincta, stagna, thermæ, aquæ ductus, quibus irrigetur emphiteoticus fundus, molendina, præla olearea, vel vinaria, *Pinel. in l.* 2. *C. de rescind. vend. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *Balduin. in* §. *adeo, instit. locat. nu.* 9. *& seq.* addendo hanc distinctionem nō fuisse notatam à nostris, quia non sat sunt assequuti, quid Græco verbo Emponemata complectatur, motus, *l. penul. ff. locat. idem repetit Caldas. de extinct. emphit. cap.* 10. *difficilis, num.* 49. *eamdem distinctionem in feudo fecit Bero. quæst.* 96. *illud, num.* 4. *vers. finito*, *Aluar. Valas. de iur. emph. quæst.* 25. *num.* 3. *vers. veruntamen, subdens in fin.* ita vidisse iudicatum, & hanc opinionem esse veram, & æquitati consonam, ne dominus locupletetur cum aliena iactura, *& num.* 12. *circa med.* asserens hanc esse opinionem Gallorum, quā non humano ingenio fuisse excogitatam, referunt *Garzia tractat. de expens. cap.* 6. *num.* 20. *& seq. & alij Hispani relati à Vinc. de Franc. decis.* 191. *num.* 13. eamdem distinctionem sequuti sunt, *Amad. de Laudemio, quæst.* 8. *Quid si egregium, num.* 3. *Vinc. de Franc. decis.* 191. *res, nu.* 13. *Gamma decis.* 333. *num.* 4. *Petra tract. de fideic. quæst.* 15. *num.* 262. *et eiusdem opinionis videtur Cuman. cons.* 57. *Monasterium, nu.* 5, *vers. Nec obstat*, concludens emphiteotam debere meliorare melioramentis minimis, colendo, non autem ædificando in fundo emphiteotico, quia proprium est emphiteotæ meliorare tantùm, quare falsò à *Balduin. & alijs*, redarguuntur nostri de ignorantia verbi Græci, & distinctio relata fuit humani, & Itali ingenij non autem diuina, vt exclamant Hispani supra relati, *Amatus latè defendens hanc opinionem resolut.* 14. *num.* 33. *& seq. & plures consentientes refert.*

Verùm non recedendo à proposita regula cum proxima, & antecedenti exten-
19 sione, † tum quia communiter est recepta, vt patet ex relatis Auctoribus, qui illam sequuntur, & fatentur, *Pinel. & Valas. in contrarium relati*, & illam non deserendam affirmat, *Valas. de iur. emphit. q.* 25 *num.* 3. *vers. Verum communis*, ac etiam quia Auctorem contrariæ opinionis reprobant, *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2. *num.* 16. *circa med. Philip. Testai. alleg.* 1. *num.* 172. *& seq.* & vrgent concludentes rationes, *Rosental. de feud. cap.* 10. *concl* 43. *quæstione, num.* 7. *& trib. seq. Nam Rota Lucens. diuers. decis.* 82. *col.* 3. *versic. Quoniam*, si verum est, vt melioramenta modica,

dica, seu quæ ex natura contractus facere debet emphiteota, amittantur caducata emphiteusi culpa emphiteotæ, illam alienando, sine consensu directi, vel deteriorando, vel non soluendo canonem, vel alias delinquendo in dominii iura, vt conceduntex aduerso distinguentes, & probant *relati in princ. huius* §. pariter verum erit amitti magna, & quæ sunt facta ita non exigête natura emphiteusis, quia quæ
20 secundum † plus, & minus differunt, non dicuntur differre spetie, *l. fin. vers. Qua mediocritate, ff. de fund. inst.* vt in simili dicitur de patruo, & patruo magno, qui ratione remotioris gradus non differunt, sed ambo proprie dicuntur patrui, & idê dicitur de consanguineis, & descendentibus, qui omnes dicuntur, & sunt consanguinei, & liberi, licèt illorum aliqui sint gradu remotiores, *Dec. in l.1. C. de succes. edict. num.3.* & idem dicitur de interesse, quod licèt diuersimode æstimetur, & quãdoque plus, & quandoque minus, non ideò tamen diuersa constituitur interesse speties, ratione quamtitatis, *Dec. in l. vnic. C. de sent. quæ pro eo quod interest in prim. lectur. num. 12. vers. sed tamen pro opinion.*

Et sicuti in solutione laudemij, non fit
21 differentia † an melioramẽta sint parua, vel magna, sed sine distinctione aliqua, iuxta illorum pretium, si vendantur, vel æstimationem, si donentur, vel alio titulo, in quo non interuenit pretium, *vt dixi lib.1. quæst. . . & lib. 3. quæst.17. art. 3. & quæst. 49. & alijs eiusdem libri tertij*, ita caducari debet omne genus melioramentorum, quia statim atque illa sunt facta, accedunt, & cedunt solo, cui hærent, nec ab illo separari possunt, sed eiusdem fiunt naturæ, & conditionis, cuius est res ipsa, etiam quoad extrinseca accidentia, vt respondit *Gabriel. cons. 168. quæst.6. n.89 lib.1.* in fortioribus terminis concludendo
22 concessa domo ad vitam, cum pacto, † vt defuncto eo, in cuius caput facta fuerat concessio domus, cum melioramentis factis vltra conuentionem, domino deuolueretur, locum esse pacto, licèt pluris, & multum fuerit expensum, & melioratum.

Non obstant fundamenta eiusdem distinctionis, nam quod non refusis melioramentis factis vltra naturam contractus emphiteotici, dominus locupletetur cum aliena iactura, contra æquitatem regulæ,
23 *locupletari † ext. de reg. iur.* desumptæ à iure ciuili *in l. iure naturæ, ff. de regul. iur. l. nam hoc natura, ff. de condit. indebit.* cũ idem emphiteota det sibi causam damni, & lucri directi domini, non potest iuste conquæri de suo damno, & improbare lucrum, quod alteri accidit, sicuti conqueri non potest is, qui vendit minoris, quam emit, vel alio tempore vendere poterat, vt in terminis nostris, *Gloss. & Barth. in*
24 *auth. † Qui rem, C. de sacros. Eccles.* dum textus, inquit, non repetiturus, si quid impendit nomine meliorationis, concludit talem repetitionem cessare facto, & culpa emphiteotæ, *eamdem gloss. sequitur, & comprobat Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 18. Cuman. consil. 57. num. 5. vers. Nam cum posset, Mantic.* loquens de emphiteota, qui expellitur, quia deteriorauit simul, & meliorauit emphiteotica, *de Tacit. lib. 22. tit. 29. num. 12.* & damnum quod sua culpa quis sentit, sibi & non alteri ascribere debere, *cap. damnum, de regul. iur. per quem textum, Gabriel. ex Host. Albert. Brun. & alijs cons. 164. Ciuitas, lib.1. num.6.* concludit Principem al-
25 terantem cursum † monetæ, cudendo illam ære contaminatam, debere recipere tributa sibi debita in moneta alterata etiã in bonitate intrinseca, quia vt est in prouerbio, Turdus sibi malum cacat, seu, vt inquit Poeta.

Heu patior telis vulnera facta meis.

26 Præterea dicitur regulam, † *cap. locupletari*, cessare in ijs, quæ consequuntur ex regulis datis à lege contractni emphi-
27 teotico, † quælicet durę, vel inhumanæ sint, sunt tamen obseruandæ, *l. prospexit, ff. qui & à quibus, l. furti, §.1. ff. de ijs, qui notaut infam.* præsertim quia non repugnant bonis moribus iuris ciuilis, *Surdus cons. 148. Nulla, in princ.* & quod dicta
28 regula † cesset in contractu emphiteotico, respondit *Bald. ex doctrina Bart. in l.1. ff. de superfic. consil. 372. casus vir. in fin.*

Nec considerari potest aliqua iniqui-
29 tas † concurrente legis dispositione, & facto emphiteotæ, *Dyn. in cap. locupletari, de reg. iur. num. 6. in fin. Cuman. consil. 57.*

num.5.post med. verſ. Quia hoc fit culpa, l.nec id iniquum, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. per quem textum ita firmat, vbi emphiteuſis, vel feudum aperitur domino culpa vaſſalli vel emphiteotæ, concludit *Liparol. ad Iſernin cap.1. Hic finit lex, nu.17. verſ. Cum. Scrader. de feud.2.par.9. par. ſection.2.num.16.*

30 Addatur, quod cum regula *d. cap.* † *locupletari*, contineat æquitatem ſcriptam
in genere, *vt voluit Iaſ. in l. naturaliter, ff. de condit. indeb.* & rigor amiſſionis meliorамentorum ex facto, & culpa emphiteotæ ſit ſcriptus in ſpetie, *l.2. & 3. C. de iur. emphit.* poſtpoſita generali æquitate, præ-
31 ferendus † eſt ſpetialis rigor, *l. placuit, C. de iudic. vbi Iaſ. num. 8. latè Garzias de expenſ. cap.1. num.28. Abbas conſ.91. num.6. verſ. Nec debet, par.1. Natta conſ.193. n.9. Card. Mantic. deciſ.148. num.3. Dec. in l. ſi tibi pecuniam, ff. ſi cert. pet. num.6. Dyn. in cap. poſſeſſor, de reg. iur. num. 24. & in terminis, Scrader. de feud.2 par.9. par. ſection.2 num.18.* vt in ſimili dicitur de præſcriptio-
32 ne, quæ licet ſit iuris iniquiſſimum † præſidium contra regulam, *d. cap. locupletari Euangelicum præceptum*, quod tibi fieri nō vis, ita vt excipiens, de præſcriptione dicatur vti circumuentione proximi ſui, *§. habeat itaque auth. vt Eccleſ. Roman. Bald. in l.1. C. de præſcrip. 30. ann. num.3. Rimin. Iun. conſ.174. fundata, nu.18.* concludens, ſi non iniquum ſaltem eſſe durum præſidium, *Zaſ. conſ.15. lib.2. num.29.* Admitti-
33 tur tamen contra regulam, † *cap. locupletari*, & eſſe iuſtum præſidium, probat *Pinel. in auth. Niſi tricennale, C. de bonis quæ liber. nu.39. vſq. ad 42. quem ſequitur Fontanel. de pact. nuptial. tom.1. clauſ. 4. gloſ. 12. num.72. & ſeq. & late Menoc. de arbitr. Iud. quæſt.49. nu.4. & ſeq.* concludens exceptionem non poſſe reijci à iudice, coram quo proceditur de bono, & æquo, & receptam eſſe de iure Canonico, quod totum eſt fundatum in æquitate, ac etiam in foro conſcientiæ, declarans *nu.7.* quo-
34 modo intelligatur *textus* † *in d. §. habeat, aut. vt Eccleſ. Roman.* quo dicitur præſcriptionem eſſe iniquiſſimum præſidium.

Præterea dicitur, quod non cadit aliqua iniuria emphiteotæ, amittendo exceſſiuas expenſas, quia ſua ſponte illas fe-
35 cit, & † volenti, & tacitè etiam conſentienti, non infertur iniuria, nec damnum, *Sarmient. in terminis noſtris, Select. Interpret. lib.3. cap.4. num.3. circa med.* ſed potius concurrit culpa emphiteotæ, faciendo, quæ facere non erat obligatus, & amittendo, quæ omittere, vel committere non debebat, & ideò cum illius culpa præponderet, non eſt iniuſtum illius conditionē fieri deteriorem contra regulam, *cap. locupletari*, vt conſiderat *Dyn. ibid. num. 5. Scrader. de feud.2. par.9 par. ſection.2. nu.18. in princip. Burſat. conſ.80. Domini, num.35. in fin. & num.36.*

Nec dominus acceptata caducitate emphiteuſis, cum omni genere melioramentorum, committit in Euangelicum
36 præceptum. † Quod tibi fieri non vis alteri, ne feceris, cui conſonat, *Rubric. digeſtorum*. Quod quiſque iuris, vt conſiderant addentes *ad Matheſil. ſingul. 110. num.21. & ſeq.* inuehentes in Canoniſtas, qui vſque illam non admittant, quia cum actus commiſſionis culpæ, ſeu delicti, cuius cauſa emphiteuſis aperitur domino, contingere poſſit etiam in ipſo domino, qui recipiat ab alio fundum in emphiteuſim, & pari pena puniri volente directo, *l.2. verſ. volente domino, C. de iur. emphit.* non committit Dominus in Euangelicum præceptum, & æquiſſimam iuris ciuilis regulam; exemplo eius quod tradit *Angel. in l. naturaliter, ff. de cond indeb.* dum vult,
37 non dari † procuratori actionem ad petēdum, ſi pluris emit ſua culpa, & facto, quem ſibi fuerat mandatum, & idem dici in eum, qui contra voluntatem domini vtiliter quid geſſit, *Caſt. conſ.248. ſuper, lib.1. num.1. & dixi de Laudem. lib.1. quæſt.*

Nec poſtremo obſtant, quæ nouatores, vt loquitur *Roſental. de feud. cap.10. concl. 43. quæſtione, num. 8. in fin.* perpenſa ſi-
38 gnificatione † verbi. Emponemata affirmant, quia quamuis lectio illius textus ſit varia, & corrupta, vt volunt relati *à Tiraquel. l. ſi vnquam, §. reuertatur, n 288.* non animaduerterunt *Iuſtin. in l. fin. C. de iure emphit.* fuiſſe vſum geminatis verbis, nempe meliorationis, & emponematis, quæ generalia, ſeu vniuerſalia ſunt, & negatiue prolata, nec conſiderarunt, quod licet verbum Emponema inuectū

in iuris prudentiæ lares,& à Græcis transf-
latum ad Latinos, tempore, quo data fuit
forma contractus emphiteotici,significa-
ret tantũ meliorationes, quæ fiunt inserẽ-
do, seu plantando arbores in rustico fun-
do, illumuè incultum ad culturam redi-
gendo, *vt ex Nebrisensi in suo Lexico re-
fert*, dixisse nouatores præfatos, *Caldas. de
extinct. emphit. cap. 10. n. 49. circa fin.* quod
procedente deinde vsu, & tempore, ne-
39 glecta Grammaticorum † peste, impro-
bata etiam ætate Alberici, vt ille testatur
in proem. Digestorum, cęptum fuit idem
verbum vsu prudentum latius extendi, si-
cuti comperta vtilitate contractus em-
phiteotici dati deinde fuerunt in emphi-
teusim etiam fundi vrbani, in quibus ædi-
ficia magnitudinem Romanam æquantia
fuere ingentibus sumptibus constructa,
*vt vidi meis temporibus factum emptis Ro-
mæ in Quirinali hortis Carpensibus*, qui
sunt sub directo dominio Basilicæ Eccle-
siæ S. Mariæ Maioris, & cum talis emptio
facta fuisset mediante subhastatione, in-
stantibus creditoribus Alexandri Ducis
Sfortiæ, requisitus quid sentirem de solu-
tione laudemij, dixi emptorem non esse
exemptum, *vt dixeram lib. 2. quæst. 14.
tract. de laudem.* relatam considerationem
nè quemquam defraudem suo merito ex-
cogitarunt, *Scrader. de feud. 2. par. 9. sect.
num. 17. circa med. & Rosental. eod. tract.
cap. 10. conclus. 43. quæstione, num. 7. cum
quatuor seq.* & expresse etiam reprobauit
Rota Lucens. diuers. plura in eumddm no-
uatorem conijciens, *decis. 82. In col. 3. & 4.*
addendo fuisse allucinatum, *relatis dictis
Ias.* & eodem errore lapsum, *Pinel.* qui
nouatorem sequitur, vides ergo quem la-
tum disputationis campum dederit vir in-
genij salebris, & ad nouandum prompti,
in quod † genus hominum tamquam rei-
40 publ. parum vtile plura congerunt, *Gon-
zalez ad regulam 8. Cancel. Apost. glos. 8.
num. 92. & seq. Valenzol. cons. 24. num. 2. &
4. Petr. Gregor. de Republ. lib. 23. cap. 9. n. 9.*
41 Ampl. præsertim in † melioramentis,
quæ emphiteota debebat facere ex natu-
ra, seu regulis contractus emphiteotici,
*Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 3. circa
fin. Amad. de Laudem. quæst. 8. num. 3.*
42 Ampl. vt non differat † an emphiteusis
aperiatur culpa emphiteotæ inuestiti, vel
illius successoris tam vniuersalis, quàm
particularis, *Philip. Tessai allegat. 1. n. 186.*
Ampl. præsertim in melioramentis,
43 † quæ empiteota debebat facere ex pacto
inito cum directo domino cõtemplatio-
ne concessionis emphiteoticæ, *l. dominus
horreorum, §. conducto, ff. locat. Pinel. in l. 2.
par. 2. cap. 3. n. 10. Valas. de iur. emphit. q. 25.
num. 1. & 3. circa fin. & num. 32. vers. ad
illud*, eam afferentes rationem, quia lu-
crum melioramentorum est pars contra-
ctus, *l. fundi partem, ff. de cont. empt.* præ-
sertim si fuit factus cum Ecclesia, vt con-
siderauit *Rota teste Serafin. decis. 485. n. 3.
& seq. Amad. de Laudem. quæst. 8. nu. 3. Phi-
lip. Tessai allegat. 1. num. 182. & seq.*
Ampl. vt deuoluantur melioramenta
44 † domino in præiuditium creditorum,
etiam quod ex causa dotis illa fuerint hy-
pothecata ab emphiteota, *Alba cons. 28. in
fin. sequendo Spec. & Host. vt refert, & af-
firmat Bursat. consil. 80. Dominus, num. 32.
& 34. & 35.* qui loquitur vbi feudum,
45 † vel emphiteotica fuerant alienata sine
consensu domini, *Rosental. de feud. c. 10.
conclus. 43. nu. 14. & 15. reprobato comment.
consuet. Parisiens.* in casu amissionis feudi
ex delicto, vt non præiudicetur mulieri,
vel creditori, cui fuerant melioramenta
obligata, vel iuxta statutum de acquestu
inter coniuges pro parte vni ex coniu-
gibus acquisitum.
Amplia præsertim, si melioramenta
46 † sint facta post incursam caducitatem,
Aluar. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4
eam afferens rationem, quia facta sunt à
malæ fidei possessore, *Iac. de S. Georg. in
auth. Qui rem, C. de sacros. Eccles. num. 114.*
47 & † de melioramentis factis in feudo,
postquam illud culpa vassalli erat apertũ
domino, concludit *Scrader. de feud. 2. par.
9. par. section. 2. num. 18. in fin. & num. 19.*
48 addendo idem dici, † si facta fuerint ab
hærede, vel singulari successore vassalli,
qui in dominum deliquit, *licet Valas. d. n. 4.*
vellit latam esse sententiam super deuolu-
tione, & emphiteotam constitui in vera
mala fide, & sic in aperto commisso, & in-
dubietata deuolutione.
49 Ampl. præsertim, † si in instrumento
concessionis fuit dictum, quod fundus da-
batur

batur ad meliorandum, non autem ad deteriorandum, *Aretin. in l.cætera, §.Marcellus, ff.de legat.1.col.2.in fin.verſ.Ego dixi, Scrader.de feudis 2.par.9.par ſection.2.n.72 ſequendo Bart. in l colonus, ff. locat. in princ.*

50 Ampl. etiam in melioramentis † naturalibus, ideſt quæ ſola natura, ſeu naturali, vel gentium iure tantùm operante, abſque facto hominis, accedũt fundo emphiteotico, veluti ſi alluuione, vel impetu fluminis, quid illi addatur, vel vniatur, *iuxta §.præterea, §. per alluuionem, §.inſula, inſt.de rer.diuiſ. & declarat Ioſeph. Ludouic.deciſ.Peruſ.24.Domina, num.3.* indagando deinde *nu.4.* an talia melioramenta acquirantur directo, vel vtili domino,

51 quam difficultatem late reſoluit, † *Scrad. de feud.2.par.9.par.ſection.2.4.* concludens acquiri vaſſallo, emphiteotæ, & cuicumque poſſeſſori, & domino iuxta iura ſua, & fieri feudalia, & emphiteotica, & fructus illorum ſpectare ad fructuarium, proprietatem verò ad proprietarium, & deuolui domino abſque ſolutione aliqua, ſi emphiteuſis, vel feudum aperiatur domino, culpa, vel finita linea emphiteotæ, vel vaſſalli.

Oſtant tamen dicta, *Gul. de Benedict.in cap.Raynutius, §. & hortum de teſtam.n.17.* concludens vnita feudo per alluuionem non fieri feudalia, & tradita à *Scrader. de feud.2.par.9.par. ſect 2.num.10.*

52 Ampl. etiam, † ſi excipiatur de melioramentis accidentalibus, veluti quod nũc pluris æſtimetur fundus emphiteoticus, quam æſtimabatur tempore conceſſionis, *nam ſiue finita linea, vel culpa emphiteotæ*, emphiteuſis aperiatur domino, non proderit emphiteotæ excipere de hoc genere melioramentorum, *vt ex Bero.in cap.1.de reſtit.in integr. num. 24. concludit Scrader. de feud.2.9.par.ſect.2.nu.5.* & ratio eſt, quia cum illud pendeat à caſu, & fortuna, & poterat in pretio, ſeu æſtimatione minui, quis non auditur, excipiendo id quod in caſu contrario non peteret, vel minime exciperet, *l. ſi rem, ff. de pet.hæred.l.ratas, C.de reſcind.vendit.*

53 Ampl. etiam † in melioramentis, ſeu additamentis factis fundo emphiteotico beneficio præſcriptionis, modo tale additamentum fiat titulo præcedentis conceſſionis emphiteoticæ, & dominus directus ſit capax talis augmenti, ſecus ſi tamquam non emphiteota, & alio titulo præſcripſit *Scrader.de feud.2.par. 9.par. ſect.2. num. 6.* aſſerens hanc opinionem veriorem, licèt

54 aliqui diſſentiant, † *limitando*, ſi annis triginta de tali augmento præſtita fuiſſent emphiteotica obſequia, vel de illo fuiſſet à domino inueſtitus, & non per errorem, ſed ex certa ſcientia, & animo deliberato, emphiteota tale augmentum recognouit ab eodem domino, illudque ſubiecit ipſius directo dominio, recipiendo deinde in emphiteuſim.

55 Ampl. idem dicendum † in conductore ad longum tempus, qui exiguam ſoluat penſionem; quia militat eadem ratio, quæ vrget in emphiteota, *Caſt.conſ.207.col.3. lib.2. Valaſ.de iur.embit.quæſt.29.num.25. quos refert, & ſequitur Barboſ. in l. diuortio, §.final.ff.ſol.mat.num.70.*

56 Ampl. etiam, † vbi nulliter fuit conceſſa emphiteuſis, nam melioramenta compenſantur cum fructibus, *vt dixi infra §.49.num.15.*

57 Limit. in melioramentis, † ſeu expenſis factis gratia quærendorum, vel conſeruandorum fructuum illius anni, quo emphiteota eijcitur à fundo emphiteotico, *Valaſ.de iur.emphit.quæſt.25. num.5.*

58 Lim. vbi emphiteota † ſoluit canonem parem fructibus, quos fert fundus emphiteoticus, *Amad.de Laudem.quæſt.8.num.3. Valaſ.de iur.emphit.quæſt.25.num.31.* eam afferentes rationẽ, quia talis emphiteotica conceſſio egreditur terminos, & naturam conceſſionis emphiteoticæ, & accedit naturæ locationis perpetuæ, vel ad longum tempus, à qua quouis modo expellatur conductor, non amittit melioramenta, vt dicam infra §.14. *Philip.Teſtai alleg. 1.*

59 *num.207. & ſeq.* † vbi plura refert, † quæ iſto caſu concedantur aduerſus regulas iuris emphiteotici, *Barboſ.l.diuortio, §.fin. par.1.ff.ſol.mat.nu.70.* vbi etiam agit quid dicendum, ſi Canon ſit mediocris, *Valaſ. de iur.emphit.quæſt.25.nu.31.Bero. c.1. de reſtit. in integr.nu.30.* eam afferens rationem, quia ſimilis colono, ſeu conductori, *Amat. reſolut.14.num.14.*

60 Limit. vbi † melioramenta tamquam quid

quid diuersum à fundo emphiteotico, possunt ab illo separari, & separata, per se stare possunt, veluti si iuxta fundum emphiteoticum rusticum, vel vrbanum fuerit emptus alius non emphiteoticus, vel qui non ab eodem domino recognoscatur, nã per concursum nouæ causæ voluntariæ quoad acquirentem, nouus, & diuersus à præcedenti subsequi debet effectus, & alia qualitas, *cap. 1. §. ex contrario, de inuest. de rer. alien. fact. vbi Iac. de Beluis. Isern. Afflict. & reliqui*, *Bald. l. 1. ff. de rer. diuis. n. 6. Gul. Bened. cap. Raynutius*, *§. & hortum*, *de testam. nu. 16. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. glos. 1. num. 77. Ruin. cons. 14. lib. 1. n. 4. Ioseph. Lud. decis. Perus. 24. num. 17. Bursat. cons. 41. num. 5. & 6. & cons. 46. num. 18. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 17. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. sect. 2. nu. 11. & seq.* ampliando etiam, si quod fuit, additum erat incorporale, dum prius *num.* 10. demonstrasset cessare isto casu regulam quod augmentum, vel vnitum sequatur naturam augmentati, vel eius cui vnitur, exemplum referens, si acquisitum sit ius pedagij, transitus, vel iurisdictio, & similia, nisi deinde illa fuerint ab emphiteota recognita ab eodem domino, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 53. Amat. resol. 14. num. 24. & seq.* vbi plura exempla refert,

61 *& num. 27.* † sublimitat, si talia melioramenta separabilia erant destinata ad meliorandum feudum, quod aperitur domino, vt puta, bombardæ, armamenta, ad defensam castri.

62 Limit. in eo, qui † dedit pecunias, vt fierent melioramenta, *Surd. cons. 183. pro-*

63 *posita*, *num. 16.* sublimitando, si † illi fuerint cessa iura ab eo, qui fecit melioramẽta, si autem pecunias dedisset ad effectum meliorandi, & facta sint melioramenta, idem sit dicendum, videnda sunt, quæ dixi supra *cap. 6. & Surd. d. cons. 183. num. 17.*

64 Limit. in melioramentis † necessarijs, *l. colonus*, *ff. locat. Menoc. de recup. posses. remed. 15. num. 502. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 12.* declarando, si illa sint facta post commissam causam caducitatis secus si ante.

65 Limit. in melioramentis, † quæ sequuntur absque facto, & industria hominis, vt puta alluuione, extinctione lineæ emphiteotæ, *Molin. de iur. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 18. Lud. Molin. de Maiorat. disput. 643. num. 4.*

66 Limit. in melioramentis factis ab eo, qui fundum emphiteoticum emit tamquã liberum, & deinde detegitur seruum, & apertum domino, *Guid. Pap. decis. 348. relatus à Ripol. var. resol. de iur. emph. cap. 7. num. 332.* qui id non dicit, *in meo Cod. nec Bart.* quem dicit citari à *Guid. Pap.* Cum tamen emptor esset in bona fide, censeo non amittere melioramenta, etiamsi negasset rem esse emphit. *Corbul. de emphit. cap. 1. num. 12.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Melioramentorum exceptione retardatur exequutio sententiæ latæ ad fauorem domini, quod ad illum sit deuoluta emphiteusis, sine culpa, & facto emphiteotæ 1. *Contrarium* 5. *Priorem opin. intellige* 6. *Ampl.* 7. 8. 9. 10. 12. 13. *Ampl. in emphiteusi ecclesiæ* 11. *Contrarium* 14. *Concorda* 15. *Ampl.* 16. 17. 18 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 31. 32. 36. 38 40. 42. 43. 45. 46. *Limit.* 4. 35. 39. 41. 50. 52. 54. 55. 56. 57. 59. 60. 62. 63. 65. 66. 67. 68. 69 70. 71. 72. 73. 74. 75. *Sublim* 51. 61. 64.

Cap. locupletari de reg. iur. declaratur 14.

Melioramenta facta in feudo, repetuntur aperto feudo, absque culpa vassalli 2. 33.

Victori, quando reficiantur expensæ, quas non fecit 34.

Actus præsumitur factus ab eo, cuius interest illum fieri 37.

Inuestitura noua, quando dicatur similis veteri 43. *& quando id præsumatur* 44.

Ecclesia quando ligetur legibus laycorum 53.

Vassallus non amittit feudum, si modico tempore deseruit dominum 54.

Deuoluta, seu aperta emphiteusi domino ob finitam lineam eius, cui fuerat concessa, vel quia lapsum sit tempus, quo durabat concessio, vel alias sine culpa, & facto emphiteotæ, & ideò lata sit sententia, directum dominium esse immittendam in possessionem, quod exceptione melioramentorum retardanda sit

1 eiusdem sententiæ † exequutio, & conceda-

datur

datur emphiteotæ, vel illius hæredi retẽtio, firmarunt *Iaſ.in l. 1. C. de iur. emphit. num.30. & in l.2.C.eod.num.30.& 32.Dec. in auth. qui rem,C.de ſacroſ.eccleſ.num.14. circa med. Pinel. in l.2.par.2.cap.3. num.7. Scrader.de feud.2.par.9.par.ſect.2.num.20.*
2 *& ſeq.* aſſerens idem † dici in feudo, probando exemplo eius, qui obtinuit reſcindi venditionem beneficio reſtitutionis in integrum, *vel l.2. C.de reſcind. vend.* vel ob conditionem reſolutiuam contractus, cui ſunt reficienda melioramenta facta in re vendita, *vt dixerat prius Pinel. in l.2 par.2.cap.4.nu.62.* Nec non & mariti vſufructuarij, grauati fideicommiſſo, retrouendentis ex pacto, ſiue ex iure congrui, donatarij, reſoluta donatione obſuperuenientiam filiorum, qui omn repetunt expenſas, interim factas, ſi fuerint rei perpetuò vtiles, & datur illis retentio, donec fuerint ſatisfacti, ſubdens, idem dici in clerico, qui ex patrimonialibus meliorauit bona eccleſiæ, & patre meliorante bona filij aduentitia, quæ omnia deſumpſit *ex Cuman.conſ.57. monaſterium, num. 5. Tiraquel.de retract.Conuent.§.7.gloſ.1.n.1. & ſeq.plurib. ante Iaſ. & Scrader. idem dixerant Bald.Angel. & Cuman. in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de legat.1.& in l.2.C. de rei vend.num.4.in fin.Caſt.conſ.237.primo,lib.1. num.4. & conſ. 270. viſo puncto, lib.2.col.3. verſ. Si verò propter non eorum culpam, Dec. conſ.518. viſo instrumento, num.2. & ſeq.Gozadin.conſ.86.n.25 quem ſequitur Ceſal. conſ.213. multa, num. 15. Pariſ.conſ.28.lib.3.nu.2. & ſeq. & conſ.55. Quoniam, num 22.& ſeq.lib.2.Clar.§.emphiteuſis, quæſt.45. num.1.verſ.ſi vero, Rimin. Iun.conſ.411. Cum. D. num. 2. & ſeq. & num.11.* vbi plures refert, aſſerens ita
3 ſeruari † de conſuetudine, & hanc opinionem niti æquitate, eſſe tutiorem, & æquiorem, & communem, *Gamma deciſ.41. in cauſa, nu.7.& deciſ.75.* dixeram, aſſerens
4 ita iudicatum, † niſi obſtet pactum, ampliſsimis verbis conceptum, *Rolan.à Val. conſ.28.lib.1.num.16.Seraphin. deciſ.1496. num.1. & ſeq. & nu.5.idem cum Gamma repetens, Menoc.de recup.poſſeſſ.remed.15. num.502.& ſeq.Decian.conſ.29.nu.5.circa med. & conſ.58.num.67.lib.2.* aſſerens non legiſſe contradicentem, & eſſe concluſio-

nem communem ab omnibus receptam, *Valaſ.de iur.emphit.quæſt.25.nu.6.* vbi plures congerit conſentientes, teſtantes de communi, & hanc eſſe veritatem, *Gamma deciſ.22. in cauſa, in princ.* aſſerens cõtrariam ſententiam eſſe iniquam, *Burſat. conſ.80.num.34. Bertazol conſ.81.num.30. Dec.conſ.518.viſo, num.1.vſque in fin.Bero. q.19. ſed & illud, vbi late hoc probat, Rebel.de obligat.Iuſt.lib.7. de expenſis, q. 2. nu.2. Gail.de communi, obſeruat.121.lib.2. num.15. Bero.cap.1.de reſtit.in integr. n. 31. Decian.conſ.18.vol.2.num.34.circa med.relati à Tuſc.concluſ.179.melioramenta, n.22. & 24.Barboſ.l.de uortio, §.fin.ff.ſol.mat.n.68 verſ. Nunc, Afflict. §.ſi vaſſallus, hic finit lex, num.6. in fin. Aret.l.cætera, §. Marcellus, ff.de legat.1.verſ. Ioan.de Imol. Amatus reſolut.14.num.1.* vbi infinitos refert, & ab iſta opinione æqua non recedendũ, *Surd.deciſ.300.nu.20. Rota Lucenſ. diuerſ. deciſ.82.In.col.3. verſ. ſtat.* vbi rationem differentiæ refert inter hunc, & præcedentem caſum antecedentis.

5 Contrarium late † defendit *Sarment.Selectarum interpret.lib.3. cap.4.* quem non vidit *Decian.* quem retuli dixiſſe contrarium, & in emphiteuſi eccleſiæ ante *Sarmient.* idem ſenſerant, vt referam infra, & aliqua congerit, *Valaſ.de iur.emphit.q.25. num.6.in fin.* quæ ſuadent numquam perſoluenda eſſe melioramenta, quibus addo dicta, *Bald in l.1.C.de iur.emphit. num. 7. verſ. Quarto, & num.8. Vinc.de Franc. deciſ.191.res num.3. relati à Tuſc. concl. 179. Melioramenta, num.23.*

6 Intellige, † vbi conſtat de antiquo ſtatu rei, quæ aſſeritur meliorata, *Seraſin. deciſ.898.fuit, num.6.Rot.diuerſ.recent. deciſ.356.num.3. et dixi §.73.in princ. verſ. Intellige.*

7 Ampl. ijs omnibus † caſibus quibus ampliatur regula conſtituta, *hoc cap.8. & infra §.17.*

8 Ampl. etiam, quod melioramenta † ſint magna, *Iaſ.l.1.C.de iur. emphit. num. 26.* addendo modo non ſint, ex his quæ ſpectant ad emphiteotam, veluti, vt idem prius, *num.25.* dixerat ſternere viam, functiones publicas ſoluere, & alia facere, quæ referunt *Odof. & Alberic. in l.2. C.de iur.emph. & dixi in meis Collectaneis ibid.*

vers. publicarum functionum.

9 Ampl. ijs omnibus, quibus dixi dari retentionem rei emphiteoticæ, nisi soluantur melioramenta, & ideò retardatur executio sententiæ, *vt dixi supra hoc cap.*

10 Ampl. etiam, vbi extincta † vna linea eorum, quia principio fuerant inuestiti, emphiteusis deuoluitur ad aliam successiue vocatam, *Curt. Iun. conf. 41. præsuponitur, num. 10.* concludens illam non admitti, nisi reficiantur melioramenta hæredi vltimi deficientis lineæ, *Socin. in l. diuortio, ff. sol. mat. n. 10. Ruin. conf. 14. lib. 1. n. 10. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. sectiona. 2. nu. 47* & dixi supra hac conclusione, *Dec. conf. 58. lib. 2. num. 66. & seq. Brun. conf. 105. n. 7. Paris. conf. 22. num. 68. & 23. num. 91. lib. 1.*

11 Ampl. etiam, quod emphiteusis † sit ecclesiæ, *Cuman. conf. 57. Monasterium, num. 5. vers. Sed tamen*, asserens hanc opinionem esse tutiorem, & æquiorem, *relato Bald.* testante ita seruari de consuetudine, subdens concludentem rationem *in vers. Nam cum, sequitur Dec. relato Cast.* sæpius idem consuluisse *in auth. Qui rem, C de sacros. eccles. num. 14. in fin. Paris. consil. 28. Simon. lib. 3. num. 1. & seq. Clar. §. emphiteusis, quæst. 45. Bero. conf. 89. lib. 1. n. 36.* concludēs recisa quouis modo alienatio-

12 ne bonorum ecclesiæ, † etiam ex capite nullitatis, melioramenta esse ab ecclesia cultrice iustitiæ reficienda, *Decian. conf. 29 lib. 2. num. 5. circa med. Decian. conf. 29. circa, lib. 2. num. 5. in princ. Aretin. in l. cætera, §. Marcellus, ff. de legat. 1. vers. in emphiteota Tusc. conclus. 179. melioramenta, num. 24. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. n. 6.* vbi pluribus relatis, concludit, nō fieri differentiam, an emphiteusis sit secularis, vel ecclesiastica, & esse opinionem æquā, *Gamma decis. 22. in princ.* asserens contrariam sententiam *Fulgos. & aliorum*, quos iniqua ratio amabit, esse iniquam, & perperam iudicasse, qui illam in iuditio fuerant sequuti, *Vinc. de Franc. decis. 191. res, num. 15.* asserens hanc esse veritatem, & ita tenendum, & eiusdem opinionis fuisse, *Liparol. Episcopum Nicoteræ, Scrader. lo-*

13 *quens de † feudo sine culpa vassalli*, aperto domino, & cuicumque corpori, vel personæ priuilegiatæ, *de feud. 2. par. 9. par. sectione. 2. num. 45. & seq.* late id comprobans *Viuius opin. 495. melioramenta, num. 4.* addendo esse reficienda ab ecclesia, vt in concreto, non vt in abstracto, & ita seruari de consuetudine, *Bero. cap. 1. de restit. integ. num. 32. Amat. resol. 14. num. 1.*

14 Contrarium † firmarunt, *Fulgos. conf. 9. num. 1.* ea ratione, quia iure cautum non est, vt ecclesia reficiat melioramenta suo colono eiecto sua culpa, licèt aliud sit cōstitutum in colono seculari, nec obstare, *cap. locupletari*, quia tale lucrum ratione dubij euentus non est iniustum, & à communiter accidentibus ecclesia concedit emphiteusim sub minima pensione, & dānum amissionis melioramentorum compensari cum fructibus perceptis, subdens, *num. 3. in fin.* numquam vidisse aliud seruari, quia vt idem prius dixerat, *num. 2.* propriū est contractus emphiteotici obligare emphiteotam ad meliorandum, *Flor. de S. Petro in l. Sed & si quid, ff. de vsufruct.* aliter respondendo motiuo facto, *de c. locupletari, nu. 4. vsque ad 10. l limitat. nu. 11.* si contraria vigeret consuetudo, vel prælatus affectauit caducitatem, *Bero. conf. 102 lib. 1. num. 62.* concludens hæredi emphiteotæ negari retentionem, & debere petere melioramenta, & istorum opinio cōprobari potest ex dictis, *Sarmient. select. interpret. lib. 3. cap. 4.* generaliter negantis deberi hæredi emphiteotæ melioramenta finita emphiteusi, extincta linea emphiteotæ, *Surd. conf. 185. proposita, num. 15.* asserens iure cautum non reperiri, quod detur retentio bonorum Ecclesiæ pro melioramentis, & comprobari posset ex dictis, *Vinc. de Franc. decis. 191. Res, nu. 3. Balzaran. §. si vassallus. Hic finit lex, nu. vers. Nec procedit*, addendo totùm mūdum ita practicare.

15 Concordari possunt † *ex Bero. conf. 102. Quatuor, lib. 1. num. 62.* nempe quod emphiteotæ hæres isto casu possit petere, & consequi melioramenta ab ipso domino, & ab ecclesia, non autem possit vti retentione, verum dubito de ista distinctione, & concordia obstante regula in §. isto firmata, *Cardin. Tusc. conclus. 179. melioramenta, num. 24.* prætendit conciliasse distinguendo, an emphiteusis sit aperta domino ex culpa emphiteotæ, vel sine, vt priori casu amittantur melioramenta, se-

cundo secus, sed hæc conciliatio non tangit casum nostrum, sed generalem difficultatem, an melioramenta, quoties emphiteusis aperitur domino, illi acquirātur.

16 Ampl. præsertim, † vbi soluebatur canon par fructibus, qui percipiebantur ex re emphiteotica, *Valaſ. de iur. emphit. q.25 num.31. Amat. reſolut.14. nu.13. & ſeq.* vbi plures congerit.

17 Ampl. etiam, † ſi conuentum fuit, vt finita emphiteuſi, bona conceſsa reuertātur ad dominum cum omnibus meliorementis, *Valaſ. de iur. emphit. quaſt.25. n.20.* & late dixi ſupra in regula conſtituta hoc *cap.8. num.95.*

18 Ampl. etiam, ſi melioramenta † facta poſsint à fundo emphiteotico ſeparari, ſalua illorum ſubſtantia; veluti ſi conſtructum ſit ædificium ligneum, vt in Germania, & Pannonia, vbi id genus ædificiorum eſt familiare, & frequens, *And. de Iſern. Aluarot. & præpoſitus in c.1. §. ſi vaſſal. hic finit lex, Aretin. l. cætera, §. Marcellus, ff. de legat.1. verſ. Tenes tamen,* concludit peti poſse actione negotiorum geſtorum.

19 Ampl. præſertim, † vbi melioramenta ſeparari non poſsunt à fundo emphiteotico, veluti ſi facta ſint foſsata, vt citius aqua pluuialis, vel naſcens in fundo labatur, vel fundus vliginoſus exſiccetur, vel facta ſint ſtagna, piſcinæ, plantatæ arbores, vites, & ſimilia, *Præpoſit. cap.1, §. à contrario, num.2. in fin. de inueſt. de rer. alien. fact. Bero. q.96. Ruin. conſ.14. lib.1. num.2. & 3. & conſ.134. lib.3. Curt. Iun. conſ.144. num.7. Neguſ. de pignor.4. memb.5. par. nu. 11. Brun. conſ.106. num.2. argum. l.1. l. veluti, l. omnino 12. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact.*

20 Ampl. etiam contra ceſsionarium, † & quemcumque alium, qui cauſam, vel titulum habeat à domino rei melioratæ, *Socin. conſ.15. num.20. verſ. Quinto, lib.1. Menoc. de recup. poſſeſ. remed.11. num.15. argum. l. qui iniuria, §. fin. ff. de furt. Scrader. de feud.2. par.9. par. ſection.2. n.53.*

21 Ampl. vt reficienda † ſint hæredi emphiteotæ, quamuis extraneo, *Gamma deciſ.22. in cauſa, num. 1. in fin. & dixi ſupra in regula conſtituta hoc cap.8. num.12. Dorian. conſ.18. vol.2. num.34. Rota teſte Pacific. de Saluian. deciſ.25. n.9.*

Contrarium voluit *Fulgoſ. in emphiteuſ. eccleſiæ, conſ.9. Abbas.*

22 Ampl. etiam, † ſi emphiteota ſciat emphiteuſim breui defecturam, *Tuſc. concluſ.179. melioramenta, n.26.*

23 Ampl. etiam in † melioramentis ciuilibus, quæ ſola hominis induſtria, & vigilantia quæruntur, vt ſunt ſeruitutes realer fundo emphiteotico acquiſitæ, & ſimilia incorporalia illi addita, *Valaſ. de iure emphit. quaſt.25. num.21.* concludens deuolui domino directo, ſoluta illorum æſtimatione emphiteotæ, vel illius hæredi; ſi fuerint acquiſitæ titulo oneroſo, ſecus ſi gratuito, *Molin. de contract. lib. diſput.463. de melioramentis, num.5. Bero. quaſt.96. Amat. reſolut.14. nu.28. alijs relatis ſequitur Valaſ. in omnibus.* Et ego intelligo, ſi penitus titulus ſit gratuitus veluti præſcriptione.

24 Ampl. etiam, † quod conuentum fuerit, vt emphiteota debeat rem meliorare, *Bart. in l. penul. ff. locat. num.4. & Caſt. n.4. Pinel. in l.2. C. de reſcind. vend. par.2. cap.3. num.10.* vbi ita concludit, quia, cum clauſula ad meliorandum inſit conceſſioni emphiteoticæ ex natura illius, per expreſſionem eius, quod ineſt contractui, non alteratur illius natura, quare ſi quid fuit expenſum, non in cultura agri emphiteotici, ſed ædificando, illud erit iſto caſu reficiendum, & eam clauſulam eſſe ſuperfluam aſſerunt, *addentes ad Pinel. ibidem, Aretin. in l. cætera, §. Marcellus, ff. de legat.1. col.2. verſ. Ego dixi,* indeciſam reliquit, an hæc ampliatio ſit vera, *Valaſ. de Iur. emph. quaſt.25. num.7. Vinc. de Franc. deciſ.191. Reſ. num.13. in fin. Gamma deciſ.333. num.4. Petra de fideicom. quaſt.15. nu 262. Scrader. de feud.2. par.9. par. ſect.2. num.71. in fin. & num 72. & ſeq.* vbi latè comprobat, *Roſental. de feud. cap.10. concluſ.43. num.84. in fin. Amatus reſolut.14. num.2. & 9. Rota Lucenſ. diuerſ. deciſ.82. In col.3. verſ. Hæc verba, & col.5. verſ. ratio,*

25 quæ ampliat, † etiamſi de certo melioramentorum genere faciendo eſſet cōuentum, & latè hoc proſequitur.

26 Contrarium † tenent, *Afflict. in §. ſi vaſſallus, hic finit lex, num.6. Mantua conſ.334. cum alijs relatis à Valaſ. de iur. emphit. quaſt.25. num.7. in fin.* & eiuſdem opi-

opinionis videtur, *Surd. decis.78.num.21. vers. Quinimò*, ea ratione, vt aliquid operetur, sed illos reprobat, & declarat *Scrader. de feud.2.par.9.par.section.2.nu.73. in fin. & Amatus resolut.14.nu.2.in fin.* vult illos loqui de conductoribus qui non sunt obligati ad aliquod genus melioramentorum.

27 Ampl. etiam † in melioramentis factis vltra quamtitatem conuentam, *Vinc. de Franc.decis.191. Res, num. 14. Tusc. concl. 177. melioramenta, num.3.*

28 Ampl. etiam † in melioramentis, quæ separari possunt à fundo emphiteotico, sed non salua, vel non diminuta saltem illius substantia, veluti si in fundo emphiteotico ædificata sit domus, vel turris, quæ si destruantur, vel labantur, & corruant, non aufferuntur cementa integra, *Aluarot. & Præposit. in cap.1. §. si vassallus. hic finit lex. deind.in regula constituta, hoc c.8. num.18.* sicuti, & eodem casu dixi dari retentionem rei melioratæ, quamuis meliomenta perierint.

Ampl. etiam, quod melioramenta

29 † sint facta ex fructibus rei emphiteoticæ melioratæ, *Ias.l.2.C.de iur. emph.num.32.* quia cum interim emphiteota sit dominus fructuum, fatest illa fecisse ex pretio rei suæ, *Rota recent.decis.435. de anno, nu.15. Serafin.decis.471.num 6. Valas.de Iur.emphit. quæst.25.num.6.circa fin. vers. Adde etiamsi*, & dixi etiam supra in regula huius, *cap.8.num.42.Srader.* loquens de fructibus feudalibus, *de feud 2.par. 9.par. sectiõn.2. num.37. & section.3 num.1. & seq.* vbi latè examinat, quod fructus ante aperturam feudi sint feudatarij, *Neguf. de pignor.4.memb.5.par.num.14.Pinel.l.2.par. 2. cap.4. C.de rescind. vend. num. 62. circa med.* limitando, si talia melioramenta sint

30 † facta excisis grandibus arboribus fundi emphiteotici, vel feudalis, nisi tamen illæ erant excidendæ, ne fundus deterioraretur, vel essent perituræ, *vt dixi de laudem.lib.1.quæst.23. num. 36. & seq.plurib.*

31 Ampl. non solùm, vbi melioramenta sunt facta labore, & opera alterius mercenarij, sed etiam vbi ipsemet emphiteota illa fecit, vt puta, si faber murarius in solo emphiteotico ædificauit domum, vel rusticus, plantauit vineam, argum. corũ, quæ volunt, *in cap.1.de integr.restit. nu.3. Bellam.num.7. & Bero. num. 23.* dum volunt Ecclesiam, quæ in integrũ restituatur aduersus alienationem factam, debere reficere rustico melioramenta facta in re alienata, & idem dici de scriptore, qui retinet quinternos, *Cast l.diuortio, §. fin. ff.sol.mat.nu.4. cum alijs cumulatis à Scrader.de feud.2 par. 9.par.section.2. num. 35. subdens, num.36.* aliud dici in Aduocato, qui in propria causa patrocinatur, licèt victor obtinuerit, victum condemnari in expensis, nisi forte, ideò fuerit impeditus aliorum clientellas suscipere, & lucrum amisit, licèt non desint, qui aliud sentiant.

32 Ampl. etiam, † quod melioramenta fuerint ipsi emphiteotæ gratis prestita, vel ex aliena materia, sibi donata, facta, *arg. l.sed si paterfam.9.§.si ab alio, ff.ad Maced. l. sed si plures 10.§.in arrogato, vbi Bartol. Alex.& Ias.ff.de vulgar.Alex.cõs.179.lib.5. Bertrand.cons.306.lib.2. & cons.371.lib.3.*

33 & in terminis, vbi feudum aperitur † domino absque culpa vassalli, quod ille, vel illius hæredes repetant melioramenta donata, vel ex aliena materia, facta, *Afflict. cap. 1. §.si vassallus, hic finit lex, num 16. vt refert Scrader.de feud.2.par.9.par.sect.2 num.39. & seq.* comprobando pluribus si-

34 milibus, nempe victoris, qui in lite habuit Aduocatum, qui illum gratis defendit, emptoris, cui sit donata gabella soluẽda ex venditione, vel pars pretij remissa, nam victus est condemnandus ad salariũ Aduocati, & auocata re empta iure congrui restituenda est illi gabella, laudemiũ si quod soluit, vel remissum, vel donata pars pretij, & similia, *vt latè dixi de laudemio lib.4.quæst.8. art.1. vers. Quia in casu*

35 *retractus*, limitando, † si talis donatio, vel remissio fuerit facta contemplatione domini, vel victi, vel retrahentis, & late probat *Scrader.de feud.2.par. 9.par.sect.2. num.60. & seq.83.& seq.* & conferunt dicta infra *limit.* 10. concludens idem dicendum in dubio, vbi non constat, quo animo tertius fecerit melioramenta.

36 Ampl. etiam, vbi † hæres emphiteotæ, vel ipse emphiteota probat fundum fuisse melioratum à die concessionis, licèt non probet, qui fecerit melioramenta, nam in

in dubio præſumuntur facta ab emphi-
teota, cuius intereſt, ſeu vtile fuit, fuiſſe fa-
cta, arg. dictorum, Bart. Alex. & Iaſ. in l. cū
ſeruus 104. ff. de verb. oblig. Curt. Sen. con-
ſil. 76. col. 4. Bal. conſ. 378. lib. 1. per quæ iu-
ra ita concludit Scrader. de feud. 2. part. 9.
par. ſect 2. num. 61. & eſt generale, vt actus,
37 † qui non ſit ſine expenſa, præſumatur fa-
ctus ab eo, vel alio nomine eius, cuius in-
tereſt actū fuiſſe factū, vt de citatione tra-
dunt, Ripa in cap. 1. de Iudic. nu. 20. Vant.
de nullit. ex defect. citat. num. 44. & de me-
lioramentis, Soc. Iun. conſ. 62. lib. 1. n. 4.
38 Ampl. præſertim † in melioramentis in-
duſtrialibus, id eſt quæ labore induſtria,
vel expenſis emphiteotæ acceſſerunt fun-
do emphiteotico, vt ſunt aggeres foſſata,
ædificia, & ſimilia, Valaſ. de Iur. emphit.
quæſt. 25. num. 20. Amat. reſolut. 14 num. 24
39 † Limitando, ſi poſſunt ſeparari, & ſtare
ſine fundo, quia ſunt propria meliorantis.
40 Ampl. præſertim in melioramētis † ne-
ceſſarijs, Rebel. de obligat. Iuſt. lib. 7. de
expenſis, quæſt. 2. num. 2. in princ. niſi ne-
41 ceſſitas † fuerit cauſata ab ipſo melioran-
te, Simon. de Præt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. ſo-
lut. 5. num. 27. in princ. fol. 361. Iaſ. l. 1. C. de
iur. emph. nu. 26. in fin. & in l. 2. C. eod. n. 32.
Rebel. de oblig. iuſt. lib. 7. quæſt. 2. num. 2. in
42 princ. verſ. extendit, vbi † ampliat repeti
etiam, quod perierint.
43 Ampl. quod, ſi Eccleſia † recuſat refi-
cere melioramenta, cogatur, hæredem
emphiteotæ, etiam extraneum inueſtire,
Cuman. conſ. 57. nu. 5. in fin. eiſdem tamen
pactis, & conditionibus, quibus fuerat in-
ueſtitus illius Auctor, vt ego addo, Bero.
conſ. 93. Circa, num. 12. etſi, & conſ. 119.
in præſenti, num. 8. & conſ. 109. lib. 1. n. 27.
verſ. Quia reſpondetur, Couar. var. reſolut.
lib. 2. cap. 17. Mandel. conſ. 342. num. 52. vbi
43 præterea declarat, † qnando noua inue-
ſtitura dicatur facta eadem forma, Decian.
conſ. 73. lib. 2. num. 43 Rodoan. de reb. eccleſ.
non alien. quæſt. 2. cap. 28. nu. 28. quod alio
44 non † apparente præſumitur factum, Ga-
briel. conſ. 80. vol. 2. num. 1.
45 Ampl. etiā † excluſa omni præſumptio-
ne donationis, Iaſ. l. 2. C. de iur. emph. n. 33.
46 Ampl. vt ſi † non perſoluatur meliora-
menta, cogatur dominus impotens illa
ſoluere, recipere ſucceſſores meliorantis
in emphiteotas iuſta penſione, Vinc. de
Franc. deciſ. 110. quem refert, & ſequitur
Peregrin. de fideicom art. 50. num. 48. in fin.
47 Ampl. etiam † in melioramentis vtili-
bus, vt dicam §. 4. ampl. 11.
48 Ampl. in Caſib. l. quicumq. l. qui fundos,
vbi Bart. & Angel. C. de omn. agric. deſer.
l. congruit. C. locat. præd. ciuil. lib. 11.
49 Limit. omnibus † caſibus, quibus limi-
taui regulas conſtitutas ſupra hoc, cap. 8.
& infra, §. 17.
50 Limit. in melioramentis, † quæ em-
phiteota facere debet ex conuentione,
ſeu pacto appoſito cōceſſioni emphiteo-
ticæ, quia illa ſunt pars contractus, cuiuſ-
cumque qualitatis, quamtitatis, & gene-
ris illa fuerint, l. fundi partem, ff. de cont.
empt. & decifum refert, Gamma deciſ. 333.
defuncto, num. 4. & aduertit Rota teſte
Serafin. deciſ. 485. num. 3. & ſeq. Iaſ. l. 2. C.
de iur. emph. num. 28. Pinel. in l. 2. par. 2. c. 3.
C. de reſcind. vend. num. 10. in princ. de-
51 clarando † in fin. ſi de illis expreſſa ſit fa-
cta mentio, tacite inferens, non ſuffice-
re generalem conuentionem de melio-
rando, vel vbi illa ſunt notabilia, & veri-
ſimiliter de illis non cogitatum, vt idem
prædixerat, num. 9. ad idem eſt textus in
l. dominus horreorum, §. ex conducto, ff. lo-
cat. per quem textum ita firmat, Valaſ.
de iur. emphit. quæſt. 25. num. 1. & dixi ſupra
hoc cap. 8. limit. 1. Scrader. de feud. 2. par. 9.
par ſection. 2. num. 71. in princ. & verſ. Hoc
tamen, Molin. de Contract. diſp. 463. nu. 1.
rationem referens, quam ſupra retuli in
principio, Amat. reſol. 14. num. 11. & ſeq.
52 Limit. vbi melioramenta † ſunt parua,
ſeu modica, vel minima, Vinc. de Franc.
deciſ. 191. Res, num. 13. circa fin. & ratio eſt,
quia minima non curat prætor, Tiraquel.
in tract. de Iudic. in reb. exiguis, nu. 7. con-
cludens tamquam per regulam, quod ex-
penſæ minimæ à quocumque fiant, pro-
bari iurmento facientis, & num. 29. pro
exiguo vitio non dari redhibitoriam,
53 num. 53. eccleſiam ligari † legibus layco-
rum rationabilibus, ſi parum illis ſint præ-
iudiciales, & num. 60. & 67. & ſeq. vaſ-
ſallum, & emphiteotam non priuari feu-
do, vel emphiteuſi, ſi ille modico tem-
54 pore † deſeruit dominum in prælio, iſte
emphiteuſi, ob modicam deteriorationē,
ſub-

subdens num.76. & seq, modicam impensam numquam repeti ab eo, qui expendere debet, licèt repetatur, vbi aliquid non erat obligatus impendere, *& dixi infra §.40. limit.3. Valasc. de iur. emph. q.25. num.12. Ioan. de Amic. cons.98.n.12.*

54 Limit. in melioramentis factis † ex plantatione arborum ad maritandas vites, vel ex plantatione vitium, & similium, quæ conueniunt fundo emphiteotico, nam qualia, & quanta sint, non reficiuntur aperta, seu finita emphiteusi absque culpa emphiteotæ, *Valasc. de iur. emphit. q.25. num.12. vers. quod rursus intellige, Petra de fideicommiss. quæst.15. nu.262.* vbi plura exempla refert.

55 Limit. non excipiente † emphiteota, vel illius hærede de melioramentis, etiam quod directus dominus in libello, quo agebat ad consolidationem vtilis dominij cum directo, nihil dixerit de melioramentis, vel illorum refectione, *Paris. consil.33. exarato, lib.1. num 51. in fin. & 52. 53. Scrader de feud.2. par. 9. par. section. 2. num. 5. & seq.* eam afferens rationem, quia hæc exceptio non oritur ex ventre contractus inter partes initi, ampliando
56 † etiam, quod de melioramentis ex actis constaret, vel etiam ex confessione domini, *sequitur in casu nostro, Philip. Testai allegat.1. num.189. & seq.*

57 Limit. vbi hæres † emphiteotæ, vel etiam ipse emphiteota, non probat ipsũ, vel illius auctorem, vel alium ipsius contemplatione fecisse melioramenta, de quibus excipit, *vt dixi supra hoc cap.8. n. 124.* vbi sublimitaui, & tradit *Scrader. de feud.2. par.9. par. sect.2. num.60. & seq. versic. Tertio.*

58 Limit. vbi conuentum † fuit de certa quamtitate erroganda, vel genere melioramentorũ faciendo, addito pacto, quod si quid aliud, vel vltra fuerit factum, illud cedat commodo emphiteotæ, *Seraphin. decis.1496. num.1. & seq.* quia idem dicitur de isto casu, quod dixi de melioramentis, quæ emphiteota se obligauit facere supra, *num.50. Dec. cons.142. col.4. vers. præterea, Scrader. de feud.2. par.9. par. sect.2. num.62. & seq. in princ.* licet deinde *num.6. ex Ruin. & alijs*, subdat idem dici, si non sit additum pactum, quod facta vltra conuentionem, ... aut domino, tamen idem concedit, Ruin. dixisse verum, si non de certo genere melioramentorum fuit conuentum, secus si de certo genere: Vel nisi fuerint necessaria, *Tusc. conclus.180. melioramenta, num. 40. Cagnol. l.2. C. de pact. inter empt. num 175. in fin.*

59 Limit. in melioramentis, quæ † emphiteota fecit contra prohibitionem sibi factam in limine concessionis emphiteoticæ, *arg. l. sicut, C. de action. & obligat. l. de contractu, C. de rescind. vendit. l. incommodato. ff. commodat.* nec eorum quæ tradit, *Boer. decis.44. num.8. & seq. & dixi supra hoc cap.8. num.96. vers. Contrarium*, & expresse in feudo firmauit, *Scrader. de feud.2. par.9. par. section.2. num.64. versic. Hoc tamen*, & sublimita, vt mox dicam *in seq. limit. Rosental. de feud. cap. 10. conclus.43. num.83.*

60 Limit. in melioramentis † factis contra prohibitionem legis, *l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib.11. l. cum lex 46. vbi Bart. ff. de fideiuss.* si tamen saluo priore statu rei, vel sint abradenda emphiteo-
61 tæ † restituuntur abrasa, & sublata, *Scrader. de feud.2. par.9. par. section.2. num. 70.* Intelligas tamen, vbi prohibitio erat posita in voluntate prohibentis, seu instantis pro prohibitione, *vt dixi supra hoc cap.8. num.162.*

62 Limit. vbi amicus † affinis, vel alius directi domini, paratus erat eadem melioramenta facere gratis, & id erat notum emphiteotæ, paratusque erat illa facere eodem modo, & forma, subministrando expensas, non autem ipso ingrediente fundum emphiteoticum, vt late probat *Scrader. ita declarando, l.2. C. de negot. gest. in tract. de feud.2. par.9. sect.2. num. 83. & trib. seq.* sed casus iste est de raro, vel forte numquam contingentibus, *Rosent. de feud. cap.10. conclus.43. num.108. & seq. & dixi hoc cap.8. num.22. & seq.* sequendo *Scrader.* excepto eo, quod dicit de ingressu, nisi domino sit incommodum allaturus, vel subsit timor mali futuri.

Limit. in melioramentis, quæ proban-
63 tur nimium † onerosa domino ad reficiẽdum, *vt dixi supra hoc cap. num.109.* nisi tamen, vel fuerint necessaria, vel facta

de

de mandato, seu voluntate domini, tacita, vel expressa, vel mandato expresso illius procuratoris ad id speciale habentis mandatum; & isto casu dari iuramentũ
64 in litem, nisi refundantur. † Vel directus dominus statim est venditurus bona emphiteotica meliorata, vel melioramenta publicam tangunt vtilitatem, vel abradi possunt absque læsione prioris status rei melioratæ, & pro rata qua sunt nimis onerosæ, vt latè probat *Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. num. 86. vsque ad 92. declarando, num. 91.* remissum esse Iudicis arbitrio, quæ impensæ dicantur nimium onerosæ, *& dixi infra §. 17. limit. 8.*
65 Limit. stante consuetudine, † vel statuto in contrarium, vt apud Saxones in feudis testatur, *Scrad. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. n. 141.*
66 Limit. in melioramentis, † quæ vltra tempus finitæ emphiteusis non durant; argum. eorum, quæ tradũtur *in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. à Cuman. Alex. Ias. & reliquis, Ias. l. 1. C. de Iur. emph. n. 27.* quales sunt impensæ fructuum quærendorum, *Scrader. de feud. 2. par. 9. par. sect. 2. num. 143. & seq.* subdens quid dicendum in feudatario, vsufructuario, emptore cũ pacto de retrouendendo, vel alio, contractui apposito, vel ex statuto, consuetudine, vel marito, & si talia melioramenta sint vlterius duratura.
67 Limit. vbi conuentum † fuit, vt finita emphiteusi, res emphiteotica redeat ad dominum cum omnibus melioramentis absque refectione aliqua, *Valas. de Iure emphit. quæst. 25. num. 18.* præsertim si directus sit ecclesia, vt idem subdit, & dixi latius *hoc cap. 8. nu. 98. Molin. de Contract. disput. 463. nũ. 1. in fin. Amat. resol. 14. n. 10. Rota teste Pacific. de Saluian. decis. 25. num. 10.*
68 Limit. in melioramentis † naturalibus, nam durante emphiteusi sunt emphiteotæ, illa autem finita fiunt domini absque alia solutione, *Valas. de iure emph. quæst. 16 & 25. nu. 20. vers. Cæterum*, exemplum referens, si alluuione quid accedat fundo emphiteotico, *Amatus resolut. 14. n. 22. & seq. & dixi hoc cap. 8. limit. 28.*
69 Limit. vbi à marito † datus fuit in emphiteusim fundus dotalis, cum pacto, vt in casu restitutionis dotis ille libere restituatur, *Cardin. Tusc. conclus. 182. me-*
70 *lioramenta, nu. 109.* † vel datus fuit cum pacto reficiendi melioramenta, & illa sint excessiua, nam tunc arbitrio boni viri reficiuntur, *Bald. cons. 372. lib. 3.*
61 Lim. in melioramentis † factis ab emphiteota ex natura cõtractus emphiteotici, vel fructuum percipiendorum causa, & non vltra duraturis, quam collectis fructibus, *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 85. Scrader. eod. tract. 2. par. 9. par. section. 2. num. 71. Boer. decis. 44. num. 19. in fin. & dixi hoc cap. 8. limit. 43.*
72 Limit. in melioramentis † factis post litem contestatam, vel quia emphiteusis sit finita, vel culpa emphiteotæ ad dominum deuoluta, *vt dixi §. 47.*
73 Limit. vbi cõcessiio † emphiteotica fuit ab initio inualida, & deinde reuocatur, nam melioramenta compensantur cum fructibus perceptis, *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 4. num. 5. & conferunt dicta §. 49.*
74 Limit. vbi concessio † emphiteotica pronuntiatur inualidam fuisse à principio, nam tunc melioramenta compensantur cum fructibus interim perceptis, licèt emphiteota fuerit in bona fide, *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 4. num. 5. relato Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 47.*
75 Limit. vbi emphiteota † conuenit cum suo auctore, vt ille in futurum esset obligatus soluere Canones decurrẽdos, *l. fin. C. de fund rei priuat. lib. 11. Tepat. per eum textum concl. 272. cap. 9. in fin.*
76 Limlt. vbi concessio fuit nulla, nam melioramenta compensantur cum fructibus, *vt dixi infra §. 49. num. 15.*

---

§. III.

SVMMARIVM.

Melioramenta vtilia, quæ dicantur 1. 2. 3.
Exempla vtilium melioramentorum,
Plantatio, vineæ, olivæti, & similia 4. 6. 7. 10. 11.
Fossata an sint melioramenta fundi 5.

Vites

QVia in antecedentibus sæpe feci mentionem vtilium, nec non & necessariorum, & voluptuariorum meliorамentorum, nõ inutile erit hoc §. declarare, quæ dicantur vtilia melioramenta, & illorum exempla referre. Dicen-
1 dum itaque, illa esse vtilia † melioramenta, quæ de præsenti afferunt possessori fundi vtilitatem, aptaque sunt, etiam afferre vltra tempus, quo quis ex conuentione, vel aliter fundum deserit, &
2 domino suo relinquit, vel quæ † non sinant fundum fieri deteriorem, *l. impensæ 79. vbi Alciat. num. 3. ff. de verb. signif. l. quod dicitur, §. vtiles, ff. de impens. in rebus dotal. fact. Salic. l. domum, C. de rei vendic. nu. 10. in princ. Rol. à Val. cons. 28.*
3 *Quoniam, lib. 1. num. 23. circa fin.* † Vel quæ sunt facta vltra necessitatẽ rei, *l. impensæ, §. 1. ff. de verb. signif. Peregrin. de fideicom. art. 50. par. 2. num. 25. & seq. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. q. 1. n. 3.*
4 Exempla vtilium † melioramentorum erunt, si in fundo rustico plantata sit vinea, oliuetum, pometum, arundinetũ, vlmi ad maritandas vites, vel deficientibus vitibus aliæ sint propaginatæ, si facta
5 sint † fossata lõgo tempore duratura, quibus excipiatur pluuialis, vel nascens in vliginoso fundo aqua, quod tamen distinguit, *Capol. l. impensæ 79. ff. de verb. signif.*
6 *num. 4.* facere aliquid ad tutelam † fundi, vel illum ad culturam reducere, saxis, & lapidibus purgare, tabernam addere, seruitutibus liberare, iura addere, erudire seruum, vel puerum arte, vel scientia aliqua, animalia ad aliquod genus exercitij apta facere, soluere debita, quorum causa res erat obligata, vel in fundo vr-
7 bano † construere domum, cisternam, pistrinum, torcular olearium, vel vinarium, aliquid facere pro illius tutella, vel conseruatione, & similia, *Ruin. cons. 135. viso themate, lib. 1. num. 13. Negus. de pign. 4. memb. 5. par. num. 11. in fin. Roland. à Val. cons. 28. Quoniam, lib. 1. num. 21. 23. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 15. Peregrin. de fideic. art. 50. n. 25. & seq. Seraf.* loquens de pastinatione *decis. 898. num. 4. Pacific. de Saluian. Interd. inspect. 2. cap. 2. num. 189 & seq. plurib. Rol. à Val. cons. 28. Quoniam, lib. 1. num. 26. & seq. plurib.* qui loquitur de melioramentis factis in fundo rustico, & vrbano *Menoc. de arbit. Iudic. cas. 258. Celsus, num. 23. & seq. vers. Ita quoque, Florian. de S. Petro cons. 1. num. 8. & seq.*
8 licèt vellit plantare † vites, & vlmos, non censeri inter melioramenta reficienda, secus in domo columbario, *Boer. decis. 44. num. 9.*

Non conueniunt tamen doctores an
9 † disboscatio, quod verbum italicolatinum factum, & receptum à nostris, idẽ signat, quod nemoris auulsio, & ad culturam, serendasque fruges prædij reductio, an dicatur melioramentum fructuũ quærendorum gratia factum, & ideò non reficiendum à directo, cui sine culpa emphiteotæ aperitur emphiteusis, vel alteri, cui fundus hoc modo melioratus sit restituendus, *Menoc. de arb. Iud. casu 258. Celsus, num. 25. & seq.* Item excauare terram ad plantandam vineam, vites plantare, ac etiam rosas, *Rot. diuers. recent. decis. 356. num. 2. par. 2. Intriol. de substit. centur. 3. quæst. 74. num. 91. & seq. plurib. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 258. & seq.* vbi etiam agit, quando expensa culturæ sit melioramentum vtile, & reficiendum. Exempla plura vtilium melioramentorum refert, & post illum *Intriol. de substit. Centur. 3. quæst. 74. quæ in fidei*
10 *commissaria num. 92. & seq.* † veluti liberare rem ab onere, quo esset obnoxia, recuperare bona occupata, illa defendere, custodire, fabricare domum, sine qua res non ferebat fructus, vel paucos, & latius *Simon. de Pratis lib. 3. interpr. 3. dub. 1. solut. 5. num. 5. vers. vtilis, fol. 358. expensa litis, Fussar. de fideicom. q. 670.*
11 *vidimus, n. 6. & seq.* vbi examinat an † data causa transactionis, *Fusar. ibid. num. 13,*

Ca-

Caroc. de locat. par. 4. de expens. num. 5. relati à Scrader. de feud. 2. par. 9. par. sect. 2. num. 105. in princ. Cartar. decis. 72. num. 10. & seq. Idem dicit de macerie, vitibus, & arboribus fructiferis.

Vel potius dicatur melioramentum vtile, & ad perpetuam rei vtilitatem, & ideò reficiendum, & retardanda exequutio sententiæ latæ ad fauorem directi domini, donec illud refunderit, *Castrens.*
12 quem † optimum legum doctorem nũcupat, *Paul. Montan. tract. de tutel. cap. 15. num. 119.* & quem quadraginta viri præpositi iudicandis ciuium, & subditorum litibus, Venetijs, consuluisse, & iuxta illius opinionem pronuntiasse, *refert Angel. Matheiac. de fideicommiss. lib. 3. c. 16. Quæ-*
13 *stionis, num. 13.* latè † respondit esse melioramentum fructuum quærendorum gratia, nec reficiendum, sed compensandum cum fructibus, *cons. 270. viso puncto, num. 3. versic. Desboscatio*, ea ratione quia est præambulum quoddam ad arãdum, serendumque agrum, & ideò idem iudicandum, quod de aratura, & satio-
14 ne, quia præparatorij, vt ego addo, † & præparati, idem est iudicium, *l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter, ff. quib. ex caus. maior. l. abesse, l. si cui, §. tamdiu, vbi glos. verb. statim ff. eod. Alex. in l. diuortio 8. ff. solut. mat. num. 8. & seq. & in l. 1. ff. de offic. eius, num. 54. & Dec. num. 66. & seq.*
15 *Ias. l. vinum, ff. si cert. pet.* Castrensem † sequitur, *Negusant. de pignorib. in 4. memb. 5. par. num. 11. vers. & adde huic conclus.* opinio *Cast.* comprobari posset ex dictis, *Ruin. cons. 135. viso themate, num. 12.* ratioue paritatis præparatorij, & præparati, idem post *Castrens.* consuluit, *Florian. de S. Petro, cons. 1. num. 3. & seq.* eisdem rationibus, sed non relato, *Cast. relati à Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 59 Barbos. defendens Cast. ad impugnationib. Ruin. & aliorum in l. diuortio, §. fin. ff. sol. mat. num. 22. & seq. plurib. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 3. num. 7. relati à Cartar. decis. 72. num. 5.*

16 Contrarium expresse firmauit, † *Ruin. cons. 135. viso themate, lib. 3. num. 13.* addendo *opin.* Castrens. esse falsam, & contra *textus in l. 1. & l. veluti ff. de impens. in reb. dot. fact. l. vtiles, vbi glos. verb. noua-le, ff. de pet. hered. vbi glos.* expresse loquitur, si succisso, & auulso nemore factum fuit nouale, *l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. Ruin. sequuntur Rol. à Val. consil. 28. Quoniam, lib. 1. num. 23. cons. 83. lib. 4. n. 7. Cartar. decis. 72. num. 8. & seq.* vbi alios refert, *Rimin. Iun. cons. 411. Cum D. n. 19. & seq.* qui relatis dictis *Ruin.* quibus subuertitur opinio *Cast.* respondet considerationi, quam fecerat *Cast.* quod ligna supplere possunt impensam extirpationis nemoris, considerato præterea, quod tale genus terræ pingue, vberiores à principio fert fructus, nam vt inquit, *Columel.* continuata segete senescit ager. Idem cum *Ruin. reprobato Cast. censuit Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 26. & 105. versf. In hoc, late probat Rimin. Iun.* vt dixi fuerat prius consideratum *à Florian. de S. Petro cons. 1. num. 6. & seq. & admittit Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 28.* addendo apud suos ita firmari, *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 58. Peregrin. cons. 3.*
17 *lib. 3. num. 32.* † admittendo illius opin. vno casu, quando ex lignis excisis, potuit esse satisfactum expensæ desboscationis, quam etiam in hoc capite improbauit.

Iacob. Menoc. cui plurimũ debet iurisprudentia, ex luce data illi in pluribus, quæ minime erant nota, contrarietatem
18 † hanc conatus est conciliare in suo celebri *tract. de arbitr. Iud. casu 258. Celsus, num. 26. vers. primus*, distinguendo, an desboscatio sit perpetuam allatura vtilitatem, & impensa in desboscando, non fuit modica, & tunc quia mutata est qualitas fundi, vera sit *Ruin.* & qui eum se-
19 quuntur, sententia. † An verò desboscationis impensa sit modica, vt puta, quia fundus sit purgatus dumis, & spinis, quibus fuerat domini incuria obsitus, & veram esse *Cast.* opinionẽ, *subdens n. 27.* vtroque casu plurimam posse Iudicis arbitrium, considerata qualitate agri, quantitate expensarum, & quamtum sit duratura talis vtilitas, & disimulato, *Menoc.* eam conciliationem facit, *Valas. de iur. emph. quæst. 25. num. 15. reprobato Garzia,* qui illam tantùm admittit in vsufructuario, & marito, & comprobat *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. sol. mat. num. 22.*

20 Sed quia relata distinctio † non percetit

tit caput desboscationis, quia extirpando vepres, & dumeta nata in fundo incuria domini, non fit nemoris extirpatio, nec arbores cum radicibus euelluntur, sed ita tantùm falce succissa, igne deinde apposito funditus consumuntur, facto fundo vberiore ex adustione, vt accidit, vbi stipulæ comburuntur, vt vidi fieri in territorio patriæ meæ, cum præterea ex tali combustione stipularum vtantur semina noxia segetibus deinde seminandis, cen-
21 seo † distinctionem *Menoc.* non applicari posse dictis, *Castrens.* nec illa sua distinctione saluari posse. Sed aliud cogitandum, vt sustineantur, quæ ille præcipi-
22 tanter, & periculose sæpe consuluit, † licèt legendo fuerit veritatis amator, vt asseruit *Cassan. ad consuet. Burgund. rubr.* 10 *§. 8. num. 1. vers. Contrarium.*

23 Ideò crederem *Cast. opin.* † posse saluari, vbi tantùm exscinditur nemus, non auulsis illius radicibus, quoad pateat, & liber sit ingressus bobus cũ aratro, vel operario cum ligone, secus vbi funditus nemus cum arboribus, & omnibus plantis
24 euelleretur, † vel vbi desboscatio est de eo genere plantarum, quæ tantùm occupant fundum sine grandi, & magno fuste, quod est frequens in agro Romano; vbi excisis huiusmodi plantis, quibus ad coquendum lateres vtuntur, vt plurimum fornacarij, vel igne postquam fuerunt arefactæ immisso, deinde aratro semel, vel bis, & successiue seritur frumẽtum, quod deinde vlterius seri impediunt surculi nati ex succisis plantis, & tale genus melioramentorum Romani agricolæ numcupant Cæsa, *vt inquit Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num.* 198. vt reor à cedendo, quia plantæ incisæ, non autem radicitus, & funditus auulsæ, nouis surculis renouantur, & ideò de Cæsa tamquam de præparatorio ad ferendum fructus, nõ perpetuò, sed ad tempus, idem iudicandum, quod de cæteris, quæ fiunt gratia quærendorum fructuum, quæ vel à domino fundi, vel non restituuntur, vel cũ fructibus compensantur, *l. sumptus, ff. de rei vendic. Boer. decis. 44. num. 11. in fin. & 13. in princ. Tusc. conclus.* 178. *melioramenta, num. 1. & seq.* & tacitè etiam dixit *Rol. à Val. conf. 83. lib. 4. num. 7. Peregrin. de fideicom. art. 50. par. 2. nu. 28. sequitur Ruin.*
25 cum temperamento, † vt habeatur ratio lignorum, quæ eruantur, quæ si tanta fuerint, vt illorum pretium æquat expensas factas in desboscando, desboscatio nõ sit melioramentum, *Rosental. de feud. c. 10. conclus. 43. num. 65. Rimin. Iun. conf. 435. D. Bart. num. 75. & seq.* concludit plantationem vitium, & arborum ferentium fructus, & oliuetum, esse melioramenta vtilia etiã repeti, modo non sint salices, vel opij, & aliæ arbores ad amœnitatem.

Rota tenet plantationes arborum non esse melioramenta fundi, *Duran. dec. 338. fuit, num. 7.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Melioramenta vtilia facta à bonæ fidei possessore repetuntur, si fiant per aplonbationem, idest additamentum separatæ materia l. Contrarium 3. Intellige 4. Ampl. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20 21. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Limit. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44 Sublimita 38.

Rota recens. par. 2. decis. 356. Domini, num. 2. declaratur 26.

Possessor bonæ fidei, si fiat malæ fidei, an repetat melioramenta 45.

Possessor bonæ fidei quis dicatur 46.

Redemptor operis, quando repetat expensa vltra conuenta 47.

Referam hoc §. & seq. quæ sunt iure singulari constituta circa vtiles expensas, quæ cum fieri possint, vel à bonæ, vel malæ fidei possessore. Dicendum
1 primò, quod bonæ fidei possessor † repetat melioramenta vtilia, facta in re aliena, quam bona fide possidebat, si facta fuerint per amplumbationem, idest per additamentum separatæ materiæ, veluti si in fundo ædificetur domus, & quid simile, *Bart. l. in fundo 49. ff. de rei vend. num. 6. & seq.* addendo ita esse intelligend. eum
2 textum *Ioan. Bracha. in l. impensa, ff. de verb. significat. num. 14. relati à Barbos. in l. di-*

l.diuortio,§ fin ff.solut. mat. num. 100. *Valas.de iur.emph.quæst.*25.*num.*22. *in princ. Molin. de contract disput.*463.*nu.*17.*vers. deinde*, *Peregrin.de fideicom. art.*50. *n.* 31. *Ioseph.Ludouic.decis.*24.*num.* 14.& dari ei-
2 dem melioranti † retentionem, iudicauit Senatus Parisiensis, si expensæ sint vtiles, & necessariæ, refert *Ioan. Breeba.in l.impensa* 79.*ff.de verb.signific.num.*14.*Rota diuers.recent.decis.*356.*par.*2.*num.*1. *Bero. cons.*79. *etsi, lib.*2. *num.*61.*in princ.Rebel. de oblig.iust.lib.*7.*quæst.*2.*num.*3.

3 Obstant dicta, † *Tusc.conclus.*182.*n.*91. *& seq. melioramenta*, *Valas.de iur. emph. quæst.*25.*num.*4.*vers. Sed hic*.

4 Intellige, vbi constat † de statu antiquo rei, quæ dicitur meliorata, *Serafin. decis.*898.*fuit*, *num.*6.*Rota diuers.recent. decis.*356 *par.*2 *num.*3.vbi refert quomodo probetur.

5 Ampl. præsertim, † si habet titulum, *Menoc.de recup.poss.remed.*15. *num.*517. *Peregrin.de fideicom.art.*50. *nu.*38. *& seq.* vbi exempla plura refert, vt puta socij vassalli, hæredis grauati fideicommisso emptoris cum pacto de retrouendendo.

6 Ampl. etiam in † emphiteota, *Valas.de iur.emph. quæst.*25. *num.* 22. *Molina de contract disput.*463.*num.*17. *vers.Deinde*, *Barbos.l.diuortio,§.fin ff solut.mat.num.*68 *vers.Nunc*.

7 Ampl.etiam, † si fundus vtiliter melioratus à possessore cum titulo sit minoris, *Menoc.de recuperand.possess.remed.*15. *num* 522.*l.intra vtile*, *§.*1. *ff. de minorib. Peregrin.de fideicom.art.*50.*num.*52.

8 Ampl. etiam † in expensis, seu melioramentis factis gratia quærendorum, vel conseruandorum, vel colligendorum fructuum, & agatur de exequutione facienda in ipsis fructibus, *l.quod si sumptus*, *ff. de petit hæred.l.prator*, *§. & ipsi itaque*, *ff.de bonis autorit.Iudic possidend. Menoc. de recuppossess.remed.*15. *num.*519. *Peregr. de fideicom.art.*50.*nu.*24.*in princ.Sal. l.domum*, *C.de rei vend.num.*10.*vers.Aut impendit in re à se possessa*, *sed intellige*, *vt subdo*, *Ampl.*15. *Surd.decis.*294. *num.*9.*& seq.*

9 Ampl. etiam, si † melioramenta vtilia perierint, absque mora, & culpa meliorantis, *Menoc.de recup.possess.remed.*15.*nu.*523. addendo, siue agatur vniuersali iudicio petitionis hæreditatis, siue singulari rei vendicationis, *Ioseph. Ludouic. decis.*58.*Rustici*, *num.*11.exemplum referens vineæ, quæ fuerit exsicata sine culpa eius, qui illam plantauerat.

10 Ampl. præsertim, † vbi dominus fundi meliorati est diues, *Bart.l.in fundo* 39. *ff. de rei vend.nu.*7. *vers. Aut non erat facturus*, *Boer. decis.*44. *num.* 8. *circa med. Peregrin.de fideicom.art.*50.*nu.*31. *vers. primo*, *subdens*, *num.* 34. quod tempus spectetur in iudicando, an dominus fundi meliorati sit diues, *Gomes.l.*46.*taur.nu.*2. *vers.tertio*, *Ioseph. Ludouic.decis.* 24.*nu.*14. *Bossius de princip.num.*31.*col.*1. *vers. Item*
11 *scias* † ampliat etiamsi dominus non esset talia melioramenta vtilia facturus.

12 Ampl præsertim, † vbi dominus fundi meliorati erat facturus eadem melioramenta, *Bart.in l.in fundo* 39.*ff.de rei vend. num.*7.*vers.Aut dominus illas impensas*, *& vers.Aut non erat facturus*, *Boer.decis.*44. *num.*8. *Peregrin.de fideicom.art.*50.*nu.*31. *vers. Secundo*, *Gomes.l.*46. *Taur.num.*2. *vers.primo*, *Ioseph.Ludouic.decis.Perus.*24. *num.*14.*Bellon.cons.*65.*num.*14. *reprobando cons.Cast.Rebel.de oblig.iust.lib.*7. *quæst.*2. *num.*3. *in princ.*

13 Quid autem dicendum † de expensis factis in fundo dotali, si inde fit fertilior, videndus, *Rebel.de oblig.Iust.lib.*6. *de expens. quæst.*1. qui de omni genere melioramentorum in eodem fundo factis loquitur, *& dixi etiam hoc cap.*8.*num.*127.

14 Ampl. etiam † in melioramentis factis per ferruminationem, veluti plantatione vineæ, acquisitione seruitutum, nàm illorum causa datur retentio rei melioratæ, donec fuerint melioramenta refecta, *l. si quis sciens*, C. *de rei vend. §. si Titius*, *Instit.de rerum diuis. Menoc. de recup.possess.remed.*15. *num.*525.*& seq. reprobato Bart. aliud sentiente*, *Peregrin. de fideicom.art.*50. *num.*51. *circa med.* in tan-
15 tum † deberi æstimationem, vt non audiatur dominus fundi, excipiendo, quod tollautur melioramenta; ea ratione, quia sicuti, qui illa fecit, exclusus est *facultate illa abradendi*, *pariter*, & dominus fundi excludi debet facultate, quod abradatur. Seu vt credo iustius esse vtrique negari

gari abrasionem horum melioramentorum, quia abrasa sunt penitus inutilia, quid enim prodest vitis maritata vlmo, si fuerit etiam cum radicibus, & vlmo auulsa à terra, vbi erat plantata, & conferunt quæ dixi, §. *seq. in princ.*

16 Ampl. etiam aduersus † habentem hypothecam in fundo meliorato, *Bossius de princip. num. 31. col. 4. vers. scias circa.*

17 Ampl. etiam † quod bonæ fidei possessor illa fecerit, postquam fuit immissus in possessionem, & pendet lis, an adsint attentata, & ita pronuntietur, *Lancellot. de attent. par. 3. cap. 24. quæst. 29. n. 5. vsque in fin.*

18 Ampl. etiam, † vbi dominus erat rem melioratam venditurus, & ratione melioramentorum pluris vendidit, *Bossius de princip. num. 31. vers. Nota, rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 3. in princ. versic. Secundus.*

19 Ampl. ijs omnibus casibus, † quibus ampliatur regula constituta, *hoc cap. 8.*

20 Ampl. etiam, † si titulum possidendi non habeat, *Menoc. de recup. possess. remed. 15. num. 514. in fin.*

21 Ampl. vt melioranti detur † retentio, *Sal. l. domum, C. de rei vendic. nu. 10. vers. si vero impensa*, addendo non differre, an melioratio sit in faciendo, vel reficiendo, multum tamen posse isto casu Iudicis arbitrium.

22 Ampl. etiam † in melioramentis factis gratia fructuum quærendorum pro rata, seu valore fructuum, & non vltra, adeò quod si expensæ excedant fructus, nihil repetit de excessu, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 24. & dixi supra, num. 8.*

23 Ampl. præsertim, † si facta fuerint ante motam litem, *Serafin. decis. 898. fuit, n. 3.*

24 Ampl. etiam † in melioramentis factis industria, & labore ipsius possessoris, *Hart. Pistor. quæst. 4. num. 26. in fin. tom. 2.* veluti disboscando, *vt dixi infra §. 11. num. 34.*

25 Ampl. etiam, † si facta fuerint lite pendente, *Rota diuers. in recent. decis. 356. Domini, par. 2. num. 2. sequendo Lancellot. de attent. par. 3. cap. 24. quæst. 29. num. 10. & dixi supra hoc cap. 8. num. 7.*

Sed quia obstant, *quæ dixi infra §. 12. ampliat. 111.* vbi ratione motæ litis, quis fit malæ fidei possessor, cui ratione melioramentorum regulariter negatur rei alienæ

26 melioratæ retentio, censeo † *decis.* Rotæ intelligi, vel vbi lis fuit mota in possessorio, quia tunc res non dicitur litigiosa, *Natta cons. 145. n. 16. & seq. Franc. Marc. decis. 76. num. 2. Cassad. decis. 4. vt lit. pend. num. 1. & Lancel. quem sequitur Rota*, loquitur de attentatis in possessione, vel intelligendam in aliquo ex casibus relatis, *d. §. 7.* quibus dixi dari retentionem rei vtiliter melioratæ, malæ fidei possessori.

27 Ampl. etiam † in casu, quo beneficio restitutionis in integrum, res est Ecclesiæ restituenda, *Bero. cons. 79. Etsi, lib. 2. num. 61. in princ.*

28 Ampl. in vtroque foro, † *Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 3. & 4.*

29 Ampl. vt non sit † obligatus illa compensare cum fructibus, *Bald. l. emptor, ff. de rei vendic. Fel. in cap. cum causam, de re iud. num. 29. Tuscus conclus. 177. melioramenta, nu. 6.*

30 Ampl. siue † melioramenta sint facta, faciendo de nouo, siue vetera reficiendo, *Ioan. Breeb. in l. compensa 79. ff. de verb. signif. num. 9.*

31 Ampl. etiam, † quod dominus rei melioratæ cogatur vendere aliam rem pro solutione melioramentorum, *Alex. cons. 162. num. 4. lib. 7. quem refert, & sequitur Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 100. circa med. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 3. vers. tertius, Molin. de iur primog. lib. 1. cap. 10. n. 18. in fin. Magon. decis. 33. Lucens. num. 8. & seq.*

32 Ampl. præsertim, † vbi talia melioramenta sunt futura perpetuò vtilia rei melioratæ, *Pacific. de Saluian. inted inspect. 2. cap. 2. num. 204. 206. & 210.* exemplum referens mariti grauati fideicommisso, vsufructuarij, nautæ, caupon æ, & similium, qui rem ab illis possessam, vel commissam ipsis, fecerunt meliorem.

33 Ampl. præsertim, † si dominus rei illa erat facturus, vel rem melioratam venditurus, & est soluendo, *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. q. 2. n. 3.*

Ampl. etiam, si liberauit bona aliquo onere, *vt dixi infra §. 11. n. 33.*

34 Ampl. præsertim † in foro Poli, *Rebel. de oblig. Iust. lib. 7. q. 2. n. 4.*

35 Limit. vbi ipsi melioranti † esset prius

denunciatum, ne faceret melioramenta, *l. aut si ante denuntiatum, ff. de rei vend. per* quem textum ita firmat *Boer. decis. 44. n. 8. circa fin.* inferens deinde ad proximiorẽ, qui vellit agere ad retractum, quod si denuntiet reo in iudicio, vel extra, idem repetit, *decis. 47. num. 3.* ne faciat melioramenta, si deinde illa faciat, cessare repetitionem, & conferunt dicta infra, *§. 42. Tusc. concl. 180. melioramenta, num. 12.*

36 Limit. vbi melioramenta † facta sunt in re pauperis, *vt dixi infra §. 31.*

37 Limit. vbi sunt † nimis excessiua, & onerosa ei, qui illa reficere debet, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 33. in princ. per l. si seruus, ff. de impens. in reb. dotal. l. sed an vltro, §. 1. ff. de neg. gest. Crauet. cons. 3. nu. 19. admonente Peregrin. ibid. in fin. falli,* qui existimant, fabricando deterrere vẽdicaturos fundum melioratum, quia si illi sint impotentes, vendicant non refectis melioramentis, vel saltem non refusa illorum vera æstimatione, addendo ita bis obtinuisse, *Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 5. relati à Barbos. in l. diuortio, ff. solut. mat. num. 73. vers. Neque obstat, & dixi §. 11. num. 38.*

Contrarium firmat *Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. n. 74.*

38 Limit. vbi res meliorata † deinde perijt tota, *Bart. l. in fundo 39. ff. de rei vend. num. 8.* modo vt idem subit, agatur iudicio singulari rei vẽdicationis, secus si vniuersali petitione hæreditatis, eam afferẽs huius limitationis rationem, quia pro melioramentis isto casu competit tantum retentio, quæ exerceri non potest in re non extanti, nam non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouintia, ff. si cert. petat, Bart. sequitur Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 37. & 77. & idem post Bart. voluit Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. & post Gomes. idem repetit Molina de contract. disput. 463. nu. 13. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 5. in fin.*

39 Sublimita, quæ dixi † de iudicio vniuersali, vbi bonæ fidei possessor fructus percepit, nam debet illos cum melioramentis compensare, *Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. Molin. de contract. disput. 463. n. 15.* subdens an idem dicendum de fructibus melioramentorum.

40 Limit. in melioramentis † factis de nouo per aplombationem, *Bart. l. in fundo, ff. de rei vend. nu. 11. quem sequuntur Cast. & alij relati à Valasc. consult. 83. nu. 19.* ad-

41 dendo † sublimitari dupliciter à *Menoc. de recup. remed. 15. num. 540.*

42 Limit. in successore † seu hærede possessoris malæ fidei, *l. 2. C. de fruct. & lit. expens. Bart. l. ex diuerso, ff. de rei vendic. Natta cons. 536. memor. num. 2.* & ratio est, quia mala fides defuncti continuatur in hæredem, *glos. l. 2. verb. suis hæredibus, C. de vsucap. Gabriel. cons. 41. lib. 1. num. 3. & latè dixi infra §. 7.*

43 Limit. in bonæ fidei † possessore, qui fructus percepit quia illos compensat cũ melioramentis, *vt dixi §. 48.*

44 Limit. in melioramentis † factis ab emptore, cui esset denuntiatum, nè emeret, quia res esset denuntiantis, *Tuscus concl. 180. melioramenta, num. 12. ampliando, num. 16.* etiam quod denunciato non sint indicata iura dominij denunciantis.

45 Limit. vbi sunt † facta lite pendente, *Serafin. decis. 898. num. 3.*

46 Quid autem dicendũ, † si deinde bonæ fidei possessor fiat malæ fidei, *dixi infra §. 7. ampl. 11.*

47 Possessor bonæ fidei † quis dicatur, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 36. Crauet. cons. 408. Coram. num. 11. & seq.*

47 Notandum, si melioramenta † fuerint facta à redemptore operis, si quid vltra conuenta fecerit, quod perpetuò ferat vtilitatem operi redempto, quod illud repetit, *l. plane, ff. de pet. hæred.* per quem textum ita firmat *Ioan. Brachens in l. impensa 79. ff. de verb. signif. num. 13.*

§. V.

SVMMARIVM.

Possidere potest quis ex pluribus titulis, seu causis 1.

Melioramenta facta à bona fidei possessore per aplombationem, idest per separatam materiam repetuntur, & retardant exequutionem sententiæ. 2. *ampl.* 3. 4. *Limit.* 5.

Me-

Melioramēta facta à possessore bonæ fidei, quādo compensanda cum fructibus perceptis 6.

DIxi, quid dicendum de melioramentis factis à possessore bonæ fidei sine titulo, dicendum nunc est de melioramentis factis à possessore titulato,
1 sed quia † ex pluribus causis, seu titulis, quis possidere potest, *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess.* agam generaliter hoc §. quando titulatus possessor repetat melioramenta, seu melioramentorum ratione retardetur in illum lata sententia, *deinde §. 11. & seq.* agam, vbi quis singulari titulo possidens, meliorauit rem possessam.
2 Regula itaque sit, quod facienti melioramenta per amplombationem, idest separatam materiā, vt interpretatur, *Bart. in l. in fundo 39. ff. de rei vend. num. 7.* in re quam possidet, vt illa repetere possit, si bona fide, & cum titulo possideat, vt vt pluribus relatis concludit, *Menoc. de recup. possess. remed. 15. num. 517. & seq. & dixi §. antec. ampl. 1.*
3 Ampl. etiam, † si melioramenta facta fuerint in fundo minoris, quem tertius cum bona fide, & titulo possidet, *l. intra, §. fin. ff. de minorib. Menoc. de recuperand. remed. 15. num 522. & dixi antecedenti §. ampl. 11.*
4 Ampl. ijs omnibus † casibus, quibus dixi extendi regulam constitutam, *hoc cap. 8. & proximo, & antecedenti §.*
5 Limit. eisdem † casibus, quibus limitaui regulam præcedentis §. 11.
6 Quando autem † sint compensanda melioramēta facta à bonæ fidei possessore cum fructibus viden. *Crau. cons. 408. n. 13.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Locupletari nemo debet cū aliena iactura 1. 10. *Pauper qualiter reficiat melioramenta* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 15. *Limit.* 8. 9. 18. 19. 20.

1 QVia lex nimium horret quemquam † locupletari cum alterius iactura, *cap. locupletari, de reg. iur.* licèt supra §. 4. *num. 36. & in regula constituta hoc cap. 8. num. 109.* dixerim pauperem excusari à refectione melioramentorum, quod non
2 ideò illa penitus † lucratur, non enim delicatus debitor, nec onerosus creditor auditur, vt inquit *textus in l. si seruos 25*
3 *ff. de pignor. action.* Notandum est, † quod concurrente impotentia domini in restitutione melioramentorum, quod facienti melioramenta, *vt dixi in antecedenti §. in princ.* per amplombationem, concediturilli abrasio, si illa sit abradenti futura vtilis non parum, *l. in fundo 39. ff. de rei vendic. vbi gloss. verb. Nihil, l. pro voluntarijs, ff. de impens. in reb. dotal. fact. Curt. Iun. cons. 165. num. 11.* quare tunc, si melioranti offeratur pretium ruderum negatur abrasio, *Tiraquel. de retract. conuēt. §. 7. gloss. 1. num. 6. circa med. Molin. de iur. primogen. lib. 1. cap. 16. Peregrin. de fideicom. artic. 50. num. 35. in fin. Molin. de contract. disput. 463. num. 16. in fin. & repeto infra*
4 *mox*, vel non † lædatur prior status rei melioratę, effecto illo deteriore, per abrasionem, *l. in fundo, l. Iulianus, ff. de rei vend. l. vtiles de pet. hæred. Tiraquel. d. §. 7. gloss. 1. num. 6. in princ. Peregrin. d. num. 35. in princ. & Molin. d. num. 16 in princ.* Vel
5 nisi † ex abrasione deturpetur facies ciuitatis, ac etiam villæ, *Peregr. de fideicommiss. art. 50. num. 47 circa fin. vers. prima, Menoc. præsumpt. 32. est, lib. 3. num. 9. in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 8. & seq.*
6 Vel dominus fundi meliorati † vellit pro rebus auferendis tantùm dare, quanti ęstimari possūt ruta, & cæsa in abstracto, non autem in concreto; sed hæc opinio habet contradicentes, *vt dixi infra §. 29. vers. An autem melioramenta, Rebel. de obligat. Iust. lib. 7. de expens. quæst. 2. col. 3.*
7 *vers. Etenim*, † concludit saltem quid annuum à paupere præstandum, donec ad pinguiorem deueniat fortunam, vel integre sit satisfactus, qui fecit melioramenta, & hoc procedere præsertim in foro conscientiæ, vt idem subdit. Vel si res
8 fuerat emphiteotica, † & directus sit pauper, & impotens ad reficiendum melioramenta, & finita sit emphiteusis, quod nouam faciat inuestituram melioranti,

vel

vel illius successoribus, iusta constituta pensione, & refert fuisse à Senatu Neapolitano iudicatum, *Vinc. de Franc. decis. 110. quem sequitur Peregrin. de fideicom.*
8 *art. 50. num. 48. in fin.* Vel venditur † res meliorata, & domino, & meliorante pro rata satisfit, *Menoc. de recup. posses. remed. 15. num. 524. & dixi infra §. 17. ampl. 7.* Ali-
9 ter etiam † consuli posse domino rei, *refert Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. n. 3 vers. Etenim, & num. 4.* tradit quid dicendum in foro conscientiæ, *& dixi infra §. 41.*

10 Si autem sunt melioramenta † per ferruminationem, quia illorum negatur abrasio, *vt dixi §. 4. num. 14. & seq.* & isto casu locus est regulæ, *cap. locupletari*, ne dominus fundi pauper fame pereat, & bonæ fidei possessor vindicata re meliorata, resarciatur, de ijs quæ vtiliter gessit, amplectenda esset eorum opinio, qui volũt melioranti, quid annuum dandum ex fructibus, *vt dixi supra.*

Si autem fuerint voluptuaria melioramenta videnda, *quæ dixi infra §. . & Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. num. 88. vers. Sed quid dicendum.*

---

§. VII.

SVMMARIVM.

Melioramẽtorum factorũ à malæ fidei possessore exceptione non retardatur exequutio sententiæ 1. Ampl. 5. 6. 7. limit. 18. 19. 20. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 32. Sublimita 24.

Pacificus de Saluiano declaratur 31.

Possessor malæ fidei quis dicatur 2. 3. 4. Si dubitetur, an sit bonæ, vel malæ fidei, an repetat expensas 16.

Melioramenta facta à malæ fidei possessore, an repetantur in foro conscientiæ 17. Quid si dubitetur, an quis sit bonæ, vel malæ fidei possessor 16. Quid si melioramenta sint facta plantatis arboribus 21. An saltem habeatur ratio laboris, & industriæ facientis melioramenta 22.

VIso de melioramentis vtilibus factis à bonæ fidei possessore, agam de eisdem melioramentis factis à malæ fidei possessore, & constituendo negatiuã
1 regulam, † vt illorum causa non retardetur sententiæ exequutio, quia à faciente illa repeti nequeunt, cum præsumatur, ea donasse domino fundi, cui accedunt, *l. adeo, §. ex diuerso, ff. de acquir. rer. domin. §. ex diuerso, Instit. de rerum diuis. l. fin. §. emptor, vbi glos. Bal. Angel. & reliqui, C. commun de legat. per quæ iura, & relatos patres, concludit Peregrin. de fidei commis. art. 50. num. 29. Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 68. & num. 77. & seq.* vbi reprobat dissentientes, & respondet illorum obiectis, *Facbin. illust. controuers. libro 1. cap. 35.* vbi relatis diuersis Doctorum opin. istam amplectitur, *Crauet. consil. 408. nu. 9. Lancel. loquens* de occupante castrum, & illud reficiente, *de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 29. num. 3. Menoc. reprobato Bart. aliud sentiente de recuper. remed. 15. num. 540. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. nu. 76. Gabriel. cons. 157. lib. 1. num. 1. Corn. cons. 86. lib. 4. num. 8. Rebel. de obligat Iust. lib. 7. quæst. 2. num. 8. Tuscus conclus. 179. melioramenta, n. 18.*

2 Possessor malæ fidei est, † qui scit rem esse de præsenti, vel in futurum non suã, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 29. in princ.* Item qui possidet post litem conte-
3 statam, *Peregrin. ibid.* † Item vassallus, qui possidet feudum apertum domino, *Scrader. de feud. d. section. 2. nu. 76. licèt deinde, num. 7. aliud probet.* Item † is cui fuit de-
4 nuntiatum, ne faceret melioramenta, etiam si non fuerit illi data copia iurium, quibus impediebatur facere melioramẽta, *Bal. cons. 256. num. 3. in princ. lib. 1. Florian. de S. Petro cons. 1. num. 12.*

5 Ampl. præsertim † ædificando de nouo, *§. ex diuerso, instit. de rerum diuis. Bart. l. in fundo, ff. de rei vendicat. num. 11. vers. Aut malæ fidei, Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 29. & 30. Bossius de princip. n. 31. col. 2. vers. Aduerte, Alciat. l. impensæ 79. ff. de verb. signif. num. 6. vers. sed et si, Valas. consultat. 83. num. 19. in princ. Io. Igne in l. dudum, C. de cont. empt. num. 69. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. addendo penitus amitti.*

6 Ampl. quod si † à principio erat bonæ fidei, & tempore factorum melioramen-

torum

torum factus erat malæ, vt solùm permittatur melioranti abrasio melioramentorum, nisi id fiat cum deterioratione prioris status rei, vel dominus rei melioratæ vellit soluere pretium melioramentorũ, provt sunt in abstracto, seu tamquam ruta, & cæsa, seu vt dicitur Cæmenta, *l. domum*, C. *de rei vendic. Menoc. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 546. *& dicam infra lim.* 1. *Ioan. Bræchæus l. impensa, ff. de verb. signif. num.* 12. tenet negari repetitionem *per tex. in l. Iulianus, ff. de rei vendicat. Molina de contract. lib. disput.* 463. *n.* 17. tenet sat esse refici tamquam ruta, & cæsa.

7 Ampl. præsertim, † si facta fuerint lite pendente, *Feder-Scot. consf.* 8. *num.* 16. *lib.* 1. *tom.* 2. *quem refert, & sequitur Peregrin. de fideicom art.* 50. *num.* 29 *circa. med. vers. idem si facta*, † nisi sint facta pendente lite, & sic attentata, vt dixi *hoc cap.* 8. *nu.* 7.

8 vel an melioramenta sint necessaria, vel vtilia, nam primo casu repetuntur secundo *non, vt dixi infra §.* 10.

9 Contrarium, † si lis tantùm sit de possessione voluit, *Lancellot. de attentat. par.* 3 *cap.* 24. *quæst.* 29. *num.* 5. *& seq.*

10 Ampl. præsertim, † si proprio nomine possidet, *Peregr. de fideicom. art.* 50. *n.* 29. *vers. rursus*.

11 Ampl. præsertim, † si fructus percepit quamuis melioramenta sint vtilia, nam compensantur cum fructibus, *Florian. de S. Petro consf.* 1. *num.* 13. *Bartol in l. quod dicitur* 58. *§. fin. ff. de legat.* 3. *in fin. & dixi infra §.* 10.

12 Ampl. præsertim, † si melioramenta sint facta in fundo Ecclesiæ, *Surd. consf.* 183 *num.* 45. *& seq. vers. secundo*.

13 Ampl. præsertim, † vbi res meliorata perijt in totum, si agatur iudicio particulari, *l. plane, ff. de pet. hæred. per quem textum ita firmat Bart. in l. in fundo* 39. *ff. de*

13 *rei vend. n.* 8. *quem* † *licet reprobet Menoc. de recup. pos. remed.* 15. *n.* 512. *&* 520. *& seq. Peregrin. tamen de fideicomm. art.* 50. *num.* 30. concludit non esse recedendum à Bart. *Molina de contract. disp.* 463. *n.* 12.

14 *vers. vnde refert*, limitando, † si agatur vniuersali iuditio, vt puta dotis, peculij, hæreditatis, *Alciat. l. impensa* 79. *ff. de verb. signific. num.* 6.

15 Ampl. præsertim, † si res meliorata erat subiecta fideicommisso, & qui fecit melioramenta id sciebat, *Simon de Pretis interpret.* 3. *dub.* 1. *solut.* 5. *nu.* 3. *&* 4. *Tusc. concl.* 179. *melioramenta, num.* 17. *& conclus. seq. num.* 13.

16 Quid dicendum, † si dubitetur, an quis sit bonæ, vel malę fidei possessor, *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *de expens. quæst.* 2. *num.* 11.

17 Quid dicendum † in foro interno, *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 16. *& quæst.* 4. *num.* 2. *circa fin. & quæst.* 7. 6.

18 Limit. vbi deinde † factus est possessor bonæ fidei, nam quæ interim fecit, repetit, sicuti non repetit, quæ fecit dum erat malæ fidei; à contrario sensu eorum, *quæ dixi hoc §. ampl.* 2. & distinxit *Menoc non relato Bart. in l. in fundo* 39. *ff. de rei vend. n.* 12. *de recup. possess. remed.* 15. *n.* 547. *subdens num.* 548. *& seq.* idem seruandum in possessore, qui non est nec bonæ, nec malæ fidei.

19 Limit. in melioramentis † factis gratia fructuum quærendorum, *l. fundus, ff. famil. hercisc. l. fructus, ff. solut. mat. l. si à patre, §. fin. ff. de petit. hæred. per quæ iura ita firmat Salic. in l. domum*, C. *de rei vend. num.* 10. *vers. Aut impendit in re à se possessa, Isern. §. si vassallo, hic finit lex, n.* 17. *vers. Secus si ad præsens, Petra de fideicom. quæst.* 15. *num.* 229. *circa princ. vers. Quoniam*, immo malæ fidei.

20 Limit. in melioramentis † necessarijs, implorato Iudicis officio datur, nã etiam rei melioratæ retentio, *l. domum*, C. *de rei vendic. vbi Salic. num.* 10. *vers. sin autem eo tempore, Crauet. consf.* 408. *Coram, num.* 9. *vers. ad istud, & dixi infra §.* 10.

21 Quid de melioramentis factis † in plantatione, *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut mat. num.* 107. *in fin.*

22 An habenda ratio laboris, † & industriæ possessoris malæ fidei, *Rebel. de obligat. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 17.

23 Limit. vt concedatur † melioramentorum abrasio, si fieri possit sine læsione prioris status rei melioratæ, *l. domum*, C. *de rei vendicat. vbi Cast. num.* 1. *notat. & post Cast. Salic. num.* 10. *vers. Aut mala fide*, addendo dari domino rei melioratæ electionem soluendi talia melioramenta

tam-

tamquam ruta, & cæsa, seu quanti æstimari possunt in abstracto, non autem in concreto, vt inquit *Ias. in l. 2. C. de iure emphit. num. 26.* quem refert, & sequitur *Petra de fideicom. quæst. 15. num. 276. Menoc. de recu reme. 15. n. 541.* Sublim. † *n. 542.*
24 vbi res meliorata perijt, *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. matr. num. 103. & seq. & 107.* negat concedi abrasionem, si melioramenta sint facta plantando arbores, sed penitus amitti, sicuti amittuntur, vbi deturpatur facies rei melioratæ, *Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4.*

25 Limit. vbi † alieno nomine possidet, nam repetit eatenus, quatenus dominus factus est locupletior, *l. si pupilli, §. at si quis, ff. de neg. gest. Peregrin. de fideicomis. art. 56. num. 31. & par. 2. num. 29. vers. rursus*, ampliando etiamsi res meliorata perijt tota, & exemplum refert commodatarij, depositarij, coloni, creditoris, procuratoris, cohæredis, & similium.

26 Limit. vbi possessor malæ fidei † nō poterat donare, nam tunc repetit, *l. vxor, ff. de donat. inter vir. & vxor. Peregr. de fideicom. per dictum text. art. 50. num. 29. vers. Intellige.*

Limit. in melioramentis factis post in-
27 terpellationem † domini ad recuperandam rem melioratam, si putaret illam esse suam, *Neguss. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 20. vers. secundo.*

28 Limit. in melioramentis factis † non de nouo, sed factum opus ampliando, nā tunc concessa est sibi abrasio, si fiat sine læsione prioris status rei, & cū aliqua vtilitate rei abrasæ, alias denegatur abrasio, nec præstatur æstimatio, & vbi abrasio est vtilis abradenti, sat est soluere pretium ruderum, *vt ex Bald. Sal. Cast. Ang. Menoc. concludit Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 30. Bart. l. in fundo 79. ff. de rei vend. num. 11. vers. Si verò non incboauit.*

29 Limit. vbi † dominus rei melioratæ habebat illam venalem, & ob melioramenta carius illam vendidit, *Rebel. de oblig. Iust. lib. 7. de expens. quæst. 2. nn. 16 circa med. Neguss. de pignor. 4. memb. 5. par.*

30 Limit. vbi dominus † erat facturus eadem melioramenta, vel erat venditurus rem melioratam, nam tunc *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 30. vers. Quod si*, sub dubio concludit repeti, verùm ego absolutè teneo concedi repetitionem, & retentionem, iuxta regulam constitutam *hoc cap. 8.* præsertim si deinde pluris vendidit, *Barbos. in l diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 101. vers. Hæc tamen, & vers. Declaratio, Rebel. de oblig. Iust. lib. 7. quæst. 2. de expens. num. 16. circa med.*

Et iuxta relatas limitationes intelligē-
31 dus † est, *Pacific. de Saluian. inspect. 2. c. 2 num. 231.* dum absolutè voluit malæ fidei possessorem ope exceptionis doli retinere posse rem vtilibus melioramentis melioratam.

32 Limit. in melioramentis † factis gratia conseruandorum fructuum, *Petra de fideicom. quæst. 15: nu. 229. circa princ. vers. Quoniam, immo malæ fidei.*

---

§. VIII.

SVMMARIVM.

Generalia sunt dubia, vel obscura sunt 1. *Ingrata sunt intellectui practico.*
Melioramenta necessaria quæ sint 3.

1 NE præpositis generalibus, † quæ ex se ipsis obscura, vel dubia sunt, *Bald. in l. pactum dotali, C. de collat. n. 19. Ias. l. sciendum, ff. de verb. obligat. num. 14.* procedamus per incerta, vel ignota, quæ
2 ingrata sunt † intellectui practico, qui de certis cupit habere indubitatam notitiā, inquirendum est, quæ dicantur melioramenta necessaria, & dicendum huius ge-
3 neris esse ea † omnia, quæ Vlpianus, & Paulus referunt *in l. 1. cum tribus seq. & in l. impensæ 14. ff. de impens. in reb. dotalib. fact.* item enumerata à Papiniano, & Pōponio, *in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. l. si necessarias, ff. de pignor. act. l. plane, §. plane, ff. de pet. hared. l. vtiles, ff eod. Magon. decis. Lucens. 33. spectabilis, nu. 11. & seq. & num. 24. & seq.*

Ac etiam alia, quæ deinde iuris interpretes addiderunt, veluti si quis cibaria, seu alimenta præstiterit, medicinas ministrauerit, ægrotum curauerit, litis æstimationem soluere potius, quam quod liti-

tigabatur tradere, si id vtilius fuit debita, quibus res erat obligata, soluerit mercedes exactorum, creditorum, saltuariorum in custodiendis fructibus, militum in tuenda arce, refectio domus minantis ruinam, emptio instrumentorum ad rem conficiendam, litis, proxenetarum, notariorum, gabellæ, impensa funeris, expensæ factæ in conseruatione rei, vel custodiæ, vel ne fieret deterior, vel in reparatione, ne ruat, ædificare pro habitatione coloni, qui alias fundum non coleret, expensæ litis pro defensione rei, etiam quod expendens succumbat iniuste, modo calumniosa non esset lis, culturæ agri, & conseruationis fructuum propagatio vitium, solutio æris alieni, *Cartar. decis. 72. num. 4. Rolan. à Val. consil. 28. lib. 1. num. 12. & seq. glos. & Bartol. in l. si necessarias, ff. de pign. act. Boer. decis. 44. num. 9. Ioan. Bracheus in l. impensa 79. ff. de verb. signific. num. 5. & seq. vbi Capol. num. 3. Natta cons. 536. memor, num. 9. & seq. Serafin. decis. 898. num. 5. & 6. Intriol. de subst. Centur. 3. quæst. 74. num. 91. & seq. plurib. Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 229. circa fin. vers. & quod, n. 238. circa med. & nu. 240. 245. vsque ad 255. Bursat. cons. 295. n. 42. & seq. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 6. num. 16. & late Simon. de Pratis relatis exemplis, interpret. 3. dub. 1. solut. 5. lib. 3. num. 5 fol 358. Fussar. de fideicom. q. 669. melioramenta, & quæst. 670. vidimus, num. 1. vsque in fin.* vbi plura exempla refert, sicuti *& Caroc. de locat. par. 4. de expensis, num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 1. & seq. & num. 9. & seq. 17. 21. & seq.* vbi declarat, multipliciter considerari posse expensas esse necessarias, *& num. 7. & seq. pluribus*, refert plura exempla huius generis melioramentorum, *sicuti, & Rosental. de feudis, c. 10. conclus. 43. num. 95. & Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 31 Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 16. & tit. 8. priuileg. 62. num. 11. & seq. Fed. Scot. cons. 8. tom. 2. lib. 1. num. 10. & seq. Rol. à Val. cons. 28. refectio, lib. 1. num. 18. Anat. resolut. 3. num. 56. Rota recens. par. 1. decis. 6. nu. 1. & seq. & decis. 7. num. 1. & seq. Serafin. decis. 898. num. 5. & 6.*

§. IX.

SVMMARIVM.

Melioramenta facta ad consistentiam rei melioratæ à bonæ fidei possessore repetuntur, & facienti soluuntur, & retardant sententiæ exequutionem 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 32. 33. 34. Lim. 31. 35. 36. 37. 38.

L. in fundo, ff. de rei vendicat. declaratur 24.

Pacificus declaratur 29.

Possessor bonæ fidei quis dicatur 2.

L. sumptus, ff. de rei vendic. declaratur 7.

L. fin. §. empt. C. *com. de leg. declaratur 7. in fin.*

QVia melioramenta necessaria, sicuti dixi de vtilibus supra §. 4. fieri accidit à bonæ, vel malæ fidei possessore, agam hoc §. quid dicendum de melioramentis ad rei conseruationem, cogente necessitate, factis à bonæ fidei possessore, & constituendo affirmatiuam regulam,
1 † vt illa sint restituenda iuxta textum *in l. qua ratione, ff. de acquir. rer. domin. §. ex diuerso, instit. de rer. diuis. Bart. l. in fundo 79. ff. de rei vendic. num. 6.* & consequenter retardari exequutionem in re meliorata, post *Bart.* idem dixere relati *à Menoc. de arbitr. Iud. casu 258. Celsus, num. 47. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 29. & 30. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. n. 1. Corn. cons. 86. Circa primum, lib. 4. num. 8. in princ. Gomes. ad l. 46. Taur. nu. 2. in prin.* addendo concedi repetitionem per retentionem rei melioratæ, non autem iure actionis, vel alio remedio.

2 Possessor † bonæ fidei isto casu est, qui sciens, emit rem prohibitam alienari iusto errore iuris, *Tusc. conclus. 179. melioramenta, num. 11.*

3 Ampl. vt † concedatur isto casu meliloramentorum repetitio, etiam quod res meliorata perierit, si agatur vniuersali iudicio petitionis hæreditatis, secus si singulari, quia deficit res, quæ vendicetur, *Bart. l. in fundo 79. ff. de rei vendic. num. 6. & 8.* Vel melioramenta sint facta nomine domini, vt puta si procurator, depo-

sitarius, & similes illa fecerunt, *Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 31. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 6. nu. 14. in princ.* tenet simpliciter dari repetitionem re perempta, *Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 1. & 7. vers. Quamuis, Aretin. §. Certe, Instit. de rerum diuis. num. 3.*

4 Ampl. † præsertim, si titulum aliquem habeat in re meliorata, vt puta, quia sit emphiteota, *vt dixi supra in regula constituta hoc cap. 8.* vel colonus, inquilinus, cõductor, & alio simili, vel pari titulo, rem alienam possideat, *vt dicam infra §. 11. & seq.* & voluit *Menoc. de recup. posses. remed. 15. num. 502. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 29. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 2. vers. Rectius.*

5 Ampl. quod si rem † restituit, non opposita exceptione melioramentorum, possit deinde illa condicere, *l. quod dicitur necessarias, §. si dos, ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. qui exceptionem, §. si pars ff. de condit. indeb. cum alijs cumulatis a Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 8.*

6 Ampl. etiam in melioramentis † factis ab hærede, qui sciteſſe grauatum per fideicommissum alteri rem melioratam restituere, *l. domuus, ff. de leg. 1. Bellon. consil. 65. num. 2. Menoc. de recuper. posses. remed. 15. nu. 507. & seq.* ea ratione motus, quia æquitas non patitur naturalis, ac ratio minime concedit, quod aliquis locupletetur cum alterius iactura, *cap. locupletari de reg. iur.* ac etiam, quia pendente conditione ad restituendum, est ille rei melioratæ dominus, & ideò facit interim fructus suos, nec compensare debet cum melioramentis, *glos. l. emptor, verb. superfluum, in fin. ff. de rei vend.* quam glos. dicit singularem, *Cremens. singul. 105. si feci*, addendo *l. sumptus, ff. de rei vend.* intelligi, † vbi quis percipit fructus ex re
7 aliena absolutè, non autem vbi aliquo casu, vel tempore esset alteri restituenda, eamdem glos. approbant, & sequuntur, quos refert *Tiraquel. in l. si vmquam, §. Reuertatur, C. de reuocand. donat. n. 389. & de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 4. & alij relati à Menoc. de recup. posses. remed. 15 num. 507. circa med.* addendo quare non obstet, *l. fin. §. emptor, C. commun. de legat.* quæ videtur de directo contraria dictæ glos. cui addo *Couar. resol. lib. 3. cap. 17. num. 1.*

8 Ampl. quod si dominus † rei sit pauper, & impotens ad reficiendum necessaria melioramenta, vendenda sit res meliorata, & melioranti, & domino rei pro rata satisfaciendum, *Capol. in l. impensæ 79. ff. de verb. signific. nu. 4. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 32.* eam afferens rationem, quia nisi fuisset meliorata, illa perijsset, & dominus factus fuisset pauperior, *Simon de Pratis lib. 3. interpr. 3. dub. 1. solut. 5. num. 15. in fin. fol. 360.* concludens isto casu cessare dispositionem, *l. si in fundo, ff. de rei vend. Barbos. l. diuortio, § fin. ff. solut. mat. num. 66. vers. Quarto, & n. 67.*

9 Ampl. etiam, vbi † melioramenta necessaria non sunt facta ab ipso bonæ fidei possessore, sed etiam ab alio illius nomine, vt à procuratore depositario, vel contemplatione, veluti ab illius amico consanguineo, & similibus, *l. idemque in fin. & l. seq. ff. mandat. & dixi in reg. constit. hoc cap. octauo nu. 22. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 31.* addendo dari repetitionem, etiam quod res meliorata perierit.

10 Ampl. etiam, si melioramenta † deinde perierint, *l. sed an vltro, §. 1. ff. de neg. gest. l. si necessarias, ff. de pignor. act. Menoc. de recup. possess. remed. 15. num. 511. & dixi supra in regula constituta hoc cap. 8. nu. 18. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. nu. 2. vers extendit etiam.*

Contrarium firmat *Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. nu. 64. & 65.* vbi reprobat *Menoc. d. remed. 15.*

11 An quæ dixi in antecedenti † extensione, sint etiam repetenda, vbi res meliorata meliorametis necessarijs tota perijt, indecisum reliquit, *Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 10. circa fin. versic. Quid autem, si omnino, Menoc.* tamen *de recup. posses. remed. 15. n. 512. sequend. Bart. in l. in fundo 79. ff. de rei vend. num. 6. in fin. Alex. & Ias. in l. domos, ff. de leg. 1. Ruin. cons. 14. num. 3. lib. 1. Rolan. à Val. cons. 28. num. 18. vers. Quo verò, lib. 1.* tenet repeti cum distinctione, seu an petantur iudicio vniuersali, vel particulari, vt priori casu detur repetitio, secundo nequaquam, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 30. Scrafin.*

ed

de recup. possess. remed. 15. *num.* 512. *&* 520. *& seq. & dixi infra* §. 35. *& seq. Rebel. de oblig at. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2. *circa fin* declarando si ius aliquod in re perempta habeat, qui fecit melioramenta, secus si tantum ius possidendi, & res perierit sine culpa meliorantis.

12 Ampl. etiam, si talia † melioramenta sint facta in fundo minoris, *l. intra vtile*, §. *fin. ff. de minor. Curt. Iun. cons.* 6. *in fin.*

13 Ampl. etiam in marito † faciente talia melioramenta in fundo dotali, *Corn. consil.* 86. *circa primum, lib.* 4. *nu.* 2. *in fin. & n.* 3. *&* 7. *in fin.* immo isto casu minui fundum dotalem, latè examinat, *Card. Tusc. conclus.* 181. *melioramenta, num.* 4. *Barbos. in l. diurtio, ff. sol. mat. num.* 68. *vers. vltimo.*

14 Ampl. etiam, si talia † melioramenta facta fuerint ab ascendente in bonis descendentis, *l. alimenta, in secund. resp. C. de negot. gest. Corn. per hunc textũ cons.* 86. *circa primum, lib.* 4. *n.* 3.

15 Ampl. præsertim, † si facta fuerint vltra eam quantitatem, quam quis facere promisit, *Tusc. conclus.* 180. *melioramenta, num.* 40.

16 Ampl. quod si quis meliorem fecit † rẽ communem, si socius infra quatuor menses non persoluat portionem ab illo debitam, amittat ius dominij rei melioratæ, & fiat meliorantis, *l.* 4. *C. de ædif. priuat. l. duobus*, §. *idem respondit socius, qui cessantis, ff. pro socio*, quod notandum monet, *Aret. in* § *sequens, instit. de action. & sequitur Ias. ibid. num.* 48. *Decian. cons.* 29. *circa, lib.* 2. *num.* 6. *& dixi* §. 23.

17 Ampl. quod si possessor † bonæ fidei non fecerit melioramenta necessaria, & ideò res perierit, sit obligatus ad interesse, *Tiraquel. de retract. conuent.* §. 7. *glos.* 1. *num.* 18. *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *nu.* 2. asserens idem dicendũ, si res fiat deterior ob non facta melioramenta necessaria.

18 Ampl. etiam, † quod facta fuerint lite pendente super re meliorata, *Serafin. decis.* 898. *num.* 3.

19 Ampl. vt sint debita † in vtroque foro, *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 1.

20 Ampl. in quocumque, † qui faciat hæc melioramenta in re aliena, *l. qua ratione, ff. de acquir. rerum domin. Ioseph. Lud. decis. Perus.* 34. *num.* 9. *motus dispposit. cap. locupl. de reg. iur. addendo num.* 11. multo magis procedere, si res sit Ecclesiæ, inuehens in prælatos aliud tentantes, vel facientes contra rusticos, quibus iura multum fauent, & subuenitur arbitrio Iudicis, *vt idem subdit, num.* 12.

21 Ampl. etiam, quod facta † fuerint finita emphiteusi, & post protestationem domini, ne fierent, præsertim si publicè interfuit illa fieri, *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2. *num.* 81. *in fin.*

22 Ampl. etiam, † si fiant in bonis fideicommissi, *vt dixi infra* §. 11.

23 Ampl. siue melioramenta † sint facta in faciendo, siue reficiend. *l. plane*, §. *plane, ff. de petit. hered. l. vtiles, eod. tit. Io. Brach. in l. impensa, ff. de verb. signif. n.* 9. *& seq. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *nu.* 6. exempla plura refert huius generis melioramentorum, *Peregr. ibid. nu.* 7. *& seq. plurib.*

24 Ampl. etiam in † eo, qui dedit pecunias, vel aliud ad faciendum impensas necessarias, nam & huic datur prælatio, & retentio, *Peregrin. de fideic. art.* 50. *nu.* 34.

25 Ampl. etiam in melioramentis † factis ex necessitate rei, veluti si quid erogetur pro rei recuperatione, defensione, distractione, litis, etiam quod quis non fuerit victor, *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 9. *& seq. referens, num.* 12. *& seq.* qui disentiant circa expensas litis defensionis causa, addendo *num.* 24. *& seq.* expensas factas in exactione creditorum, solutiones debitorũ, & ex edicto Principis causa meliorandorum agrorum dici necessarias, *addendo num.* 21. quid dicendum de expensis custodiæ.

26 Ampl. vt in æstimatione † horum meliorαmentorum cesset distinctio, *l. in fundo, ff. de rei vendic. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 32. *& dixi supra ampl.* 5.

27 Ampl. quod si aliquo casu † restituendi essent fructus rei melioratæ melioramẽtis necessarijs, habenda sit ratio fructuum perceptorum, licèt non extent, & compensandi cum melioramentis, *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 33. *&* 52.

28 Ampl. etiam, si ideò † res meliorata esset vendenda, *Barbos. in l. diuortio*, §. *fin. ff. sol. mat. num.* 66. *in fin. & num.* 67.

29 Ampl. etiam, quod facta fuerint † in bonis emphiteoticis, vel feudalibus, quæ dein-

deinde ex pacto apposito in illorum concessione, deuoluantur sine facto, & culpa emphiteotæ, vel vassalli ad dominum, *l. colonus, ff. locat. l. Senatus, §. Marcellus, ff. de legat.* 1. vbi communiter Doctores, *Rebel. de obligat. iustitiæ, lib. 7. quæst. 2. num. 2.*

Ampl. etiam quoad melioramenta
31 † facta fructuum quærendorum causa, si fructus nondũ sunt percepti, *Host. c. grauis, de rest. spol. num. 3.* vel non integre *l. quod si sumptus, ff. de petit. hæredit.* secus si qui melioramenta fecit, fructus percepit, nam compensantur illi cum fructibus, *l. diuortio, §. impendia, ff. sol. mat. l. 3. in fin. ff. de impens. in rebus dotal. fact. Ioseph. Lud. decis. Perus. 24. num. 12. relati à Pacific. de Saluian. interdict. inspectat. 2. cap. 2. num. 176.* qui loquitur, vbi melioramenta sunt maiora, quam sint fructus, *& num. 185.* exemplum fructuum integre non perceptorum, erit in Patria mea, in cuius finibus, cum de mense Februarij, vel Martij stercorentur agri, & deinde seminentur fabæ, vel faseoli, ciceres, lentes, & similia, quæ gignunt fructus colligendos de Mense Iunij, & illis collectis, postremò de Mense Octobris eosdem agros ferunt frumento, vel silice, colonus, & alius qui agrum stercorauit, non dicetur collectis fabis, vel faseolis, & lente, integros percepisse fructus, & idem dicetur in agro Romano, vbi collecto frumento ex nouali, deinde iterum seritur, quod secundum genus culturæ vocatur Colti, quorum fructus, vbi sunt collecti, quiescit deinde ager triennio, quadriennio, & quandoque decennio, ad pastum pecudum, vel bouum, & equorum, & interim dicitur agrum meliorari ad colligendos fructus, qui vberiores sunt, quo diutius abest aratrum, & dura agricolarum manus, & hac interpretatione est intelligendus, *Pacific. de Saluian. dum inspectat. 2. cap. 2. numer. 182.* negat melioramenta stercorationis non esse reficienda, & post hæc scripta reperi ita declarasse, *Rosental. de feudis, cap. 10. conol. 43. num. 63. & dixi infra §. 14. ampl. 11.*

32 Ampl. in melioramentis † necessarijs factis in re pignorata, *l. seruos, vbi Bart. & Sal. ff. de pignor. action. Cuman. cons. 19.* quos refert, & sequitur *Natta cons. 536. memor. num. 14.*

Contrarium tenet, in expensis factis custodiendo arcem pignoratam, *Bart. in l. cum quærebatur 58. §. prædijs, ff. de leg. 3. vbi Alex. addendo, disquirit*, quid dicendum, si arx sit dotalis.

33 Ampl. vt facienti † necessaria melioramenta, detur officio Iudicis, & ope exceptionis doli, rei melioratæ retentio, *l. Paulus, ff. de dol. except. l. si in area, ff. de condict. indeb. Sal. in l. domum, C. de rei vendic. num. 10. vers. si necessaria, Gomes. ad l. 46. Taur. iuris, num. 2. in princ. Molin. de contract. disput. 463. num. 11. vers. Vt autem, testans de communi.*

34 Ampl. etiam in melioramentis † factis ab eo, qui titulum non habebat à domino rei melioratæ, *l. 1. ff. de impens. in reb. dotalib. fact. l. domus hæreditarias, ff. de leg. 1. Peregrin. de fideicommis. artic. 50. num. 29.*

35 Limit. vbi res † meliorata perijt, *vt dixi §. 36. vers. dicendum secundo:*

36 Limit. vbi necessitas † faciendi melioramenta, fuit causata à meliorante, *Simon. de Præt. de Interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. solution. 5. num. 27. in princ. fol. 361.*

37 Limita vbi, † qui meliorauit fundum, pariter illum fecit deteriorem, *Simon. de Præt. de interpret. vltim. vol. lib. 3. interpret. 3. dub. 5. solut. 5. num. 27. fol. 361. & dixi hoc cap. 8. num. 133.*

38 Limit. vbi, qui fecit † melioramenta, percepit fructus ex re meliorata, nam si in parte, vel in totum sufficiunt ad soluẽdum melioramenta, sit compensatio fructuum, & melioramentorum, *l. sumptus, vbi glos. Bart. Odof. Alberic. Bal. & reliqui, ff. de rei vendicat. quos refert, & sequitur Gomes. ad leg. 46. Taur. num. 2. in princip. vers. Quod etiam, Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 33. Molin. de contract. disp. 463. num. 15.* negando fieri compensationem quoad fructus melioramentorum, quia dicuntur percepti ex re sua, *& dixi infra §. 48.*

SVM-

§. X.

SVMMARIVM.

Poſſeſſor malæ fidei repetit melioramenta neceſſaria, & conceditur illi rei melioratæ retētio, donec de expenſis fuerit ſatisfactus 1. *Ampl. in fure, & prædone* 3. *Contrarium* 4.5.6. *Concorda* 7. *Ampl.* 8.9.10.11.12.13.14.15.16.20.21.22.23.24.25.26. *Ampl. in foro conſcientiæ* 27. *Contrarium* 28. *Limit.* 2.19.29.30.31.44.45. & 46.

L. ſi pupilli, §. ſed et ſi quis, ff. de negot. geſt. declaratur 4.

Melioramenta neceſſaria quæ ſint 32.34.35.

Legatum factum pro neceſſitatibus intelligitur pro alimentis 33.

Poſſeſſor malæ fidei quis ſit multis modis 36.41.42.43.

Cap. qui contra, de reg. iur. ampliatur 37.38.39.40.

POſſeſſor bonæ fidei in paucjs differt à poſſeſſore malæ fidei, quoad priuilegia conceſſa facienti in re aliena, melioramenta neceſſaria. Ideò ſicuti illi cōceditur melioramentorum repetitio, vel rei melioratæ retentio, donec de errogatis melioramentorum cauſa fuerit ſa-
1 tisfactus, ita † eodem iure petit, vel retinet fundum melioratū malæ fidei poſſeſſor, *l. domum, vbi* Cyn. & *Sal. in fin.* C. *de rei vendic. Bart. l. in fundo* 79. *ff. eod. num.* 6. & *eſt textus expreſſus in l.* 2. *in fin.* C. *de rei vendicat. l. qui alienum, ff. de donat. Alciat. in l. impenſæ* 79. *ff. de verb. ſignif. num.* 2. *Menoc. de recuper. remed.* 15. *num.* 514. *Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ.* 34. *nu.* 18. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. ſection.* 2. *n.* 81. *in princ. Rebel. de obligat. iuſt. lib.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 7. *vbi plures refert, Carroc. de locat.*
2 *cap. de expenſ. num.* 31. declarando † hoc eſſe verum, ſi dominus illa eſſet facturus, & ſine quibus res penitus futura eſſet inutilis, vel perijſſet, *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 14. *Ripa in l. vbi pure, ff. ad Trebel. num.* 2. *Tuſc. concluſ.* 180. *melioramenta, num.* 18. & 55. *Balzaran. §. ſi vaſſalus, hic finit lex, num.* 5. *circa fin. Aret. §. certè, inſt. de rerum diuiſ. num.* 2. *Barboſ. l. diuortio, §. fin. ff. ſol. mat. num.* 58. *circa fin. verſ. His ita,* & *num.* 59. vbi rationem refert, quia alias res meliorata perijſſet, & obligabatur ad intereſſe, *vt dixi infra num.* 8. *Rol. à Val. conſ.* 28. *Quoniam, n.* 12. & *ſeq.* vbi loquitur de marito reficiente domum vxoris combuſtam, quæ habitabatur à colono.

3 Ampl. etiam, ſi is † poſſeſſor ſit fur, & prædo, *l. plane, ff. de petit. hæred. l. domum,* C. *de rei vendicat. l. ſi pupilli, §. ſed & ſi quis negotia, ff. de negot. geſt.* nec curandū de interpretatione, *Bart. Bal. Caſt. & alio-*
4 *rum*, qui volunt † *d. §. Sed & ſi quis, intelligatur*, quia is, qui fecit melioramenta, ſeu expenſas, illas feciſſet nomine domini rei melioratæ, quia talis intellectus eſt diuinatiuus, & contra verba textus, *Menoc. de recuper. poſſeſ. remed.* 15. *nu.* 507. *circa med. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *nu.* 25. *relati à* Roſental. *de feudis, cap.* 10. *concluſ.* 43. *num.* 153. *relati ab Ant. Fab. in ſuis rational. ad l. plane, col.* 2.

5 Contrarium firmat in fure † vel vi occupante rem alienam, *Menoc. de recuper. remed.* 15. *num.* 538. *per textum in l.* 1. C. *de infant. expoſit.* & *l. ex argento, ff. de vindict. furtiu. ac relatis dictis, Martin. Laudenſ. in tract. de* Caſtellanis, *quæſt.* 13. admonentis occupatores caſtrorum, ne in illis aliquid impendant, quia illis negabitur retentio melioramentorum, *poſt Menoc. idem cenſuit Peregrin. de fideicom.*
6 *art.* 50. *num.* 25.27. & *ſi*, ampliando † ſiue melioramenta facta fuerint per ferruminationem, ſiue aplombationem, *Menoc. aſſentiuntur, Surd. de aliment. tit.* 6. *q.* 6. *num.* 7. *Barboſ. relato, Neguſ. aliud ſentiente in l. diuortio, ff. ſol. mat. num.* 101. *in fin. Pacific. de Saluian. inſpect.* 2. *c.* 2. *n.* 236.
7 ampliando, † etiam ſi res meliorata eſſet melioranti debita, *vt ſubdit, n.* 237.

Contrarietas iſta oritur ab intellectu,
8 *l.* 1. C. *de infant. expoſit.* in qua laborarem, & ego niſi palmam concederem, præceptori meo, *Menoc. de recup remed.* 15. *n.* 515 & *Sarmient. ſelect. interpret. lib.* 1. *cap.* 10. *Rebel. de obligat. iuſt. lib.* 7. *quæſt.* 2. *num.* 7. *verſ. quod ſi contra*, Couar. *in c. peccatum, par.* 2. *§.* 6. *nu.* 3. *verſ. tertio infertur, Barboſ.*

bos.l.diuortio,§.fin.ff.sol.mat. nu.59.& seq. Anton. Fab. in suis rational. ad l. plane 38. ff.de pet.hæred.col.2.& 3.

8 Ampl. quod si possessor † malæ fidei non faciat melioramenta necessaria, & ideò fundus possessus pereat, vel fiat deterior, obligetur refundere interesse omne domino fundi, l. ex argento, ff.de condiction.furt.l.ei, qui 57.§.fin.ff.de petit.hæred.Tiraquel.de retract.conuent.§.7.glos.1. nu.18. in fin.Peregrin. de fideicom.artt.50. num.2.Rebel.de oblig.iust.lib.7.quæst.2.n.7 in princ.vers.Ratio est, & num.15. circa med.cōcludit teneri solùm ad æstimationem rei iuxta pretium quo ante melioramenta,poterat æstimari,nisi dominus verisimiliter erat facturus melioramenta, nam tunc soluet tantùm pretium melioramentorum, in quibus dominus est læsus, deductis expensis, quas dominus esset facturus, idem tradiderat Couar. in cap.peccatum 2. par. §. 6. num. 3. post med.

9 Ampl. etiam, vbi melioramenta † non sunt facta ab ipso malæ fidei possessore, sed ab alio eius nomine, vt puta à procuratore, vel negotiorum gestore, vel alio illius contemplatione, seu causa, veluti ab amico, consanguineo, l. idemque, in fin. & l.seq. ff. mandat. & ratio est, quia id dicitur à me factum, quod mea contemplatione est factum, Zasius singul.intellect.cap.9. & hac ratione compresi aliquando sciolos aliquos deridentes inscriptiones, quibus dicebatur factum ab N. Sum. Pont. vbi ille ne obolum quidem impenderat in eo opere, & dixi in regula constituta, hoc cap.8.num.22.

10 Ampl. etiam, † si fuerint facta in re Ecclesiæ perperam alienata, Surd. cons. 183. Proposita, num.46.

11 Ampl. siue † talia melioramenta sint facta in faciendo de nouo, siue reficiendo, l.domum, C.de rei vendicat. l.plane, ff.de petit.hæred. per quæ iura ita firmat Bart.in l.in fundo 79.ff.de rei vendicat.n.11 quem sequitur Menoc.de recup. Remed.15. num.514. Carroc. de locat.cap.de expensis, num.31.Amatus resolut.14. num.16.rebel. de oblig.iust.lib.7.quæst.2.num.7. vers.Extenditur.

12 Ampl. etiam, si talia † melioramenta fiant ad conseruandum fundum, ne fiat deterior, Ripa in l.vbi pure, §. fin.ff.ad Trebel.num.2.Rebel.de obligat.iust.lib.7.q.2. num.7.vers. Extenditur exceptione doli.

13 Ampl. vt facienti melioramenta † necessaria, concedatur rei melioratæ retentio, implorato Iudicis officio, l.domum, C.de rei vendicat. vbi Sal. notat, num.10. vers. Si autem, Peregrin. de fideicommiss. art.50.nu.26.Molin.de contract. disp.463. num.11.vers.Vt autem, testans de communi, Gomes.ad l.46.Taur. num.2. versic. Si verò malæ fidei,Pacificus tract.de Saluian. interdict.inspection.2.cap.2.num.236.

14 Ampl. præsertim, † si malæ fidei possessor habeat titulum possidendi, Menoc. de recuper. remed.15.num.514.in fin.

15 Ampl. etiam, si melioramenta † facta fuerint, constituto malæ fidei possessore in mora illa faciendi, Strader. de feud. 2. par.9.par.section.2.num.81.

16 Ampl. etiam, si melioramenta † facta fuerint gratia fructuum quærendorum, Natta cons.536.memor.num.12.relati à Surdo decis.294.num.9. & seq. & ante illos dixerat Bart. in l. cum quæreretur 58. §. prædijs, ff.de legat.3.in fin. concludens melioramenta compensanda cum fructibus perceptis, Bartol.sequitur Bossius tract. de princip.col.2.num.31. vers.sine dubio, Rebel.de oblig.iust.lib.7. quæst.2.nu.7. vers.secundo, Anton. Amat. resol.14. n.29.
17 limitat. quoad † expensas fructuum illius
anni, quo emphiteusis aperitur domino, relato Valas.de iur.emphit.quæst.25.nu.5. Pacific.de Saluian. inspect.2.cap.2.nu.179. & 181 addendo, num.183. & seq. idem di-
18 ci † de expensis factis gratia colligendorum, & conseruandorum fructuum, Peregrin.de fideicom.art.50.num.24.in princ.
19 & num. 25. † limitat in fure occupante
pendentes fructus, quia illos cogitur restituere, non refectis expensis factis, in illorum collectione, & dixi etiam supra §.proximo, & antecedenti, num.28. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 24. & seq. vbi declarat, seu limitat.

20 Ampl. etiam, si possessor † malæ fidei careat titulo, l. domum, C. de rei vendic. l. plane, ff.de pet.hæred. Menoc. de recuper. possess.remed.15.num.537.

21 Ampl. vt nec maritus † conuenire possit cum vxore, quod in casu soluti matrimo-

monij, vel restitutionis fundi dotalis, nō repetet expensas factas, meliorem faciēdo fundum dotalem, quia tali pacto faceret donationem vxori, quod est prohibitum, *argum. l. oratio, ff. de sponsal.*

22 Ampl. etiam in † melioramentis, quæ fiant à malæ fidei detentore in re deposita, *glos. in l. si quis, vel pecunias, C. depos. Molignat. de retention. quæst.* 52.

23 Ampl. præsertim, si † publicè intersit fieri talia melioramenta necessaria, veluti si refectum fuerit molendinum, munita arx, vel murus aduersus hostium impetus, vel publica ædificia labentia sint refecta, ac etiam priuata domus sita in foro, vel alia parte ciuitatis frequenti, ne vrbs deturparetur ruinis, *Scrader. de feudis 2. par. 9. par. section. 2. num. 81. in fin.*

24 Ampl. etiam, si melioramenta † facta fuerint lite pendente super re meliorata melioramentis necessarijs, *Serafin. decis. 898. fuit dubitatum, num. 3.* qui licèt nec textum, nec contestem suæ assertionis referat, & ideò ampl. videatur dubia ex effectu, qui resultat à pendentia litis, verum tamen dixit ex ijs, quæ mox dicam.

25 Ampl. in melioramentis, quæ fuerint facta rei conseruandæ causa, *Ripa in l. vbi pure, §. fin. ff. ad Trebel. num. 2. Pacific. de Saluiano interdict. inspect. 2. cap. 2. nu. 183. & seq.*

26 Ampl. generaliter, † vt nullus malæ fidei possessor amittat expensas, quas fecit in melioramentis necessarijs, *Rosent. de feudis cap. 10. conclus. 43. num. 12. 94. & 97. Barbos. in l. diuortio, ff. solution. mat. num. 58. circa fin. vers. His ita, Guttierz. practic. quæst. lib. 5. quæst. 68: Quaro circa, num* 11.

27 Ampl. vt melioramenta † sint debita etiam in foro conscientiæ, modo res meliorata non sit perempta, quia ratio non fert, vt quis fiat locupletior cum aliena iactura, *vt firmat Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 15. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 2. circa fin. Couar. in cap. peccatum, part. 2. §. 6. de reg. iuris, num. 3. post med. vers. præsertim quod, & has posse*, refert idem firmari à glos. quam asserit defendi à modernis Parisiensibus.

28 Contrarium voluit, † *Peregrin. de fideicommis. art 50. de impensis, par. 3. circa quartum, num. 56. post med. vers. verum communis hac, relato Couar. in cap. peccatum, par. 2. §. 6.*

29 Limit. vbi possessor † malæ fidei fructus percepit ex re meliori facta, nam illos compensare debet cum expensis factis in melioramentis, *Florian. de S. Petro cons. 1. num. 13 Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 21. in fin.* addendo, *num.* 52. compensationem fieri, si possessor malæ fidei fuerit condemnatus ad restitutionem, & conferunt dicta *§. antecedenti, num. 38. & dicenda infra §. 48.* ac etiam quia malæ fidei possessor non facit fructus suos, & debet illos domino rei restituere, *Surdus cons. 115. Quoad bona, num. 14. vbi plures congerit.*

30 Limita vbi † necessitas faciendi melioramenta fuit caussata ab eo, qui fecit melioramenta, *Simon. de Prætis de interpr. vlt. volunt. lib. 3. inter. 3. dub. 1. solut. 5. n. 27. in princ. fol.* 361.

31 Limit. vbi is, qui fecit melioramenta † necessaria, pariter fecit deteriorem rē, quam asserit meliorasse, & de deterioratione, & melioratione pariter constat, *Simon. de Prætis, de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 5. solution. 5. num. 27. fol. 361. & dixi supra in regula constit. hoc cap. 8. num.* 133.

32 Melioramenta necessaria † sunt, sine quibus res in totum, vel in parte periret; veluti præstare alimenta, nam sine illis periret omnis homo, & quod vis animalium genus, *l. vel necare, ff. de liber. agnos. & ita decidit Cyn. in l. domum, C. de rei vendicat. num. 1. in fin.* Quare si fiat legatum,
33 † vel relinquatur vsusfructus alicui pro suis necessitatibus, aut indigentijs, intelligitur factum causa alimentorum, *Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 5. num. 1. & seq.* licèt non desint, qui volumina confecerint de ijs, quæ sine alimento viuere possunt,
34 vel vixere diu. Item refectio † domus, quæ ruinam minetur, *Serafin. decis. 898. fuit dubitatum, num. 5.* & eiusdem generis sunt omnia, quibus res conseruatur ab
35 interitu. Item † emptio instrumentorū, ad aliquam artem exercendam, necessariorum, & sine quibus artifex artem, quam calet, non exerceret, *Serafin.* loquens de instrumentis artis ferrariæ, *decis.*

cis. 898. fuit dubitatum, num. 6.

37 Possessor malæ fidei † quis dicatur, notandum, quod sicuti possessio ex pluribus caussis, seu titulis acquiri potest, l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquirend. possess. Ita & pluribus modis quis est, vel fit possessor malæ fidei. Veluti si quis emat, quæ de iure emi non poterant, tam ratione personæ, quæ vendit, vt puta si quis emat à pupillo absque tutoris auctoritate, & Iudicis decreto, quam rei venditæ, sine solemnibus, vt puta, si quis emat rem Ecclesiæ, sine Sum. Pont. auctoritate, & accedentibus cæteris, quæ requiruntur, vt res dicatur validè alienata, cap. qui contra, de regul. iur. vbi Dyn. & Petr. Pecbius exemplis alijs latè comprobat, & idem Pecbius aliquas extensiones affert. Quibus addo, quod licet textus d. † cap. Qui contra, loquatur de emptione tantùm, idem tamē censeo dicendum de quocumque alio cōtractu, cui ius resistat, quia emptionis nomine cōtinetur omnis cōtractus aptus ad transferendum dominium rei in contractum deductæ, regulam dicti cap. Qui contra, latè probant, & sequuntur, relati plures à Surd. de more suo in cons. 115. quoad bona, num. 11. & addendo præsumptio-
38 nem † malæ fidei in emptore contra ius, esse iuris, & de iure, & non admittere probationem in contrarium, vt idem dixerat cons. 28. Conatur, num. 73. Idem dicendum, si quis emat non seruata forma
39 † contractus data à statuto, vt consuluit Surd. d. cons. 115. quoad bona, & infinitos congerit, Lamberteng. de contract. glos. 1. vers. in alienationibus, num. 123. & siue forma sit respectu personæ, cum qua fit contractus, siue ratione rei, de qua contrahitur, iuxta ea, quæ concludunt, Lam-
40 berteng. & Surd. mox relati, siue † ratione loci, in quo factus fuit contractus, l. si fundus, ff. de euict. Veral. decis. 193. par. 3. Put. decis. 365. lib. 3. num. 2. sed an tale statutum liget etiam Forenses, distinxi in meis Collect. add. l. si fundus.

41 Item malæ fidei † possessor est, qui scit rem, quam possidet, non esse suam, sed alterius, vel alteri debitam, & ad alium spectare, glos. in l. bonæ fidei, ff. de verb. signific. l. si quis fundum, ff. de acquir. possess. l. item veniunt, §. petitum, ff. de pet. hered. Bart. in l. fundum, ff. de vsucap. Pasetus cons. 103. subtiles, nu. 7. Cæfal. cons. 316. causa, num. 17. & seq. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 20. Quam possidens ignoraret à principio rem non esse suam, sed ea scientia superuenerit ante completam præscriptionem, & esset scientia præsumpta, Viuius testans ita decisum à Rota Romana decis. 195. mala fides, num. 14.

42 Item malæ fidei possessor est, † qui propria auctoritate, & absque titulo aliquo est ingressus fundum alienum, etiā quod crederet esse vacantem, Bero. cons. 61. lib. 3. num. 15. & in cap. grauis, de restit. spoliat. num. 17.

43 Item qui possidet ex † contractu, quē scit posse rescindi beneficio restitutionis in integrum, Imol. in cap. ad apostolicam, de donat. Alex. cons. 54. circa, primum dub. lib. 6. num. 10. Fel. cap. de quarta, de præscript. num. 5. quos refert, & sequitur Viuius decis. 195. mala fides, num. 16.

44 Limit. vbi res meliorata † perijt tota, Bart. l. in fundo 79. ff. de rei vendic. nu. 6. Natt. cons. 536. memor, num. 11. Peregrin. de fideicom. art. 50. par. 1. num. 28. & par. 2. num. 30. in fin. ampliando siue agatur ad melioramenta iudicio vniuersali, siue particulari Molin. de contract. disp. 463. nu. 12. decis. vnde, vbi rationem concludentem refert, Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 7. vers. Extenditur verò, Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. num. 66.

45 Limit. vbi res non est † effecta melior, seu vbi ex expensis factis à malæ fidei possessore dominus rei, non effectus est locupletior, l. penul. in fin. ff. de petit. hered. l. si pupilli, §. sed et si quis negotia, ff. de negot. gest. & hoc est notandum ab ijs, qui sperant ope exceptionis melioramentorum excludere vindicantes rem suam, vel creditores suorum auctorum à beneficio Saluiani, & dixi supra in regula constituta hoc cap. 8. Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. num. 66. vers. infertur.

46 Limit. vbi denuntiatum † fuit illi, ne illa faceret, Boer. decis. 44. num. 3. Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 13. tit. malæ fidei, præscriptio vnde oriatur, Gabriel. cons. 157. num. 3. vers. & consequenter, quos refert, & sequitur Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 234. concudens isto

casu

casu nullum genus melioramentorum
repeti à malæ fidei possessore.

Vtiles, & necessariæ expensæ, seu melioramenta in multis differunt, *Barbos. l. diuortio, ff. solut. mat. num. 6. vers. Quarto, num. 68.*

---

§. XI.

SVMMARIVM.

Melioramentorum causa datur retentio rei meliorata, nec in illa fieri potest sententiæ exequutio, licèt ex fideicommisso sit fideicommissario restituenda, & pro isto iudicatum 1. Contrarium 4. Concorda ibid. *Amplia priorem opinionem* 2.3.5.7.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30.31.32.33.34.35. *Limit.* 36.37.38.40.41.42.43.44.45.46. *Sublimit.* 39.40.

L. sumptus, l. emptor, ff. de rei vendicat. Limitatur 6.

L. domos, ff. de legat. 1. & dicta doctorum ibid. declarantur 37.

Dixi quo genere melioramentorum retardetur facienda, & reuocetur facta, sed non consumpta rei iudicatæ exequutio, vbi possessor caret Canonico titulo possidendi, dicam hoc §. *& sequent.* an idem à iure, vel communi doctorum opinione, sit constitutum, & receptum in possessore, cum legitimo titulo, & inchoando ab ijs, quæ frequētius accidunt; agam primùm de hærede, qui sub conditione, vel pure grauatus fuit, hæreditatem sibi relictam alteri restituere, si ille aliquo melioramentorum genere fecerit prætiosiorem, totam, vel partem aliquam hæreditatis illius fideirelictæ.

1 Fideicommisso grauatum † posse retinere exceptione melioramentorum opposita, bona, quæ alteri debet restituere, *iuxta ea, quæ dixi supra hoc cap. 8. num. 53.* & dixere, vt ab antiquioribus incipiam, *Accurs. in l. domos 61. verb. æstimatis, ff. de legat. 1. vbi Alex. num. 1. Ias. num. 2. Cartar. num. 4. Guid. Papa decis. 496. si fideicommissarius, num. 2. vers. Nec non reparationum,*
Rol. à Val. cons. 28. Quoniam, num. 1. & 21.
Cæsal. cons. 188. Dominus, num. 37. vbi plu-
res concordantes congerit, Bero. cons. 79. &
si dubia, lib. 2. num 61. vers. Nam meliora-
menta, Natta cons. 321. nu. 11. Bursat. con-
sil. 295. num. 45. Rol. à Val. consil. 30. lib. 1.
num. 3. Surd. de Aliment. tit. 6. quæst. 6. n. 15.
Simon. de Præt. Interp. 3. dub 1. solut. 5. n. 2.
in fin. fol. 358. & fol. 361. num. 18. conclu-
dentem rationem refert, *Burs. cons. 395.*
num. 45. Sal. in l. domum, C. de rei vend.
num. 10. in princ. Valas. de iur emphit. q. 25.
num. 29. circa med. vers. Denique, & n. 31.
in fin Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 2.
cap. 2. num. 212. & seq. pluribus, vbi refert
2 multa similia, *Ruin. cons. 135. viso, lib. 3.*
num. 13. relati à Tusc. conclus. 179. meliora-
menta, num. 5. Decian. cons. 29. circa, lib. 2.
num. 5. Boer. decis. 44. num. 1. Peregrin. de
fideicom. art. 50. num. 5. in fin. & num. 39
Gabriel. cons. 121. lib. 1. nu. 56. Decian. con-
sil. 29. lib. 2. num. 5. circa med. Natta con-
3 *sil. 256. num. 1.* † amplians in quocumque-
qui rem debet restituere, *Molin. de iur.*
primogen. Hispan. lib. 1. cap. 26. interp. n. 14.
Surd. cons. 333. num. 26. & de aliment. tit. 8.
priuileg. 62. num. 8. Fusar. de fideicommis.
quæst. 669. num. 1. & quæst. 672. num. 20.
Surd. cons. 155. num. 13. Rol. à Val. consil. 28.
lib. 1. num. 18. Beron. cons. 79. lib. 2. num. 63.
4 Contrarium defendunt † *Simon. de Præt.*
de interpr. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3.
dub. 5. sol. 5. fol. 361. nu. 22. & seq. Sed con-
cordari potest ex his, *quæ dixi infra li-*
mitat. 7. relati à Vinc. de Franc. decis. 110.
Remansit, num. 8. & à Fusar. de fideicom.
quæst. 672. vltimus, num. 21.
Ampl. & limita ijs omnibus casibus,
5 quibus ampliaui regulam, † quam consti-
tui supra *hoc cap. 8. & infra §. 17. & §. 35.*
6 Ampl. etiam, † quod grauatus restituere, perceperit fructus ex re restituēda,
quia illos percepit tamquam rei dominus,
provt re vera erat, antequam euenit cō-
ditio, vel tempus restitutionis, *Alex. in*
l. domos 61. ff. de legat. 1. num. 1. in fin. & n. 2.
addendo hoc esse notandum pro limita-
7 tione † *l. sumptus, ff. de rei vend. & l. em-*
ptor, eod. tit. & dicta iura intelligi, vbi
percipiens fructus, non erat aliquo modo
dominus, & ideò compensat cum melio-
ramentis, si quæ interim faciat, *Ias. d. l. do-*

mos, num.1. Fusar. de fideicom. quaest.669. num.2. Petra de fideicom. quaest.15. num.310. Ruin cons.131. lib.1. num.14. addendo l. sumptus, l. emptor, ff. de rei vend. non obstare, quia procedunt, vbi expensæ sunt factæ in re prorsus aliena; idem dicit Rol. à Val. cons.30. omisso, lib.1. num.4.

Ampl. vt possit etiam † opponi in exequutione sententiæ, Crau. cons.789. in fin. quem refert, & sequitur Menoc. cons.454. Et si docte, num.1. in princ. Simon. de Praet. de interpr. vltim. vol. lib.3. interp.3. dub.1. fol.5. num.1. fol.358. & dixi supra in regula constituta hoc cap.8. num.11.

9 Ampl. etiam, si † sciat se grauatum fideicommisso, Ruin. cons.135. lib.3. nu.13. dum prius, num.12. retulisset, quæ obstabant, Bellon. cons.65. nu.12. Obstat l. fin. in fin. C. commun. de legat. & aduertit Bero. cons.79. lib.2. num.60. Concordant Simon. de Praet. interp.3. dub.1. fol.5. num.3. circa med. Bellon. cons.65. num.12. Menoc. de recup. remed.15. num.507. & seq. Rebel. de obligat. iust. lib.7. quaest.2. num.2. vers. extenditur, Guttierz. pract. quaest. lib.5. q.68. num.8. & seq. vbi refert dissentientes, & concordat.

10 Ampl. quod si grauatus † quis fuerit, restituere totam hæreditatem, & vnum ex corporibus hæreditarijs meliorauerit, quod hæredi grauato detur retentio totius hæreditatis, Guid. Papa decis. 496. si fideicommissarius, num.2. vers. & ideò, addendo, quod si hæres fuerit conuentus ad restituendam hæreditatem, sine clausula detractis detrahendis: non fuit tali iudiciali interpellatione constitutus in mora, & consequenter euitare pœnas morosæ restitutionis, & percipere commoda non morosi, & ita fuisse iudicatum.

11 Ampl. præsertim, si fuerint † melioramenta necessaria, Crauet. cons. 792. illustris, num.22. Gabriel. cons.95. lib.2. n.7. Menoc. præsumpt.32. est, lib.3. nu.3. Simon. de praet. interp.3. dub.1. fol.5. nu. 2. fol.358. Ruin. cons.135. lib.3. num.13. Rebel. de obl.

12 iust. lib.7. quaest.2. num.2. † etiam quod perierint vi hostium, Rol. à Val. cons.28. lib.1. num.18. vers. Quo verò, Magon. decis. Lucens.33. spectabilis, num. 8. & seq. & 24. & seq. addendo posse ab hærede alienari corpus vilius hereditatis restituendæ, pro reparatione corporis ruinam minantis. Necessaria melioramenta quæ sint, dixi supra §.8.

13 Ampl. etiam, quod facta † fuerint ex fructibus bonorum fideicommisso suppositorum, Crauet. cons.792. illustris, nu.22. vers. Neque, & num.23. vbi id latè probat, Peregrin. de fideicom. art.50. nu. 64. vers. Et in hærede, vbi præterea ampliat in fructibus perceptis post diem purificati fideicommissi, ante tamē iuditium motū super restitutione 66. n.65. & conferūt, quę de emphiteota etiā meliorāte emphiteotica ex fructibus bonorum emphiteoticorum dixi, supra §.2. n.29. Menoc. præsumpt.32. est, lib.3. num.3. in fin. & n. 4. 10. Molin. de iur. primog. lib.1. cap.26. Inter, n.14. vers. Nec in hoc, Petra de fideicom. quaest.15. num.235. & Ruin. cons.131. lib.1. num.14. Nisi tamen aliquid ex bonis fideicommissarijs perierit, nam compensat ur pro rata, Ripa in l. in fideicommissaria, ff. ad trebel. num.28.

14 Ampl. præsertim, † si melioramenta fuerint vtilia, Crauet. cons. 792. illustris, n.22. & conferunt quæ dixi supra, §.7. Quæ autem dicantur vtilia melioramenta, dixi supra §.3. Cabriel. cons.95. num.7. lib.2. Simon. de Praet. interp.3. dub.1. lib.5. fol. 358. num.2. & nu.5. vers. Vtilis, Ruin. cons.135. lib.3. num.13. Bellon. cons.65. num. 13.

15 Ampl. etiam in † melioramentis factis vltra quantitatem, quam testator damnauerat hæredem ad faciendum, Gabriel. cons.123. Hoc, lib.2. 9. & conferunt quæ dixi supra, §. 2. num.24.

16 Ampl. etiam, quod offeratur † cautio, si tamen possunt, melioramenta de quibus excipitur, facilè liquidari, & de illis fuisset exceptum ante sententiam, factaque fuerit illorum liquidatio intra terminum excipienti assignatum, secus si fuerint difficilis liquidationis, & de illis soluendis, oblata sit cautio, Intriol. de subst. Centur.3. quaest.74. Quæ In. num.105. & seq. relatis Borgnin. decis.44. num. 67. par.1. Crauet. cons.408. col.2. Vine. de Franc. decis.112. num.17. Boer. decis.43. Menoc. consil. 704. num.20. & cons.747. num.26. Put. decis.471. lib.2. Garzia de expens. cap.6. n.19. Fusar. de fideicom. quaest.672. num.13.

Contrarium tenet Simon. de Prattis, lib

lib.3. interpr. 3. dub. 1. sol. 5. fol. 359. num. 12.
& dixi infra §. 105.

17 Ampl. etiam, si melioramenta † facta fuerint ab eo, qui bona fide emit à grauato fideicommisso, nam illi conceditur retentio pro melioramentis factis ab ipso, vel illius auctore, *Cast cons. 94. Clarum, col. fin. vers. Quantum, lib. 2. quem cum alijs refert, & sequitur Simon de Pratis, interp. 3. dub. 1. solut. 5. num. 3. fol. 358. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 43. in princ.*

18 Ampl. vt sint etiam † reficienda ei, qui habet causam à grauato, vt puta, si quis bona fideicommissi emerit ab hærede grauato, nam non compensat cum fructibus, quæ fecit ante diē purificati fideicommissi, secus si post *Peregrin. de fideic. art. 50. num. 64. versic. & in emptore, & num. 65. Boer. decis. 44. num. 10. Tusc. conclus. 178. melioramenta, num. 7. vbi refert dissentientes.*

19 Ampl. etiam in expensis † factis pro defensione, vel recuperatione bonorum fideicommissi, *Ruin. cons. 84. Quoniam, lib. 1. num. 16. Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. num. 31. Fussar.* loquens de expensis litis, *de fideicom. quæst. 670. num. 6. & seq. Cuman. cons. 56. quidam, in fin.* limitando,

20 † si expensæ fuerint modicæ, seu mediocres, vel non essent allaturæ perpetuam vtilitatem bonis fideicommissi, *Surd. consil. 333. num. 26. Peregrin. de fideicomm.*

21 *art. 50. num. 11.* ampliando, † etiam si in lite succumbat, vel lis fiat contra prætendentem se hæredem, *Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 212. Phœnut. tract. de Inuentar. §. Sed an inuentarium, efficiat, num. 47. & seq. Petra de fideicommis. q. 15. num. 215. & seq.*

22 Ampl. præsertim, † si illa sint perpetua, *Vincent. de Franc. decis. 109. si grauatus, num. 1. Roman. cons. 276. num. 6. in fin.*

23 Ampl. etiam, quod melioramenta † perierint, si tamen illa erant necessaria, *Rol. à Val. cons. 28. lib. 1. num. 18. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 2. Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 6. num. 14. in fin. Barbos. in l. diuortio, ff. solut. matr. num. 63. vers. ampl. tertio,* subdens idem dici, si res meliorata perierit sine culpa meliorātis;

24 Ampl. etiam, vbi soluit † æs alienum defuncti, qui fideicommissum instituit, aut soluit legata, *l. 1. 2. & fin. C. ad Trebel. l. 1. §. si is qui, l. Marcellus, ff. eod. Roman. cons. 276. Visis, num. 6. subdens, n. 7.* an præsumatur facta solutio ex pecunijs hæreditarijs, vel hæredis soluentis.

Ampl. quod si grauatus fideicommisso,

25 † non opposita melioramentorum exceptione, restituit bona fideicommissi, possit repetere possessionem rei melioratæ, per certi condictionem, *Tuscus concl. 182 melioramenta, num. 15. & dixi infra §. 32.*

26 Ampl. vt non sint compensanda † cum fructibus perceptis ex bonis fideicommissario restituendis, *Tusc. concl. 178. melioramenta, num. 16. Barbos. in l. diuortio, ff. sol. mat. num. 44. Fusar. de fideicommis. quæst. 669. melioramenta, num. 2.*

27 Ampl. etiam in expensis, † quas fecit hæres distrahendo, iuxta præceptum testatoris; partem aliquam bonorum hæreditariorum, *l. vbi pure 19. §. fin. ff. ad Trebel. vbi Ripa nu. 5.* notat, & exemplum refert, si quid datum fuerit proxenetis, notario, apparitoribus, vel alicui ad alliciendos emptores, *Balzaran §. si vassallus, Hic finit lex, num. 5. vers. Ita sumptus, Roman. cons. 276. circa fin. n. 6.*

28 Ampl. in eo, † qui fecit bona maioratus meliora, nam cum possessor maioratus æquiparetur grauato fideicommisso, vel saltem parum differat ab illo, non cōstituitur differentia inter illos, quoad sibi reficiantur melioramenta facta in rebus, quæ ipsi possideant, *vt dixi infra §. 26.*

29 Ampl. vt sicuti fideicommisso † grauato reficienda sunt melioramenta, ita debet ille reficere damna illata bonis fideicommissario restituendis, si dolo, vel lata culpa id fecit, si nullum commodū percepit, si autem percepit, obligatur etiam de leui, *l. mulier, §. si hæres, ff. ad Trebel. per quem textum, Bal. in l. filium quem 24. C. famil. bercis. num. 43.* concludit hæredem grauati esse obligatum reddere rationem de corporibus restituendis, vt videatur, an illa dilapidauerit, vel neglexerit, & quod hæredes grauati id nō aduertunt, cum sint obligati refundere

omne interesse illatum bonis fideicommissi, illorum culpa, idem probatur, *l. si seruus legatus, §. cum quis, & l. cum res, §. culpa, ff. de legat.* 1. *Molin. de iur. primogen. lib.* 1. *cap.* 27. *nu.* 4. *& seq. & dixi etiam infra, §.* 26. *vers. Notandum.*

30 Ampl. etiam, vbi melioramenta sunt facta gratis à tertio, sed intuitu hæredis grauati, *Peregrin. decis.* 64. *num.* 6. *Fusar. de fideicom. quæst.* 669. *melioramenta, n.* 3. *Peregrin. cons.* 3. *lib.* 3. *num.* 35.

Quid autem dicendum, si fideicommissarius offerat cautionem de soluendo, facta liquidatione, *Fusar. de fideicommis. quæst.* 672. *vidimus, num.* 23. *& seq.*

31 Ampl. etiam, vbi melioramenta † sunt facta à tertio, qui habet causam à grauato fideicommisso, *Bottr. decis.* 44. *num.* 10. *Cardin. Tusc. conclus.* 178. *melioramenta, num.* 7. *vbi refert dissentientes.*

32 Ampl. etiam, si testator † contrarium mandasset, *Bero. cons.* 79. *lib.* 2. *num.* 64. *circa med.* concludens filium grauatum fideicommisso, posse repetere melioramenta, & retinere bona meliorata, quãuis Pater contrarium mandasset; consideranda sunt tamen verba præcepti testatoris, cum illius voluntas sit lex, *§. disponat, auth. de nupt.* & res aliena, & multò magis hæredis, cuius patrimonium est idem cum patrimonio defuncti, *l. si in cum, §. aditio, ff. de solut. Surd. decis.* 310. *Saluagnus, num* 10. potest à testatore, legato relinqui, *l. cum alienam, C. de legat.*

33 Ampl. vt si fideicommissarius † nollit, vel non possit in numerata pecunia soluere melioramenta, sint vendenda bona restituenda fideicommissario, *vt dixi supra §.* 4. *num.* 31. *& infra, §.* 41.

Ampl. etiam, vbi grauatus fideicommisso, † liberauit à præstatione, seu onere

34 aliquo bona fideicommissi, cum distinctione tamen, *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *cap. de impensis, par.* 2. *vtiles, nu.* 50. videlicet an tale onus esset perpetuũ, & redimibile, si possessori bonorum placuerit quandocumq; & non dari retentionem, sed grauatum succedere in ius illius, qui redemptionem concessit, vt puta, si ageretur de annuo censu consignatiuo, creato iuxta formam Bullæ Pij V. nam tunc sufficit fideicommissario, vel soluere pretium redemptionis vel redimẽtem recognoscere pro domino, & ei censum soluere, renouando veterem obligationem, si verò onus esset redimibile volente eo, cui soluitur præstatio, vt puta, quia fundus sit emphiteoticus, vel libellarius, nisi titulo emptionis redimens, acquirat iura directa, non esset audiendus redemptor, si nollet recepto pretio soluto, relaxare fundum, vel instare, quod idem onus sibi in futurum præstaretur. Si verò onus extinctum erat extinguendum ex pacto, vel quia erat breui lapsurus terminus ad redimẽdum, & tunc conceditur retentio, quia ea redemptio æquiparatur expensæ necessariæ.

35 Ampl. etiam, si melioramenta † sint facta per auulsionem arborum, & expurgationem fundi, quod nos Itali nũcupamus disbocatio, seu nemoris funditus extinctio, vt reprobato, *Cast. conclu. dit Rimin. Iun. cons.* 433. *Dom. Bartolom. num.* 69. *& seq. pluribus.*

36 Ampl. etiam in expensis † litis, vt dixi infra de expẽsis factis à possessore maioratus, §. 25. *& supra num.* 18. *&* 19.

37 Limit. vbi fideicommissarius † debet, & ipse post mortem, vel aduentũ conditionis, alteri, fidei illius commissa, restituere, & ille alteri, & successiuè in infinitum, *Molin. de iure primog. lib.* 1. *c.* 26. *inter, num.* 15. *vers. sed mea sententia, sequitur Surd. cons.* 333. *fructus, num.* 48. addendo eodem *Molin. dicta Doctorum*

38 † *in l. domos, ff. de legat.* 1. Intelligi, vbi fideicommissarius non est grauatus alteri restituere, sed bona sibi restituta remanere apud illum libera.

Contrarium firmat *Peregrin. de fideic. art.* 50. *num.* 64. *vers. & in usufructuario.*

39 Limit. vbi melioramenta † sunt facta ab emptore sciente bona meliorata esse grauata onere fideicommissi, *l. fin. §. fin. C. commun. de legat. & ibi gloss. & communiter Doctores, Cast. in l. domos* 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 2. *circa med. Neguf. de pignor.* 4. *memb.* 5 *par. num.* 19. *Tusc. conclus.* 179. *num.* 17. *& conclus. seq. melioramenta, num.* 13. *Magon. decis. Lucens. decis.* 33. *spectabilis, num.* 21. *&* 25. *Vinc. de Fran. decis.* 110. *remansit, nu.* 8. *& dixi*

supra

*supra in regula constituta hoc cap.8.n.*170.

40 Sublim. si iusto † errore iuris ille credidit potuisse alienari, *Tuscus concl.* 79. *melioramenta, num.*11. *relato Cast. cons.* 247. *num.*7. *vers. venio ad tertium, Peregrin. de fideicom. art.*50. *num.*36.

41 Sublimita quoad melioramenta † necessaria, quæ dominus esset facturus, & sine quibus tam faciendo, quam reficiẽdo, bona, seu res meliorata erat peritura, vel omninò futura inutilis, *Magon. decis. Lucens.*33. *spectabilis, num.*24. *vbi plures concordantes refert, Peregrin. de fideicom. art.*50. *num.* 63. *Rebel. de oblig. iust. lib.*7. *quæst.*2. *vt pleniora, num.*2. *vers. extendit etiam.*

42 Limita ijs omnibus † casibus, quibus dixi limitandam esse regulam, quam firmaui supra *hoc cap.*8.

43 Lim. vbi grauatus † fideicommisso fuit etiam grauatus facere certa melioramẽta, vel errogare certam quamtitatem in meliorandis rebus hæreditarijs, *l. si fideiussor, vbi Ias. in* 3. *not. ff. de legat,*1. *l. in tribus, ff. de vsufruct. earum rer.* per quæ iura ita concludit, *Tusc. concl.* 180. *melioramenta, num* 20. *l. ab eo, C. de fideic. per quem textum ita firmat Gabriel. consil.*123. *Hoc, num.*7 *lib.*2.

44 Lim. in melioramentis † modicis, *Peregrin. de fideicom. art.*50. *num.*45. *&* 63. *vbi refert dissentientes, seu temporalibus, Roman. cons.*276 *num.*6. *in fin. Fussar. de fideicom. quæst.* 670, *vidimus, num.*11. *& seq. vbi refert dissentientes, Molin. de iur. primogen. lib.*1. *cap.*27. *num.*4. *& seq.*

45 Limit. vbi grauatus † fideicommisso vniuersali, vnam ex re bus fideicommissario debitam, vel non omnes in genere, vel spetie, tantùm meliorauit, nam non retardabitur sententia de restituendo, quoad ea, quæ non sunt saltem in genere meliorata, *glos. l. plane, verb. deducat, vbi Old. Alber. & Ang. ff. de petit. hæred. Cast. cons.*270. *lib.*2. *col.*1. *Tiraquel. de retract. conuent. §.*7. *glos.*1. *num.*11. *& dixi supra hoc cap.*8. *num.*3. quare dubito, ne quæ ibi dixi *in fin.* obstent, vel saltem iuxta ibidem dicta intelligenda.

46 Limit. vbi melioramenta † iudicantur à Iudice excessiua, cansiderata qualitate rei melioratæ, & personæ, quæ debet illa reficere, *vt dixi supra §.*4. *num.* 36 *Marzar. de fideicom. quæst.*66. *in fin. Peregrin. de fideicom. art.*50. *num.*44. admonens in fine granatos fideicommisso, vt se abstineant ab huiusmodi expensis excessiuis, & quas fideicommissarius non erat facturus, & conferunt, & in terminis tradit, *Marla in suo emporio iur. de cont. empt. n.*109. addendo isto casu amitti talia melioramenta, *& dixi §. seq. numer.*20. *&* 22.

47 Limit. in melioramentis, quæ † sua natura, seu sine detrimento separari possunt à re subiecta fideicommisso, veluti, si addatur ager contiguus, tormenta bellica, & similia importata in arcem restituendam, *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.*53. *& dixi §.*26. *vers primus casus.*

Quo pretio sint æstimanda melioramenta facta in bonis fideicommissi, *dixi infra §.*29.

§. XII.

SVMMARIVM.

Emptor cum pacto de retrouendendo, habet canonicum titulum in re empta, & interim est verus dominus 1.8. *Non cogitur retrouendere, si malit soluere interesse, non factæ retrouenditionis* 8.

Exequutio sententiæ latæ contra emptorem, cum pacto de retrouendendo, vt retrouendat, retardatur exceptione melioramentorum factorum ab emptore 2.3.4.5.6.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17. 18.19. *Limit.* 20. 22.23.24.

L. sumptus, ff. de rei vendicat. Limitatur 9.

Melioramenta facta in re pauperis, qualiter repetantur 21.

In melioramentis æstimandis, quod tempus inspiciatur 25.

1 EMptorem cum pacto de retrouendendo, † habere titulum, & canonicum in re empta est indubitatum, *l.*2. *C. de pact. inter empt.* immo donec retrouendit habere, & exercere posse omnia dominij iura, *probet Tiraq. de retract. conuentional. §.*1. *glos. vnic. nu.* 9. *& seqq. plur.*

plurib. si contingat dubitari an emptor cum pacto de retrouendēdo, qui meliorauit rem emptam repetat expensas factas,& resolutiuè procedendo;si interim in illa melioramenta aliqua fecerit, si cōueniatur ad retrouendendum, & lata in illum fuerit sententia, quod sit obligatus
2 retrouendere, retardetur † executio donec emptori fuerint persoluta melioramenta. *l. intra vtile §.1.ff. de minorib. l. imperator.ff. de in diem addict. Cagnol. in l. 2.C.de pact. inter empt.n.175. q.49. Tiraquel. de retract. Conuent.§.7.glos.1.n.2. circa med. Surd.de Aliment.tit.1.q 42.nu. 107. Bald. cons.303. adeuidentiam.lib.1.n. 2. vers.Item puta. Natta cons.256.in facto n.1.Cardin. Mantic.plures congerens de tacit.& ambig. lib.4. tit.32. nu.118. Surd. cons.155.num.14. Scrad. de feud.2. part.9. part. sect.2.nu.21.vers.His adde Gratian. discept.193. nu.8.*
3 Ampl. etiam quod facta † fuerint ex fructibus rei retrouendēdæ, *Mantic. de Tacit.lib.4.titul.32.n.118.*
4 Amplia ijs omnibus † casibus quibus ampliaui regulam, quam firmaui supra cap. 8. & §. 35.
5 Ampl. siue melioramenta † sint vtilia siue necessaria. *Tiraquel. de retract. Conuent.§.7.glos.1.num.3. & dixi supra §.4.& §.9.*
6 Ampl. vt non cogatur † compensare cum fructibus perceptis *Gloss.& communiter Doctores in l.emptor ff.de rei vendicat. Bald.cōs.303.Adeuidētiam lib.1.n.2.in fin. Pinell.in l.2.p.2.c.4.n.62.C.de rescind.vēd. Peregr. de fideicom.artic.50 n.64.vers.Et in eo. Tiraquell.de Retract. Conuent.§.6. Glos.1. n.47.*declarando si melioramenta sint perpetuò vtilia rei,secus si fructuum colligendorum causa,*Petra de fideicom.q. 15. nu. 319.* ea moti ratione, quia donec retrouendit, est rei emptæ cum pacto de retrouendendo,dominus,etiam irreuo-
8 cabilis,si malit soluere interesse, quam † retrouendere, vt ego addo *ex Cagnol in l.2.C.de pact. inter empt.n.129.& seq.Gozad.n.46.& seq.Franc. Zoanct.de empt.n. 73. vers. Contrariam,* eidemq. donec retrouendat,competunt omnia iura actiua & passiua, quę competit emptori purè, *vt dixi de Laudemio lib.2.q.5.art.1.vers. probatur primo, & vers.2. Glos.& Doctores in d. l. emptor sequuntur Tiraquell. & ab illo relati de Retract.Conuēt.§.7. Glos.1. num.4. Natta cons.256. in facto n.3.* limi-
9 tando isto casu † *l.sumptus ff. de rei vendicat.*
10 Ampl. vt dè melioramentis, † liceat excipere etiam in exequutione sentētię, *Tiraquell.de Retract. Conuent.§.7.Glos.1. nu.15. & dixi sup.hoc cap.8.n.63.*
11 Ampl. vt si melioramenta † fuerint vtilia, & necessaria, detur illorum repetitio, quamuis deinde perierint. *Tiraqu. de Retract. Conuēt.§.7.glos.1.n.10* vbi prętерea remissiuè refert quid dicendum, si tota res melioramenta perierit, & latius *dixi supra hoc cap.8.n.19.*
12 Ampl. etiam si facta fuerint † à tertio, cui res sit alienata, etiam lite pendente *Tiraquel. de Retract. Conuent.§.7.Glos.1. nu.15. sed hoc intellige, vt per Io.Igne.in l. dudum.C.de cont. empt.n.48.*
13 Ampl. præsertim si sibi integrum † pretium nō offeratur, sed pars, etiam maior, tantum, veluti si plures res vnica summa fuissent venditæ, & vna illarum tantum meliorata, & offeratur pretium cum conditione quod reuendantur interim non meliorata. *Tiraquel. de Retract. Conuent.§.7.glos.1.n.12.*
14 Ampl. etiam, si melioramenta non sunt liquida. *Tiraquel. de Retract. Conuent.§.7.glos.1.n.13.& dixi supra. hoc c.8. n.6.*
15 Ampl. etiam si melioramenta † facta fuerint à primo emptore, siue ab emptore emptoris, *Tiraquel.de Retract. Conuent.§.7.glos.1.n.15. & conferunt dicta supra hoc cap.8. n.17.*
16 Ampl. etiam vbi ex melioramentis † mutata est facies, seu forma agri, veluti si in fundo vendito, facta sit vinea, vel in area, constructa domus, *l.penul. ff. locat.* per quem textum à nemine expensum, nisi à *Tiraquel.vt ipse asserit idem firmat. de Retract.Conuent. §.7.glos.1.n.16.*
17 Ampl. etiam si is, qui † agit ad retrouenditionem, non esset, talia, & tanta melioramenta, vel minori pretio facturus. *Tiraquel.de Retract.Conuent.§.7.glos.1.n. 17.*& seruata distinctione de qua infra in 1. Limit.

18 Ampl.

18 Ampl. quod si non factis † melioramẽtis ab emptore res perierit, teneatur ad interesse vẽditoris. *Tiraquel. de Retract. Conuent.* §.7 *glos.*1.*n.*18.

19 Ampl. etiam si redempturus † protestetur ne fiant *Gratian D'scept*.193.*nu*.9. *& concordat dissentientes*.

Ampl. vt illorum detur condictio, licet res fuerit retrouendita non facta mẽtione melioramentorum, *Tiraquel. de Retract.* *Conuent*.§.7.*glos*.1.*n*.7.

20 Limit. vbi melioramenta † sunt talia, & tanta, vt redimens rem venditam cum pacto de retrouendendo, cogeretur pro solutione melioramentorum carere laribus, & focis, seu totas suas facultates, sine vtilitate pari saltem, vendere, vt ego interpretor *l. in fund. ff. de rei vendic. l. si seruus, ff. de piguorat. action. Tiraquel. de Retract. Conuent*.§.7.*glos*.1.*n*.5.*& seq.* qui

21 præterea † docet quomodo isto casu sit satisfaciendum facienti melioramenta, post *Tiraquel. idem voluit. Surd. aliment. tit.*1.*quæst.*42.*n.*109.

22 Limit. vbi cũ isto † pacto emptor fecit melioramẽta, quoad remoueret vẽditorem à redemptione. *Alberic. in l. intra vtile, ff. de minorib. cum alijs cumulatis à Surd. de aliment. titul.*1.*q*.42.*n*.108.

23 Limit. ijs ferè omnibus casibus † quibus limitaui regulam constitutam supra hoc *cap*.8.*&* §.4.10.11.*& duobus proximè sequentibus*.

24 Limit. vbi nimis graue † esset redimẽti soluere facta melioramẽta, etiam quod emptor expressè sibi cauisset de faciendis melioramentis ad libitum. *Morla relat. Bald. consf.*372. *Casus.lib.*3.*in suo Empor. iuris de Contrahen. empt. nu.*109. *Bald. sequitur Crauet. cons.*3.*n.*19.

25 Tempus quale inspiciatur † in solutione horum melioramentorum, *dixi infra* §.29. *limit*.2.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Retrahens vigore iuris congrui conuenit cum retrahente ex pacto de retrouendendo. 1. *retardatur executio sententiæ pro illo lata exceptione melioramentorum*. 2. *ampl*. 3. 4.5.6.7.8.9. *Limit*. 10. 11. 12.

1 Retrahenti ex conuentione † proximus est retrahens ex iure, quod vocant congrui, ille enim vi antecedentis pacti, iste vi legis, statuti, vel consuetudinis cogit ad vendendum, quę ab alio emit, aliqua de iure isto dixi de *Laudem. lib.*2. *q.*18. *& lib.*4.*q.*8. *artic.*1. Si itaque

2 aliquis, qui † gaudeat iure præfato, conueniat emptorem, ad empta sibi cedendum, an retardetur exequutio sententię in eo iudicio latæ, ex opposita melioramentorum exceptione, & resolutiue procedendo, dicas, retardari, nec retrahenti faciendam cessionem, nisi soluerit melioramenta facta à reo conuento, vel illius auctore in re, de cuius retractu agitur. *Alberic. de stat. part.*1.*q*.96.*quem refert, & sequitur Tiraquel. de Retract. lignag.*§.7. *glos.*1 *nu*.3. *in princ. Scrad. de feud.* 2.*part.*9 *part. sect.*2. *n*.21. *vers. Siue*

3 *illa redemptio* † addendo idem dici si reuocetur donatio ob superuenientiam filiorum.

4 Ampl. ijs omnibus † casibus quibus dixi ampliari regulam constitutam in duobus antecedentibus §§.

5 Ampl. siue melioramẽta fuerint vtilia, siue necessaria. *Tiraquel. de Retract. Conuent*.§.7.*glos*.1.*n*.3. Non desunt, vt refert *Tiraquel. ibid.* qui velint refici tantum melioramenta necessaria, quæ simul sint etiam vtilia, alij velint refici tantum necessaria, vtilia autem nequaquam.

6 Ampl. vt de melioramentis † excipi possit etiam in exequutione sententiæ latę ad fauorem eius, qui ex iure congrui egit ad retractum. *Tiraquel. de Retract. Conuent* §.7.*glos*.1.*n*. 14.

7 Ampl. etiam si † is, qui agit ad retractum, non erat facturus illa melioramenta, vel minori pretio fecisset. *Tiraquel. de Retract. Conuent*.§.7.*glos*.1. *n*.17. cum temperamento tamen de quo in 1. *Limit. antecedentis regulæ*.

8 Ampl. etiam si facta † fuerint lite pendente, modo fuerint necessaria. *Serafin. decis.* 898. *num.* 3. Vel vtilia *Rot. in Recent. decis.*356. *Domini part*.2. *num*.2 sequen-

sequendo Lancel de Attentat. part. 3. *c.* 24. *q.* 29. *nu.* 10. *& dixi supra hoc cap.* 8. *n.* 7.

Contrarium volunt relati. n. 10.

9 Ampl. etiam si facta † fuerint à tertio, qui lite pendente rem retrahēdam emit *Tiraquel. de Retract. Conuent.* §. 7. *glos.* 1. *num.* 15.

10 Limit. in melioramentis † vtilibus factis pendente iudicio retractus, vel termino ad retrahendum. *Alberic. in l intra vtile* §. *vendentibus ff. de minor. Boer. dec.* 44. *num.* 8. *& seq. & decis.* 47. *n.* 4. limitando in necessarijs factis auctoritate iudicis *nu.* 3. subdens *n.* 6. *& seq.* quid dicendum si fiantante denuntiationem, & durante dilatione ad retrahendum per textum in *l. aut si ante denunciatum, ff. de rei vendicat. Io. Igne. in l. dudum. C. de cont. empt. num.* 48.

Obstant dicta *Tiraquel. de Retract. Conuent.* §. 7. *glos.* 1. *n.* 15. *& supra n.* 8.

11 Limit. ijs omnibus casibus, quibus dixi limitandas regulas constitutas supra cap. 8. & §. 4. & §. 6. 7. 8. & 9.

12 Limit. vbi melioramenta † sunt excessiua. *Boer. dec.* 47. *& videtur num.* 10.

§. XIV.

SVMMARIVM.

Colonus non possidet rem quam colit, sed illam detinet. 1. *non potest interuertere possessionem domini* 2. *non possidet sibi sed domino* 3 *quis propriè dicatur* 4. *cap. locupletari de reg. iuris æquitas* 5. *de illa excipi potest non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, & iudex ex officio repellere potest eum in quem obijci potest.* 5. 6.

Conductor, vel colonus habet rei conducta retentionem, si illam fecit meliorem donec sibi soluantur melioramenta. 7. *ampl.* 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. *Limit.* 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40.

1 QVamuis colonus † non possideat rem quam colit *Azo. in sum. de acquir. possess. n.* 18. *& tit. Commun. de vsucapion. n.* 1. *Alex. in l. quod meo.* 18. *ff. de acquir. possess. n.* 25. *circa med.* sed tantum illam detineat *l.* 1. *C. de vsucap.* ideo non
2 potest domini possessionem † interuertere, constituendo se alio nomine possidere, vel ab eo, qui non est Dominus conducendo, vbi possessio est plena, secus si vacua, vt sequendo distinctionem. *Bart. in l. quod meo. ff. de acq. possess.* concludit ibidem *Alex. n.* 15: addendo *in l. si id quod ff. eod. n.* 5. idem dici de seruo. idē repetens *in l. interdum* §. *qui alienan. ff. de acqir. possess. n.* 3. Licet deferendo rem detentam, vel illam alteri tradendo, priuet Dominum naturali, non autem ciuili possessione, vt sequendo, *Iac. de Aret. firmat. in l. possessionem* 29. *ff. de acq. posses. n.* 4. loquens de colono pupilli, & maioris, *& in l. si colonus* 31. *nu.* 2. *&* 6. *& in l. quamuis* §. *si conductor. num.* 3. *ff. eod.* Et
3 propterea in colono † non possidente sibi, sed Domino, aliud videatur dicendū, quàm quod dictum fuit in precedētibus, præsertim sequendo opinionem eorum,
4 qui volunt colonum † propriè eum dici, qui fundum rusticum nūmis colit. *Alex. in l. diuortio, ff. soluto matr. n.* 37. Verum considerando æquitatem regulæ. *cap. lo-*
5 *cupletari de reg. iur.* quæ talis, & tanta est, vt etiam parte nō opponente, iudex ex officio possit de illa excipere, & eum, in quem obijcitur à limine iudicij repellere, *Barbat. consl.* 67. *& quidem lib.* 4. *nu.* 10. *relati à Scrader. de feudi.* 2. *part.* 9. *part. sectio n.* 2. *nu.* 56. *vers. nec obstat.* licet idem *Scrader.* ibidem dissentiat, & male, quia iudex iustitiæ minister, non debet esse minister iniustitiæ, ne inde iniuriæ, vnde
6 iura nasci, & ministrari debent, & quia † *de exceptione d. cap. locupletari*, dari potest nō obstāte quod statuto dispgnatur nullam admitti exceptionem *Dec. cons.* 29. *circa lib.* 2. *nu.* 2.

7 Regula itaque sit, antecedentibus similis, vt conductor, vel colonus, faciens melioramenta in fundo, quem colit habeat melioramentorum repetitionem, & illorum causa concedatur illi rei melioratæ retentio. *l. penult. ff. locat. quem singularem, & à nemine notatum in hunc sensum testatur Tiraquel. de Retract.* Cōuent. §. 7. *glos.* 1. *num.* 16. licet subtilizando aliud sentiat *Valas. quem infra referam*

l. do-

l. dominus horreorum §. 1. l. ex conducto vbi Castr. ff. eod. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. part. 2. cap. 3. nu. 6. Rol. à Val. conf. 28. lib. 1. nu. 27. Valas. de iur. emphit. q. 25. nu. 32. Ias. l. 1. C. de iur. emphit. nu. 28. & seq. cum alijs cumulatis à Carroc. de locat. part. 4. de expensis nu. 4. Menoch. de recuperand possess. Remed. 11. n. 7. & seq. & Remed. 15. n. 550. Peregr. de fideicom. art. 50. num. 41. in princip. Surd. conf. 155. nu. 14. Benintend. decis. 77. num. 10.

8 Ampl. ijs omnibus † casibus quibus dixi extendendam esse regulam, quam cõstitui hoc. cap. 8. & seq. vsque in præsentem demptis aliquibus iudicio lectoris, iuris non ignari.

9 Ampl. etiam, quod † prætendatur expelli, quia non soluerit pensionem conuentam in fructibus, vel in pecunia, *l. dominus horreorum, §. 1. ff. locat. Paris. consil. 79. vidi lib. 3. num. 16. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 16. Ioseph. Ludouic. decis. Perus.* 34 *Don. num. 8. & seq. Menoc. de recup. possess. remed. 15. num. 551. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. par. 2. c. 3. num. 6 Rol. à Val. conf. 28. lib. 1. n. 27. Valas. de iur. emphit. quast. 25. num. 32. in princ. Surd. conf. 183. num. 2 & seq.* addendo dari colono retentionem, idem repetit, *Ias. l. 1. C. de iur. emph. num. 30. & in l. 2. C. eod. num. 28. vers. Quid autem, Peregrin. de fideicom. art. 50. n. 41. Caroc. de locat. par. 4. cap de expens. num. 6. & 7.* vbi refert disentientes, *Surd. conf. 155. num 15. Barbos. l. diuortio, § fin. ff. solut. mat. num. 69.* vbi rationem refert differentiæ, quare aliud dicatur in emphiteota.

Et hæc est vna ex differentijs, quam constitui *de different. verb. iuris, §. emphi-*
10 *teusis*, inter locationem, † seu conductorem, & emphiteotam, vt iste expulsus ob canonem non solutum, vel alio casu sua culpa amittat melioramenta, *vt dixi supra, §. 1. num. 1. & seq:* ille nequaquam, *Bald. in l. 1. C. de iur. emph. num. 5. vers. quarto in remouendo, Ias. ibid. num. 3. & in l. 2. C. eod. num. 27. Cagnol. l. si quis maior. C. de transact. nu. 34. Valas. de iur. emphit. quast. 25. vers. ad illud*, eam afferens rationem, quia conductor non est obligatus meliorare rem conductam, emphiteota autem secus, ille soluit pensionem fructibus sæpe parem, iste verò quid modicum.

11 Ampl. multò magis † in colono bonorum Ecclesiæ, quæ cum sit cultrix Iustitiæ, & mater æquitatis, tantò magis cauere debet ditari cum aliena iactura, *Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 34. Bon. num. 11.* inuehens in prælatos aliud facientes, & excogitantes cautellas, dicendi de nullitate locationis aduersos pauperes, adeò fauorabiles de iure, vt idem subdit *n. 12.* & patet ex his, quæ Coppinus scripsit de illorum priuilegijs, *ante Ioseph. Ludouic. idem dixerant*, Bero. *conf. 102. lib. 2. num 1. in fin. Bald. conf. 175. Papa, n. 3. vers. Item nos videmus, lib. 2. refert Tusc. conclus. 182. num. 24. melioramenta.*

12 Ampl. vt in solutione † impensarum necessariarum cesset consideratio, seu distinctio, quæ fit à l. *C: in l. in fundo, ff. de rei vendicat. Peregr. de fideicom. art. 50. num. 32.*

13 Ampl. siue melioramenta † sint perpetua, siue duratura aliquo tempore finita locatione, vel expulso conductore, *vt dixi cap. 8. ampl. 30. Bart. l. fin. ff. de impẽs. in reb. dotal. fact. num. 4.* qui loquitur de fossatis, & aggeribus ad auertẽdas aquas, *& in l. diuortio, §. impendia, ff. sol. mat. n. 4. vers. si vero, Ias. l. 1. C. de iur. emphit. n. 27. Menoc. conf. 64. num. 17. vers. tertia, in fin. & num. 26. vers. retamen, & num. 27. & seq.*

14 Ampl. siue sit † colonus ad breue, siue ad longum tempus, vel etiam donec vixerit, nam illi, & illius hæredi competit rapetitio, *Corn. conf. 86. circa primum, vol. 4. num. 7. in fin. Tusc. conclus. 177. melioramenta, num. 3. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 37. & seq.* ampliando etiam, si fuerint modica, *Menoc. de arb. Iudic. casu 215. num. 5. dum prius num. 4.* idem firmasset, si finita locatione sint duratura, *Carroc. de locat. par. 4. de expensis, num. 9. & 11. vers. subampl.*

15 Ampl. vt possit illa † compensare cũ pensione, quam soluere est obligatus domino, *Cardin. Mantic. de Tacit. lib. 5. titul. 7. num. 24.*

16 Ampl. vt non liceat † excipere de cõpensatione fructuum, *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num. 44. vers. infertur*

quinto, Card. *Tusc. concl.*177. *melioramenta*, *num.*6.

17 Ampl. etiam, vbi fecit † melioramenta vltra summam conuentam, vt puta, si conuentum fuit, vt contemplatione conductionis errogentur quingenta, & fuerint errogata mille, *Tusc. concl.* 177. *melioramenta*, *num.*3. *Vinc. de Franc. decis.*191. *Res*, *num.*14. *& dixi §.*11.*n.*14.

18 Ampl. quod si rem † conductam restituit, non refectis sibi melioramentis, cōcedetur illi repetitio actione negotiorū gestorum, *l. colonus*, *l. dominus horreorū*, §. *vbi Bart. ff. locat. Tuscus concl.*177. *melioramenta*, *num.*2.

19 Ampl. in quibuscumque † melioramentis factis, non tamen gratia quærendorum, vel colligendorum, vel conseruandorum fructuum, *Ias. l.*1. *C. de iure emphit. num.*28. exemplum referens, si purganda, vel reficienda sit via prope fundum cultum, de fossatis autem, an idem dicendum, *latè Caroc. de loc. par.*4. *de expensis*, *quæst.*3. *& dixi supra §.*9.*n.*29 declarando dicta hic.

20 Ampl. etiam in colono partiario, † qui fecit melioramenta, de quibus in antecedentibus extensionibus est dictum, concurrente eadem ratione, licèt ratione fructuum differat, *vt dicam infra §.*16. *limit.*1. *Peregrin. de fideicommiss. artic.*50. *num.*5.

21 Ampl. etiam, † si talia melioramenta sint instrumenta gratia fructuum quærendorum, vel colligendorum, & finita conductione durent, *Barbos. l. diuortio*, §. *fin. ff. sol. mat. num.*21. *infertur sexto*.

22 Ampliari etiam potest, † vt dicam de inquilinio, §. *seq.*

23 Ampl. præsertim † in melioramentis factis causa rei conseruandæ, *Caroc. de locat. par.*4. *de expens. num.*48. *circa med.*

24 Quid de subconductore, † qui conductori melioramenta soluit, *Surd. cons.*183. *proposita*, *num.* 3. *& seq. versic. Nec dicatur*:

25 Quid autem sit dicendum, † si quis conducat ab vsufructuario, *dixi infra* §.18. *limit.*3. quid si offeratur cautio, *Benintend. decis.* 77. *capta*, *num.* 5. 10. *& seq.*

26 Quid autem de conductore † bonorum Ecclesiæ, *Aret. l. cætera*, §. *Marcellus*, *ff. de legat.*1. *circa fin. vers. tetigit etiā hic Cyn.*

Quid de mundatione fossatorum, 27 † *Carroc. de locat. par.*4. *de expens. q.*3. *supra cap.*10.

28 Limit. ijs omnibus casibus, † quibus limitantur regulæ constitutæ *hoc cap.*8.

29 Limit. vbi refectio † melioramentorū est nimis onerosa domino rei conductæ arbitrio Iudicis, qui inspecta qualitate rei, & domini illius, arbitratur esse excessiua, *Bald. cons.* 166. *Colombinus decis.* *num.*4. *lib.*1. & ratio est, quia bona non dicuntur meliorata, quæ ob melioramēta persoluenda deseruntur, *Bald. cons.*303. *num.*2. *vers. Ista enim impensa*, *lib.*1. *Tuscus concl.* 177. *melioramenta*, *num.*7. *& conclus.*180. *melioramenta*, *num.*1. *& seq. reprobato*, *num.*7. *Boer. decis.*44.*n.*19. alium sentiente, concludēdo eatenus isto casu refici, quatenus vires patrimonij ferant, *num.*6. *dixi hoc cap.*8. *limit.*7. *& §.*2. *limit.*11. *vbi sublimitaui*, *& §.*12. *limit.*1. *Menoc. de recup. remed.*15. *num.*553.

30 Limit. in melioramentis † factis gratia colligendorum, & conseruandorum fructuum, *Menoc. cons.*64. *propositam*, *lib.*1. *num.*17. *& seq. ff. de arbitr. iud. casu* 215. *num* 1. *&* 3. *Tuscus §. melioramenta*, *conclus.*177. *num.*8. *& seq. & conclus.*180. *num.*3. *declarando*, *num.*5. si fructus percepit, secus si non percepit, *vt dixerat Menoc. de recup. remed.*15. *nu.*513. vel agatur de exequutione sententię in fructibus, quorum causa facta fuere melioramenta, *vt dixi §.*4. *ampl.*4. præsertim, si facta fuerint à conductore vsufructuarij, qui sit mortuus ante perceptos fructus, *Rebel. de obligat. iust. lib.*7. *quæst.*8. *num.*7. *in fin. Barbos. l. diuortio*, §. *final. ff. solut. matrim. num.*15. *&* 18.

31 Lim. in conductore † ad longum tempus, qui paruam soluit pensionem, nam si expellatur sua culpa, amittit melioramenta, *Cast. cons.*207. *in fin. lib.*2. *Valasc. de iur. emph. quæst.*29. *num.*25. *Barbos. in l. diuortio*, §. *fin. ff. sol. mat. n.*70. *in princ.*

32 Lim. in colono † temporali bonorum Ecclesiæ, qui expellatur, quia aliqua deteriorauerit, vel pensionem non soluerit, *auth. qui rem*, *C. de sacros. eccles. Fulgos.*

gos.per hunc textum conf.9. Abbas, num. 16 verf. rurfum, addendo aliud dici in colono feculari, fed hoc eft magnum verbum, & de illius veritate dubito, ex his, quæ dixi fupra ampl.3. hoc §.

33 Limit. in colono, feu † conductore ad breue tempus, Carroc. de locat. par.4. de expenf. num.52.

34 Limit. in melioramentis factis † gratia quærendorum fructuum, fi illi non fint percepti, & colnus expellatur, vel fint talia melioramenta, quæ binis, vel trinis fructibus colligendis fufficiant, feu durent vltra tempus locationis, vt dixi §. 9. ampliat. 14. Menoc. conf.64. num.9. & 17. Alex. fequendo Bart. in l. diuortio, §. impendia, ff. folut. mat. num.3. exemplum referens de purgatione foffatorum duratura vltra tempus conductionis, Sal. in l.1. C. de fruct. & litium expenf. num. 4: exemplum referens, fi emantur boues ad arādum, Rebel. de oblig. iuft. lib.7. q.1. n.18.

35 Limit. in conductore † fundi emphiteotici, qui fi illum meliorauit, non retinet, lata fententia in emphiteotam ex facto illius, vel emphiteufis eft finita per lapfum temporis in conceffione expreffi, cum pacto quod melioramenta fiant directi domini, nam conductor, vel repetet ab hæredibus locatoris, vel illa ammittet, Tufc. concl.180. melioramenta, num.15. & 16. relato Caft. in l. fi quis fundum, §.1. ff. locat. & dixi late fupra hoc cap.8. num.95. & §.2. n.50.

36 Limit. in melioramentis † factis à conductore vfufructuarij, vt dixi infra §.18. limit.3.

37 Limit. in melioramentis † modicis, Menoc. de recup. remed.15 num.552. & dixi hoc cap.8. limit.3. Peregrin. de fideicom. art.50. num.45. Iofeph. Ludouic. decif. Peruf.58. num.2. Ioan. de Amic. conf.98. n.11. ampliando etiam fi gratis colat fundum.

38 Limit. in melioramentis † duraturis tantùm, donec durat conductio, & fint facta pro vfu conductoris, Iaf. l.1. C. de iur. emph. num.27. exemplum referens, fi purgentur foffata, reficiantur aggeres longo tempore non duraturi, Menoc. conf.64. num.17. verf. tertia, & n.16. exemplum referens, fi reficiantur rotæ molendini aliquantulum fractæ, & fimilia, Carroc. de locat. par.4. de expenf. num.48. & num.51. verf. in colono.

39 Limit. vbi colonus † conuenit cum domino rei facere melioramenta aliqua fuis fumptibus, Valaf. de iur. emphit. q.25. num.33. Ioan. Philip. Teftai. alleg.1. n.182. confulerem tamen domino, vt latius extenderet verba talis pacti, addendo abfq; fpe repetitionis, iuxta ea quæ dixi hoc cap.8. num.95. limit.1. Caroc. de loc. par.4. de collectis, num.11.

40 Limit. in melioramentis † factis gratia conferuandorum fructuum, Menoc. de arbitr. Iudic. cafu 215. num.3. & conf.64. nu.17. verf. fecunda, exemplum referens, fi quid erogetur pro illorum cuftodia, nè furto furripiantur, vel damnum illis ab animalibus inferatur, vt in patria mea, & alibi vbi eliguntur cuftodes campeftres, & idem dicendum de cuftodibus curfus aquarum ad irriganda prata, & campos egentes aqua, vt vberiores percipiantur fructus.

41 Limit. vbi facta † tranfactione, quod foluantur melioramenta cōductori, ipfe renuntiat locationi, nam data cautione ceffat retentio, Benintend. decif.77. n.10: dum prius, num.5. & feq. dixiffet, non dari retentionem, vbi melioramenta non funt liquida, & datur cautio de illis foluendis, facta liquidatione.

§. XV.

SVMMARIVM.

Inquilino reficienda funt melioramenta, quæ fecit in domo, & illi datur retentio, donec reficiantur 1. *Ampl.* 2.3.5.7.8.9.10.13.14.15.16.17.18. *Limit.* 16.19.20.21.22.23.

Locator domus quas expenfas facere debeat in domo locata 4.

L. boues, §. hoc fermone, ff. de verb. fign. ampliat. 11.

Melioramenta magna quæ dicantur 6.

COlono, & conductori fundi ruftici, fimilis eft inquilinus, feu conductor fundi vrbani, ideò pari iure vtrũque regulando, & metiendo, dicendum

1 eidem † quoque reficienda esse melioramenta, si quæ fecit in domo conducta, *l. ex conducto, ff. locat. l. dominus horreorum, §. 1, l. cum in plures, l. colonus, vbi Bart. ff. eod. Natta cons. 13. num. 1. Menoc. de recup. possess. remed. 11. num. 7.* addendo
2 tali casu cessare † pęnas in conductores cominatas nolentes relaxare rem conductam.

3 Ampl. etiam, quod fuerint minima, *Petra de fideicom. quæst. 15. num. 264.* in hoc differre conductorem ab emphiteota, quia iste talia melioramenta non repetit, quia ex natura contractus emphiteotici debet meliorare, conductor, seu inquilinus nequaquam, *Pinel in l. 1. par. 2. C. de bon. matern. num. 72. vers. Ad limitationes.*

Contrarium tenet, *Natta cons. 13. n. 2. in princ. & cons. 449. num. 12. vers. secus si sint parua, Caroc. de loc. par. 4. de expens. num. 41.*

Ideò dominus domus est obligatus
4 † purgare puteum, illumq; reficere, si egeat refectione, viam sternere, & mūdare ante domum locatam, cloacam, & latrinam purgare, & similia facere, quæ non facta impediunt vsum domus, *Ias. l. 1. C. de iur. emphit. num. 28. & 29.* addendo teneri etiam purgare viam ante domum, *Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 13. & seq. relati à Caroc. de locat. par. 4. de expens. quæst. 4. nu. 4. Natta cons. 449. requisitus, num. 11.* addit reficere tecta, *Rol.* referens exempla, *Ias. supra relata, cons. 83. lib. 4. num. 2. & seq. Guid. Pap. decis. 444. num. 3. Borgnin. decis. 43. num. 49. par. 1.* quæ tamen dixi de purgatione viæ, non admitto, nisi aliunde quā ex vsu domus proueniant sordes, & ruta in via, nec tenetur facere, quæ commodiorem reddant vsum domus, vt puta, facere fenestras vitreas, & similia, *l. dominus horreorum, §. 1. ff. locat. Natta cons. 449. nu. 12. vers. secus si sint parua, Rol. à Val. cons. 83. lib. 4. nu. 4. & 5.* licèt vendita domo contineantur in venditione, *Surdus decis. 134. recte, num. 3. & seq.*

5 Ampl. præsertim, † si impensa sit magna, *Bart. in l. cotem. §. qui maximos, ff. de publican. num. 13. in princ. Ias. l. 1. C. de iur. emph. num. 29. Natta cons. 13. num. 2. &. 3.*
6 *& cons. 449. num. 12. Rol. à Val.* † declarando, quæ sint magna melioramenta, *cōs. 83. lib. 4. n. 8. vers. 6. & n. 10. & seq. Bal. l. licet, C. locat. num. 9. in fin. Caroc. de locat. par. 4. de expens. num. 49.* qui declarat quæ melioramenta dicantur magna, & quæ parua.

7 Ampl. præsertim, † vbi melioramenta sunt perpetua, *l. hactenus, ff. de vsufruct. Bart. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de publican. num. 14. & in l. damni, §. ei cuius, ff. de damn. infect. n. 3. Afflict. dec. 252. nu. 2. Gramat. cons. 13. n. 43. Paris. cons. 96. lib. 2. num. 26. Menoc. cons. 64. propositam, num. 27. Peregrin. de fideicom. art. 50. n. 41. Natta cons. 13. num. 2.*

8 Ampl. etiam in conductore † vsufructuarij, à quo pro rata temporis, quo melioramenta sunt duratura, & fructuarius illis fruetur, recipiet illorum æstimationem, & reliquum à proprietario, *Menoc. cons. 64. num. 31.*

9 Ampl. etiam si melioramenta † facta fuerint in domo conducta inscio domino, *Natta* loquens de conductore, qui refecerat molendinum fere dirutum a militibus, *cons. 13. num. 1. & seq. Caroc. de locat. par. 4. de expens. quæst. 4. num. 5.* ideò in Vrbe in instrumentis locationum cōsuetum est apponi pactum, nè fiant melioramenta in fundo cōducto inscio domino, alias cedant solo, absque repetitione aliqua expensarum, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 13.*

10 Ampl. etiam, si durante † conductione probetur sæpius fuisse factum idem genus melioramentorum, vt puta reficere tectum sæpius, selicibus strauisse viam, quæ assiduo cursu rhedarum teritur, *Borgnin. decis. 44. nu. 49. par. 1. eam, num. 50.* referens rationem, quia locator est obligatus ad omnes expensas, quoad conductor vtatur, & fruatur fundo conducto, *sequitur Caroc. de locat. par. 4. de expens. quæst. 4. num. 6.* Si autem sæpius idem genus melioramentorum factum fuerit in molendino, distinguendum est pariter, an melioramenta sint facta fructuum colligendorum, vel quærendorum gratia ad tempus, vel in perpetuū, vt colligi licet *ex Natta cons. 449. & Rol. à Val. cōs. 83. lib. 4. Caro. d. q. 4. n. 7. 9. & seq.*

Quum-

11 Quamuis si conductor † in instrumẽto conductionis promiserit suis sumptibus reficere scalas, tecta, & similia, sine quibus non potest frui domo conducta, de prima tantùm refectione, *iuxta l. bo-*
12 *ues* † *§. hoc sermone, ff. de verb. signif.* intelligatur talis promissio, *l. fideicommissa 11. §. si quis decem, ff. de legat.* 3. per quem textum ita firmat *Bald. in l. licet, C. locat. num.* 9. limitando si vlterius quis promittat reficere, & manutenere refecta, *Cremens. singul.* 147. *Decidi*, vbi addentes *Anton. Trigon. sing.* 20. *in fin. Tiraquel. d. l. Boues, num.* 100. *Gabriel. de leg. concl. 2. num. 15. qui ambo plures referunt.*
13 Ampl. in melioramentis † duraturis, durante conductione, *Caroc. de locat. par. 4. de expens. num. 47. & 48. & 52. &* in hoc differt inquilinus, à conductore fundi rustici, qui non repetit melioramenta duratura tantùm, donec durat locatio.
14 Ampl. etiam, † vbi soluit onera imposita rebus, quas colit, ad quæ est obligatus illius dominus, *Peregrin. de fideicommis. art. 50. num.* 13.
15 Ampl. etiam, si melioramenta † sint modica, *Petra de fideicom. quæst. 15. n. 264.* nisi tamen, vt ego sentio conuenisset di-
16 mittere † domum potiùs melioratam, quam deterioratam.
17 Ampl. etiam si gratis † habitet, & melioramenta sint duratura vltra tempus, quo gratis sibi fuit concessa habitatio, *Bart. l. ædiles, ff. de via publ. quem refert, & sequitur Alex. in l. diuortio, §. impendia, ff. sol. mat. num. 3. vers. Quærit etiam Bart.*
18 Ampl. etiam, quod † culpa sua cadat à conductione, seu inquilinatu, etiam facta ad longum tempus, *Seraf. dec. 546. num. 2.*
19 Limit. ijs omnibus † casibus, quibus limitaui regulam constitutam, *hoc cap. 8. §§. antecedentibus duobus.*
20 Limit. in conductore † ad longissimũ tempus, qui cum sit similis emphiteotæ, dicenda sunt de illo, *quæ dixi supra §. 1. & seq.*
21 Limit. vbi conuentum † fuit de non repetendis melioramentis, *Ruin. cons. 24. num. 10. & cons. 161. num. 28. lib. 1. cum alijs congestis à Caroc. de locat. par. 4. de expens. num. 44.*
22 Limit. in conductore † ad breue tempus, *Caroc. de locat. par. 4. de expens. n. 52.*
23 Limit. in melioramentis † modicis, *Ioan. de Amic. cons. 98. num.* 11. addendo præsertim si gratis habitet.

§. XVI.

SVMMARIVM.

Melioramenta, seu expensæ factæ fructuum causa, repetuntur, & datur retentio, ac retardatur exequutio 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 11. 12. 15. 16. 17. 19. 20. 21. *Limit.* 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 35. *Sublimit.* 24. 32.
Fructus dicuntur deductis expensis 6.
Barbos. reprobatur 10.
Alex. reprobatur 13.
Trebellianica an detrahatur, si testator mandauit restitui integram hæreditatem 14.
Castrens. reprobatur 18.

Dictum est in præcedentibus, quando exceptione melioramentorum factorum in re, detur illius retentio, & retardetur, vel reuocetur exequutio, quæ fuerit in re meliorata facta, vel fieri
1 paratur, agendum hic, si illa † fuerit facta, vel prætendatur fieri in fructibus, & dicendum, illam, & retardandam, & reuocandam, si legitima melioramentorum factorum exceptio opponatur, *l. si à domino, §. fin. vbi glos. final. ff. de petit. hæred. Valas. de iur. emph. quæst. 25. num. 5. Amat. resol. 14. num. 29.*
2 Ampl. his omnibus † casibus quibus ampliaui regulam, quam constitui hoc *cap. 8.*
3 Ampl. siue facta † fuerint à bonæ, siue malæ fidei possessore, *l. fundus qui, ff. famil. hercisc. vbi Florian. de S. Petro, nu. 2. l. si à patre, vel à domino, §. fin. ff. de petit. hæred. Sal. l. domum, C. de rei vendit. num. 10. vers. Aut impendit in re sic possessa, Bossius tract. de Princip. num. 31. vers. sine dubio tamen, Valas. de iur. emphit. q. 25. num. 4. in fin. Menoc. de recup. possess. remed.*

med.15.nu.575.& de arbitr.Iud.casu 258.num.32.Peregrin.de fideicom.art.50.n.24 Tiraquel.de retract. lignag.§.15.glos.1.n.2. exemplum referens in prædone intruso fraudatore, *& num.8. circa fin. Rebel.de oblig.iust.lib.7.quæst.3.num.1.& quæst.8.num.6.& quæst.4.n.2.* ampliando etiam, si facta fuerint à prædone, *Carroc. de locat.cap.de expens.quæst.2.num.15.*

4 Ampl. siue melioramenta †, seu expensæ sint factæ, causâ quærendorum, siue colligendorum, siue conseruandorum, seu custodiendorum fructuum gratia, *Boer. decis.44.num.11. in princ.& num.13.Natta cons.536. memor. nu.9. Menoc.de recup. possess.remed.15 nu.513. & 19. & de arbitr. cas.258.num.31.Valas.de iur.emphit.q.25.num.4.in fin. Peregrin.de fideicom.art.50.num.24. Tiraq. de retract. lignag. §.15. glos.1.num.2.*

5 Ampl. etiam, † quod quis fuerit condemnatus ad restituendum fundum cum fructibus, nam datur illi retentio pro rata expensarum, quas fecit occasione fructuum, *Bart. l. in fundo, ff. de rei vend. nu.5.vers.primo ergo, Paris.cons.94.n.25. lib.2. Menoc.de arbitr.Iud.casu 258. Celsus, num.30.* & ratio est, quia cum fru-

6 ctus † dicantur, qui supersunt deductis impensis, *l. fructus, ff. sol. mat. l. fundus qui, ff. famil.herciscl. 1. C. de fruct. & litium expens. Tiraquel.de retract. lignag. §.15.glos.1.num.1.3. & seq.* sententiæ executio fiet in eo, quod detractis expensis supererit.

7 Ampl. etiam, quod agatur † contra malæ fidei possessorem, qui expēsas causa quærendorum fructuum fecerit, *vt dixi §.6,num.19.*

8 Ampl. etiam, † vbi adhuc sunt pendētes, seu non sunt recollecti, nam etiam quod lata fuerit sententia, vt restituatur fundus cum fructibus, dabitur retentio fundi ei, qui illos seminauit, fundum coluit, donec de expensis culturæ, & seminis fuerit satisfactus, *Angel.in l fructus, ff. sol.mat.Cast. in l.diuortio, §.impendia, ff.eod.num.4.post med.* non enim Iudex mandando restitui fundum cum fructibus, intellexit restituendum esse, quod est alienum, nec æquum est, vt qui fundum coluit suas perdat operas, vt consi-derat *Menoc. de arbitr. cas.258. num. 32. in fin.*

9 Ampl. etiam, † quod quis suis manibus fundū coluerit, vel suis ædibus fructus custodiuerit, etiā quod non sit solitus operas suas locare, nam restituendo fructus deducet mercedem suorum laborum, *Bald.l.si quis sciens, C. de rei vend.num.1. Cast.l.diuortio, §. impendia, ff. sol. matr. num.4. Abb. cap. ad nostram, de reb. eccles. non alien.num.8. Garzia de expens. cap.1. num.14. quos refert, & sequitur Menoc.de arbitr.Iud.casu 258. celsus, num.3. Tiraquel.de retract.ligang §.15.glos.1.num.30. Cast.l.diuortio 8.§. impendia, ff. sol. mat. num.4.circa med. Barbos. l. fructus, ff. sol. mat.num.15.Rebel.de oblig.iust.lib.7.q.8.*

10 *num.6. reprobando* † *Barbos.* qui hanc extensionem limitat in non solito locare operas suas.

11 Ampl. quod si in iuditio † vniuersali quis fuerit damnatus ad restit. rei cum fructibus, vt reficiēdæ sint expēsæ culturæ, & reliqua errogata, fructuū causa, etiā quod excedant valorem fructuum collectorum, vel colligendorum, *l. quod si sumptum, ff. de pet. hæred. per quem textū ita firmat Menoc. de arb. Iud. casu 258. Celsus, num.35.* & vt ego addo hic est casus limitationis regulæ, *l fructus, ff. sol. mat.*

12 Ampl. etiam, † quod quis à lege, vel ab homine fuerit condemnatus ad restitutionem rei cum fructibus omnibus, seu integris, nam etiam tunc dabitur retentio ratione expensarum factarum fructuum causa, *Bald. & Sal. in l. 1. C. de fruct. & litiū expens.col.2. Alex. in l fructus, ff. sol.mat vbi Ias.num.15.Ruin.consil.62.col.2.lib.2.Menoc.de arbit.Iud.casu 258. Celsus, num. 36. cum alijs relatis à Tiraquel.de retract.lignag.§.15.glos.1.n.2. in fin. & num.8.relato Corn. cons.289.col. fin.vers. Non obst. & Ruin. reprobantibus*

13 *distinctionem Alex. & addit num.9.* plures tenentes contrarium: quos conciliari posse concludit ex traditis *à Doctoribus in l. Centurio, ff de vulgar. & Alex. in cons.5. circū primum dubium, col.fin.vers. circa secundum, lib.3.* in ea quæstione an

14 possit detrahi † trebellianica, vbi testator iussit restitui integram hæreditatem.

Ampl.

15 Ampl. etiam † in expensis gratia colligendorũ, vel quærendorũ fructuũ gratia factis, modo possideat rẽ ferentẽ fructus, etiam quod mala fide possideret, *l. si a patre, vel domino, §. fin. ff. de petit. hared. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quast. 8. n. 6.*

16 Ampl. vt sint debita talia † melioramenta in foro poli, seu conscientiæ, *Ricard. 4. sent dist. 15. art. 5. quast. 6. sequitur Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. nu. 2. in fin.*

17 Ampl. etiam, si sententia † lata esset ad fauorem Ecclesiæ, *Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 13.* concludens to-

18 to cœlo errasse † *Castrens. & alios*, qui aliud voluerunt extra casum decimarũ.

19 Ampl. etiam, † si sententia lata fuisset ad fauorem fisci, *Bald. in l. 1. C. de fruct. & litiũ expens. col. 1. vers. modo accidit, vbi refert Bart.* ita consuluisse, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 12.* dum prius retulisset dissentientes.

20 An autem restituenti fundum † cum omnibus fructibus absque detractione expensarum, detur illi repetitio, viden. *Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. nu. 31. & dixi infra §. 32.* vbi egi an remedio aliquo succurratur restituenti rem melioratam non refectis sibi expensis.

21 Ampl. præsertim, † si non suo nomine, sed domini rei, quis faciat melioramenta, nam repetit quæcumque erogauit, etiam quod fructus non sufficiant, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 24. in fin.*

22 Ampl. etiam, † si melioramenta facta fuerint à malæ fidei possessore, *Cast. in l. diuortio, §. impendia, ff. solut. mat. num. 3. & 4.* concludens dari melioranti retentionem, & si restituat rem cum fructibus caret actione ad illos repetendos, *relati à Petra de fideicom. quast. final. n. 229. in princ. vers. conclusionem Bart.*

22 Lim. in sententia † lata occasione decimarum prædialium, nam si quis damnatus fuerit ad soluendam certam partem fructuum prædij Campani pro decimis, episcopo, vel alteri personæ ecclesiasticæ, nihil detrahetur ratione expensarum, seu melioramentorum factorum in fundo decimando, *cap. tum nobis, cap. pastoralis, cap. non est in potestate, cap. cum homines de decim. Alex. l. fructus 7. ff. sol. mat. num. 3. in fin. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 10.* vbi plures refert, addendo neminem in hoc contra dicere, cum relati textus sint clari, *Moneta de decim. cap. 6. num. 28. &*

23 *seq.* addendo idẽ dici † de decimis mixtis, vt de piscatione, venatione, eam afferens rationem, quia decimæ prædiales soluuntur ratione quotæ, aliam rationem refert, *Menoc. de arbitr. Iud. casu 258. Celsus, num. 39. circa med.* limitando

24 † in decimis personalibus, *& num. 32. seq.* addendo, *num. 39. & seq.* si fundus decimandus detur alteri colendus, an decima sit soluenda à domino, vel colono tantùm, vel ab vtroque.

25 Lim. in decima papali, † in cuius solutione quæ expensæ detrahantur, habemus *extrauag. vnic. Bonifacij VIII. de decimis.*

26 Limit. in sententia † lata ad fauorem legatarij, cui legati sint fructus fundi Cãpani, si deductis expensis, legatum fiat inutile, *l. qui concubinam, §. qui hortos, vbi glos. ff. de legat. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 16.*

27 Limit. vbi quis † damnatur vi antecedentis conuentionis ad præstandam certam quotam fructuum, nam tunc impensarum ratio non habetur, *Bart. l. fructus 7. ff. sol. mat. num. 4. vbi Socin. sen. n. 11.* Ideò colonus partiarius, qui conuenit de diuidendis fructibus cum domino, & de dando illi medietatem, non deducet expensas etiam seminis, nec illarum ratione remoratur exequutionem sententiæ, iuxta relata *à Menoc. de arbitr. casu 258. Celsus, num. 38. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 17.* exemplum referens, si certa portio sit danda pro gabella, vel donata, vel legata, referens dissentientes in fine, idem repetens, *n. 18. & seq.* latè, quod nos contraximus, & idem dicendum de vendente partem, vel omnes fructus, *vt idem subdit nu. 22.* & de gabella soluenda pro fructibus, ad quam taxandam non habetur ratio expensarum, *vt idem subdit num. 23.*

28 Limit. in eo, qui fructus non † maturos collegit, *l. si seruus seruum, §. si olivam, ff. ad leg. aquil.* & id in pœnam delicti, quod committit decerpendo fructus

ctus immaturos, & qui si fuissent collecti, maturi poterant esse vtiliores domino, refectis expensis, vt tacitè dixere, *Florian. de S. Petro in l. si fundus, ff. commun. diuid. num. 2. in princ. quem sequitur Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 21.*

29 Limit. quoad † melioramenta, seu expensas factas, quæ rei non inhærent, veluti si emantur boues ad arandum, nam illorum pretium non detrahetur ex fructibus, siue viuant, & extent, siue non, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. num. 26.*

30 Limit. quoad melioramenta † perpetua facta in fundo, nam illa non minuũt fructus, sed fundum cui hærent, & illorum causa datur fundi meliorati retentio, *Tiraquel. de retract. lign. §. 15. glos. 1. num. 24. circa med. & 25.* & ratio est, quia non omnes expensæ minuunt fructus, sed tantùm illæ, quæ vel quærendorum, vel colligendorum, vel conseruandorũ, vel custodiendorum gratia sunt factæ, *Afflict. decis. 252. magnificus, num. 7.*

31 Limit. vbi is, † qui fecit melioramenta, seu expensas fructuum quærendorũ gratia, fructus percepit, & grauatur fũdum restituere, non reficiuntur illi expensæ factæ fructuum causa, *l. diuortio, §. impendia, ff. solut. matr. l. 3. §. 1. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Menoc. de arbitr. casu 258. Celsus, num. 41. & seq.* exempla referens, mariti vassalli, emphiteotæ, hæredis grauati fideicommisso, qui non detrahunt expensas, restituendo fundũ dotalem, vel feudum, vel emphiteusim, vel bona fideicommissi, *& dixit Menoc. de recup. remed. 15. nu. 575. circa med. idem repetit Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 24. circa fin. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 3. num. 1. vers. sit ergo.*

32 Sublim. † vbi expensæ, seu melioramenta sunt vlterius duratura, *vt dixi §. 73. ampliat. 30. & §. 82. ampl. 14.*

33 Limit. vbi is, † qui fecit melioramenta in fundo causa fructuum quærendorum, vel colligendorum causa, fructus percepit etiam, etiam quod sint minores summa expensa, etiam quod possideat cum titulo, *l. fin. vbi Bart. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Peregr. de fideicom. artic. 50. num. 24. in princ. vers. intellige*, addendo multo magis procedere in eo, qui fecit melioramenta, si fuerit malæ fidei possessor.

34 Limit. vbi fructus † fuerunt percepti à non possessore, & non tamquam sui, sed vt alieni, *Rebel. de obligat. iustit. lib. 7. quæst. 8. num. 7. per textum in l. si seruus seruum, §. oliuam, ff. ad leg. Aquil. Barbos. in l. fructus, ff. sol. mat. num. 9.*

35 Lim. quoad expensas, † seu melioramenta, quæ excedant fructus colligendos, quorum causa facta fuere melioramenta, nam nõ datur rei retentio, *Bart. l. diuortio, §. impendia, ff. sol. mat. Tepat. de impens. conclus. 272. cap. 5. in princ.*

§. XVII.

SVMMARIVM.

Melioramenta reficienda sunt vassallo aperto feudo sine illius facto, vel culpa 1. & 2. ampl. ibid. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 20. 22. 23. 24. 25. 28. 29. 30. 33. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 51. Limit. 27. 31. 56. 57. 58. 60. 61. 62. 64. 65. 67. 68. 69. 72. 73. 74. 75. 76. 77. Sublimit. 50. 59.

L. in fundo, ff. de rei vendicat. limit. 14.

Fœmina succedit in melioramẽtis factis feudo, & illud retinet, donec illa sibi fuerint integrè soluta 16.

Melioramenta facta in feudo deuoluto, sunt soluenda à domino, vel agnato, vel pati abrasionem illorum 17.

Melioramentorum exceptio opponi potest etiam post sententiam 19. Ampl. 20.

Retentionis melioramentorum exceptio opponi potest post sententiam 19.

Melioramenta facta in feudo æquiparantur allodialibus bonis 21.

Melioramenta facta in feudo, qualiter petantur 20.

Castrens. reprobatur 26. Ias. reprobatur 34.

Expensa magna facta in feudo, quæ dicatur 32.

Retrouendere, quis non obligatur ex pacto, nisi integrè fuerit de pretio soluto satisfactus 44.

Spolia-

Spoliatus est usque ad obulum reintegrandus 45.
Fructus feudi, qui dicantur 55.

IN pluribus conuenire emphiteotā, & vassallum, seu feudatarium, *dixi de differentijs verborum iuris*, *§. emphit.* & vassallus retentis regulis firmatis *supra hoc cap.* 8. *& supra §.* 1. referam hic aliqua, quæ expressè dixere Doctores de feudatario, qui receptum feudum meliorem fecit, & quamuis ante receptas feudales consuetudines controuer-
1 teretur, † an aperto feudo sine culpa vassalli, eidem reficienda essent melioramenta, quæ ille in fundo feudali fecerat, *vt patet ex textu in §. si vassallus in fin. Hic finit lex, deind. consuet.* præua-
2 luit tamen affirmatiua, † vt illa sint reficienda, & donec refecta fuerint, concedatur feudi retentio, domino aperti sine culpa vassalli, *glos. fin. in d. §. si vassallus*, concludens ineptè fuisse locutos, qui tenent contrarium, *Hostiens. in Summ. de feudis col. final. vers. præterea*, *Isern. in d. §. si vassallus, num.* 17. *vbi addentes vers. cum dic. & Aluarot. num.* 1. *& 2. vers. opp. ab extra*, *& respondet contrarijs Bal. n.* 1. *Afflict.* ad partes examinata difficultate, *nu.* 1. *& seq. Balzar. n.* 1. vbi alios consentientes refert, testando ita seruari de cōsuetudine, *& num.* 4. *& seq. vers. declarato*, respondet obiectis, *Clar. §. feudum, quæst.* 88. *Viuius opin.* 495. *nu.* 1. vbi plures concordantes congerit, *Decian. consil.* 18. *num.* 34. *& cons.* 29. *num.* 5. *& consil.* 58. *in fin. lib.* 2. asserens non vidisse contrarium tenentem, *Rimin. Iun. consil.* 90. *in princ. & cons.* 67. *num.* 49. *Ruin. cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. *Peregrin. de fideic. art.* 50. *num.* 40. *vbi alios plures refert*, *Pacific. de Saluian. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 218. *Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 118. *Hart. Pistor. quæst.* 42. *lib.* 2. *nu.* 1. *& seq.* vbi latè hanc affirmantem opinionem comprobat, *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. section.* 2. *num.* 30. vbi alios plures congerit, *Barbos. in l. diuortio*, *§. fin. ff. solut. matr. num.* 68. *vers. Nunc cum alijs relatis supra cap.* 8. *num.* 32. *& seq. & num.* 45. *& seq. & §.* 1. *& 2. Mandel. cons.* 209. *Illustrissimus, num.* 9. *Paris. cons.* 4. *num.* 40. *lib.* 1. *Bellon. cons.* 10. *num.* 2. *Portius, Imol. cons.* 1. *num.* 14. *Brun. cons.* 105. *Ista, nu.* 7.

3 Ampl. vt concedatur † feudi retentio, retardeturq; exequutio sententiæ latæ super apertura, seu deuolutione feudi, ijs omnibus casibus, quibus ratione melioramentorum conceditur rei melioratæ retentio, & simul retardatur sententiæ exequutio, *quos retuli supra hoc cap.* 8.

4 Ampl. præsertim, si à feudo † separari non possint, & sententia fuerit lata ad fauorem domini, vel agnati defuncti vassalli, *Ruin. cons.* 14. *n.* 10. *lib.* 1. *Clar. §. feudum, quæst.* 88. *num.* 4. exemplum referens, si feudo sit acquisita seruitus, *Hart. Pistor. quæst.* 42 *lib.* 2. *num.* 25. *Aluarot. in §. si vassallus, Hic finit lex, num.* 2. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2. *n.* 21. *vers.* 3. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 7. *n.* 98. *in fin. relato Bal. cons.* 232. *lib.* 3. *num.* 1.

5 Ampl. etiam, † si facta fuerint ex fructibus feudi, *Viuius opin.* 495. *num.* 2. *Valas. de iur. emphit. quæst.* 25. *nu.* 6. *vers. Adde etiam*, & simile est, quod dixi de melioramentis factis in fundo emphiteotico ex illius fructibus *supra §.* 11. *num.* 29. *Intriol. de feud. centur.* 2. *nu.* 344. *Portius, Imol cons.* 1. *nu.* 15. *vbi plures consentientes refert*, *Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *quæstione, num.* 76. *& 77. Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. section.* 2. *num.* 29. *& 37. vbi infinitos congerit.*

6 Ampl. vt si dominus petat † ab hærede vassalli, sibi relaxari feudum, non solutis melioramentis in eo factis, & hæres ex testamento, vel ab intestato sit in possessione feudi, sit à iudicio repellendus, *Isern. §. si vassallo, hic finit lex n.* 17. *& Aluarot. ibid. num.* 1. *in princ. & nu.* 2. *vers. Nam donec*, addit repelli exceptione doli, *Afflict. ibid. consentit, num.* 9. *in fin. Decian. cons.* 18. *lib.* 2. *num.* 34. *circa med. etiam exceptione doli*, *Guid. Papa decis.* 169. *sed quid, num.* 1. *Ioan. Franc. à Pont. decis.* 4. *num.* 33.

7 Ampl. etiam, vbi melioramenta † sunt soluta à meliorante ex aliena pecunia, & illa fuerint, vel sint necessaria, vel vtilia feudo, vt non semel, sed bis cum alijs primarijs Doctoribus publicè profitentibus respondit *Mandel. cons.* 209. *Illu-*

 strif-

strissimus, *& cons.* 210. *in Christo*, concludens deuoluto ducatu Mediolani ad Imperatorem, defuncto Francisco Sfortia absque prole, & deberet centum, quinquaginta millia scuta mercatoribus quæ errogauerat, recuperando plura oppida iuxta lacum Comensem occupata à Marchione Marignani, illa præterea muniendo cum alijs ciuitatibus, & præcipue Papia, Imperatorem, seu illius Cameram esse obligatam soluere dictã summam, *Franc. à Ponte decis.* 4. *Ioannes*, *num.* 28. *& seq.* concludens, si vassallus contrahat æs alienum pro seruitio feudi, vel domini, si feudum illi aperiatur, debere soluere æs alienum contractum à
8 vassallo, & idem sentit † in casu, quo ex aliena pecunia emptum fuerat feudum deuoluto domino extincta linea emptoris, præsertim si alia bona vassalli defuncti non extent, mota actione in dominũ in rem scripta, vel condictione ex lege, vt idem à Pont. *subdit num.* 31. *circa fin. Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *quæst.*
9 *num.* 175. † addendo † siue melioramenta sint necessaria, siue vtilia, relinquens, *num.* 178. post multa, indecisam difficultatem, an solutio melioramentorum sit
10 facienda ex distractu feudi, † sed eam difficultatem sustulit Consilium Neapolitanum teste *à Pont. d. dec.* 4. *col fin. vers. His omnibus*, asserens fuisse resolutum, vendendum esse feudũ, & ex illius pretio satisfaciendum creditori.
11 Ampl. præsertim, † vbi melioramenta sunt perpetua, *Isern. in §. si vassallus, hic finit lex, num.* 17. *circa princ. Aluarot. n.* 2. *vers. hoc verò*.
12 Ampl. præsertim, † si melioramenta sint necessaria, quia illis non factis feudum perijsset in totum, vel in parte, aut deterius futurum, *Rosental de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *quæstione, num.* 94. *& seq.*
13 addendo dominum, † vel agnatum pauperem, ad quem feudum ita melioratũ contingit, debere feudum vendere, aut se obligare ad solutionem, nec esse locũ
14 isto casu, † *l. in fundo, ff. de rei vendic.* quia illa loquitur de possessore, casus autem nostræ extensionis loquitur de vtili domino, qui fortiora iura, meliorandi habet, quàm habeat nudus possessor, & late casum melioramentorum factorum in re pauperis, vel pauperi deuoluta, sum prosequutus *infra* §. 41. *Rebel. de obligat. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2. *& dixi supra* §. 6. *num.* 8. loquendo de feudo meliorato hoc genere melioramentorum, domino deuoluto, *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *Quæstione, num.* 135. *& seq.* vbi præterea disputat, an feudum sit ratione horum melioramentorum hypothecatum melioranti.
15 Ampl. etiam in melioramentis † ciuilibus, vt puta, si feudo acquiratur seruitus, *§. si vassallo, hic finit lex, vbi Isern. num.* 17. *circa princ. vers. Idem si acquisiuisset, & Aluarot. num.* 2. *in princ. & col.* 2. *vers Casus, Balzaran. num.* 2. *in fin. & Afflict. in princ. & dixi supra in Regula constituta hoc cap.* 8. *num.* 37.
16 Ampl. vt melioramenta † facta in feudo sint reficienda cuicumque illud possidenti, quamuis non sit feudi capax, modo feudum domino aperiatur sine culpa vassalli, *Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *quæstione, num.* 36. *vers. quoad personas.*
17 Ideò fœmina, † quæ regulariter est incapax feudi, *cap.* 1. *§. hoc autem notandum, qui feudare poss. cap.* 1. *de benef. feud.* si patris sit hæres, qui feudum meliorauit, illud retinebit aduersus dominũ vel agnatum, cui fuit apertum, donec illi restituantur melioramenta, *Rol. à Val. cons.* 28. *Quoniam, nu.* 28. *lib.* 1. *subdens n.* 40. dari electionem domino, vel agnato succedenti in feudo, vel pati, quod auferã-
18 tur melioramenta, vel soluere † pretium illorum, quanti æstimari possunt ruta, & cæsa, quia pluris sibi non interest, *Rosent. de feud. cap.* 7. *concl.* 47. *Quamquam, num.* 10. *Decian.* asserens hoc esse indubitatum, & non reperijsse, qui aliud dicat in filia, *cons.* 58. *Quæritur nunc, lib.* 2. *num.* 66. *Tuscus conclus.* 179 *melioramenta, num.* 27. *Intriol. centur.* 1. *Feudal. q.* 59. *num.* 5. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. sect.* 2. *num.* 51.

Et idem dicitur de hærede extraneo,
19 † seu non comprehenso in inuestitura vltimi vassalli defuncti, *Afflict. in §. si vassallus, hic finit lex, num.* 5. *vbi ex Bal. Alberic. & alijs* concludit hæredi extraneo concedi retentionem ædificij facti in

fun-

fundo feudali, ac etiam aliorum melio-
ramentorum, subdens exceptionem
20 † retentionis posse opponi etiam post
sententiam, si de illa non fuit cognitum,
& si hæres extraneus conuentus ad rela-
xationem feudi, illud relaxauit cum me-
21 lioramentis † posse petere possessionem
melioramentorum percondictionem si-
ne causa, vel incerti condictionem, vel
expensas petere, *idem firmat Balzaran.*
ibid.num.5. Rosental. de feud. cap. 10. con-
clus.43. Quæstione, nu.36. circa med. De-
cian. alios consentientes, & similes casus
referens, cons.29. circa primum, lib.2.n.5.
circa med. vers. sic & in feudis, Intriol.
centur.1.feudal.quæst.59.num.4. & 15. &
dixi supra hoc cap.8.num.12.
22 Ratio est, quia † idem iudicatur isto
casu de melioramentis, quod dicitur de
allodialibus bonis, quæ transeunt ad
quoscumque, iuxta tacitam, vel expres-
sam domini voluntatem, *Cacheran.con-*
sil.56. num.5. Pancirol.cons.1.num.92. In-
triol.de feud.centur.2.art.2. num: 345. &
Centur.1.quæst.59.num.1.
23 Ampl. etiam, † si feudum concessum
fuerit ab Ecclesia, *Guid.Papa decis.169.*
sed quid, circa fin. Portius, Imol. consil.1.
num.16. ea motus ratione, quod cum
Ecclesia sit cultrix Iustitiæ, si non sol-
ueret melioramenta facta in feudo con-
cesso, locupletaretur cum aliena iactu-
ra contra regulam, *cap. locupletari, de*
regul.iur. Rosent.de feud.cap.10.concl.43.
num.50. & 51. Scrader. de feud. 2. par.9.
par.sect.2.num.45.
24 Ampl. etiam, si dominus † post con-
cessionem fuisset protestatus, nè vassal-
lus faceret melioramenta aliqua, nam
si fuerint illa vtilia, vel necessaria nihil
operatur talis protestatio, *Rosental. de*
feud.cap.10.conclus.43.nu.83. Regulam
tamen huic ampliationi contrarium fir-
maui *infra §.42.*
25 Ampl. etiam, si in concessione † sit ap-
positum pactum, quod vassallus deberet
tale, & tale melioramentum facere,
nam aperto feudo sine illius culpa, tale
melioramentum ex conuentione factũ
repetetur, nec censetur donatum, nisi
ex alijs verbis concessionis colligatur,
cessare repetitionem, seu factam dona-
tionem, *Rosent.de feud. cap.10. concl.43.*
Quæstione, num.84. subdens vtile esse ta-
le pactum latioribus verbis concipere,
quoad excludatur repetitio.
26 Ampl. etiam, vbi melioramenta † sunt
vtilia feudum possidenti, veluti purgare
agrum feudalem lapidibus, dumis, spine-
tis, redigendo illum ad culturam, plan-
tando vineam, oliuetum, auulso nemo-
re, *Afflict.§.si vassallus, hic finit lex, in*
princ.Peregrin.cons.3.ad singula, num. 31.
& seq. Rosental.de feud.cap.10. concl.43.
num.171. Scrader.de feud.2.par.9.par.sect.2.
num.25. late comprobat relatis etiam
plurimis idem sentientibus, reprobato
27 † *Castrens.cum alijs sentientibus*, expen-
sas huius generis melioramentorum cõ-
pensandas cum fructibus perceptis, *Ro-*
sental.de feud.cap.10.concl.43. Quæstione,
num.57. & seq. vbi latè relata exempla
probat *Hartman.Pistor.quæst.42.lib. 2.*
par.posterior. num. 24. vbi de communi
28 † limitando, si ex lignis auulsis sequatur
vtilitas, quæ superet expensas auulsio-
nis, *Peregrin.cons.3.lib.3.num.25.26.* lo-
quens de fossis circumuallatione castri,
& muris, ageribus, *& num.31.32.* loqui-
tur de plantatione auulsione stirpium.
29 Ampl. etiam, † si vassallus faciens me-
lioramenta, sciat feudum recasurum
domino, ipso viuente, vel mortuo, *Af-*
flict.§.si vassallus, hic finit lex, num. 1.
circa med. & similia sunt, quæ dixi supra
§.11.num.8.
30 Ampl. etiam, si melioramenta † per
se stare possint, & aliò transferri, veluti
si constructa fuerit in castro feudali, do-
mus lignea, quæ integra, vel in partes
diuisa, aliò transferri potest. Vel im-
portatæ bombardæ, vel aliud armorum
genus ad defensionem, & custodiam
castri dati in feudum, *Isern. in §. si vas-*
sallus, hic finit lex, num. 17. vbi adden-
tes ita corrigunt illius textum, *Aluarot.*
num.2. in princ. Balzaran.num.5. Peregr.
cons.3. ad singula, num.29. & seq. lib. 3.
addendo idem dici, si importatæ fuerint
in castro columbæ, & ego addo, idem
dicendum de aluearijs cum apibus, mo-
lendino duabus nauibus constructo in
flumine decurrente per territorium
feudi, vt fit in Pado, Tanegro, & alijs

fluminibus aptis ad ferendum tale onus,
Rosental. de feud.cap.10.concl.43. Quæst.
num.52. & seq. Peregrin.conf.3: ad singu-
la, lib.3.num.22.24. verf.& de: & n.29.
Scrader.de feud.2.par.9 par.sect.2. nu.22.
verf.tertio, Hart. Pistor. quæst. 42. lib.2.
par.post.num.25. Molin.de iur.primogen.
lib.1.cap.26. num.6. Rimin. Iun. & Mo-
lin. de iur.primogen.lib.1.cap.26. num.5.
loquens de bombardis, conf. 90. scripsi,
num.10.
13 Ampl. etiam, vt reficiendæ sint † ex-
pensæ, quæ sint non modicæ, factæ in
lite pro defensione feudi, & iurium illius
in perpetuum, non autem, si lis tangat
iura ipsius vassalli tantùm, vt puta, si
agnatus prætendat præferri in successio-
ne defuncti, nam tunc non repetuntur,
etiam magnæ, siue feudum aperiatur
domino, siue agnato, *§. vt distinguit,*
Rosental.de feud.cap.10.conclus.43. Quæ-
32 *stione, num.7.* Limitando, † si lis fuerit
affectata, vel mota culpa ipsius vassalli,
qui litem sustinuit, *Scrader. de feud. 2.*
par.9.par.sect.2.num.54.
33 Impensa non modica, † seu magna
facta in feudo dicitur, quæ respicit per-
petuuam vtilitatem feudi, modica verò
est, quæ deficit cum vassallo, *Intriol.*
centur.1.feudal.quæst.59.n.11. & seq.
34 Ampl. siue melioramenta † fiant fa-
ciendo de nouo, siue reficiendo vete-
ra, seu quæ sint intrinseca, seu infixa
feudo, *Aluarot.in §. si vassallus, hic finit*
lex, num.2. Guid Pap.decis.169.sed quid,
num.1. Rosental. de feud.cap.10.concl.43.
num.67. & seq. vbi exemplum refert, si
in fundo feudali ædificetur arx, fiat val-
lum, vel aliud genus munitionis, quod
sit vtile, vel necessarium ad illius con-
seruationem, idem censet, si in feudo
ædificetur columbarium, vel piscina,
molendinum, horreum, stabula, agge-
res, muri, pallatium, sequitur, & com-
probat alijs relatis, *Peregrin.conf. 3. ad*
singula, lib.3.num. 22. & seq. pluribus,
Scrader.de feud.2.par.9 par.sect.21 verf.
secundo, num.22. Menoc. de retinend. re-
35 *med.11.nu.18.* vbi reprobat *Ias.* † dissen-
tientem, sequendo *Ioan. de Anania,* qui
aliud sentit, & quem *Ias.* non intellexit.
36 Ampl. siue melioramenta † sint indu-
strialia, siue ciuilia, siue corporalia, siue
incorpor. *§. si vassal. hic finit lex, vbi Iac.*
de Beluis, Isern. Bald. Aluar. & alij, quos
refert, & sequitur Scrader. de feud.par.9.
par.section.2.num.21. verf.secundo, Hart.
Pistor.quæst.42. lib.2.par.poster.num.26.
in fin. Intriol.de feud.centur.1. quæst.59.
num.1.
37 Ampl. siue melioramenta † sint facta
ab vltimo vassallo, per cuius obitum,
vel aliter, sine tamen culpa illius, feu-
dum fuerit domino apertum, seu præde-
cessore, vel alio, à quo postremus vassal-
lus causam habuit gratuitam, vel onero-
sam, vniuersalem, vel particularem,
Rosen. de feud.c.10. concl.43. Quæstione,
num.38. & 39. addendo id procedere,
38 † siue feudum aperiatur domino, *Guid.*
Pap.decis.169. Sed quid, num.1. siue pro-
ximiori agnato, quamuis istius vltimi
vassalli auctor per deficientiam ma-
sculorum, nec hæredes illius exce-
pissent de melioramentis, *Scrader. de*
feud.2.par.9. par. sect.2.num.38. verf.16.
hæc conclusio ampliat. vbi plures secum
sentientes refert, motus, quia successori
tam vniuersali, quàm particulari, de iure
licet rem melioratam retinere, donec
fuerit de melioramentis satisfactus, *Pe-*
regrin.conf.3. ad singula, lib.3 num.33. &
34. Tuscus concl.179. melioramenta, n.34.
Ampl. vt expensæ factæ meliorando
39 feudũ, repetantur, quamuis incendio,
vel alio casu sine culpa vassalli, perierint,
cum temperamento tamen, *vt dixi in-*
fra, §.35. verf. secundus, ac etiam, si ea
melioramenta erant duratura vltra tẽ-
pus, quo vassallus feudum possedit, se-
cus si non erant duratura, vt declarat
Scrader. de feudis 2. par.9. par. section.2.
num.27.
40 Ampl. vt creditor feudatarij † possit
excipere dominum, vel agnatum non
immittendum, nisi soluat melioramenta
soluenda vassallo, cuius morte, vel facto
minime culpabili, vel punibili pœna
amissionis feudi, aperti domino, vel
agnato, *Rosental.de feud.cap.10.concl.43.*
Quæstione, nu.36. & 133. & seq. Intriol.
de feud. Centur.1.quæst.59.nu.7. Menoc.
de recup.remed.11.num.10.
41 Ampl. vt liceat † excipere de meliora-
men-

mentis ad retardandam sententiam latam ad fauorem Domini, vel agnati, super deuolutione feudi, vt dixi supra in regula constituta, *hoc cap.8.n.37.Menoc. de Reip.Remed.11.nu.10.Scrader.de feud. 2.part.9.par.2.section.2.n.33.Guid.Papa. decis.169 sed quid n.1.*

42 Ampl. vt domino † vel agnato ingresso feudum nõ opposita exceptione melioramentorum, concedatur vasallo, vel illius hæredi, repetitio expensarum, quas vasalus fecit meliorando feudum *Affic. §.si vasallus.Hic finit lex nu.10. Scrader. de feud.2.9.part.sect.2.n.34.* & simile est, quod pluribus firmat. *Tiraquel. de Retract.Connention.§.7.glos.1.n.7.* dum vo-

43 luit, quod si † emptor cum pacto de retrouendendo faciat melioramenta in re empta, & non facta mentione melioramentorum illam venditori retrouẽdat, posse ab illo condicere facta melioramenta.

Obstant tamen quæ dixi infra §.32.

44 Ampl. vt hæredi vasalli defuncti † concedatur feudi meliorati retentio, donec integrè, ita vt non deficiat vnicus nummus, fuerit satisfactus, si tamen melioramenta sint liquida, vel possint liquidari incontinenti, vt argumento eorum,

45 quæ tradit *Tiraquell. de interpellat.* † *ad retrouendendum, vbi conuenerat de retrouendit. de Retract. conuent.§.4. glos.6. n.23.& seq.* concludit *Scrader.de feud.2. part.9.part.section.2. nu.30 circa fin.&*

46 *de † reintegratione spoliati, Crauet. cons. 140.n.3.*

47 Ampl. etiam vbi feudum † aperitur agnato proximiori, defuncto vasallo absque masculis, vt latè probat *Rosental. de feud.cap.10.conclus.43.quæst.n.174.& & seq. Balzaran.in §.si vasallus. hic finit lex nu.5. Franc. à pont.decis.4.n.33.* asserens ita passim iudicari, & simile est quod dixi de emphiteusi, quæ ad alium comprehensum in cõcessione deuoluatur supra §.2. n.10. *Scrad.de feud.2.part. 9.part.section.2.n.47.*

48 Ampl. vt vasallo, vel illius † hæredi, & cuicumque habenti causam ab illo vniuersalem, vel particularem, sint reficiendæ expensæ factæ, custodiendo, & defendendo castrum sibi datum in feudum, *Bald.cons.303. ad euidentiam nu.2. lib.1. Tiraquel. de pluribus cumulatis*, addendo idem dici, si expensæ factæ fuerit

49 ne † castrum à furibus, & hostibus diriperetur, *de Retract.lignag.§.15.glos.1. nu. 25. Scrader.de feudis 2.part.9.part.sect.2 num.21.vers.4.* eam afferens rationem, quia talis impensæ sunt necessariæ, & perpetuam afferunt vtilitatem feudo, quòd si non fuisset custoditum, vel defẽsum ab hostibus, vel latronibus occupatum, & difficile recuperatum fuisset. Ad-

50 dendo in fine idem dicendum, si non † obstante defensione, & cudodia, fuisset occupatũ. *Rosental* tamen *de feud. c.10. conclus.43.q.43. n.69.& seq.* dicta Scra-

51 der. declarat † si expensæ excedant longè fructus feudi, quia vasallus est obligatus ad custodiam feudi, & vbi Domino fuit periculum amissionis, seu occupationis feudi denuntiatum, & ille non est auxiliatus vasallum, quia quatenus expensæ excedunt fructus feudi, illæ repetuntur. *Peregrin.cõs.3.lib.3.n.34.*

Ampl. etiam in melioramentis voluptuarijs *Hart.Pist.q.42.lib.2.part.2.n.26* vbi refert dissentientes, & an dominus debeat soluere, vel pati abrasionem, & dixi infra §.33. ampl. 5.

52 Ampl. etiam vbi tractatur † de expẽsis factis recuperando castrum concessũ in feudũ, ab hostibus, modo illę magnæ sint, & excedant fructus feudi, *Alex cõs. 168. Requisitus iib.2. n.8. vbi Natta plures consentiẽtes refert Io. de Ancnia cons. 32.col.final.Scrader. de feud.2.part.9. par. sect.2.nu.22.& seq.* eam afferens rati onẽ quia tales expẽsæ sũt vtiles, & necessariæ.

53 Ampl. vt non fiat differentia, an melioramẽta facta fuerint à vasallo pe se ipsum, vel per alium, expensis vasallii, vel facientis, contemplatione tamen vasalli. *Scrader.de feud.2.part.9.part.sect.2.n.35. 39.& 50.*

54 Ampl. siue contra vasallum † seu illius hęredem agatur iudicio possessorio, siue petitorio, ad relaxandum feudum. *Scrader. de feud.2.part. 9.part.sect.2.nu. 48.*

55 Ampliari posset † assumptum huius §. alijs casibus, qui colligi possunt ex regula firmata hoc octauo capite, cum tribus §§. sequentibus.

56 Quia

Quia sæpè feci mentionem fructuum
56 feudi † si quæratur quę veniant appellatione fructuum viden. *Tiraquel. de Retract. lignag. §. 15 glos. 1. nu. 1. & seq. pluribus, & nu. 27. cum alijs congestis in meis collectaneis ad l. fructus. ff. solut. matr.*

Quo pretio sint æstimanda melioramenta, & deterioramenta feudi. vid. addentes ad *Guid. Pap. decis. 169. & dixi infra §. 29. Io. Franc. à Pont. decis. 12.*

57 Limit. ijs omnibus casibus † quibus dixi limitari regulas constitutas, *hoc c. 8. & §. 2. & §. 11.*

58 Limit. vbi melioramenta † sunt modica, & quæ vasallus debebat iure feudi facere. *Aluarot. §. si vassallus. Hic finit. lex. nu. 2. vers. Quaro,* remissiue declarando, quæ melioramenta dicantur modica. *Affl. decis. d. §. si vassallus, num. 9. in fin. & Balzaran. num. 5. vers. Nam modica, Valasc. de iur. empb. q. 25. num. 12.* & dixi. §. 40.

59 Limit. vbi feudum † aperitur domino ex delicto, seu culpa, & facto vassalli *Bal. d. §. si vassallus. Hic finit lex, num. 1* addendo pœnam amissionis melioramentorum admitti in vindictam delicti vassalli. *Aluarot. ibid. num. 2. vers. Quaro ab extra. Afflic. num. 3. vers. Sed si* & dixi de emphiteota. *idem supra §. 1. art. Pist. quæst. 42. lib. 2. num. 19. Pereg. cons. 3. lib. 3. nu. 20. Balzaran. §. si vassallus. Hic finit lex, num. 5. vers. Item recedit. Guid. Papa decis. 169. num. 1.*

60 Sublimita in melioramentis † necessarijs, quæ vassallus non amittit, licet perdat feudum sua culpa modo, sint facta post delictum, secus si ante, Sedan talis deuolutio fiat in præiudicium creditorum, *dixi supra, §. 1. num. 43. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 12.*

61 Limit. in melioramentis † quæ a cedunt feudo ex illius natura, *cap. 1. §. si quis de manso. de controuers. in vest. Affl. §. si vassallus. Hic finit lex. num. 8. circa med. & decis. 252. magnific. nu. 3. & seq.* exemplum referens in solutione adoæ, vel alluuionis, vt dicam infra. *Scrad. de feud. 2. quæst. 9. part. sect. 2. num. 2. & seq.* qui loquitur de incremento feudi per alluuionem. *Intriol. late centur. feudal. par. 1. quæst. 59.*

62 Limit. in melioramentis † factis à tertio contemplatione feudi, non autem vasalli, *Afflic. d. §. si vasallus, num. 8. in prin.* Secus si alio respectu, etiam gratis. vt late prosequitur, *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 40. & seq. & Scrad. eod. trac. 2. part. 9. part. section. 2. num. 60. vers. Tertio. & dixi supra. hoc cap. 8. num. 22. 23. & supra, §. 2. n. 62.*

63 Limit. in melioramentis, quæ † fine feudo per se stare possunt, nam illa sunt vasalli finito feudo, veluti si concesso castro in feudum sine iurisdictione, deinde vasallus illam acquirat, deuoluto feudo ad dominum, vel agnatum coinuestitum, non deuoluetur iurisdictio. *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 18. & seq.* vbi præterea agit, an
64 concesso castro sine mentione † iurisdictionis, quá deinde feudo aperto exercebat vasallus præsumatur concessa cum castro, *Clar. §. feudo, quæst. 88. n. 5. Molin. de iur. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 2. vers. si res ipsa & num. 6. repetit,* quæ dixi de iurisdictione. *Hart. Pist. quæst. 42. lib. 2. num. 39. & seq. pluribus vers.* Ad augumētum, vbi aliud exemplum refert, si ematur alius fundus, non feudalis, *& dixi in conclus. firmata hoc cap. 8. num. 113.*

65 Limit. vbi conuentum † fuit ne aperto feudo repetantur, *Scrad. de feud. c. 10. conclus. 43. num. 78.* & vide dicta *in conclus. firmata hoc cap. 8. num. 95.*

66 Limit. vbi melioramenta † sunt excessiua, seu dominus, vel agnatus est impar, ad illorum refectionem. *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 95. & seq. pluri b. & 98.* Sublimitando si me-
67 lioramēta † sint necessaria. addēdo quomodo consulatur meliorāti concurrēte impotentia domini, vel vasalli, ad soluendum vtilia, vel necessaria melioramenta, vel facta de mandato domini etiam tacito, vel dominus statim vendidit pluris, vel inde aucta, vel sequuta est publica vtilitas, addendo *num. 103.* remitti arbitrio iudicis, quando impensa dicatur nimis onerosa, & dixi hoc *cap. 8. Limit. 7. & §. 11. Limit. 11.*

67 Limit. in melioramentis † factis in fraudem domini, ne scilicet posset recupera-

perare rem melioratã, *Scrader. de feud. c.*10.*concluf.*43. *n.*96. *in fin. relatis Alberic. in l. si seruus ff. de pign. act. Tiraquel. de Retract. conuent. §. glos.* 1. *n.*5. *Boer. decis.* 47. *num.*14.

69 Limit. in melioramentis † vltra conuentionem, *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.*43. *n.*80. *& seq.* addendo si non adsit dictio taxatiua, sublimitando si de summa erogãda in certo genere melioramentorum fuit conuentum, nam non prohibetur facere aliud genus.

70 Limit. vbi conuẽtum fuit † ne aliqua fierent melioramenta *Rosental. de feudis cap.*10. *conclus.*43. *nu.*80. *& dixi sup. c.*8. *num.*136.

71 An autem feudi retentio detur † creditori vasalli, qui dedit, quæ fuerant opus ad meliorandum feudum, videndus, *Rosental. de feud. c.* 9. *conclus.*43. *n.*133. *& & sequ. &* 173. *in princip.*

72 Cuius temporis pretium † sit inspiciendum in æstimandis melioramentis, & an potius quãtitas erogata, quam vtilitas, quæ sit consequuta ex meliormentis sit attendẽda, dixi infra §. 29. & seq. & an melioramenta sint ęstimanda in concreto, vel abstracto, *Clar. §. feudum. q.* 88. *num.*2. *Tuscus conclus.* 176. *melioramenta n.*1. *& seq. Viuius opin.*495. *num.*3. *Hart. Pist. q* 42. *lib.*2. *n.*11. *& seq. plurib.*

73 Limit. in melioramentis, quæ accedunt feudo iure alluuionis. *Clar. §. feud. nu.*3. *Hart. Pistor. q.*42. *lib.*2. *n.*47. *& seq.* & dixi *sup. cap.*8. *n.*97.

74 Limit. † in melioramentis acquisitis feudo per præscriptionem. *Scrad. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *n.*6.

75 Limit. vbi vasallus pariter deteriorauit, vt dixi supra *cap.*8. *n.*133.

76 Limit. in melioramentis † accidentalibus, *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9 *part. sect.* 2. *nu.*5.

77 An autem melioramenta † sint reficiẽda vasallo, ab agnato ex proprijs bonis, vel vẽditione partis feudi, vel aliter videndus, *Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43 *n.*175. *& seq. Mol. de iur. pr[i]mog. lib.*1. *cap.*10. *n.*18.

78 Limit. vbi consuetudine † seruatur contrarium, *Hart. Pist. q.*42. *lib.*2. *n.*36. vbi testatur vigere apud Saxones.

An domino concedatur electio soluendi potius melioramenta, quàm pati illorum abrasionem, dixi infra §. 33.

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Vsufructuarius conuenit in aliquibus cum feudatario. 1.

Vsufructuario, vel illius hæredi reficienda sunt melioramenta facta in re qua fruebatur 2. Contrarium 3. 5. *& quare* 4. *concorda.* 6. *ampl primam opin.* 7. 9. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *Limit.* 13. 20. 21. 22. 23. 25. 27. 28. 29. *sublimit.* 24. 26.

Vsufructuario inuito non melioratur fundus, quo quis fruitur. 4.

Melioramẽta æstimantur pretio currenti tempore, quo res meliorata restituitur. 8.

qua actione petantur ab hærede vsufructuarij. 30.

POst ea, quæ dixi de vasallo, seu feudatario, nectẽ possunt dicenda de
1 vsufructuario, qui aliquam † conueniẽtiam videtur cũ illo habere, nemo enim illorum est dominus proprietatis, ille feudi, iste rei, qua vtitur, & fruitur, & dixi de *Differẽtijs verborum iuris, §. feudatarius, & vsufructuarius.*

2 Regula itaque sit quod finito † vsufructu, reficienda sunt melioramenta ipsi vsufructuario, vel illius hæredi, *Glos. in l. sed & si quid ff. de vsufruct. Bart. l. eo tẽpor. §. qui maximos ff. de publican. n.*14. *& in l. domus, §. si cuius ff. de damn. infect. nu.*3. *Arct. cons.*111. *nu.*1. *Guid. Pap. decis.* 438 *Gram. cons.*13. *n.*43. *Valas. de iur. emphit. q.* 25. *nu.*6. *post med. vers. post med. vers. Nec mirum Molin. de contract. disput.*443 *n.*4. *Cuman. cons.*57. *monasteriũ nu.*5. *vers. eodem modo. Afflict. §. si vasallus. Hic finit lex n.*1. *vers. Item, quia vsufructuarius. Decian. cons.*29. *lib.*2. *n.*5. *Pacific. de Saluian. Inspect.* 2. *cap.* 2. *n.*215 *Surd. cons.*333. *n.*28. *& cons.*155. *n.*14. *Peregrin. de fideocom. art.*50. *n* 64. *vers. & in vsufructuario.*

3 Contrarium † tenet *Bergnin. tract. de vsu-*

vsufruct.n.158.auctoritate Corn.conf.86. lib. 4.& Aloif.de Alt singul. 11. quos etiam refert, & sequi... *Tusc. conclus.* 180.*melioramenta n.31.* & mouetur idē Borgnin.† non contemnenda ratione, vt sicuti proprietarius non posset inuito vsufructuario meliorare fundum, quo quis fruitur, *l.fin.ff.de vsu & habit.l.hactenus, & l.seq.ff.de vsufruct.* ita & fructuarius non debet posse facere melioramenta in re qua fruitur, vt seruetur correlatiuorum regula. *Io.Andr.in cap. fin.de pecul.cleric.n.*3. concludens vsu-
5 fructuarium † non posse ampliare, nec detrahere bona, quibus fruitur, etiam, quòd meliora sit repositaturus.

6 Contrarietatem hanc conatus est † conciliare *Peregr.de fideicom.art.* 50.*nu.* 42. sed quia, quæ ille doctissime distinguendo excogitauit, penitus non tollunt relatam contrarietatem dictorum interpretum, contradictoriè se oppugnantium, ideo non recedendo à constituta regula, ex ampliationibus, & limitationibus, quas subdam, omnis cessabit contrarietas.

7 Ampl. præsertim † si talia melioramenta sint perpetua, seu longo tempore duratura, hoc est vltra tempus, quo durabit vsusfructus. *l.eum C.de vsufruct. per quem textum ita firmat Corn.cōs.*86. *circa lib.*4. *num.*4. *Menoc.de arbitr.iudic. Casu*.215.*cum anno n.*4. *circa med.* concludens si propietarius finito vsufructu percepturus est aliquam vtilitatem ex melioramētis factis pro rata vtilitatis, debere reficere melioramenta, & hanc esse potissimam rationem, quia melioramenta
8 † sunt reficienda iuxta ęstimationem, quæ fiat tempore restitutionis rei melioratæ, *Afflic.decis.*252.*n.*2.*Menoc. conf.*64.*n.*31. *Peregr.de fideicom.art*50. *n.*42. & dixi infra §.53.

9 Ampl. ijs omnibus casibus quibus † ampliatur regula constituta hoc cap.8.

10 Ampl. præsertim si † melioramenta sint necessaria. *Corn.conf.*86.*circa lib.*4. *n.*5.*circa med.& n.*7. *in fin.& dixi hoc c.* 8.*nu.* 30. *Rebel.* ampliando etiam quod perierint *de obligat. iust.lib.*7.*q.*2.*n.*2.

11 Ampl.etiam in † melioramentis vtilibus, *Corn.conf.* 86.*lib.*4.*n.*6.*in princ.& n.*7.*in fin.Peregr.de fideicom.art.*50.*n.*42.

12 Ampl. etiam † in melioramentis factis, litigando actiuè, vel passiuè super bonis quibus quis fruitur, vel frui debet, modo lis tangat iura bonorum, non autem vsumfructum, & expensæ fuerint non modicę, *Gozad.conf.*94.*An illustrissima n.* 37.*& seq.* addendo procedere præsertim si vsufructuarius nō possideat bona, de quibus erat lis, idē relatis pluribus consentientibus sensit *Gomes.var.*
13 *solut. de seruitutibus n.*7. † limitando in vsufructuario legali, seu ex legis dispositione. *l.* 1. *C.de bonis matern. & latius prosequitur Rosental.de feud.cap.*10.*conclus.*43.*n.* 73. *&* 75. *Molin.* reprobata distinctione, an quis sit vsufructuarius legalis, vel ex hominis dispositione. *de iur.primog.lib.*1.*cap.fin.n.*10.*vsq.in fin. Surd conf.*333.*n.*28. *Barbos.l.diuort.§.fin. ff. sol. matr. nu.*44.*vers: quod multo magis cui latis.agit co num.& seq;*

14 Ampl.etiam † in vsufructuario legali, seu ex legis dispositione *Peregr. de fideicom.art.*50.*n:*42.*in princip.& n.*64.*vers. & in vsufructuario.*

15 Ampl.etiam si † facta fuerint ex fructibus rei, qua quis fruitur *Peregr.de fideic. art.*50. *n.*64.*vers.& in vsufructuario.Pinel.l.*2.*C.de rescind.vend.part.*2.*cap.*4.*nu.* 62. ampliando siue sit vsufructuarius ex lege, vel hominis dispositione.

16 Ampl. etiam † si melioramenta sint magna, modo sint necessaria, & faciant conditionem proprietatis vtilem, expēsaque in illis conficiendis nō fuerit modica, seu leuis, *Peregr.de fideicom. art.*50. *nu.*42.*Surd. conf.*155. *nu.* 17. relatis, qui vellent fructuarium debere illa facere de suo durante vsufructu, sed repetere illo finito. At ipse tenet proprietarium debere ministrare expensas.

17 Ampl. † in melioramentis necessarijs factis colligēdorum, vel quærendorum, vel conseruandorum fructuum gratia, si durent finito vsufructu, *l.hactenus in fin.& l. penult. ff.de vsufruct.Peregr.de fideicom.art.*50.*nu.*42.*vers.planè nouum ædificium, Rebel.de oblig.iustitiæ.lib.*7.*q.* 8.*n.*8.

18 Ampl. vt sicuti † illi reficiūtur melioramenta, ita debet ille reficere damna, si

siquæ intulit bonis, quibus fruitur vt dixi supra §.11.n.28.

19 Ampl. etiam si melioramenta † sint modica, modo perpetuam sint allatura vtilitatem proprietati. *Alex. l. diuortio §. fin. ff. sol. mat. n. 3. ver.* & secundum, quę sequuntur relati a *Surd. cons.* 333. *n.* 29. vel agatur de vsufructu ex causa onerosa *Sur. cõs. 155. n. 10. Gratian. Discept. 193. n. 6. & 7.*

20 Limit. vbi melioramenta † sunt facta perficiendo cæpta ædificia, etiã quod alias essent fructuario inutilia, nisi perficiantur *l. vsufructuarius nouum. 50. & 67. ff. de vsufruct. Peregrin. per hæc iura de fideicom. Artic. 50. n. 42. vers. Imo. nec ædif. inchoata:*

21 Limit. in melioramentis † quæ de nouo fiunt a fundamentis, nam tunc nedum negatur repetitio expensarum, sed nec etiam conceditur abrasio veluti, si in fũdo quo quis fruitur, cõficiat domum, vel constructæ aliam addidisset, vel illam mutasset, vel diuisisset. *l. æquissimũ §. sed nee dictas l. sed. & si quid. in prin. l. hactenus. §. fin. & l. seq. ff. de vsufruct. per quæ iura ita firmat. Peregrin. de fideicom. Artic. 50. n. 42. vers. at si vsufructuarius. Io. And. in cap. fin. de peeul. clerie. n. 3.*

22 Limit. vbi melioramenta † sunt facta a conductore vsufructuarij, nam si conductio fiat tamquam a fructuario, & deficiat vsufructus, nihil repetit, vt concludit. *Io. Bræch. in l. impensæ. 79. ff. de verb. signific. n. 6. argum. l. qui bona. §. cum inter. ff. de dam. infect. l. si proponis. §. 1. l. si exhæredatus ff. de inof. test. l. lucius. §. penul. ff. ad Trebel. cap. conuenientib. 1. q. 7. cap. cũ Hadrianus. dist. 63.* Si conductio sit facta tamquam de re propria, reficiuntur melioramenta ab hærede vsufructuarij, qui conductorem decepit locando illi rem alienam. *l. si quis domum bona § 1. ff. loeat. vt per hunc textũ subdit* Idem *Brach. ibid. n. 8. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. Quest. 8. n.*

23 *7. in fin. & n. 9. & seq.* † sublimitat. in foro conscientię, relata ratione quare aliud dicendum in foro fori.

24 Limit. pro ea rata temporis, qua durat vsufructus, & teruntur melioramẽta. *Menoc. cons. 64. n. 31.*

25 Limit. vbi melioramenta † sunt modica. *Corn. cons. 86. circa. lib. 4. n. 4. l. hactenus. ff. de vsufruct. Menoc. de arbit. Iud. casu. 215. n. 6. & seq.* vbi præterea declarat quæ dicatur impensa modica, & dixi *infra. §. 40. Peregrin. de fideicom. Artic. 50. n. 45. vbi refert dissentientes.*

26 Intellige limitationem † antecedentem vt per *Gratian. Discep. 193. n. 7. Mangil. de euictiõn. Quest. 153. n. 10.*

27 Limit. in expensis † temporalibus, idest parum, vel donec vsufructus durat, duraturis. *Afflict. decis. 252. magnific. n. 2. Menoc. de Arbit. Iud. cas. 215. Cum anno n. 4.* exemplum referens si rotæ molendini aliquautulum fractæ reficiantur, & similia fiant.

28 Limit. vbi melioramenta † fiunt gratia meliorãtis detrahendo, vel demouendo, ex fundo quo quis vtitur, & fruitur *l. hactenus in fin. ff. de vsufruct.*

29 Limit. vbi expensæ † seu melioramenta respiciunt onera realia rei, qua quis fruitur. *Pinel. in l. 1. part. 2. C. de bonis matern. n. 72. vbi multis modis ampliat. & limit.*

30 Qua autem actione repetantur a fructuario, vel illius hærede, melioramenta *vid. Bart. in l. cum adquem C. de vsufruct. & habitation. & dixi infra. §. 32.*

§. XIX.

SVMMARIVM.

Maritus qua ratione sit socius indiuiduus suæ vxoris. 1. qualiter sit dominus rei dotalis. 2. an illi detur retentio fundi dotalis ob melioramenta 7. datur repetentio non autem retentio 5. 7. ampl. 8. 9. 12. 14. 15. 16. 22. vbi referuntur dissentientes & concordantes. 23. ampl. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 32. 33. 34. 35. quæ controuertitur

Limit. 37. 40. 44. 51. 54. 55. 56. 57. sublimit. 39. 42. 43. 45. 46. 47. 48. 58.

Dos minuitur ratione melioramentorum necessariorum. 9. Intellige. 10.

Clausula ipso iure. ratione materiæ cui apponitur amittit vim suam. 11.

1 SIue ratione Sacramenti matrimonij, dicamus maritum † esse vxoris socium, & indiuiduum vt inquit. *Modestinus.*

lib.1.regu.tur.relatus a Triboniano in l.1.ff. de ritu nupt. tam vitę quã illius patrimonij. *l.de die. §. 1.ff.qui satisdar.cogant. Bal. auth. ei qui iurat. C. de bonis. auth. iud.pos-*
2 *sid.n. 39. in fin.* Siue vellimus illum esse † dominum rei dotalis, vt colligitur ex re- scripto *Imp.Cari Carini & Numeriani relato in Iustinianeo Codic.in l.doce ancillam*
3 *C. de rei vendicat:* sed an proprie † vel ficte, & an de iure gentium primario, vel secundario, videndus *Riminal.in §. 1.inst. quib. alien.liceat vel non n. 506. & seq.*
4 *plurib.* si idem faciat fundum dotalem † meliorem, si ab vxore soluto matrimonio, vel in casu vergẽtiæ ad inopiæ repetatur,
5 quod repetitio melioramentorum † *in illo factorũ* detur marito, vel ipsius heredi repetitio, est textus, qui nõ eget *glosemate in l.diuortio.§.impendia. ff. solut.mat.* & cõprobãt *Cuman. cons. 57. n. 5. circa prin. Corn. cons. 86. circa. n. 2. vers. His tamen non obst. lib. 4. Cast. in l. domos. 61. ff. delegat. 1.n. 4.* & cõferũt quæ dixi de emptore cum pacto de retrouendendo, qui & ipse est aptitudine dominus rei emptæ, reuo-
6 cabilis, supra. §. 12. sicuti est † & maritus soluto matrimonio *Rebel.de oblig Iust.lib. 7. Quest. 1.n. 9.* concludens dari illi pe-
7 titionem, † sed non retentionẽ rei dotalis. *Carroc. de locat. part. 4. de expens. n. 38. & seq. Surd. cons. 155. n. 13. Barbos. l. diuortio.§. fin. ff. sol. mat. n. 68. vers. Nunc. Decian. cons. 29. lib. 2. n. 5. addendo dari retentionem.*
8 Ampliari potest præsẽs assumptũ † multis casibus, qui colligi possunt ex dictis supra in prin. huius cap. 8. & §. 12.
9 Ampl. quod si melioramẽta † facta in fundo dotali fuerint eidem necessaria, vt ipso iure minuant dotem. *l. diuortio. §. impendia in fin. ff. sol. mat. l. dote. ff. de rit. nupt. l. 1. §. in necessarijs. ff. de negot. gest. l. si is qui §. quod dicitur. ff. de iur. dot. l. 1. §. sed nec impensas. C. de rei vxor: action. l. conuenire. ff. de pact. dotal. Alex. ad Bart. in l. fin. ff de impens. in reb. dotal. n. 4. vers. Actis.* exemplum referens, si maritus faciat, vel reficiat domum in fundo dotali pro habitatione coloni. *Rol. a Val. cons. 28. Quoniã. lib. 1. n. 12. & seq.* qui idem exemplum referens, concludit repeti melioramẽta. *Rebel. de obligat. Iust. lib. 7. Quest. 1. n. 1:*

10 Intelligas tamẽ dotẽ ipso iure minui † quoad effectũ, vt minutur quantitas dotis, & quod ratione melioramentorum ex dote detrahatur expensum in fundo dotali, non autem quod minuantur, corpora dotalia, quæ integra restituuntur refusis viro, vel illius hæredibus, expensis, quas maritus necessitate rei fecit in fundo dotali, *Bart. Alberic. & reliqui & glos. verb. sed dotis in d. §. quod dicitur Bart. & Sal. in d. §. sed nec ob impensas. Ias. §. per retentionẽ Inst. de. action. n. 5. & seq. Rebel. de obligat. Iust. lib. 7. Quest. 1. n. 1. & 5. Scrader. de feud. 2. part. 9. part. Section. 2. n. 58.* addendo
11 verba illa. † Ipso iure, quibus vtitur. I. C. *in d. l. dote ff. de rit. nupt.* ratione subiectę materiæ amittere virtutem suam, *cap. auditis. vbi glos. verb. pert. facto & Host. in verb. Irrita. de election. Tiraquel. in l. si vmquam. §. Reuertatur. C. de reuoc. donat. n. 48.*
12 Ampl. etiam vbi † melioramenta sunt perpetuo vtilia fundo dotali *Alex in l. diuortio. §. impendia. ff. solut. mat: n. 1. Ias. n: 5. Cast. n. 1. Alex. sequitur Afflic. decis 252. n. 4. Bart. l. vtilium. ff. de impens. in rebus. dotal. fact.* addit solui etiam, quod mulier non sit soluendo, si facta fuerint de illius mandato, secus si non sit soluendo, & facta fuerint sine illius mãdato. Quæ autẽ
13 dicantur melioramenta † perpetuo vtilia dixi supra hoc cap. 8. *numer. 54. Petra: de fideicom. Quest. 15: n. 230. circa fin. Barbos. l. diuortio. §. fin: ff: sol mat. n. 68. vers. Nunc.*
14 Ampl. etiã quod meliorametã † sint modica, modo sint futura vtilia doti perpetuo. *Alex. l. diuortio. §. impendia. ff. solut. mat. n. 3. vers. & secundum,* & in hoc dos est deterior cæteris rebuselioratis, in quibus modica non reficiuntur vt dixi. *suprn cap. 8. n. 100. Alex. sequuntur relati a Surd. cons 333. n. 29. v. a Molin. de Iur. primogen. lib. 1. cap. fin.* licet ipse illum reprobet. *cum Peregrin. de fideicom. artic. 50. n. 12. & 13. & 45.* refert qui sequãtur Alex. quare non parum dubito de veritate dictorum illius licet. *Rouescalc.* quem profitendo Papiæ in prima sede matutinis horis numcupabat patrem veritatis. vide infra limit. 11.
15. Ampl. presertim † si melioramenta
funt

sunt magna, quia de illis idem quod de perpetuis iudicatur. *Alex. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrimon. num.* 1.

16 Ampl. etiam quod melioramenta † facta in fundo dotali, sint facta ex fructibus fundi dotalis, & ratio est, quia cum illi sint mariti, *l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. pro oneribus*, C. *eod.* idem de illis est iudicandum, quod iudicaretur, si facta fuissent ex fructibus, vel rebus patrimonialibus mariti, *Petra de fideicom. art.* 15. *num.* 230. *in fin.* & 235. *in fin. Barbos. l. diuort. §. fin. ff. sol. matrim. nu.* 68. *vers. vltimò. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *nu.* 64. *vers. & in marito. Alex. ad Bart. in l. final. ff. de impens. in reb. dotal. fact. n.* 4. *vers. actis appareat circa med.* addendo non obstare

17 † *l. sumptus, ff. de rei vendicat.* quia illa non habet locum contra eum, à quo interim, nec fructus, nec res ferens fructus, peti potest, seu vt inquit *Natta cons.* 256.

18 *in facto num.* 30. tunc fructus, † non compensant ur cum expensis, vbi illi percipiuntur iure proprio, seu dominij. *Afflict. decis.* 87. *nu.* 6. *Guidobon. Aduocat.* 64. *nu.* 21. vel vt melius interpretatur, *Castr. in l. domos.* 61. *ff. de leg.* 1. *n.* 3. & 4. *dispositio d. l. sumptus.* non habet locum, vbi quis percipit fructus ex iusta causa, qualem habet maritus, qui sustinet onera matrimonij, *pro oneribus*, C. *de iure dot.* Nec illos percipit tantum, quia bona fide possideat, nã

19 licet † ille faciat fructus suos, *l. bona fidei, ff. de acqu. re. domin. Nat. a. cons.* 14. *viso n.* 8

20 *Mastril. decis.* 129. *num.* 1. nec † quos percepit antequam vocaretur in iudicium ex remedio canonis *Redintegranda*, 3. *q.* 1. etiam quod in lite succumbat. *Natta. dict. cons.* 14. *num.* 14. & *seq.* si tamen fecit, me-

21 lioramenta in fundo possesso † est obligatus compensare cum fructibus perceptis,

22 sicuti & fructus † parafernalium, nisi aliud statuto sit cautum, *Peregrin. de fideicom. artic.* 50. *num.* 64. *vers. per contrarium.*

23 Ampl. etiam in melioramentis † seu expensis factis causa tuendæ, vel conseruandæ arcis dotalis *Rosental. de feud. cap.* 10 *conclus.* 43. *num.* 68. & *dixi supra, hoc cap.* 8. *num.* 33. *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim nu.* 29. *Campeg. tract. de dote. part.* 2. *quæst.* 46. *Ioan. de Anania cons.* 32. *num.* 10. *circa med.*

Contrarium volunt *Cast. in l. domos* 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 3. & *relati ab Alexan. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. num.* 4. Qui tamen concordari possunt ex dictis, *Alex. ibid. Ias. num* 2. & *Cuman. cons.* 19. *in fin. Campeg. de dote. part.* 2. *quæst.* 46. & *ex dict. §. sequent.*

Cõcordat *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *q.* 3. *num.* 7. & *seq. vers. dubitabit.*

24 Ampl. quod si facta fuerint de † mandato mulieris, maritus repetat quidquid impẽdit, non facta distinctione, an plus sit melioratum, quam expensum, perierint, vel non; pluris, vel minoris æstimentur tempore solutionis, quam confectionis, *Alex ad Bart. in l. fin. ff. de impens. in reb. dotal. fact. num.* 24. *vers. actis appareat:*

25 Ampl. etiam quod facta † fuerint a marito putatiuo, qui sustinuit onera matrimonij, etiam quod fructus fundi dotalis meliorati perceperit; vt concludit *Cast. declarando glos.* quæ aliud videtur sentire, *in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matr. num.* 5. *in fin.* cuius opinio comprobari potest ex his, quæ dixi *lib.* 3. *de laudemio quæst.* 29. *art.* 2. *vers. Limitabis tamen. De effectibus, seu quæ singulari iure sunt constitut. in matrimonio putatiuo.*

26 Ampl. etiam in expensis † factis in litibus occasione fundi dotalis, tam actiue, quam passiue, modo non sint modicæ, *glos. in l.* 1. *ff. de impens. in reb. dotal. fact. Ias. l. diuortio. §. fin. ff. solut. matrim. nu.* 4. *in fin. Strader. loquens de expens. factis in exactione crediti dotalis de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 24.

Sed. quia plures tenent contrarium pro concordia videndi sunt, *Campegius tract. de dote, part.* 2. *quæst.* 44. *si maritus. Pinel. in l.* 1. *part.* 2. *C. de bon. matern. nu.* 70 & *ibid. Bald. num.* 13. *Rebel. de oblig. Iust. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 14. & *seq. Barbos. l. diuortio §. fin. ff. solut. matrim. num.* 30. & 44. *versic. prout marit.*

27 Ampl. & in tantum † melioramenta vtilia, vel necessaria facta in fundo dotali sunt reficienda marito, vel illius hæredi, vt corruat, & inualidum sit pactum factũ à marito, quod illa repetere nõ possit, *l. conuenire, ff. de pact. dotalib.* & ratio est quia est indirecta donatio inter coniuges, quæ ipsis est inter dicta, & facta nõ valet,

l.1.ff. de donat.inter virum & vxorem, *Iaſ.in l. ſi pater puellæ*, C. *de inoff.teſtam. num.* 2. Ideo tale pactum eſſet validum iis
28 omnibus caſibus, quibus valida † eſt donatio inter coniuges, quos referunt *Doctores in l.1.ff.de donat. inter vir. & vxor.* ad quem textum plura cumulaui in meis Collectaneis.
29 Ampl. quod ſi aliter † conſeruari non poſſit fundus dotalis, ſi plures dati fuerint ab vxore, poſſit vendi vilior, & pretium illius errogari, in conſeruatione fundi melioris, qui alias erat periturus, vel alias futurus inutilis, *l.final.ff.de iur dot.per quem textum, ita firmat Rebel.de obligat. iuſtitiæ, lib.7.q.1.num.*13.
30 Ampl. etiam vbi melioramenta † ſunt facta a tertio habente cauſam a marito, veluti ſi quis credens fundum non eſſe dotalem, illum emit a marito, & emptum meliorauit, *Alexan. conſ.*154.*conſideratis, lib.6. num.* 5. addendo neque ab emptore compenſandos, eſſe cum melioramentis, fructus, quos percepit, quia erant mariti venditoris & iſto caſu limitari, *l.ſumptus*,
31 † *ff.de rei vendi. vt dixi infra.* §.48.
32 Ampli. vt marito detur † optio, vel retinendi fundum dotalem factum meliorem, ab eo, vel agere ad repetitionem expenſarum factarum, vt idem fundus eſſet melior, *Alex. ad Bart infra final.ſ.de impenſ.in rebus dotal.fact.num.*4.*verſ. actis appareat in princip. & dixi* §.33. *verſ. tertium exemplū*, vt talis optio detur domino fundi meliorati.
33 Ampli. etiam in melioramentis † ſeu expenſis factis quærendorum, vel colligendorum, vel conſeruandorum fructuū gratia, ſi illis mediantibus cōſeruatur fundus dotalis, & durent tempore ſoluti matrimonij, *Barboſ.in l.diuortio.§.fin.ff.ſolut. ma.n.*10.*& ſequen.Rebel.de oblig.iuſt.lib.*7. *quæſt.* 8. *num.* 1. *& ſequen.* vbi præterea agit, quid dicendum, ſi ſoluatur matrimonium antequam percipiantur fructus.
34 Ampl. quod ſi melioramenta † æquent æſtimationem fundi dotalis, deſinat eſſe dotalis, niſi mulier infra annum ſoluto matrimonio, impenſas offerat marito, *l.ſi is, ff.de iur. dot. Rebel. de obligat. Iuſt. lib.*7.*quæſt.*1.*num.*7.
35 Ampl. etiam quod melioramenta † ſint tantum vtilia, nam licet non minuant dotem, vt minuunt neceſſaria, repetuntur tamen actione negotiorum geſtorum, *l. voluptuariæ, l.vtilium, ff.de impenſ.in reb. dotal.fact. Rebel. de oblig. Iuſt.lib.* 7. *quæſt.*1. *num.*9.

Contrarium voluit *Alc.in l. impenſa, ff. verb.ſignif. num.* 4. niſi fuerint factæ volente vxore, & eas commode reſtituere poſſit, ſitq; ſoluendo aliquo tempore.
36 Qua actione † petantur a marito, vel illius hærede melioramenta facta in re dotali viden. *Rebel. de oblig. Iuſt. lib.*7.*q.*1. *de expenſ.num.*9. *Viu, opinion.*496.*num.*2. *& ſeq.*
37 Limita in melioramentis † factis quærendorum fructuum gratia, nam compenſantur illa cum fructibus, ſi matrimonium durat tempore, quo illi colliguntur, ſi vero non durat, vel reficiuntur, vel pro rata temporis quo durauit matrimonium, collecti, diſtribuuntur cum marito vel illius hærede, ſi eadem melioramenta non ſunt vlterius duratura, nam ſi vltra ſunt duratura reficiuntur, conſiderato tempore, quo durarunt, & durare poſſunt, *Alberic. in l. diuortio.§.fin.ff.ſolut.matrim. num.*18. *circa fin. Caſt. num.* 1. addendo ſi nulli percipiantur fructus, quia non nati, vel grandine, vel alio caſu conſumpti, nihil refici mārito, *Alex.n.*4.*Iaſ. num.* 2. addendo idem dici de expenſis factis cauſa cuſtodiæ agri ſati, vel vineæ cultæ, *Rebel.*
38 *de oblig.Iuſt.lib.*7.*quæſt.*1.*num.*18. † quando autem impenſa dicatur facta fructuū quærendorum cauſa, videndus, *Barboſ.d. §.num.*9. *&* 13.
39 Sublimita vbi fundus † dotalis conſeruatur ex melioramentis factis gratia conſeruandorum, vel quærendorum frnctuū, *Barboſ. l. diuortio.§.fin ff.ſolut.matrimon. num.*10.*& ſeq.*
40 Limit. in melioramentis † modicis, quamuis illa fuerint neceſſaria, *Alexan. in l.diuortio, §.fin.ff.ſolut.matrim.num.*1.*in princ.* eam afferens rationem, quia præſumuntur facta fructuum quærendorum gratia, ſeu verius, quia parum, & nihil æquiparantur, & de modicis non curat prætor, etiam ad fauorem perſonæ priuilegiatæ, *l. ſcio.ff. reſt. in integr. Rom. ſingul.* 118. *tu habes, Gail.obſernat.*29. *fideiuſſor.*

iuſſu. lib.1. num.8. verſ. ſecus ſi modica, vel quod ſimus in prohibitis, *Vaſq. illuſt. controuerſ. lib.1. cap.34. & ſupra hoc, §. ampl. 3.*

41 Quæ autem iſto caſu dicantur † modica melioramenta, videndus *Alex. d. §. fin. num.3. verſ. & ſecundum, Peregrin de fideicom. art. 50. n.12. & ſeq. & num. 45. Rebel.*

42 *de oblig. iuſt. lib.7. quæſt.1. num.11.* † ſubdens quid dicendum in foro conſcientiæ. *Valaſ. de iur. emphit. quæſt.25. num. 12. Molin. de contract. diſput.463. nu.7. in fin. ſubdens num.8.* quæ dicantur modica melioramenta fundi dotalis, *Barboſ. l. diuortio. § fin ff. ſol. matr. num.29. verſ. Non obſtat Io. de Amic. conſ.98. nu.10.*

43 Sublimita vbi melioramenta † modica perpetuam ſunt allatura vtilitatem fundo dotali, *Alexan. in l. diuortio, §. fin. ff. ſolut. matrim. num 3. verſ. & ſecundum prædicta. Rebel. de oblig. Iuſt. lib.7. quæſt.1. nu.8.* quiloquitur de impenſa infirmitatis ſerui, à quo non ſperatur fructus.

44 Limit. in melioramentis † exceſſiuis, *Bald conſ.272. caſus vir fundum, lib. 3. Crauet. conſ.3. num.19. & dixi ſupra, cap.8. num.157.*

Contrarium defendit *Barboſ. in l. diuortio, §. fin ff. ſolut. matrim. nu. 74. & ſeq.* ſed illius dicta intellige, vbi ex alijs rebus non melioratis poteſt ſoluere melioramenta, ſecus ſi cogatur rem ipſam melioratam vendere:

45 Sublimita vbi mulier † erat eadem exceſſiua melioramenta factura, *l. 3. §. ſed ſi mutua, ff. de in rē. verſ. Capr. conſ.90. n.11. Boſſius tract. de princip. num. 31. Bellon. conſ.65. nu.14. Vincens. de Franc. deciſ.110. num.5. Burſat. conſ.85. num.32. in fin.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. in l. diuortio. §. fi. ff. ſolut. matr. num. 101. verſ. Hæc tamen*, *addendo præſumi dominum facturum melioramenta quando iam cœpiſſet facere.*

46 Sublimita ſecundo † vbi mulier erat venditura rem melioratam exceſſiue, *Barboſ. in l. diuortio, §. fin. ff. ſolut. matrim. num.101. verſ. declaratio ſecunda ſit.*

47 Sublimita tertio † niſi mulier nollit pati abraſionem, nam tunc eſt obligata ſoluere melioramenta, quanti æſtimari poſſunt in abſtracto, *Barboſ. in l. diuortio, §. fi. ff. ſolut. matrim. num.102.*

48 Sublimita vbi † melioramenta ſunt facta de mandato vxoris, *Alex. conſ.167. viſis narratis, lib.7. num.4.*

49 Limit. in marito † putatiuo, qui ſi quid percepit ex fundo dotali, vltra ea quæ erant ſatis ad ſuſtinendum onera matrimonij, debet illud compenſare cum melioramentis factis, *l. in inſulam, §. 1. ff. ſol. matr. Card. Mantic. de tacit. & ambiguis, lib.12. tit.30. nu.15.* aſſerens hanc eſſe vnam

50 ex † differentijs, quæ recenſentur inter maritum verum, & putatiuum, *& dixi de differentijs verb. iuris, §. maritus verus, & putatiuus. Caſt. in l. diuortio, §. impendit, ff. ſolut. matrim.* Ampliando etiam ſi fuerint melioramenta neceſſaria.

51 Limitationes aliæ afferri † poſſunt huic regulæ, quæ colligi poſſunt, *ex his quæ dixi ſupra, cap.8. Limit. 1. & ſeq.*

52 Quid autem ſit dicendum † ſi mulier non ſit, vel fuerit facta ſoluendo vbi prius erat, viden. *Alex. ad Bart. in l. fin. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. num.4. verſ. actis appareat, circa med. vſque in fin. Barboſ. in l. diuortio, §. fin. ff. ſolut. matr. nu.74. Alexan. conſ.162. viſis narratis, lib.7. num.4.*

53 An autem conſtante matrimonio † fundus dotalis melioratus poſſit alienari, videndus, *Rebel. de obligat. Iuſt. lib.7. quæſt.1. num. 13. & 15.*

54 Limit. in melioramentis † vtilibus tantum, niſi fuerint facta volente vxore, aut mulier poſſit commode illa reſtituere tempore quo ſunt facta, vel repetitionis, *Alciat. l. impenſa, 79. ff. de verb. ſignificat. num.4.*

55 Limit. vbi mulier ſi eſt pauper, & impotens ad ſoluendum melioramenta, niſi vēdito fundo dotali, *vt dixi infra §.41.*

56 Limita, vbi matrimonium † fuit pronuntiatum inualidum, *Rebel. de oblig. Iuſt. lib.7. quæſt.4. nu.4. in fin.*

57 Limit. in melioramentis † factis gratia † colligendorum, vel quærendorum, vel conſeruandorum fructuum, *Iaſ. l. diuortio, § impendia, ff. ſolut. matr. nu.1. Boer. deciſ.44. num.11.*

58 Sublimita, ſi talia melioramenta † ſint ſoluto matrimonio duratura, nam pro rata temporis, qua durare poſſunt, ſunt reficienda, *Caſtr. l. domos, 61. ff. de legat. 1. num. 6.*

59 Li-

59 Limit. vt ratione † melioramentorum vtilium non concedatur retentio, vt dixi supra *cap.8. n.156.& hoc §.n.7.*

60 Quid si mulier nõ potest reficere † melioramenta vtilia, vel necessaria, nisi vendito fũdo dotali meliorato. *Rebel. de oblig. iust.lib.7.quæst.1.num.13.& 15.*

61 Quibus coniecturis † colligatur maritũ noluisse melioramẽta repeti posse ab vxore, *Rebel.de oblig.iust.lib.7.quæst.1.n.16.*

§. XX.

SVMMARIVM.

*Pignus, qui melius fecit, seu qui rem sibi pignoratam meliorauit repetit expẽsas.*1. *& quare* 2. *ampl.*3.4.

*Castrum in pignus recipiens non repetit expẽsas custodiæ.*8. *& quare* 9. *Contrarium.* 13. *ampl.*14. *& quare* 15. *& seq.*30.31.32.33.34.35.36.37.38.39.40.41.42.46.*Limit.*43.47.49.

*Creditor emphiteotæ potest soluere Canones, vt euitetur caducitas emphiteotæ.*5.6.

*L.2.C. de iur.emph.limitatur.*7.

L. sumptus ff. de rei vend.declaratur 14.

Pignus recipiens est obligatus ad exactam illius custodiam .9.

*Ad factũ obligatus debet suo sumptu facere.*10

*Colonus debet suo sumptu agrum colere.*11.

*Expensæ factæ custodiendo castrum relictum alicui sub conditione non repetuntur.*12.

Pignoris contractus fit gratia illud dantis. 15.

*Expensæ spectant ad percipientem fructus.*16.

*Vsufructuarius soluere debet collectas, & onera imposita rebus quibus fruitur.*17.*ampl.* 18.

Pignoris fructus spectant ad illius dominum 19.*ampl.*21. 22. *quid si quis habitet domum sibi pignoratam.* 48.

*Socius recuperans castrum commune repetit à socio expensas pro rata societatis.*23.

§.fin.inst.quib.mod.re cont.obligat.declaratur. 24.

*Obligatio est stricti iuris.*25. *ampl ibid.*

Lex quæ non dicit, nec nos dicere debemus. 26. *& quare ibid.ampl.*27.

*Sine lege loquĩ erubescimus.*27.*ampl. ibidem.*

*Bart.reprobatus, defenditur.*28.

*Fœnerator est obligatus reficere damnum contingens in re sibi data pro cautione.*29.

Socius non recuperat à socio expensas factas in re communi. 44.45.*limit.*46.

*Domum sibi oppignoratam, si quis habitet an soluere debet pensionem.*48.

DIxi hactenus dari retentionẽ ijs, qui tanquam domini, vel possessor es, rẽ aliquam sua cura, suoque studio, & impensa, fecerunt meliorem. agam hic, & in sequentibus, quid dicendum de ijs, qui nullũ dominij genus, vel possessionis speciem habentes, *Corpus, quod detinent meliora-*
1 *runt, veluti, si is † cui fundus rusticus, vel vrbanus sit oppignoratus, in illo fecerit melioramenta vtilia, vel necessaria,* & idem quod de marito, vasallo, & reliquis supra
2 recensitis est dicendum, ea ratione quia † cùm ad illa facienda non esset obligatus, gerendo negotium alienum, cum illius vtilitate, conuenire potest Dominum pignoris, vt sibi reficiat expensas, quibus fundum illius, vel conseruauit, ne periret,
3 vel fecit meliorem, nec est obligatus † ad pignoris restitutionem, vel hypothecę extinctionem, nisi sibi refectæ fuerint expensæ factæ in illius conseruatione, & melioratione, *l.si necessarias.l.si seru. ff. de pign.act. Peregr.de fideicom.Art.*50. *n.*42.*in fin.Barbos.l.diuortio,§.fin.ff.solut.matr.n.*69.etiam
4 quod Dominus protestetur, † ne fiat arg. eorum, quæ dicũtur de solutione canonis ad euitandã caducitatẽ emphiteotæ debi-
5 toris, † quę fit ab illius creditore, *Rom.sing.*562.*Bal.& Ias.in l.2.C. de iur: emph.n.*67. *Cardin.Mantic.decis.*336.*altera n.* 7. ampliando etiamsi solutio fiat nomine proprio soluentis, quod negarat, *Rom. d. sing.* 562.*Natta consi.*194.*magnific.n.*8.addendo
6 posse solui † à quolibet tertio, non habente interesse, modo, ab emphiteota habeat mandatum ad soluendum, quia insimul agitur de recognitione dominij. *Mandel. cons.*397.*primum.*concludens creditorem posse soluere ad euitandam caducitatem, si alia via non sit illi consultum in suo cre-
7 dit: *Bald. tradens hoc pro limitatione l.* 2. † *C. de iur.emphit.in l.lex vectigali ff. de publican.num.*2.*cum alijs cumulatis à Bursat: consi.*181.*n.*42.*Mastrill.decis.*154.*n.*1.*& seq.* Sed an sint repetenda in eo, qui suis expensis

pensis custodiuit castrũ sibi oppignoratũ, quæ sunt dicta supra de vasallo conductore, inquilino, & reliquis habentibus cum illo symbolum, difficultatem faciunt dicta *Bart.in l. cum quæreretur* 58.§. *prædijs, ff.*
8 *de legat*.3. dum concludit, recipientes † castra, & fortalitia pignori, vt non repetant expensas, quas faciant in illorum custodia, neque compensari cum fructibus. Nec opinio Bart. caret ratione, nam cum reci-
9 piens pignus † sit obligatus ad illius exactã custodiam, vt inquit *Imperat.in §.fin.inst. quib.mod.re contrahit: obligat.l.contractus, ff.de regul.iur.* debet idem suo sumptu, il-
10 lud custodire, quia obligatus ad factum † debet illud suis, & non alienis expensis facere. *l.suo victu* 18.*ff.de operib.libent.Cast. cõs* 270.*viso puncto lib.2.col.2.in fin. Socin. consf.26.lib.1.n.3. Ias.l.si non sortem.§.libertus ff.de cond.indeb.n.*28. concludentes
11 colonum † qui se obligauit colere agrum, debere illum suis sumptibus disboscare, principem obligatum defẽdere subditos, vel socios, debere talem defensionem suis sumptibus præstare, & vasallum suo sumptu sequi Dominum in bello, quibus accedũt similia plura relata à *Ias.in l.si nõ sortem, §.libertus ff.de cond.indeb.num.*28.*& seq.& à Boer.decis.*303.*n.*9 *Surd.consf.*254. *n.*11.*& seq & Bart.* opinionem comprobant dicta *Angel. in l.sumptus ff. de legat.*1
12 *in fin.* dum voluit quod hæres † non repetit expẽsas factas in custodia ciuitatis, vel castri alicui legatæ, dum penderet conditio, sub qua erat relicta; & idem prius ibid. *num.*1. dixerat de marito, cui fuerat datum castrum in dotem, eam afferẽs rationem; quia ad talem custodiã, erat obligatus ex natura contractus. ab *Angel.* non dissentit, *Cast.in l.domos* 61.*ff.de legat.*1.*n.*3.*& Cast. sequitur Alex. in l. diuortio.§. impendia ff. sol.matr.n.*4.*vers.Hoc idem*.

Contrarium videlicet, quod repetatur
13 expensæ † rei, vel arcis pignoratæ voluerunt *Bald.* sequendo *Specul.de contumat.§. fin.in fin.in l.*1. *C. de fructib. & litium expensf.n.*7.*per textum in l.si ita §.fin.ff. de fund. instruct. & consf.*303.*ad euidentiam. lib.*1.*nu.*2. addendo talem impensam non differre à refectione, sequendo *Angel. fratrem suum consf.*149.*Quadam domina.* idem per eundem textum, non facta mentione *Bald.ibidem voluit Salic.n.*4. *Angel.* sibi cõtrarius ni littera mei codicis sit corrupta *in l.diuortio §.impendia,ff.solut.matr.* con-
14 cludens † concedi retentionem castri, donec qui illud custodiuit sit satisfactus de fructibus illius, & istud esse tenendum menti, & ita consuluisse apud Vrbem veterem, & ita decisum, *& in l.*1.*§.inter ff. de impensf.in reb.dotal.fact.* concludẽs omnes sumptus, qui fiunt in munitionibus esse necessarios, & repeti, siue sint perpetui emẽdo bombardas, & similia, siue temporales, emendo victualia, per quæ arx cõseruatur, & defenditur, reprobando *Bart.* aliud sentientem, quem in hoc errasse vehementer asserit *Roman.singul.*336.*malæ fidei. post Angel. idem voluit Cuman. consf.* 19. *Duo videnda.nu.*4.*versf. non obst. Ruin. consf.*100: *lib.*4.*in princip. Socin.consf.*26. *lib.*1.*n.*5.*versf.verum prædictis & n.*9.*dicte Cuman. d.n.*4.*in fin l.sumptus, ff. de leg.*1. intelligi in eo qui iure suo percipit fructus.

15 Affirmans hæc opinio † probatur primo, quia cum contractus pignoris fiat gratia debitoris, & creditoris, vt ille faciliùs inueniat, qui sibi accommodet pecunias, & iste sit tutus in suo credito *§.fin.inst. quib.modis re contrab.obligat.* iniquum est, vt expẽsa custodiæ in cõmuni causa duobus, tota spectet potius ad vnũ, quàm ad alium, & potius ad eum, qui non est rei pignoratæ Dominus, quàm ad dominum, ad quem sicuti spectat argumentum, si quod durante pignore accedat, ita spectare debet incommodum, & decrementum impensæ: *l. diuortio.§.impendia,ff.sol.mat. l.omnium. C.de operib.public. l.secundum naturam, ff.de regul.iur.*
16 Secundo cum ad eum spectet † onus impensarum, ad quem fructus rei pertinet & illos percipit. *l.*3.*l. neque ff.de impensf.in in reb.dotal.fact.l.hactenus, ff. de vsufruct.*
17 ideo vsufructuarius est obligatus † soluere collectas, tributa, & alia onera imposita rebus, quibus fruitur, *Pinel.in l.*1.*C.de bonis matern.part.*2.*nu.*72.*versf.Distinctio. fol.*119.*vsque ad* 128.*Garzia. de expensf.c.*11. *n.*45. *vsque ad* 62.*Molin.de iure primogen. lib.*1. *cap.*27. *n.*8.*Festasf.Tract.de Aestim.& collect.part.*2.*cap.*4.*n.*26.*cum alijs cumulatis à Valasf. de inr.emphit.q.*17. *quia ista*:
*n.*1.

18 *n.1.& seq.* nec excusatur† nominando auctorem proprietatis. iuxta cõgesta à *Gabriel. cons.47.Paulus lib.1.n.6.& 7.* Cum
19 fructus † pignoris spectent ad dominum rei pignoratæ, & à non domino percepti, sunt à percipiente restituendi. *l.1. C.de pi-*
20 *gnor. action.* & imputantur in sortẽ † principalem, si percipiantur à detinente rem oppignoratam *d.l.1.C.de distract.pignor. c. illo vos.de vsur.Boer.decis.78.fructus.n.1.*&
21 si illi excedant† summam debitam pignoris causa, repetuntur à percipiente, & pignus detinente actione pignoratitia. *l.1. vers.si debitum excedant. C. de pignorat.*
22 *action.Natta cons.536.nu. 20.* † addendo etiam si qui percipi poterant, quia illi tanquam vmbra corpus semper consequũtur dominum rei. *l.si dominium. C. de pignor. l.2.§.item quæritur ff.de acquir. rer.domin. Menoch.de recuper.possess.Remed.15.n.578. & seq. Cæsal.cons.3.n.71. & cons.63.nu.2. & seq.* nulla suadet æquitas, vt recipiens pignus sit obligatus ad illius custodiam, suo ære, suoque sumptu, & comprobatur ex *Ruin.cons.100.narratur lib.4.* dum vo-
23 luit socium † recuperantem communem castrum, posse repetere expensas factas in recuperatione facta communi nomine, quæ in dubio præsumitur.

Non obstat quod dicatur recipientem pignus esse obligatum ad illius exactam
24 diligentiam † *d.§.fin.inst.quib.mod.re contrah.obligat.* quia cum imperator non addat, quod si in custodia requiratur expensa, vel diligentia, & labor alterius, quia nõ sufficiat cura, & labor eius, qui pignus recepit, non est onus oneri addendum, sed
25 potius detrahendum, quia obligatio † est stricti iuris, & quod in illius conceptione ab homine, vel lege, & omissum, habetur pro omisso. *l.quidquid astringendæ, ff. de verb.obligat.Frãc.Bec. cons.1.n.18.* lex enim
26 quod non disponit, nec nos dicere †debemus, quia illa tamquam certa *cap. erit autem dist.4.* suos habet limites, nec nostrum est, aliquid velle illi addere, vel detrahere, *cap.consuluisti.2.q.5.* nec quod lex non dicit, nos dicere debemus. *l. si seruum §.non*
26 *dixit, ff.de.acquir.hæred.* nec quod iure sãcitum non reperitur, est superstitiosis interpretationibus affirmandum. *Frãc. Bec. cons.23. n.5. Crauet.cons.90. Rector.nu.2. vers.secundo Surd.cons.163. Arbitror. nu.8.* & facit illud Dauid. Legem pone mihi Domine, à quo nostri firmarunt assumptum,
27 vt erubescendum sit sine lege loqui, tam affirmando, quàm negando. *§. consideremus auth.de triment.& semis.Bald.cõs.440. secundum.lib.5.n.1.in fin.*

Vel etiam dicitur sequendo distinctio-
28 nem † *Bart. in l. si non sortem, l.26. §. libertus, ff. de cond.indeb.* quod expensa custodiæ castri pignorati sit incerta, & non potuerit præuideri à recipiente pignus, quod si faciat ille impensas custodiæ, vt eas repetat, secus autẽ si expensa est certa

Et hac ratione verũ dixit *Bald. in l.quæ fortuitis, C.de pignor.action. num. 37. vers.*
29 *& pone exemplum* dum † voluit fœneratorem, qui sub vsuris recipit pignus, esse obligatum reficere damna data à tineis in vestibus sibi oppignoratis, quia is casus est frequens, seu certus, & ideo emendandus ab eo, qui illum non euitauit.

Posito itaque pro constanti, quod recipienti castrum pro pignore, seu cautione sui crediti, reficiendæ sint expensæ, quæ in casu nostro dici possunt melioramenta, si quas fecit in eiusdem castri custodia.

30 Ampl.† præsertim † si pignus sit gratuitum, nempe quod recipiens sub vsuris nõ crediderit pecunias domini castri, qui pro cautione dedit castrum in pignus, *l. in rebus, §. possunt, ff. commodat. per quem text. Bart. in l. si non sortem. §. libertus, ff. de condict. indeb. num.32. vers. si vero promissio.* concludit quod si quis gratis pręstet operas suas alicui, vt sit alẽdus ab eo cui præstat operas.

31 Ampl. præsertim † si melioramenta sint necessaria, *l. si necessarias, l. si seruos, ff. de .pignor.action. Peregrin. de fideicom. art.50.nu.42.in fin. Rebel. de obligat. Iust.*
32 *lib. 7. quæst.2.nu. 2. in prin.* ampliando † etiam si res pignorata pereat.

33 Ampl. etiam vbi recipiens † castrum in pignus, licet non haberet facultates ad custodiam sufficientes, tamen ære alieno custodiuit, arg. dictorum, *Bartol. in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb.num. 31. vers. Tertij dicunt.* concludendo licet regulariter libertus sit obligatus suis sumptibus præstare operas gratis domino, fallit tamen regula, si ille non habet vnde se alat.

34 Ampl. præsertim vb expensum † fuit vltra

vltra ſolitum vrgenti ex cauſa, vt quia
ſubeſſet timor occupationis illius, *Cuman.
conſ. 19. in fin. quãm refert & ſequitur Pe-
tra de fideicom. quæſt. 15. num. 229. in
princ.*

35 Ampl. præſertim † vbi melioramenta,
ſeu expēſæ factæ cauſa cuſtodiæ ſunt per-
petuæ, *Roman in l. diuortio, §. interdum, ff.
ſolut. matrim. num. 4. verſ. Aut pro cuſtodia
perpetua, & Alex. eadem l. diuortio, §. im-
pendia, num. 4. in princ. & Imol. ibid. verſ.
Tu adde. Petra de fideicom. quæſt. 15. num.
228. circa med. verſ. ſecus ſi ſint perpetuæ,
& num. 229. in princ. verſ. expenſæ factæ
pro cuſtodia, & num. 230.*

36 Amplia etiam ſi malæ † fidei fieret de-
tentor pignoris, *Roman. ſingul. 336. malæ
fidei*. Exemplum eſſe poteſt, ſi poſt inter-
pellationem ad recipiendum pecunias, &
reſtituendam oppignoratam arcem, vel
ſoluto matrimonio, fiant expenſæ cuſto-
diæ cauſa, & conferunt, quæ *dixi ſupra,
§. 6. & 9.*

Ampl. præſertim † vbi non factis huiuſ-
37 modi expenſis arx erat peritura, vt puta,
quia hoſtes eſſent illam occupaturi, *Imol.
& Alex. in l. domos. ff. de legat. 1.* quia tales
expenſæ ſunt perpetuæ, & vtiles domino,
facta arcis defenſione.

Ampl. etiam † vt detur retentio ob ex-
38 penſas, quas quis fecit in illius recupera-
tione, vt per multa iura concludit *Ruin.
conſ. 100. Narratur, lib. 4. nu. 6. Ioan. de
Anan. conſ. 32. num. 10. circa med.*

Ampliari, & limitari poteſt ex dictis
ſupra §. 17. vbi de melioramentis factis
in feudo.

39 Ampl. etiã † ſi recipiens pignus ſit con-
ſanguineus, vel amicus, nam illi reficiendæ
ſunt expenſæ cuſtodiæ, & recuperationis
caſtri pignorati, *Alex. conſ. 168. requiſitus
lib.* quem refert & ſequitur *Ruin. conſil.
100. Narratur, lib. 4. in princip. & num. 1.
in princ.*

40 Ampl. præſertim † ſi dominus arcis pi-
gnoratæ ratam habuit talem cuſtodiam,
Socin. conſ. 26. lib. 1. num. 9,

41 Ampl. etiam † ſi dominus arcis pigno-
ratæ proteſtaretur, ne cuſtodiretur, ſi mo-
do ex tali cuſtodia, & arcis conſeruatione
publica vtilitas conſeruatur, vel augetur,
Socin. conſ. 26. lib. 1. num. 12. & ſeq.

42 Ampl. idem dicendum † in emptore,
qui rē alteri hypothecatam meliorauit,
Cord. Tuſc. concl. 178. n. 17. melioramenta.

43 Limit. vbi caſtrum † fuit oppignoratū
ſocio, ſeu condomino, qui eaſdem expen-
ſas feciſſet in cuſtodia ſuæ partis, quas fe-
cit defendendo ſimul partem ſibi oppi-
gnoratam, *l. ex parte. ff. famil. herciſ. vbi
Fulgoſ. num. 2. & ſequen. infert cum gloſ.
44 ibid. verb. amplius.* ad cohæredem † & ſo-
cium, qui in defendendo cauſam com-
munem induxit teſtes, ex remotiſſima re-
gione, in quorum examine grandem fecit
expenſam, *Rom. ſing. 653.* concludens ſo-
cium non repetere expenſas factas à ſocio
in recuperanda re communi, ſi eamdem
quantitatem erogaſſet in recuperanda
ſua parte, quam erogauit in totius recu-
peratione, *Natta*, concludens fiſcum
non repetere expenſas factas in menſura
fundi communis, quia eaſdem faceret
recuperando portionem ſuam tantum
*conſ. 303. ordinquis num. 3. Petra de fidei-
com. quæſt. 15. num. 239. in fin.* concludens
quod taxante Statuto Placētino mercedē
notarij, & Aduocati, vbi vna cauſa exce-
45 dit mille † & ſocius litis, qui habet par-
tem excedentem eam ſummam, defendit
litem totam, non repetit partem impen-
ſarum à ſocio, quia is, nihil vltra erogauit
in parte ſocij, quam erogauit in parte ſua
46 tantum, Si quid † tamen vltra erogauit
ratione partis ſibi oppignoratæ, vel defen-
ſio erat indiuidua, illud repetit, *Angel.
conſ. 149. Quædam num. 2. Ruin. conſ. 100.
Narratus lib. 4. num. 3.* concludens repeti
pro rata, ſi fuerint factæ expenſæ com-
muni nomine, prout in dubio præſumitur
factum.

47 Limit. vbi detinens arcem † pignora-
tam percepit fructus pares impenſa facta,
nam ceſſat repetitio, & fit compenſatio,
*Roman. in l. diuortio, §. interdum, ff. ſol.
mat. num. 4.* addendo præſertim ſi impen-
ſa ſit temporalis. Sequitur *Petra, de fidei-
com. quæſt. 15. num. 228. in princ. Bald. conſ.
303. Ad euidentiam, lib. 1. num. 2. circa fin.
verſ. fructus tamen*, & conferunt arguen-
do à contrario ſenſu *dicta ſupra cap. 8.
nu. 72. Ampl. 24.* cum depoſitarius nullum
genus dominij in re depoſitata habeat, &
non faciat fructus ſuos.

48 An autem in huiusmodi fructibus † cõputetur vsus habitationis castri, vel domus hypothecatæ, videndus *Crauet. consi. 408. Coram num. 12. & seq.*

Limit. vbi melioramenta, † seu expensæ sunt factæ ad æmulationem, seu præiudicium domini, qui arcem oppignorauit. *Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 229. vers. secundo*, & conserunt *dicta sup. §. 17. n. 66. & seq. Bald. cons. 303. Ad euidentiam, lib. 1. num. 2. vers. licet autem. Socin. cons. 26. lib. 1. num. 5. vers. postremo*, concludens non reficiendas expensas non necessarias, veluti stipendia militum qui erant superflui in custodia, vel qui fuerunt adhibiti tempore quo non imminebat periculum aliquod.

49 Limit. vbi melioramenta † seu expensę sunt excessiuæ arbitrio boni viri, vt latius *dixi supra §. 17. num. 66. & seq.*

---

§. XXI.

SVMMARIVM.

Depositarius & recipiens pignus quando conueniant & differant, 1. 2.

Depositarius repetit expensas factas in re deposita & habet illius retentionem donec illa fuerint sibi solutæ, 3. *ampl.* 4. 5. 6. 7. 8. *Limit.* 9. 10. 11.

Depositarius spoliatus gaudet beneficio Canonis redeintegranda, 12.

Prædo & nudus detentor gaudet beneficio Canonis redintegranda. 13.

1 QVamuis recipiens pignus † differat à recipiente depositum, quia iste obligetur tantum, si quid dolo commissit, vel omissit, ille vero si quid dolo, & culpa fecerit, vel factam fuerit in re deposita, *l. contractus, 23. ff. de regulis iuris, l. si Vt certo, §. nunc videndum, ff. commodat. §. præterea. Inst. quibus mod. re contrah. obligat.*

2 Si tamen deposisum † fuerit factum gratia deponentis, & depositarij, non differt depositarius ab eo, qui pignus recepit, nã pariter obligatur de dolo, lata, & leui culpa, vt ex *Bart. & Alb. tradit Dec. in l contractus, 23. ff. de reg. iur. num. 2. in fin. & num. seq.* sicuti obligatur qui pignus recepit, *d l. contractus.*

3 Ideo si depositarius † fecerit impensas aliquas; seu melioramenta in re penes illum deposita, illa repetit negata depositi restitutione, donec sibi expensæ, & melioramenta reficiantur, *glos. in l. si quis, vel pecunias, C. deposit. quam sequitur Io. Brache. in l. impensæ, 79. ff. de verbor. signif. num. 6. Molignat. tract. de retentione quæst. 52. Depositarius, Castr. l. diuortio, §. impendia, ff sol. matr. num. 5.* concludens depositarium agere posse contraria actione depositi, pro expensis in re deposita. *Scrader. de feud. 2. part. 9. par. section. 2. nu. 112. & seq vbi rationes refert.*

4 Ampl. præsertim si expensæ † seu melioramenta sunt necessaria, veluti si seruo, vel equo deposito, præstentur alimenta à caupone, purgetur frumentum, ne rodatur à tineis, pręponantur milites cum armis, & cæteris necessarijs ad arcis defensionem, *glos. in l. si quis, vel pecunias, verb. exceptionem, C. deposit. vbi Bald. & Castr. nu. 7. & Salic. num. 9.* addendo quã-uis aduersus deponentem, depositarius

5 † nullam opponere possit exceptionem, *l. penult. C. depositis*, admittitur tamen exceptio, quæ oriatur de sua voluntate, id est, vt ego interpretor, ex natura rei procedens, & quod contra repetentem depositum, liceat excipere de melioramentis, late tradit *Boer. decis. 43. num. 15.*

6 Ampl. ijs omnibus † casibus quibus dixi, reficiẽda esse melioramẽta vtilia, vel necessaria malæ fidei possessori, §. 6. 9. & 10.

7 Amplia etiam in melioramentis, † necessitate iuris factis, veluti si strauit quis, vel refecit viam ante fundum vrbanum, vel rusticum, quem retinebat in depositũ, & idem dicerem de quocunque alio habente genus aliquod dominij, vel possessionis, ad tempus, vel in perpetuum, *Iaf in l. 1. C. de iur. emphyt. num. 25. in fin. Valas. de ius emphit. quæst. 26. nu. 4. circa med.*

8 Ampl. etiam, quod † res deposita pereat, si tamen melioramenta erant necessaria. *Rebel. de oblig. Iust. lib. 7. quæst. 2. in princip.*

9 Limit. poteft regula † huius §. multis casibus quos diligẽs Lector colliget, ex regula Constituta sup. in princip. huius §. capitis

10 Li-

10 Limit. vbi depositarius † percepit fructus qui æquent impensas factas, *vt dixi in §. antecedenti. Limit. 11.*

11 Limit. vbi depositarius † scit, aut scire debebat, quod in custodia depositi necesse erat facere expensas, argumento eorū, quæ dixi de custodia pignoris in proximo & antecedenti. *§. vers. vel etiam dicitur,* quod præsertim crederem procedere si depositarius offerret se ad recipiendum depositum, nam sicuti isto casu obligatur vltra regulas depositi de leuissima culpa, *l. 1. §. sæpe. vers. sed & si, ff. depositi addentes ad Dec. l. contractus, ff. de regul. iur. nu. 2. vers. depositarij.* Non est absurdum, quod sit etiam obligatus ad expensas custodiæ de suo, *arg. dictorū à Petra de fideicommiss quæst. 15. num. 231.* & hoc vidi practicari in deposito Vallis Tellinæ, quæ fuit in controuersia Gallorum & Hispanorum depositata penes Sedem Apost. quæ cum fuisset deinde spoliata, Vrbanus Papa eius nominis Octauus conquestus apud Ludouicus XIII. Galliarum Regem, quod

12 à suis ministris fuisset spoliatus, † & ideo restituendus, *Io. Andr. ad spec. de petit. & pos. in princip. quem sequutus est Socin. cons. 37. lib. 3. col. fin. vers. secundum remedium, & in l. rem, quæ nobis, ff. de acq. possess. num. 6. vbi Ripa, num. 21. testatur de communi. Plot. de in litem iurand. num. 63. Natta cons. 563. num. 29. Hieronym. de Mont. quæst. 23. num. 3. Gabriel. de restitut. spoliat. conclus. 5. num. 4. Iacob. de S. Georg. in l. manifestissimi. §. 1. C. de furt. in fin. Cassad. decis. 14. nu. 8. ad Regul. Cancel. Gomes. asserens Rotam sæpe ita iudicasse ad Regul.*

13 *de Annal. quæst. 57.* addendo † remedium *canonis redintegranda*, concedi nudo & mero detentori, & prædoni, præsertim aduersus alium quam deponentē. *Tiraq. tract. le mort saisit part. 3. declaration. 3. nu. 4. & seq.* fuit idem Sum. Pont. Vrbanus ad eiusdem Vallis Tellinæ depositum restitutus, cum non leui impensa Sedis Apost.

§. XXI.

SVMMARIVM.

Commodatarius repetit expensas si fuerint non modicæ & duraturæ vltra tempus restitutionis, 1. est obligatus ad interesse commodantis, 2. non retardat exequtionem in eum latam exceptione melioramentorū, 3. Retentio rei melioratæ negatur tutori, curatori, & negotiorum gestorum, 4. Limita, 5.

1 Depositario, proximus † est commodatarius, qui si quid, cogente necessitate, vel suadente vtilitate, impēdit in re commodata, quod nam sit modicum, vel duret vltra tempus, quo restituitur commodatum, repetit, ea ratione quod sicuti commodatarius est obligatus ad id,

2 quod † interest commodantis, si rem restituat deteriorem, *l. 3. §. si reddita, ff. commodat.* ita recipiens commodatum est obligatus reficere, si quid pro conseruatione illius fuit expensum, vel fuit melioratum, *Peregrin in fideicom. art. 50. nu. 42. in fin. vers. itē commodatarius, Bartol. loquens de equo commodato in l. diuortio, § impendia. ff. sol. matrim. num. 2.* concludens non repeti cibaria illi præstita, secus si fuit curatus non leui impensa. *Cast. d. § impēdia, nu. 5.* concludens dari commodatario actionem cōtrariam commodati, pro expensis factis in re commodata, *modo non sint leues, Rebel. de obligat. Iustit. lib. 7. q. 1. num. 11. Barbos. l. diuortio, § si ff. solut matr. num. 69. modo sint vtiles addit. Io. de Amic.*

3 *cons. 98. n. 9.* quare non retardabitur † exequtio sententiæ latæ ad fauorem commodantis super restitutione rei commodatæ, secus si sententia lata fuerit ad fauorem alterius, quia deficit contra illum actio commodati & satius est inhærere rei, quam agere in personam.

Cumulabo hoc §. quid dicendum de expensis, seu melioramentis factis à tutore, curatore, & negotiorum gestore, quisque enim illorum, non suam, sed alienam facit causam. & resolutiue procedendo, quam-

4 uis † istis negetur rei melioratæ retentio, quia propriam, & spetialem habent à iure actionem, qua repetant, quæ vtiliter, vel necessario gesserunt, in re aliena, *vt dixi sup. c. 8. nu. 101.* Attamen quisque illorum repetit, quæ in pupilli, vel minoris, & eius cuius negotia gessit, errogauit, *l. sed an vltro, §. 1. l. qua vtiliter, ff. de negot. gest. l. si vero, §. si mihi, ff. mandat. l. cum plures, §. fin. ff. de admin. tut. Bart. l. 1. §. necessariæ, ff. de* im-

impens. in reb. dotal. fact. num 5. Archidiac. cap. quicumque, 12. q. 2. num. 4. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 42. in fin. non facta distinctione an pluris vel minoris æstimētur tempore quo reficiuntur, quam quo sunt facta, & an extent, vel perierint casu, vel fortuna, vel vsu, vt dicam *infr.* §. 30.

5 *Limit.* 5. † distinguendo tamen *iuxta Archid. & Bellam. d. cap. in procuratore*, an illa fecerit cum mandato, vel sine.

§. XXIII.

SVMMARIVM.

Socius repetit expensas, & melioramenta facta in re communi pro rata sociali, 1. Ampl. 2. 4. 5. 6. 7. 8. Limit. 9. 10. 11.

PAululum recedendo à præfatis, quos dixi nullum dominij genus habere, agam hic quid dicendum de socio, qui pariter in parte socij re diuisa, nihil prætendere potest ratione communionis in parte socij, & quamuis *Franc. de Porcellinis in suo tract. de duob. fratrib. quæst. 2. n. 45. vers. sed si vnus*, non sit ausus quidquam decidere; tu tamen omissa disputatione

1 dicas, socium † facientem rem communem meliorem repetere posse, pro rata à socio, expensas, *Corn. conf. 222. lib. 2. num. 5.* vbi plures congerit, *l. filiæ, C. famil. hercis. Decian. cons. 129 Circa lib. 2. num. 6. Petra de fideicom. art. 15. num. 224. Balzaran. §. si vasallus hic finit l. n. 5. in fin.*

2 Ampl. præsertim † in expensis factis in recuperatione rei communis, *Petra loquens de castro recuperato, de fideicom. art. 15. num. 219. & seq. pluribus*, late prosequitur.

3 Limitat † si socius tantum expendit pro parte socij quantum expendisset pro recuperatione suæ partis tantum. *Rom. singul. 653.* expendēs. *Tepat. concl. 552. communi diuidundo.*

4 Ampl. quod si socius † fuerit contumax per quatuor menses in solutione partis expensarum, quas pro rata rei communis soluere debet, pro refectione, amittat portionem suam, & fiat socij, qui fecit expensas, *l. si vt proponis, C de ædific. priuatis, l. duobus, §. idem respondit socius, ff pro socio. Ias. in §. sequens. Institut. de action. num. 48.* asserens hoc esse diligentissime notandum, & idem fuisse dictum ab *Aretin: ibidem*, quos sequitur *Decian. cons. 29. Circa lib. 2. num. 6.* Consultus super melioramentis factis ab vno ex fratribus in communi arce, *Corn. cons. 222. lib. 2. num. 5.* ad-

5 dendo dari optionem † facienti melioramēta, an vellit pretium melioramentorū, vel totam rem melioratam habere.

6 Ampl. quod si contingat † rem communem diuidi, res meliorata sit danda socio, qui illam meliorauit, *Ruin. consil. 131. visis & ponderatis, lib. 1. num. 15. Vrsil. ad Afflict. decis. 87. Magnum, num. 7.* asserens hoc esse notandum, & habuisse in facto.

7 Amplia, vt sit obligatus † ad interesse socij, qui fecit melioramenta, *Corn. cons. 222. lib. 2. num. 5.*

8 Ampl. etiam in expensis factis † in recuperatione rei communis fratribus, *Ruin. cons. 100. Naratur. lib. 4.* qui loquitur in fratre recuperante castrum commune sibi & fratribus, addendo concedi retentionem recuperanti.

Ampl. in pluribus casibus quos diligens Lector colliget ex regula constituta, *supra cap. 8.* sicuti ex eadem regula colliget plures casus, quibus supra formatum assumptum limitari potest, vltra eos, quos mox dixi.

9 Limita vbi socius † non fecit melioramenta contemplatione societatis, quod in dubio non præsumitur, sed quia illa alias erat facturus, *Petro de fideicommiss. quæst. 15. num. 224. & seq. & comprobatur ex dictis supra, num. 20.*

10 Limit. in melioramentis † excessiuis, *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. sol. matrn. 75.* declarando præterea qualia sint hæc melioramenta, & *dixi supra. §. 17. num. 66.*

11 Limit. in melioramentis † voluptuarijs, *l. ex duobus, 28. de neg. gest.*

§. XXIV.

SVMMARIVM.

Pater & filius sunt socij & vna eadem persona in ijs, quæ sunt iuris, 1. Limita in foro poli.

Fi-

Filius est portio patris, 3.
Delegatus cum facultate iudicandi iuxta suam conscientiam non potest subdelegare, nec etiam filium suum, 5. & quare, 6.
Auerrois error notatur. 4.
Conscientia quid sit. 7.
Pater recuperat expensas factas in re propria filij, & retinet illam donec reficiantur, 8. Ampl. ibidem, 9. 10. 11. 12. 13. 14. Limit. 15. 16. 17. 20. 21. coniectura quibus pater præsumatur donasse 19. Nabilitatis propriũ est liberalitas, 18.

VIso quid dicendum de melioramentis
factis à socio in re communi, nõ incon-
grue sequitur disquisitio, quid dicendum
si melioramenta fiant à patre in re filij,
1 qui † ne dũ socij sũt, sed vna & eadem per-
sona, in ijs quæ iuris sunt, reputantur, *l. fin.*
C. de impub. §. ei vero, Institut. de inutil.
stipul. Franc. Zoanet. de emp. & vendition.
num. 21. Nam licet ex noua, & diuersa
2 anima ingenita, & indita filio quoad † spi-
ritualia, alia sit persona patris, alia filij,
nec in ijs vnus portat iniquitatẽ alterius,
sed anima quæ peccauerit, ipsa mori de-
beat, *cap. ver zentis, de hæretic. Ezechil.*
cap. 8. & Leuit cap. 14. Couar. var. resolut.
lib. 2. cap. 8. num. 1. & latissime *Guttier.*
Canon. quæst. lib. 2. cap. 30. negari tamen
3 minime potest, quin naturaliter filius † sit
portio patris, iuxta textum *in l. cum sci-*
mus. C. de agricol. & censib lib. 11. quem
credo fuisse desumptum, *ex Arist. 5. & 6.*
Ethic. vbi concludit filium esse quid ex
patre, quod transfusum in persona filij, dũ
generatur, augetur, & multiplicatur noua
anima, nouoque spiritu infusis, & hinc
4 patet † error Auerrois, qui voluit omniũ
hominum eumdem esse intellectum,
quod esse falsum probarunt nostri iuris
interpretes, dum negarunt, si quid com-
5 mittatur decidendum † iuxta conscien-
tiam delegat; quod non possit ille, quam-
uis fuerit à Principe delegatus, causam al-
teri subdelegare. *Abb. cap. fin. §. is autem, de*
6 *offic. delegat. num. 7.* & ratio est, quia † sciẽ-
tia vnius, etiam qui sit pater, non est scien-
tia, nec conscientia alterius, vel filij. *Bald.*
in l. siquidem, C. de except. num. 6. & vt idẽ
relato, D. Chrysostom. in l. fin. §. sed & si quis,
C. commun. de legat. num. 26. in fin. addit,
7 Conscientia † est lex intellectus nostri,
ideo mea conscientia apud alios nihil est,
sed mihi sonat in mentem, & obligat me
& non aliũm.

8 Si ergo pater † vel alius ascendens fa-
ciat meliorem fundum aduentitium filij,
vel alterius descendentis, quod habeat il-
lius retentionem, & expensarum repeti-
tionem, est textus, *l. alimenta. C. de ne-*
got. gest. per quem tex. ita concludit Corn.
cons. 86. Circa. lib. 4. num. 3. Scrader de feud.
2. part. 9. par. section. 2. n. 21. vers. quodque
sumptus, & voluit Vrsil. ad Afflict. decis. 87.
num. 4.

9 Ampl. etiam † in matre, & auia, & reli-
quis ascendentibus ex linea matern. *l. ali-*
menta, C. de negot. gest.

10 Ampl. vt alio † non apparente, præsu-
matur patrem illa fecisse animo repeten-
di, *l. alimenta, vers. ostenderis, C. de negot.*
gestor.

11 Ampl. quod si filius † asserat facta fuisse
ex liberalitate, vel paterna pietate, graue-
tur onere probandi, *glos. l. alimenta, verb.*
ostenderis, C. de negot. gest. & ratio est, quia
donatio non præsumitur, nisi concluden-
ter probetur, *l. campanus, ff. de oper. libert.*

12 Ampl. præsertim † si melioramenta
multum æstimari possint, nam cum inter
patrem & filium sit regulariter prohibita
donatio, etiam quod fuerit expressa, *glos.*
in l. 2. verb. emancipato, C. si aduers. donat.
l. donationes quas parentes, C. de donat. in-
ter virum & vxorem. Peregrin. cons. 79.
Diuisio, lib. 3. num. 2. multo minus valebit
tacita, quæ colligatur ex eo, quod quis
ædificet, plantet in alieno fundo, *iuxta*
§. ex diuerso. Inst. de rerum diuis. Capic. *de-*
cis. 117. num. 3. & seq.

13 Ampl. in reliquis † casibus qui colligi
possunt, *ex dictis supra hoc cap. 8.*

14 Ampl. etiam † quod facta fuerint ex
fructibus fundi qui sit filij, *Neguş. de pigno-*
rib. 4. membr. 5. part. num. 5.

15 Limit. in melioramentis, † seu expensis
litium, quantumcumque magnæ sint, *l. 1.*
C. de bon. mat. l. fin. §. vbi autem, C. de bon.
quæ liber. Corn. l. frater, à fratre, ff. condit.
indeb. num. 123. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff.
mat. num. 44. vers. & quamuis.

16 Limit. vbi melioramenta † sunt modi-
ca, *Bald. loquens de vitrico præstan. ali-*
men-

menta, vel aliud modicum priuigno *in l. si paterno*, *C. de negot. gest. glos. in l. cum quid. ff. si cert. petat.* vbi Doctores, & ratio est, quia ratione modicitatis iuncta sanguinis coniunctione, præsumitur facta donatio, *Ruin. cons.* 171. *Considerat is, lib.* 1. *num.* 13. *& cons.* 100. *vol.* 4. *num.* 5. *dum prius num.* 2. idem firmasset in amico, quod latius sunt prosequuti, *Bart. & Castr. in d. l. cũ quid*, & quod modica melioraramenta à nemine repetantur *dixi supra.*

17 Limit. vbi insurgit † coniectura aliqua, quod pater donandi animo fecerit talia melioramenta, vtputa si ille esset diues, & nobilis, filius autem nihil tunc haberet, quam melioratum fundum, nam ratione personæ facientis melioramenta, quæ nobilis est, & diues, & eius in cuius commodum sunt facta, insurgit præsumptio donationis illorum, *Bald. in l. si paterno*, *C. de negot. gest. num.* 3. *in princ. Bart. in l. cum quid. ff. si cert. pet. num.* 11. *Bald. in l.* 1. *C. ad Velleian num.* 6. concludens, quod ratione diuitiarum præsumitur donatio, *se. quitur Purpuratus in l. cum quid. ff. si cert. petat. num.* 121. addendo procedere etiam quod non sit nobilis, cum tamen nobilita-

18 tis † proprium sit liberalitas, *Rom. singul.* 650. *nobilitas, & vt inquit Alexan.* III. *in cap.* 1. *de donat.* Natura nobilium est multo maiorem referre gratiam, & latè *Tiraquel. tract. de nobilit. cap. fin. nu.* 47. *& seq. plurib.* hinc tantum commendatur liberaralitas. *Crasi in Alcmao, ab Herodot. lib.* 6.

19 Coniecturas † autem plures quibus colligitur patrem voluisse filio donare, refert *Menoc. præsumpt.* 30. *Dubitant lib.* 3. *n.* 11. *& seq. & num.* 39. *vsque in fin.*

20 Limit. vbi melioramenta † sunt facta in fundo filij emancipati, quem filius possidebat. *Bald. in l. siue, C. de probat. num.* 1. *vers. Tertio oppo. Tusc. conclus.* 180. *melioramenta, num.* 25.

21 Limit. vbi melioramenta † sunt facta in fundo filij emancipati, à quo pater recipiebat genus aliquod seruitij, *Bald. in l. si paterno*, *C. de negot. gest. nu.* 3. *in prin. & ibidem glos.*

§. XXV.

SVMMARIVM.

Legata sunt exæquata fideicommissis. 1.
Expensæ factæ in re legata repetantur ab eo cui legatum est debitum, 1. *Ampl.* 2. 3.

1 Legata esse exæquata † fideicommissis in omnibus inquit, *Vulpianus l.* 11. *ff. de legat.* 1. ideo, quæ *dixi supra*, §. 11. de fideicommissario, circa refusionem melioramentorum facienda heredi grauato fideicommisso, repetenda sunt in legatario, cui sub conditione, vel alias non pure sit relictum legatum, vt voluit *Petra. de fideicom. quæst.* 15. *num.* 231. *post med & 235. circa med. Castr. in l. domos*, 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 4 *in princip* nihil præterea addam, sed ad ea, quæ fuse, *dixi supra*, §. 11. me remitto, ne inani repetitione membranas occupem.

3 Ampl. siue legata † sit res testatoris, siue hæredis, pure, vel sub conditione, & siue

4 impensa † sit vtilis, siue necessaria, *Castr. l. domos, ff. de legat.* 1. *in princ. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 62.

§. XXVI.

SVMMARIVM.

Familiæ decus conseruatur diuitijs, 1.
Alienationis prohibitio facta à testatore sine causa non valet, 2. *Limit.* 3.
In successionibus parentum non est à iure facta distinctio inter masculos & fœminas, nec inter primum & secundum genitum, 4.
Statutum excludens fœminas propter masculos est odiosum, 5. 10.
Inter fratres seruanda est æqualitas, 6. *Ampl.* 7. 9.
Genes. cap. 37. *explicatur.* 8.
Primogeniorũ ius est odiosum, sine ratione, & quare, 9. *conuenit & differt à fideicommiss.* 12.
Natura est iusta mater, & non nouerca, 11.
Melioramenta facta in fundo primogenituræ si sint separabilia à fundo nõ retardant execu-

executionem sententiæ latæ ad fauorem primogeniti,13.14.19.22.& quare,15,19 20.Ampl.16.22.24.
Accessorium quando non sequitur naturam sui principalis,16.& seq.
Expensæ litis factæ in causa maioratus, an reficiendæ,23.26.
Compensatio melioramentorum factorum in maioratu, non admittitur cum deteriorامentis,25.
Melioramenta facta in fundo maioratus,quãdo repetantur, si illa sint iuncta fundo, nec per se stare possunt,27.Ampliat.28.
Melioramenta facta in fundo maioratus absque facto,& diligentia possessoris non repetuntur à successore,29.& quare,31.
Clar.reprobatur,30.
Dos est titulus vniuersalis,32.
Melioramenta facta à tertio in fundo maioratus bona fide repetuntur,33.

AGam hoc §. de melioramentis factis in bonis in quibus primogenitus tantum,cæteris fratribus exclusis,succedit,& notandum est, quod licet in iure nostro, fiat mentio conseruationis bonorum in
1 familia,quoad illius† decus,& splendor cõseruetur diuitijs auitis, *l. quisquis, ff. ad leg.Iul.maiest.l.1.§.sed & si seruus.ff. de*
2 *vent.inspiciend.*& quod præceptum † testatoris de non alienando, non obliget hæredem, nisi exprimatur causa, *l.filiusfamilias,§.diui,ff.de legat.1.cum alijs congestis à Sfortia Odd.tract.de probibit.alienat.quæst.2.num.15.& seq.* qui latè interpretatur verba,*d.§.Diui.*si tamẽ talis pro-
3 hibitio fiat de re, per quam † dignitas familiæ conseruatur,vt puta si Astæ, Papiæ, vel Senis,quæ sunt Vrbes in Italia turritæ, testator prohibeat vendi turrim,vel aliud insigne opus, vel lati fundium,valet prohibitio, & sustinetur in vim fideicõmissi, *Socin.Iun.consf.108.Viso puncto,lib.2.nu.5.& 33.*& latè *Sfort.Odd.de probibit.alienat.quæst.3.Ad primum,art.7.num.88.& seq. pluribus.*

Attamen nullibi fit mentio ordinis successionis,vt solus primogenitus masculus, exclusis alijs, & præcipue fœminis,in toto paterno asse, succedatur. Imo contrarium
4 legitur † admissis masculis,& fœminis, & inter illos diuisa paterna substantia in capita & illorum numerum, *l.maximum vitiũ,C.de liber.præterit*, Ideo plures vo-
5 lunt † statuta excludentia fœminas à parentum successione esse odiosa, *Natta. consf.266.in causa,num 2.& 16.& relati à Galganet.ad Stat.Vrbis, lib.1.cap 145. col.2.vers.an autem.*

6 Et cum inter fratres † sit seruanda æqualitas, *l.fin.C.commun.vtriusque iudic.§.vt liberis,C.de collat.§.illud quoque authen.de*
7 *nupt.*& in dubio talis præsumitur † paterna voluntas, *l.cum pater,§.euictis,ff.de legat.2.Corn.consf.309.multum,lib.1. Alciat. Præsumpt.23.regul.1.num.7.dum prius, num.6.* Firmasset parentes debere filios æqualiter tractare, nec vt inquit, *Angel. in d.§.illud onum,* facere vnum legitimũ, & alium bastardum,alias inter illos exoritur inuidia,gignuntur odia, rixæ, & alia incommoda, cũ sita natura insitum metibus omnium velle esse gratia pares,& æquales,ex eo, quod eadem & æqua parens
8 ens natura sibi iũxit quare legitur † *Genes. cap.37.* cæteros filios Iacob, grauiter tulisse Iosephum fratrem fuisse donatum tunica à communi parente; quę tamen non erat auro, vel gemmis intexta, cum nondum in orbe inuehecta fuisset ars trahẽdi aurum,vel argentum, nec cum vitæ periculo expiscandi vniones, & ex visceribus terræ, vel latentibus marmorum, & saxorũ venis rimari adamantes, smaragdos, saphiros, sardios, pyropẽs, carbunculos, chrysolithos.

9 Inde communiter est receptum † ius primogeniorũ esse odiosum,& sine ratione constituendo contrarium inter pares natura, *Cynus in l.barbarius. ff. de offic.tutor. num.4.& in l.rescripta, C. de precib. Imp.oper.num.7.* concludens consuetudinem deferentem vniuersum patrimonium primogenito esse cõtra dictũ Apost. filius ergo hæres, & primogenitum peccare, si iuxta illam totam paternam substantiam occupat, & si vellit esse sine peccato, debere illam fratribus commu-
10 nicare. & idem † dicendum de statuto excludente fœminas propter masculos, concludit *Alexand.consf.128. Consideratis, lib.1.num.3.ex Bart. in l.cunctos populos, C.de summ.trinit.num.42. in fin.& alijs ibidem cumulatis, Aretin.consf.164.Diligenter,*

ier, col.3 verſ.confirmatur, Socin. conſ.252. viſis, col.4. verſ. Septimo, Luc. à Pen. in l.quicumque, C.de princip. agent. in rebus, lib.12.num.1. & in l.1. C. de priuileg. eorum, qui in ſacro palatio.lib.12.nu.7. concludeus ius primogeniorum, eſſe odioſum, quia deprimit ſecundogenitum, quem natura ex eis idem parentibus ge-
10 nuit, nemini † vt ego addo nouerca iniuſta.

Cum autem ius primogeniture in pluribus conueniat cum iure fideicom-
11 miſſarij, & † etiam differat, vt dixi de Differentijs verborum iuris, *§. fideicommiſſum & maioratus*, omittendo plura, quæ *dixi ſupra, ſ.titu. de fideicommiſſario*, circa refectionem melioramentorum, quam ille facere debet heredi ſibi reſtituenti, quæ fuit grauatus reſtituere, & à Iure ſtatutario, apud plures in hac difficultate ſunt conſtituta, vt apud Luſitanos, refert *Rebel. de obli. Iuſt. lib.7.q.9. ſect.3.* quidquid in hac difficultate dixerit *Rebel. q.9. ſect.1. n.1. & ſeq. tres caſus* in ſtylo conſtituti.

13 Primus eſt, vbi melioramenta facta in bonis maioratus ſunt extrinſeca, ſeu ſeparabilia à bonis maioratus, & ſola ſubſiſtere, ſeu certum, & diuiſum ab illis corpus conſtituere poſſunt. & tunc, quia non accedunt, nec cedunt fundo maioratus, non ſequuntur illius naturam, nec ſunt debita ſucceſſori in maioratu, ſed ſunt propria hæredum illius, qui illa fecit, ſicuti ſi ſucceſſor nollit illa reficere,
14 inuitus non cogitur, † ita lata ſententia ſuper reſtitutione maioratus, mandabitur exequutioni, non obſtante exceptione eius generis melioramentorum, *vt dixi ſupra hoc cap. 8. num.* 113. & 140. & ſunt
15 propria † ipſius primogeniti & hæredis illius, qui iura maioratus fecit ampliora, vt exemplo vaſſalli hoc modo meliorantis feudum concludit *Molin. tractat. de iure primogen. lib. 1. cap. 26. Inter, num.2. verſ. ſi res. Surd. conſ.155. num.14. & dixi, d.§.171 num.12. & 140. & nu. 62. & 140. Ludou. Molin. tract. de maiorat. diſputat. 643. Exempla.33. num.1. vbi plura exempla refert.*

16 Ampl. non ſolum † ſi principaliter tale genus melioramentorum addatur bonis maioratus, ſed etiam vbi talis additio fit acceſſorie, & ratio eſt, quia cum talis acceſſio ſit diuerſæ qualitatis, nec proueniat à fonte, ſeu cauſa vnde prouenit ius maioratus, quamuis donec viuit primogenitus, qui talem fecit acceſſionem, videatur idem corpus, & ratione poſſeſſoris iudi-
17 catur à neſcientibus illius animum † eiuſdem naturæ, cuius eſt id, cui fit acceſſio. *l. & ſi non ſunt, §. perueniamus, ff. de aur. & argent. legat. Surd. conſ. 128. num.16. & conſ.789. n.10. & conſ.217. num.18. Marſil. ſingul.17. Acceſſorium.*

Attamen, quia ex vſu, & deſtinatione patris familias iudicatur vtra res cedat, vel accedat alteri, *l. ſi quando, ff. de aur. & argent.* & an vnita corpora ſint vnum, vel plura, *l. locus, 66. ff. de verb. ſignif. l. prædijs, 89. §. titio, ff. de legat. 3. l. quod in rerum, 24 §. ſi quis poſt. l. plane, 34. §. fin. ff. de leg.1.* non mutato, vel alterato illorum ſtatu, & qualitate, vt late probat *Alex. conſil. 171. Accurate, lib.5. num.6.* in perpetuum, cui ad tempus, extenditur enim, & contrahitur qualificatus, & purificatus idem fundus, iuxta domini voluntatem, & conſtitutionẽ, *l. Caius, 88. §. 1. ff. de legat. 1. l. Seia. 20. §. tyranna, ff. de fund. inſtruct.* mutatio,
18 quæ † qualitatis ſtatus rei cum ſit quid facti, non præſumatur, *Bal. in l. ex perſona, C. de probat num.2. l. teſtium, in fin. ff. de teſtib. Maſcard. de probat. concluſ. 873. nu.1. & ſeq. Alexan. conſ. 169. viſo lib 5. num.7.*
19 Quidquid addatur † bonis maioratus, ſi illud per ſe ſtare poſſit, nõ efficitur de maioratu, niſi concurrat actus facti declara-
19 tiuus † indubitatus, & certus, quod quæ ſunt addita, fiant eius qualitatis, & naturæ, cuius eſt id cui additur, *Tiraq. de retr. lig. §.32. gloſ. 1. n.77. & §.34. gloſ. 3. n.4. Natt.*
20 *conſ.479. Difficilis, num.20. & ſeq.* † eam afferentes rationem, quia talis acceſſio eſt diſcreta, ſeu vt interpretor ego, eſt ſeparabilis, non autem indiſcreta, id eſt, inſeparabilis ſine corruptione eius cui acceſſit.

Hinc infertur, quod ſi primogenitus
21 † aliquid acquirit beneficio præſcriptionis; ſeu temporis, ſi non præſcribatur iure primogenituræ, non accreſcere, ſeu accedere iuri primogeniorum, argum. eorum quæ dicuntur à *Bald.* de vaſſallo augente

gente

gente feudum præſcriptione, *in* §. *rurſus, de controuerſ. inueſt. num.* 5. *quem ibidem ſequuntur Martin. Laudenſ. num.* 14. *& ſeq. & alÿ relati à Tiraquel. de retract. lignag.* §. 32. *gloſ.* 1. *num.* 76. *Molin. de iur. primog. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 7. *dum prius num.* 5. *& deinde num.* 8. *cum tribus ſeq.* idem firmaſ-
22 ſet † de bombardis, armis, & munitionibus, cauſa defenſionis, inuectis in caſtrũ primogenitis tantũ debitum, de iuriſdictione acquiſita oppido eodem vinculo obnoxio, *vt dixerat Clar.* §. *feudum quæſt.* 88. *num.* 5. de fundo empto ex iure cõgrui, competenti primogenito dum viuit, & poſſidet bona primogenituræ, de redemptione cenſus, cæteriſque penſitationibus, & oneribus, præſtandis in re non autem in re maioratus, *Molin. de maiorat. diſput.* 643. *exempla vbi ſimilia plura refert. nu.* 1. *ſubdens num.* 2. quid dicendum ſi præſcriptione, vel iure congrui quid accedat.
23 Quid autem dicendum † de expenſis litis, *Barboſ. in l. diuortio,* §. *fin. ff. ſol. matr. num.* 44 *in prin. verſ. & vltra eum. vſque in fin. illius num. & num.* 45.
24 Ampliari poteſt † ſupra firmatum aſſumptum multis modis, ex his, quæ dixi *ſupra hoc cap.* 8. §. 11. & ibidem colliges plures limitationes, & præcipue vbi maioratus ius eſt perpetuum, non defecturum in viuẽte ſucceſſore, *ex Molin. de iur. primog. lib.* 1. *c.* 26. *n.* 15. *ver. ſed mea ſententia.*

Notandum eſt, ad declarationem præcedentium, & ſequẽtis caſus, quod ſi à de-
25 functo maioratus † poſſeſſore fuerint meliorata, & deteriorata bona maioratus; quod non admittitur compenſatio meliorationis, cum deterioratione, iuxta ea, quæ *dixi hoc cap.* 8. *num.* 133. ſed hæres cogitur ſoluere, ſeu reficere deteriorata, abſque ſpe refectionis, ſi maioratus continuet in deſcendentes eius, qui defuncto meliorante & deteriorante ſucceſſit. *Molin. de iur. primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 15. *verſ. ſed mea ſententia, & cap.* 27. *num.* 7. *ex Bart. in l. ſi negotia, ff. de negot. geſt. nu.* 1. *& l. ſi quis negotia. ff. eod. vbi Bart. ſubdens. num.* 10. *vſque in fin.* quid dicendum de
26 expenſis † litium, vt dixi etiam de marito litigante bona dotalia, *ſupra* §. 19. *num.* 26. *& de vſufructuario,* §. 18. *num.* 12. *fideicõmiſſo grauato,* §. 11. *num.* 8.

Secũdus caſus eſt, præcedẽti cõtrarius,
27 vbi meliorationes, † & acceſſiones factæ fundo maioratus per ſe ſubſiſtere nequeũt ſed hærẽt ipſi fundo maioratus, veluti ſi primogenitus redemit ſeruitutem itineris, viæ, aquæ ducendæ, vel recipiendæ, & ſimilium, debitam à fundo maioratus, vel ædificium egregium in illo fecit, & tunc quia auelli non poſſunt à corpore cui hærent, fiunt illa de iure primogeniorum, ſoluto illorum pretio à ſucceſſore, ſi in illius perſona deſinat, & extinguatur vinculum primogenituræ, ſecus ſi continuat in alios, *Molin. de iur. primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 11. *&* 15. *verſ. ſed mea: Laeet n.* 12. diſtinguat circa ſeruitutem, an illa fuiſſet empta, vel gratis conceſſa, & an præſcriptione, addendo, *n.* 16. *verſ. illud autem,* poſſe hæredẽ primogeniti defuncti auferre ex ædificatis omnia, quæ commode tolli poſſunt, dummodo fundus non fiat deterioris cõditionis, quam erat antequam fuiſſet ædificatum, quod idem eſt, ac ſi dixiſſet, poſſe auferri ruta, & cæſa ſi nollit ſucceſſor illa ſoluere, *argum. eorum, quæ dixi ſupra, hoc cap.* 8. *num.* & §. 7. *num.* 23. & firmant *Molin. de maiorat. diſput.* 644. *Molin. de iure primogenit. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 11. qui exempla plura referunt, & præcipue ſi ſit acquiſita ſeruitus. & ideo lata ſententia ad fauorẽ primogeniti nõ retardabitur illius executio per exceptionẽ melioramentorum huius generis.
28 Ampl. vt detur † melioramentorũ repetitio, etiam quod bona maioratus fuerint reſtituta. *Valaſ. de iur. emph. q.* 25. *n.* 25. *in fi.*
29 Tertius caſus eſt, vbi ſine facto, † & abſque diligentia aliqua primogeniti, augetur, & fit melior fundus primogenialis, vt puta ſi latenti, vel apparenti augmento, extendãtur fines illius. quod aliter non cõtingit, quã iure alluuionis, & tunc quid-
30 quid diſtinguat, † *Clar.* §. *feudum, q.* 88. *num.* 3. *Molin. de iure primogen. lib.* 1. *c.* 26. *num.* 17. *verſ. ſed quamuis.* concludit tale augmentum effici de iure primogeniorum. *Subdens num.* 18. idem dicendum de vſufructu conſolidato cum proprietate vſufructuarij, vel extincta linea emphiteotæ, vel aliter deficiente dominio vtili illi conceſſo, *eam num.* 19. *& ſeq.* afferes,
31 † rationem, quia titulus iuris primoge-

Cc nio-

rum est vniuersale, aptum capere augmentum, & diminutionem, etiam quod fuerit constitutum in singulari corpore, vt puta in domo, vinea, & similibus, vt in
32 simili dicitur† de dote *à Bart. in rub. ff. sol. mat. num.* 18. *& seq. vbi Ias. num.* 28. testatur de communi, *& Ripa. num.* 43. *&* & idem dicitur de peculio, grege & similibus, quæ dicuntur vniuersalia facti, non, autem iuris, vt declarat *Loffredus cons.* 11. *Quoniam, num.* 17. addendo ideo in istis dari rei vendicationem, in illis nequaquam.
33 Melioramenta facta bona fide † à tertio in fundo maioratus repetuntur ab euincente fundum melioratum, *Guttier. pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 68. *quaro circa nu.* 1. *& seq.* & similia sunt dicta *sup. §.* 11.
34 An autem casu † aliquo sint compensanda melioramenta cum fructibus perceptis, latè agit *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. num.* 44. *vers. & in specie.*
35 An in duobus primis casibus † quibus soluenda sunt melioramenta, solutio sit facienda ex fructibus, vel bonis maioratus, vel successoris, *Lud. Molin. de maioratu. disput.* 644. *col.* 2. *vers. vnde autem.*

---

§. XXVII.

SVMMARIVM.

Beneficia Ecclesiastica differunt à feudo, & emphiteusi sola qualitate Ecclesiastica, & nomine, 1.
Clericus repetit melioramenta facta in bonis sua ecclesia, 2. *Cõtrarium*, 3. *Affirmans opinio comprobatur*, 4. *& seq.* & 19. *& quare*, 32 *Ampl.* 14. 15. 17. 20. 21. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 41. 42. 43. 44. *Limit.* 45. 46. 47. 57. 58. 59. 63.
Clericus beneficiatus donec viuit æquiparatur vsufructuario, 5.
Beneficium lingua Lombarda idem est, quod feudum, 6. *Declaratur*, 8.
Federicus Aenobarbus quare indignatus Hadriano Papa VII.
Prælatus repetit expensas factas pro defensione Prælatura, 9.
Pecunia qualiter probetur versa in vtilitatem Ecclesiæ, 10.
Ecclesia bona rite dicuntur alienata, si alienentur pro extinctione æris alieni, 11.
Successor in beneficio conueniri potest ad solutionem debiti contracti pro necessitate Ecclesiæ, 12. *in pluribus æquiparatur hæredi*, 13.
Alienatum non dicitur quod fuit necessitate cogente alienatum, 16.
Clerici hæredes conueniri possunt ad resarcienda damna illata ecclesiæ à clerico, 18. *eidem sunt reficienda melioramenta facta in bonis ecclesiæ*. 19. *Amplia*. 39. *Limit.* 40. 62.
Expensa litis sunt expensæ necessariæ. 22.
Dignitate priuatus non caret commodis illius, 29.
In pœnalibus stricta fit interpretatio. 33. *Ampl. ibidem.*
Clericus quando sit obligatus resarcire damnum illatum suæ ecclesiæ, 35.
Empta ex pecunia redacta ex fructibus bonorum ecclesiæ fiunt ecclesiæ, non autem clementis, 48.
Ecclesia quare captum relinqui bona, 49. *tale institutum seruauit Pius Quintus Sum. Pontif.* 50. *illorum diuisio non mutauit illorum naturam*, 51. *qualiter diuidenda*, 52. *administrator illorum est clericus*. 53. *Ampl.* 54. 55. 56.
Altari qui seruit, de altari viuere debet 60.
Butrius } *Ancaran* } *Declarantur*, 61.
Clericus regularis quidquid requirit statim fit ecclesiæ 63. *Ampl. ibidem Limit.* 64.

Dixi supra hoc capite octauo *num.* 55. me latius acturum de melioramentis factis à Clerico, & quocumque alio, qui nomine clerici comprehendatur, in beneficio, ad cuius titulum fuit ille promotus, vel vt decentius viueret, de illo prouisus, volui illa annectere dictis de maioratu in antecedenti §. quia quæ de isto dicuntur, vel deciduntur, iuxta ea, quæ sunt recepta in fideicommissis, vt inquit, *Molin. de iure primogen. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 7. 16. *& seq. & cap.* 7 *num.* 1. *& seq.* vel in feudo, & emphiteusi pronuntiantur, vt refert idem *Molin. dicto lib.* 1. *cap.* 5. *& cap.* 7. *n.* 7. *& seq.*

1 & seq. cum ista duo † nomine beneficij, quia gratis ab origine, vel saltem sub modica recognitione conceduntur, *vt dixi de laudem, lib. 1. quæst. 21.* beneficia enim ecclesiastica, sola qualitate ecclesiastica differunt à feudo, *c. fœlicis, §. si qua vero, de pœnis in sext. clem. 1. eodem tit. Petr. Gregor. de benef. cap. 6. num. 2.*

2 Clericum, & quemuis alium † qui nomine illius comprehendatur, posse repetere si melioramenta fecerit in rebus beneficij ab illo possessi, probatur, *cap. quicumque 12. q. 4. per quem textum, ita firmant in cap. de multa, 28. de præbend. Ioan. Andr. num. 19. vers. idem in eo, Abb. nu. 14. Butr. num. 31. vers. alius est casus, Henric. Boic. nu. 12. in princ. vers. idem in eo, Imol. num. 19. vers. fallit sexto, Io. de Anan. nu. 5. vers. sexto fallit. Anchar. num. 12. in princ. vers. idem in eo. Boer. decis. 44. nu. 14. vers. & idem in eo. Afflict. in cap. 1. §. si vassallus hic finit lex nu. 7. Bero. cons. 79. lib. 2. n. 61. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 43. Ias. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condit. indeb. in fin. Menoc. de recuper. possess. remed. 11. num. 16. Archid. Gemin. Turrecremat. & Bellam. in dict. cap. quicumque 12. q. 4.*

3 Contrarium, seu quod † cedant ecclesiæ, tenet *Zabarel. in cap. fin. de pecul. cleric. num. 12.* eam afferens rationem, quia magna est coniunctio clerici, *cum ecclesia.*

4 Affirmans hæc opinio † comprobatur ex his, *quæ dixi supra, §. 17. & seq.* de vassallo, & vsufructuario, qui proprietatem, vel feudum meliorauit, clericus enim

5 † beneficiatus æquiparatur donec viuit vsufructuario, *gloss. cap. præsenti, verb. reseruari. de offic. ordin. Couar. in cap. cum in officijs, de testam. num. 1. Clar. §. testamentum. quæst. 27. num. 8. vers. quarto, Socin. cons. 32. lib. 1. num. 2. & 9. & lingua*

6 *Longobarda † beneficium idem est, quod feudum.*

7 Nec non ex his, quæ sunt † recepta à Doctoribus, quod prælatus repetat ab ecclesia expensas factas pro defensione prælaturæ, seu dignitatis suæ, *Federic. de Senis, cons. 119. Nullis, num. 1.* concludens si mutuo accepit pecunias, quas errogauit in prosecutione suæ electionis, & confirmationis, quod ecclesia, & successores debent illas mutuanti restituere, quia consumptæ in vtilitatem ecclesiæ, subden-

8 do † quod genus probationis requiratur, vt dicantur pecuniæ versæ in vtilitatem ecclesiæ, *Socin. cons. 15. num. 28. & cons. 29. num. 2. lib. 2.* concludens alienationem

9 † bonorum ecclesiæ fuisse Canonicam pro extinctione æris alieni contracti pro motione, & defensione prælati. Sequitur *Phœnuc. tract. de inuent. pars 5. num. 45.* addendo ab ista opinione non esse recedendum. Nec non ex hijs, quæ dicuntur

10 de successore in beneficio, † vt possit cõueniri, & obligetur ad solutionem debiti contracti à prędecessore pro ecclesiæ necessitate, *cap. 1. de solution. vbi Abb. num. 1.*

11 *& 2.* concludit successorē, † in beneficio in pluribus æquiparari hæredi, & quod ecclesia, etiam defuncto prælato, est obligata ex debito contracto ob necessitatē ecclesiæ, *ex late Phœnuc. de inuentar. §. an inuentarium efficiat, nu. 45. & seq.*

12 Ampl. præsentia † si talia melioramenta, vel expensas fecit ex pecunijs patrimonialibus, *Abb. in cap. cum pro causa, 6. de procur. num. 2. in fin. & in cap. de multa. de præbend. num. 14. cap. quicumque. 12. q. 4. vbi Gemin. notat in prin. & est textus in cap. Sacerdotes, 12. q. 4. Sarnen: late hoc comprobās. tract. de redd. eccl. par. 3. c. 1. n. 7. Abb. cap. fin. de pecul. cleric. num. 2. Peregr. de fideicom. artic. 50. nu. 43. Serad. de feud. 2. part. 9. pact. sect. 2. num. 21. vers. huc accedit. Afflict. §. si vassallus hic fin. lex, n. 7. in fi.*

13 Ampl. præsertim probata † vtilitate, & necessitate faciendi expensas, & melioramenta, *argum. textus in l. tutor rerum: l. quoties, §. non tantum, l. non existimo. ff. de admin. tut. per quæ iura, Oldrad. cons. 182. num. 1. in fin.* concludit non dici alienatum,

14 † quod necessitate cogente fuit distractum, vel donatum, vel dotatum.

15 Ampl. vt clericus possit † de talibus melioramentis, & expensis testari, *c. quod cum, 12. q. 2. per quem textum, ita firmat Abb. in cap. de causa 6. de procur. n. 1. in fin.* & hoc persuadet concludens ratio, quod si prælatus committendo, vel omittendo, intulit damnum aliquod ecclesiæ, fundo

16 illius † hæredes obligati illud resarcire ecclesiæ, *gloss. in auth. idē est Nestorianis, C. de hæret. Io. de Plat. in l. vnic. C. de colon.*

Illiric. lib.11. in fi. Host. cap. cum in ecclesijs, 7. de testam. num. 9. in fin. Molin. de iur. primogen. lib. 1. cap. 27. num. 2. subdens nu. 3. in regno Castellæ seruari, vt mortuo prælato, instante successore electo relaxetur à regio consilio præceptum, vt corrector ciuitatis dignioris, & vicinioris curet, vt hæredes prælati defuncti simul cum successore illius nominent peritos ad æstimanda damna data à defuncto bonis prælaturæ, & iuxta illorum æstimationem, si concordes fuerint, alias quid tertius peritus iudicet, æstimetque, reficiant, & ita vidisse sæpe factum. Ita hæredi cle-
17 rici † & prælati reficienda sunt melioramenta, si quæ fecit in bonis ecclesiæ, cum contrariorum eadem sit doctrina, vt arguit *Gratianus in cap. 1. §. si quis vero, 12. quæst. 4.* inquiens si quis pro compendio suarum rerum, ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerum ecclesiasticarum, in rebus proprijs detrimẽtum passus fuerit, vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patientibus resarciãt. *Henric. Boich. cap. fin. num. 1. à princ. de pecul. cleric.*

Contrarium tenent *in cap. fin. de pecul. cleric. Butr. num. 3. in princ. & Io. Anania, num. 2. concorda ex dictis inf. de melioramentis industrialibus clerici.*

18 Amp. quod si beneficiũ melioratũ † vacet per assecutionẽ secundi incõpatibilis, detur ipsi melioranti, & prouiso, retentio beneficij meliorati, donec fuerit de melioramentis satisfactus, *cap. Quicumque, 12. q. 4. per quem textum, ita firmant in cap. de multa, de præben. Io. Andr. Abb. But. & reliqui, quos retuli supra. vers. clericum. & est textus in cap. fin. de pecul. cleric.* nisi tamen melioramenta sint facta post receptionem secundi incompatibilis, *Ioan. Andr. dict. cap. de multa, num. 19. vers. secus in his, & Henr. Boich. num. 15. Io. de Anan. num. 4. Butr. num. 31. vers. alius est casus. Anchar. num. 12. vers. idem in eo.* addendo hunc esse casum mirandum, quare cõcludit æquius, & honestius esse, vt agatur ad repetitionem, cum idem dicatur in dote, commodato, re pupilli, & alijs non æque priuilegiatis. Multum contrarius dicta vrget, *cap. quicunque, 12. q. 4.* & regula, vt facilius detur retentio quam actio.

19 Ampl. etiam in expensis factis † in lite pro recuperatione, vel defensione bonorum ecclesiæ, *Ludouis. decis. 116. fuit, in fin. vers. Non obstat.* vbi refert fuisse a Rota denegatam retentionem bonorum ecclesiæ, quia non probabatur ab hæredibus rectoris, quod expensas litis recuperationis bonorum fecisset ex pecunijs patrimonialibus, tacite admittens si fuisset id probatum, quod admissa fuisset retentio. &
20 ratio est, quia talis † impensa, licet non sit facta in re ipsa, sed causa ipsius rei, dicitur melioramentum necessarium, quia vel res non fuisset recuperata, vel ecclesię ablata, *Io. de Anan. cons. 32. in fin.* qui loquitur de expẽsis in recuperatione castri, cum alijs cumulatis à *Peregrin. de fideicommissis, artic. 50. num. 9. Phœnuc. de inuent. §. An inuentarium afficiat, num. 46.*

21 Ampl. præsertim † si nullos fructus ex prædio meliorato percepit, dum post modum beneficium vacat, *argum dictorum à Surd. cons. 333. num. 29. circa med. & voluit Io. de Anan. in cap. de multa, 28. de præben. num. 5. in fin.* dum vult dari retentionem primi incompatibilis, ratione melioramentorum, si tantos non percepit fructus, qui æquent expensas.

22 Ampl. quod si melioramenta † vtilia, vel necessaria facta in bonis ecclesiæ fuerint, ex bonis, seu pecunijs patrimonialibus clerici beneficiati, non tantum concedatur retentio ipsi clerico, sed etiam illius heredi, ex testamento, vel ab intestato. *Abb. cap. de multa, de præbend. num. 14. & in cap. fin. de pecul. cleric. num. 2. Ias. sequendo, Abb. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb. num. 10. versic. & ideo. Henric. Boich. cap. fin. de pecul. cleric. nu. 1. vers. & si talis clericus.*

23 Ampl. quod si clericus † meliorauit bona ecclesiæ ex pecunijs proprijs, & ecclesiæ, pro rata detur clerico retentio, & diuiditur inter ecclesiam, & hæredem clerici. *Turrecremat. in cap. sacerdotes, 12. q. 4. in prin. & fin.* exemplum referens si clericus quid emerit, idem firmat *Archid. ibidem, num. 3.*

24 Ampl. vt vbi vacat † beneficium per adeptionem incompatibilis, vel alio modo, superstite eo, qui fuerat de illo prouisus, non sit mittendus prouisus secundus,

nisi

nisi vocato primo, quia illi fortè competit retentio, ratione melioramentorum, vel expensarum, *Io. de Anania, in cap. de multa, 28. de præbend. num. 6. vers. sed vide. Abb. num. 14.*

25 Ampl. præsertim † si melioramenta sint facta in prædio empto ab ipso clerico nomine ecclesiæ, & ex pecunijs ecclesiæ, *Imol. in cap. fin. de pecul. cleric. num. 6. in fin. vers. vel in terra.*

26 Ampl. vt clerico melioranti † res ecclesiæ, detur rerum melioratarum retentio, etiam quod ob crimen remoueatur ab ecclesia, seu beneficio. *Innoc. in c. fin. de pecul. cleric. in fin.* addendo licet aliqui contradicant, admittere tamen retentionem, si melioramenta sint facta de consensu Episcopi, *argum. l. fin. C. de alluion. & cap. ad aures, de reb. eccles. non alienan. idem repetunt Io. Andr. ibidem, num. 1. Io. de Anan. nu. 4.* comprobans exemplo eius, qui pri-

27 uatur dignitate, vt † nō careat commodis illius, *Abb. d. cap. fin. num. 4. subdens in fin. opinionem Innoc.* esse satis humanam, & rationabilem, vbi res inculta fuit facta culta, & fructifera, industria, vel laboribus, vel expensis clerici, *Imol. ibid. num. 5.*

28 *vers. secundus.* Ampliat † non solum si ob crimen cogatur dimittere beneficium, sed etiam si illud sponte dimittat, vt detur illi retentio rei, quam meliorauit, subdendo *num. 6.* hunc esse casum singularē,

29 in quo clericus, etiam si renuntiat † beneficium, vel illo priuetur, non relaxat omnia bona beneficij, quia retinet illa, in quibus fecit melioramenta, & hoc per-

30 mitti, vt alliciantur beneficiati † ad meliorandum res ecclesiæ, referens in aliquibus ecclesijs extare statutum, quod si quis ex corpore ecclesiæ recuperet aliqua bona ecclesiæ occupata a laycis, quod illa possideat donec vixerit, etiam quod non spectent ad præbendas, vel beneficium recuperantis, idem repetit *Ancharr. dict. cap. fin. de pecul. cleric. num. 5. & 6.* & ratio est, quia priuatio beneficij non est priuatio melioramentorū in illo factorum, vt volunt *Abb. & reliqui supra relati*, seu vt

31 ego addo in † pœnalibus stricta fit interpretatio, & tantum in illis continetur, quod verba sonant, nec extenduntur ad accessoria. *Rot. decis. 10. vt lite pendent. in nou. n. 2. Dec. consil. 452. num. 26.*

32 Ampl. præsertim † vbi ex melioramētis factis à clerico, ecclesia est facta locupletior, *Bellam. in cap. quicumque, 12. q. 4. in fin.* addendo hoc esse de naturali æquitate, *l. nam hoc natura, ff. de cond. indeb. Archid. d. cap. Quicumque, num. 4. in fin. dum*

33 *prius, num. 1. & 2.* firmasset clericum † obligari, resarcire damnum datum ecclesiæ sua negligentia, vel dolo, deinde distingnit an damnum sit datum in lucro captando, vel omittendo, concludens prælatum teneri pro lucro captando, & fortius pro damno euitando sustinere, id est, vt ego interpretor reficere damnum pro sua ecclesia, tanquam deliquerit in commissa sibi administratione. Damnum vero quod sequitur omittendo, si tractetur de lucro captando non obligari, prelatum sustinere, id est, vt ego intelligo euitare, seu procurare suis expensis, & si procurat ecclesia obligatur illi ad interesse.

Ampl. etiam vbi meliorauit † bona ecclesiæ cum incommodo, seu damno te-

34 rum propriarum, *cap. quicunque, 12. q. 4. vbi* † *Archidiac. num. 3. Gemin. id notant in princip.* veluti si dum procurat, & quærit vtilitatem ecclesiæ lædantur illius bona, quæ tamen non sunt vilia & repetit *Gemin. ibidem in fin.* sed iste casus est, de raro contingentibus nostris temporibus præcipue.

35 Ampl. vt prælatus † vel clericus, qui bona ecclesiæ meliorauit, possit dato ecclesiæ suæ curatore in lite, agere ad liquidationem melioramentorum, quæ fecit in rebus ecclesiæ, & obtinere sententiam super canonizatione iuris sui ex melioramentis factis. *Gem. in cap. quecumque, 12. quest. 2. post med. vers. & tunc statim. Rosenta. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 171.*

36 Melioramenta autem isto casu † probantur euidentia rei, cum præsumptione, si probatur clericus diligens in suis. *Turrecrema, in cap. quicumque, 12. quest. 4. in fin. & Gemin. ibid. num. 1.* Latius tamē circa modum probandi melioramenta dixi *infra § sequen. Hostien. in cap. cum in officijs de testam. num. 5. vers. Attendat igitur.*

37 Ampl. præsertim, † vbi agellum, vel prædiolum incultum, clericus redegit ad culturam,

turam, *cap. final. de pecul. cleric. & compro-*
batur, ex cap. terrulas, 12. q. 2. Imol. d. c. fin.
num. 5. in princ.
38 Ampl. vt non tantum † concedatur cle-
rico retentio bonorum melioratorum,
sed etiam illius hæredi ex testamento, vel
ab intestato. vt in hærede testamentario
dixi supra. Ampliat. 3. & in hærede ab in-
testato firmant, *Abb. cap. final. de pecul.*
cleric. num. 2. Henric. Boich. num. 1. vers. &
si talis clericus:
39 Contrarium in † hærede ab intesta-
to defendi posset, *ex Hostien. in cap. fi-*
nal. de pecul. clericie. numer. 4. in fin.
dum vult clericum beneficiatum posse
testari de fructibus beneficiorum, & si de-
cedat ab intestato in illis succedere ec-
clesiam.
40 Ampl. quod si melioramenta † sunt ne-
cessaria, & non fuerint persoluta à clerico,
qui illa facere curauit, cogi possit successor
ad illorum solutionem, *Peregrin. de fidei-*
com. art. 50. num. 34.
41 Ampl. multis casibus, † qui colligi pos-
sunt ex dictis ex regula constituta *in prin.*
huius cap. 8.
42 Ampl. vt si intrusus † fecit melioramē-
ta, non possit exequi sententia, nisi illo
citato, *Gabriel cons. 52. lib. 2. nu. 13. & seq.*
& dixi §. 4. num. 25. & seq.
43 Ampl. vt detur retentio † etiam hæredi
clerici, si ex patrimonio suo, fecit clericus
melioramenta, præsertim si clericus de-
functus est protestatus, velle illa sibi refici,
Abb. cap. de multa, de præben. num 14.
44 Limit. quæ *dixi sup. Ampl. 4.* † vbi me-
lioramenta sunt facta in beneficio vacan-
te per assecutionem secundi, post quam
clericus fuit prouisus de secundo incom-
patibili. *Ioan. Imol. in cap. de multa. de*
præbend. num. 19. vers. nam videtur.
45 Limit. in clerico habente † tantum ad-
ministrationem bonorum ecclesiæ, nec
illa conferuntur illi in titulum, quales sunt
hospitalarij, & similes, *Ioan. Imol. in cap.*
fin. de pecul. cleric. num. 9. vers. si autem
quæritur. & vers. & not. quod non videtur,
Io. de Anan. num. 7. post med. vers. & dicit
quod quidem sunt.
46 Limit. vbi melioramenta † sunt facta
ex fructibus bonorum ecclesiæ, *Turre-*
cremat. in cap. sacerdotes, 12. q. 4. in princ.
concludens quemuis habentem admini-
strationem ecclesiasticam, si aliquid eme-
rit de rebus ecclesiæ tantum, debere con-
ficere instrumenta nomine ecclesiæ. *ad-*
dendo circa med. hoc procedere, siue in-
strumentum, quo probantur melioramē-
ta sit stipulatum nomine ecclesiæ, siue cle-
rici beneficiati, eam afferens rationem,
quia non est iustum, vt ecclesia patiatur
fraudatorem in rebus suis, eum, quem de
extraneo, & ignoto fecit domesticum &
amicum diuitē, per electionem, *Archid.*
num. 1. addendo instrumentum conficiē-
dum nomine ecclesiæ, siue clericus possi-
deat alia bona, siue non. *Host. in cap. 4. de*
pecul. cleric. num. 1. vers. secundus. conclu-
dens empta ex pecunia ecclesiæ acquiri
illi, & ab ea posse empta vendicari, etiam
quod sint empta nomine clerici, & hanc
46 esse vnam † ex limitationibus, quæ datur
regulæ, quod empta ex pecunia aliena fit
ementis, non autem eius cuius est pecu-
nia. & latè *Sarmien. de reddit. eccles. par. 3.*
cap. 2. num. 1. & seq.
Quod tanto magis est dicendum,
considerata bonorum ecclesiasticorum
48 origine † vel inspecta causa retentionis,
& diuisionis illorum, vt referunt *Gratian.*
in suo decret. 12. q. 1. & seq. Abb. q. 4. col.
final. vers. secundum præpositum, Sotus de
iust. & iur. lib. 10. q. 4. art. 3. in princ. & col.
final. vers. similiter, Sarmient. de reddit. ib.
eccles. part. 1. cap. 1. & part. 3. cap. 3. Duran.
de sacr. minist. eccles. lib. 2. cap. 1. Petr.
Gregor. de iustit. benef. cap. 4. nu 2. 3. & 9.
49 quod † opere docuit Pius V. Sum. Pont.
vt testantur, qui illius dicta, factave, nobis
& posteris scripto retulerunt, & concurrit
50 ratio, quod diuisio, † non mutauit bono-
rum ecclesiasticorum naturam, *Sarmien.*
de reddit. eccles. part. 3. cap. 3. num. 3. & 7.
Sequēdo ergo, quę *Innoc. Sum. Pōt. scripsit*
in cap. indecorum, de ætat. & qualit. num. 3.
& post illum tradidit Archid. in cap. statu-
tum, de rescript. in sexto, num. 13. vers. sed
contra. & in c. 1. dist. 44. num. 5. & in c. Epi-
scopus, 12 q. 1. num. 2. & 4. Ioan. Andr. in
cap. præsenti, de offic. ordin. in sexto. num. 6.
& 7. concludentes etiam patrem clerici
in bonis ecclesiasticis nullam partem ha-
51 bere, † nec clericum aliter dispensare
posse bona ecclesiæ quam in pauperes, &
suos

suas,& eorum, qui sibi seruiunt necessita-
tes, Redditus bonorum ecclesiæ, non esse
proprios clerici, sed communes sibi, &
copauperibus, vel in vtilitatem ecclesiæ
erigandos; illorum habere proprietatem,
sed cum fideli administratione, seu di-
spensatione, & si aliter faciunt, siue sint
simplices beneficiati, siue prælati, furtum
committunt, & hæresim esset, admittere
distinctionem inter simplicem clericum,
& prælatum. addendo clericum, qui se-
cus fecerit furtum committere, cum sacri-
legio, & obligatum esse ad restitutionem,
Acquisita ex bonis ecclesiæ, non esse pro-
pria clericorum, sed vendicari posse ab
ecclesia; clericos sibi tantum ex illis posse
prouidere necessaria, & quod superest da-
re pauperibus, & illos vti bonis ecclesiæ
ad dispensandum.

Archidiaconum latè defendit *Aluar. Peag. illius discipulus in suo celebri tract. de planct. eccles. lib. 2. cap.* 28. concludens,
quod durus sit sui præceptoris sermo, &
multos scandalizat, sed tamen est verus.
eumdem cum *Innocent. sequuntur Butr. in cap. fin. de caus. poss. num. 17. circa fin. vers.*
52 *sed tunc*. Concludens † clericum rerum
ecclesiæ esse nudum detentorem, & ve-
rum illarum possessorem esse Christum,
aut ecclesia vniuersalis, vel particularis,
53 & tantum habere † in illis administra-
tionem in distribuendo in necessarijs sibi,
ecclesiæ, & pauperibus. & *Abbas in repet. cap. cum esses, 10. de testam. num. 21. circa fin. vers. simile habetur. relato Io. de Lignan. in Clem. gratia, de rescript.* concludit illo-
rum opinionem sequi, & omne genus cle-
54 ricorum esse † tantum procuratorem in
rebus ecclesiæ, & istam opinionem esse
veriorem testantur. *in cap. final. de pecul. cleric. Io. de Anan. & Io. Imol. col. pen. vers. quid igitur tenendum, licet idem Imol. ibid. num.* 9. pluribus comprobasset opinionem
Archidiac. & Innocen. & num. 10. tentasset
longa distinctione concordare, qui ab il-
lis dissentiunt, vt reliquos omittam, quos
congerit *Sarmient. de reddit. eccles. par. 2. cap. 1. num.* 9. addendo istam esse cōmu-
nē, circumscripta cōsuetudine contraria,
55 † quæ an excuset, agit idem *Sarmient. eod. tract. part. 2. cap. 6. & seq. & part. 4. cap. 1. Nauarr. de reddit. eccles. quæst.* 5.

56 Limit. vbi à prælato, † seu illius hærede
non probatur concludenter bona eccle-
siæ fuisse meliorata ex pecunijs proprijs
clerici, *Ludouis. decis.* 516. *in fin. vers. non obstat, Turrecrem. cap. quicumque, 12. q. 4. in fin.* eam afferens rationem, quod sicuti,
si ecclesia velit agere ad damna illata bo-
nis, & iuribus ecclesiæ à prælato defuncto
debet illa concludenter probare: pariter
& hæres probare debet melioramenta
cum suis qualitatibus, si illa recuperare
vellit, nec sufficere præsumptionem, quod
clericus fuerit diligens in proprijs. idem
repetit *Gemin. in d. cap. quicumque, ante num. 1. vers. & hoc verum, & nu. 1. in princ. & vers. sed bene.*
57 Limit. vbi clericus pariter † deteriora-
uit iura ecclesiæ, vel alienando illicitè,
vel non acquirendo, vbi acquirere pote-
rat; compensando damna cum commo-
dis, & accepta cum neglectis, & omissis,
Archid. cap. 12. q. 4. num. 3. in fin. argument. l. si ambo socij. ff. de compensat. & l. quidquid, C. arbitr. tutel.
58 Limit. in melioramentis † factis sua
industria, nam licet clericus de quæsitis
hoc modo possit testari, & ab intestato
venientibus relinquere, si tamen industriā
suam occupet, & consumet in rebus ec-
clesiæ, cedit, quidquid ex illa cōsequitur,
ecclesiæ, *Io. de Anan. in cap. final. de pecul. cleric. num. 3. in fin. & Anchar. num. 2. & Imol. num. 3. Abb. num.* 2. & ratio est, quia
59 cum clericus de iure ex altari, † viuat
cap. ex his, 12. quæst. 1. cap. secundum. de prebend. Surdus consil. 254. *num.* 1.
Si monet. de reseruat. quæst. 3. num. 3. & seq. eidem etiam operas suas, & dili-
gentiam præstare debet, & non alteri.
iuxta congesta à *Barbatia in tractat. de præstan. Cardin. q. 3. num. 3. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 29. num. 45. & tit. 6. quæst. 14. num.* 15. & hoc modo si intelligantur
Butr. & Anan. in cap. fin. de pecul. cleric.
concordant cum ijs, quos retuli supra.
Ampliat. 3. Quare si talia industrialia me-
lioramenta faceret clericus beneficiatus
in re separata à rebus ecclesiæ, vel vtilitas
sola separari potest à rebus ecclesiæ, secus
esset, *Io. Imol. in cap. fin. de pecul. cleric. num. 3. in fin.*
60 Quæ dixi supra de retentione † bono-
rum

rum ecclesiæ concessa hæredi clerici, qui
fecit melioramenta, intelligas si viuente
clerico ille esset in possessione, etiam ex
contractu nullo, & inualido, non autem
quod illi sit concessum, mortuo clerico,
occupare bona meliorata, vt colligitur,
ex decis. Rotæ 87. coram Ludouisio, licet
ille loquatur sine auctore, & declarat *Ho-
stiens. in cap. cum in officijs, 7. de testamen.
num. 8. Limitando in vers. hac vero*, in bo-
nis de quibus dubitari potuit, an sint ec-
clesiæ, vtputa, quia fuerant à clerico de-
functo acquisita.

61 Limit. in melioramentis factis † à cle-
rico regulari, tacite, vel expresse professo,
regularem obseruantiam, quia statim
atque talem fecit professionem, se ipsum
& quæcumque bona acquisita, & acqui-
renda, tradidit ecclesiæ. *Henric. Boic. in
cap. fin. de pecul. cleric. num. 10. & seq.* ad-
dendo, qui velint idem dicendum, si pro-
motus ad Episcopatum aliquid acqui-
62 rat, † Limitando si acquisita relinquat fi-
lijs susceptis de legitimo matrimonio.

Limit. multis casibus, qui colligi pos-
sunt, *ex dictis supra, ex regula constituta,
hoc cap. 8.*

---

§. XXVIII.

SVMMARIVM.

*Melioramenta repetuntur à bonæ, & malæ fidei
possessore, siue habeat, siue non, titulum possi-
dendi, si probentur facta ab excipiente, vel
ab illius auctore, vel alio illius nomine. 1.
sunt difficilis probationis. 2. non possunt pro-
bari nisi probato antiquo statu rei melio-
ratæ. 3. qualiter concipiantur articuli ad
probandum illa. 10. quomodo probentur te-
stibus. 11. qui sint citandi in examine ho-
rum testium, & qualiter. 12. in fin.*

Articuli negatiui, quando admittantur. 4.

*Articuli quales esse debeant. 5. 6. vnde sumen-
di, seu quid continere debent. 7. conficien-
di ab aduocato. 8. caute concipiendi, & in
illis stat victoria causæ. 9.*

1 MElioramenta esse reficienda † tam
bonæ, quam malæ fidei posses-
soribus, & siue habeant, vel non ti-
tulum possidendi, dixi in præcedentibus
cum cautione tamen, si de illis excipiens,
probet illa fuisse ab ipso, vel eius nomine
facta, vel ab illius legitimo auctore. *Castr.
cons. 270. lib. 2. num. 5. vers. ad vnum.* Inqui-
rendum est modo qualiter illa probentur,
2 cum sint † difficilis probationis, vt inquit,
*Rosental. de feud. cap. 10 concl 43. num. 166.
& ante illum, Rol. à Val. cons. 28. quoniam,
num. 31. & seq. lib. 1.* qui ideo hortatur vi-
duam, qui illum consuluerat, vt concor-
diam amplecteretur, cum aduersario, cũ
quo contendebat de refectione meliora-
mentorum. præmisso quod melioramen-
3 ta † liquidari, seu probari nequeant, nisi
probato antiquo statu rei melioratæ. *Se-
rafin. decis. 898. num. 6. vbi Theodos. de Rub.
in suis singul. ad eadem decis. alias decis. re-
fert, & decis. 952. num. 3. & decis. 1453. n. 5.*
4 & quod † articuli negatiui, nisi fuerint,
loco & tempore, coarctati, non admittan-
tur, *Oldrad. cons. 279. num. 2. vers. ad secun-
5 dum*, non debent esse † impertinentes, idest
si probati, vel confessati, non concludant
intentionem articulantis, *cap. cum dile-
ctus, circa med. de elect. Feder. de Sen. cons.
148. vers. item facit alia præsumptio. Bald.
cons. 62. alia vice. vers. quarta conclusio,
6 lib. 2.* Nec † captiosi, vel impliciti, vel ge-
7 nerales, obscuri, sed desumpti ex † narra-
tiua libelli, factique, non autẽ ius narran-
tis contineant, vt latè prosequuntur, *Al-
ciat. in prax. de position. §. forma positionum,
vers. formans enim. Io. Emeric. praxi titul.
54. de position. num. 3. 6. & seq.* addendo
ex *Baldo in l. 1. C. vt in posses. legat. Mysing.
obseruat. 88. cent. 3.* articulos debere sumi
ex visceribus libelli, & probatio aliter fa-
cta est nullius momenti. *Card. Tusc. con-
cl. 521. num. 4. & seq. & concl. 523. num. 1. &
seq. & concl. 523. num. 1. & seq. & conclus.
525. & seq. litter. A*, & ideo nisi sciens, &
8 prudens aduocatus, ad quem † spectat il-
los conficere, vt vult *Alciat. in praxi. cap.
de position. §. quis position. facere possit*, licet
aliud velit *Specul. de position. §. 3. num. 4. &
9 seq.* recte articulos † concipiat, facile sit
succumbere, etiam quod quis foueat iu-
stam causam. Hinc inter practicantes re-
ceptum verbum

Nelli articoli stanno li pericoli.

& quod qui bene nouit articulare, bene

viucere nouit. vt in casu nostro monent *Valasc.& ab illo relati, de emphit. quaest.25. nu.28. inprin.*

Qui vellit scire qualiter cōcipiantur ar-
10 ticulis† ad probandū melioramenta videat *Cagnol. in l.2.C.de pact.inter empt.nu.175.Simon de pratis, de interpr.vltim. vol. interpret.3.dub.1.solut.5.lib.1.fol.358.& seq.num.7.& seq.& lib.5.interpret.3.dub.1.num.167.& seq.* vbi refert probari per testes iudicem & peritos. & ista tria capita examinat *Mascard. de probat. conclus.1037.Petra de fideicom.quaest.15.nu.213. & seq. vsque ad 313.Curt.iun.cons.165.nu.20. Negusant.de pignor.4.memb.5.part.nu.11. Garsia de expens.cap.24. num. 2. Cartar.*
11 *decis.72.num.13.vsque in fin.*† vbi refert quomodo probentur testibus, *Guttier. prat.quaest lib.5. quaest.68.num.18.Marcel.Cala tract.de modo articulan.glos.vnic. §.1.num.134.& seq. Valasc. de iur.emphit. quaest.25. num.28. Cardin.Tuscus conclus. 376.num.3.& seq.& conclus.183. num.1. & seq. melioramēta.Caroc.de loca par.4.§.melioramentorum, quaest.2 .n.20.& seq. Garzia, de expens. cap.24. Petra de fideicom. quaest.15.num.274. & seq. Peregrin. cons.3. lib.3.nu.38. & seq.* vbi refert qui sint citandi in examine testium, & quod qui fecit melioramēta, possit praeuenire, & examinare ad perpetuam rei memoriam, & qualiter debeant deponere testes, *Puteus decis.464.part.2.Scrader de feud. 2. part. 9.part.sect.2.nu.60.vet. caeterum,* vbi praeterea agit quibus peritis aestimentur.

§. XXIX.

SVMMARIVM.

Melioramenta vbi soluuntur, si plus sit expensum quam melioratum, vel è contra soluitur quod est minus. 1.19.& *quare* 2. 4.*ampl*3.5.7.9.12.13.14.15.17.19.22.25.26. 27.28.3036.*Lim.*6.8.21.31.32.36.37.38. 39.40.42.43.45.

*Melioramenta facta aedificando, vel reficiendo, quo pretio aestimanda. & an in abstracto, vel concreto,*46.48.49.50.51.52.54.

Excipiens, vel is contra quem excipitur debet probare minus fuisse impensum, quam melioratum. 55.

*Optio an detur domino rei meliorata, soluere pretium melioramentorum, vel pati abrasionem.*56.

Fructus si fuerint soluendi quo pretio aestimentur. 57.

*Arbores plantatae quo pretio aestimentur si fuerint soluendae,*10.11.

L. domos, ff. de legat. 1. *Declaratur,*16.34.

*Verba & pacta sunt intelligenda iuxta naturam subiectae materiae.*17.*Ampl.ibidem*, 18.19.20.

Arbitrium datum alicui intelligitur, iuxta regulas iustitiae.. 23.

Alciatus. } *reprobatur*, 33.
Curt.Iun. }

L. in fundo, ff. de rei vend. Declarat, 3 .41.

Mandatum tacitum, quomodo probetur. 44.

PRobatis melioramentis depositione testium, vel scripto, *Mago.decis.Lucanus,33.n.24.* vbi addentes, publico vel priuato, *vt dixi infra.* §.53. insurgit difficultas quo pretio sint illa aestimanda videlicet, an habita ratione eius, quod fuit expēsum, vel potius, quantū fuit melioratū. & licet ex vario loquendi modo, quo vsi sunt Doctores tractantes materiam solutionis, & aestimationis melioramentorum resolutio sit facta difficilior. & natae sint ideo pugnantes opiniones, *amisso quid disputando, & hic inde arguendo dici posset,* & quae post haec scripta reperi distinxisse, *Mangil.tract.de euictione quaest.153.nu.20.*
1 *& seq. pro regula constituendum est † vt in solutione melioramentorum, si plus sit expensum,* quam melioratum, vel è contra, vt minor quantitas sit melioranti soluenda, *l.in fundo. vbi glos.verb. plus pretii, ff. de rei vendicat.& Bart. ibidem num.1.Cagn. in l.2.C.de pact.inter empt.num.175. Abb. in cap.1. de restit. in integr. num. 4. Felin. cap. cum causa, de re iudic. num. 38. Crauet.cons.408. Coram: colum.2.in fin. Tiraquel.de retract.conuent. §. 7.glos. 1. num.8. Bossius, tract.de princip.num.31. inprincip. Garzia in tract.de expens.cap.24.n.1.vers. itaque si expensas. Ruin.cons. 24. nu.10. & cons.14.vol.1. Menoc.de arb.Iudic.casu258 Cels.num.55.& 57 Serafin.decis.547.nu.6. & decis. 898. num.1. & decis. 1051. num.1.*

Rota diuerſ. deciſ. in recent. part.2. 650. num.2.Valaſ de iur.emphit.quæſt.25.n.28. Peregrin de fideicom.art.50.nu.70 .Neguſ. de pignorib.4. memb.5.part. num.11. Barboſ. in l. diuortio, §. fin. ff.ſol. matrimon. num.90.in fin.& num.92.Petra de fideicom. quæſt.15.n.261.263. Mangil. tract. de euictione.num.1.q.153.num. 18. Roſental. de feud.cap.10.concluſ.43.n.87. & 168. & ſeq.
2 vbi præterea † rationem huius regulæ refert. relati à Pacific. de ſaluian .inſpect. 2. cap.2.num.260.vbi refert, ita fuiſſe iudicatum à Rota,& plures conſentientes refert Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.58.num.14.in fin.& num.15 .Scrader.de feud.2.par.9.part. ſection.2.num. 100. in princip. Amatus, reſolut.14.num.62.

3 Ampl. quod ſi erogata † fuerint quingenta, & melioratum tantum quantum fert expenſa ducentorum, ſoluenda ſint tantum ducenta. Caſtr.conſ.270.lib 2.n.2. verſ. item quod dixi Capic. deciſ.93.nu.9. Burſat.conſ.151.num.4.vbi alios conſentientes refert Peregrin.de fideicom. art.50. num.71.Roſental.de feud. cap. 10. concl.43. num.168.& ſeq. Rolan.à Val.conſ.28.lib.1. num.11. Valaſc. de iur. emphit. quæſt. 25. num.28.verſ.atque ita voluit Neguſ. eam
4 aſſerens † rationem, quia ad eum qui rem melioratam recipit, nihil præterea debenit, quam id quod æſtimatur de præſenti, Scrader.de feud.2. part 9.part. ſect.2.n.100. Amat. in finitis relatis, Reſol.14. num. 62. & ſeq.

5 Ampl.è contra, † vt ſi plus ſit melioratum, quam expenſum, reficiantur tantum expenſæ, Garzias tractat. de expenſ. cap.24.num.1. verſ. atque multa, qui latè proſequitur hanc extenſionem, Scrader de feud.2.part.9. part. ſection. 2. nu.100. verſ. quod abſque.

6 Contrarium tenet † Roſental. de feud. cap.10.concluſ.43.nu.88. vide tamen, quæ dicam infra, Limit.2. & relati à Barboſ. l. diuortio,§ fin.ff.ſol.matr. num. 92. verſ. & per contrarium, & Scrader. licet illos reprobat, etiam quod genus aliquod dominij haberent, de feud.2.part.9. part. ſect.2. num 100.circa fin.Fachin.controuerſ.lib.1. cap.23.verſ.contrarium.

Ampl.etiam quod is, cui res meliorata
7 † reſtituitur, excipiat quod minori pretio potuiſſet ipſe facere melioramenta, l. ſi quis alicui. 27. §. penult. in fin. ff. mandat. Tiraquel. per hunc text. de retract.conuet.
8 §.7.gloſ.1.num.17.declarando modo † non ſint exceſſiuæ. Sequitur Barboſ. in l.diuortio,§.fin.ff. ſol.ut.matrim. num. 91. verſic. ex qua.Scrader.de feud.2.part.9.par.ſect.2. num.101.

Amplia præſertim ſi melioramenta
9 † ſint facta in plantandis arboribus, Florian.de S.Petro,conſil.1 num.8. concludens
10 ſalices vites † & ſimiles arborum trunci, qui plantantur, tanti æſtimari, quanti æſtimabantur tẽpore plantationis, non autẽ tanti quãti æſtimantur, poſtquã ſunt facti grandes arbores Marzar.conſ.11.num.6. colum.6.verſ.Paul.de Caſtr.Curt.Iun.conſ. 144.num.7. Cardin. Tuſc. concluſ.176.melioramenta, nu.9. 23.& ſeq. eam afferens rationem, quod cum in æſtimandis melioramentis conſideretur quod eſt minimum, non opus eſt, inquirere aliam æſtimationem, quam quæ erat iuſta tempore plantationis, Vrſil.ad Afflict.deciſ.87. n. 3. aliam refert, quia incrementum prouenit à terra, & non ab hominis facto, ſeu induſtria.

11 Contrarium firmat † Ioſeph Ludouic. deciſ.Peruſ. 24.num.25. concludens reficiendas eſſe expenſas conductori, qui plãtauerat arbores ad maritandas vites, iuxta pretium, quo æſtimari poſſunt tempore ſolutionis, non autem plantationis. & ita ſeruari intellexi à fide dignis in agro Romano, in finibus ciuitatis Albæ, cuius totum territorium eſt vitibus maritatis vlmis, vel oppijs, conſitum.

12 Ampl.ſiue melioramenta † æſtimentur pluris, ſiue minoris tempore quo ſolui debent Rol.à Val.conſ.28.quoniam,lib.1. n.14. in princip. Gutt. pract. quæſt. lib.5.quæſt. 68.nu.18. circa med. Ioan. Franciſc. à Ponte,deciſ.12.qua, num.12.

13 Ampl.etiã vbi melioramenta † ſunt reficienda ab eccleſia, minore, & ſimilibus, Valaſ.de iure emphit. q.25.nu.28. in princip. Card.Tuſc.concl.176.melioramento, nu.25. addendo Valaſc.d.num.28. verſ. item procedit, habere locum hanc extenſionem, etiam quod eccleſia, vel minor admittatur ad recuperationem beneficio reſtitutionis in integrum.

Am-

14 Ampl. præsertim vbi † qualitas personæ, quæ reficere debet melioramenta, suadet inspiciendum esse, quod est minimum, & res ipsa exposcebat nihil vltra erogari *Menoch. de arbitr. iudic. cas.* 258. *Celsus num.* 58. concludens isto casu melioramenta taxari, vt quid minimum, & separatum à re meliorata.

15 Ampl. vt non sint æstimanda † prout durarunt, & durare poterunt, sed tantum ad ratam temporis qua durare possunt, *Bart. l. domos, 61. ff. de legat. 1. num. 1. Ias. num. 4. Alberic. num. 1. Cuman. num. 2. in repet.* Castren. *num. 5. in fin. & num. 6.* exemplum, refert si quis fulsit vineam pallis duraturis decennium; nam si restituatur vinea, palli æstimabuntur pro tempore quo sunt deinde duraturi, *Cardin. Tusc. conclus. 176. melioramenta, num. 30. Petra de fideicomm. quæst. 15. num. 265. & seq.* qui loquitur, vbi fuerat conuentum, vt conductori reficiantur melioramenta facienda in prædio cōducto, *Boer. loquens de pallis vineæ, decis. 44. num. 13. vers. interdum,* & probatur expresso textu, *in*
16 *l. domos, 61. † vers. & ædificiorum ætatibus examinatis, ff. de legat.* 1. quæ est lectio pandectarum Florentinarum, quam cōmendat, *Anton. Augustin. emendat. libr. 3. cap. 1. Scrader. de feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 143. & seq.* arguendo ex illius dictis à contrario sensu, *& num. 146. in fin. relati a Simon. de Prætis, de interpr. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 1. solut. 5. num. 13. & seq. vers. alij, fol. 359. & nu. 20. fol.* 361. testatur de veriori, & communiori.

17 Ampl. etiam vbi dominus † rei melioratæ promisisset conductori, vel alteri simili, reficere melioramenta, quæ fecisset, nam cum verba, & pacta sint intelligenda iuxta naturam, & regulas subiectæ materiæ, quamuis verba contrahentium improprie essent intelligenda, *l. si vno, vers. donationis. ff. locat. l. item veniunt, §. aptanda, ff. de pet. hæred. l. stipulatus, ff. de vsur. Natta. cons. 73. num. 1. in fin. & num. 2. & sequen. & consil. 94. num. 1. Neuiz. consil. 92. num. 12. & sequen. pluribus. Surd. cons. 150. num. 65. & seq. Gonzal. ad regul. 8. glos. 48. num. 51. & seq.* quia intelli-
18 gentia † verborum desumitur ex subiecta materia, & causis, *cap. intelligentia, de verbor. significat. Card. Mant. decis. 59. n. 4.*
19 † generalis illa promissio reficēdi melioramenta restringi debet ad id, quod erit minus tempore solutionis, quia verba
20 etiam generalia, vel vniuersalia, † & qualitercumque prægnantia, restringūtur ad ea, quæ sunt de natura actus, & subiectæ materiæ, *Alexand. cons. 35. viso processu lib. 4. num. 10 in fin. & nu. 11. lib. 4. & cons. 21. viso cōpromisso, lib. 5. num. 7. vbi Rouesçal. late alios congerit. Neuiz. cons. 92. num. 27 Bald. cons. 67. num. 1. in fin. vol. 3. Cotta in suis memoral. §. quādocūque, Tiraquel in l. si vmquam, §. reuertatur, nu. 38. Dec. cons. 281. in fin. Ruin. cons. 8. num. 11. vol. 3. Rolan. à Val. de lucro Dot. quæst. 35. num. 5 & cons. 61. num. 56. vol. 2. cons. 74. volum. 1. num. 54. Crauet. cons. 144. num. 7. Natt. cons. 475. num. 17. Ofasc. decis. 169. n. 11.* & iuxta hanc extensionem, ita videtur firmasse *Peregrin. de fideicomm. art. 50. num. 85.*

21 Contrarium † voluit *Petra de fideicòm. quæst. 15. num. 264.* concludens conductori esse refundendam omnem expensam etiam minimam.

22 Ampl. etiam si dominus † rei melioratæ se obligauerit reficere melioramenta arbitrio N. periti communiter electi, *Petra de fideicom. 15. n. 266. & seq. vers. nec per illud, & 270. & sequen.* ea motus ratione, quia arbitrium † quibuscumque
23 verbis alicui concessum, non censetur absolute datum, sed secundum iustitiam, *l. creditor. §. Lucius. ff. mandat.* seu vt ego addo, cum omnis actus, & contractus redi-
24 gi † debeat ad terminos iuris communis *l. quæro, §. inter locatorem. ff. locat. l. quidam cum filium, ff. de verbor. obligat. Natta. cons. 103. tam docte, num. 2.* datum arbitrium perito intelligitur, modo is seruet iuris regulam, vt in reficiendis melioramentis consideretur quod est minus.

25 Ampl. præsertim † si agatur de refectione melioramentorum, quæ sint facta in re vendita cum pacto de retrouendendo. *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter. empt. n. 175. in princ.*

26 Ampl. præsertim, † vbi quod est minus versatur circa melioramenta, seu vbi minus est melioratum, quam expensum,

durum est enim, vt inquit Rosental de
feud cap.10.conclus.43 num.87.vt quis det
pœnas alterius imprudentiæ, dum proie-
cit, profudit pecunias inutiliter Scrader.de
feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 100.
vers.quod absque.
27 Ampl. præsertim † si agatur de meliora-
mentis factis in feudo. Hart. Pist. quæst. 42.
lib.2.num.16. & seq. qui late hanc exten-
sionem examinat, Scrader de feud. 2. part.
9. part. sect. 2. † nu. 100.
28 Ampl. etiam si melioramenta † sint fa-
cta ab eo, qui aliquod genus dominij ha-
bebat in re meliorata, Scrader de feud. 2.
part. 9. part. section. 2. num. 100. relati ab
Amat. resol. 14. nu. 65. Fachineus. loquens de
grauato fideicommisso, illustr. controuers.
lib. 11. cap. 23.
29 Contratium volunt † relati ab Amat. re-
solut. 14. num. 63. & seq. & conatur deinde
num. 65. vers. ideo illos conciliare.
30 Ampl. vt detur electio † domino sol-
uendi, vel quantum fuit expensum, vel
in quantũ fuit melioratum, l. adeo, §. certe,
ff. de acq. rer. domin. Molin. de contract. di-
sput. 463. nu. 15. relatis, Valasc. de emphit.
quæst. 25. num. 28. & alijs, monentibus ad-
uocatos, vt sint cauti in articulando me-
lioramenta, & quantum sit melioratum.
31 Limit. vbi dominus † rei melioratæ,
illam ob melioramenta carius vendidit,
nam tunc refici debet omnis expensa,
Bossius, tract. de princip. num. 31. vers. nota.
etiam, & probat text. in l. in fundo, ff. de rei
vendic. ver. finge.
32 Limit. vbi melioramenta † sunt facta
ab eo, qui erat dominus rei melioratæ,
quamuis non perpetuus, sed temporalis,
vel reuocabilis. qualis est emptor cum pa-
cto de retrouendendo, grauatus fideicõ-
misso, emphiteota ad tempus, vel genera-
tionem, Maritus in re dotali, emptor, qui
minoris dimidio iusti pretij emit. feudata-
rius, & similes, nam illis reficienda sunt
melioramenta iuxta quantitatẽ, quo fun-
dus reperitur factus melior tẽpore resti-
tutionis, etiam quod minus sit impẽsum,
Ruin. 117. lib. 3. num. 1. vers. sed in hoc, Va-
lasc. de iure emphit. quæst. 25. num. 28. cir-
33 ca fin. vers. rursus, reprobando, Alciat. &
Curt. Iun. qui aliud sentiunt, Rol. à Valle
cons. 28. quoniam, nu. 14. & cons. 30. omisso,
nu. 6 lib. 1. Menoch. de recup. possess. remed.
15. num. 557. & seq. Garzia de expens. cap.
24. num. 3. vers. prædicta autem regula,
Vincen. de Fran. decis. 109. si grauatus, nu. 5.
Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim.
num. 91. in fin. vers. cæterum, & num. 92.
34 asserens ita intelligendam, † l. domos, ff. de
35 legat. 1. & in l. fundo, † ff. de rei vendicat.
procedere in bonæ fidei possessore, qui
non est dominus. relati à Rosental. de
feud. cap. 10. conclus. 43. num. 89. aaaa. & à
Scrader. de feud. 2. part. 9. part. section. 2.
num. 100. vers. sin autem, relati à Petra, de
fideicom. quæst. 15. num. 271. & à Rim. Iun.
cons. 411. num. 38. & seq. Fachin. controuers.
lib. 11. cap. 23. recte vers. contrarium, vbi
late comprobat & respondet obiectis.
36 Contrarium, vt etiam † hoc casu stan-
sit regulæ nostræ, volũt relati Fach. contrœu.
lib. 11. c. 23. recte, vers. etenim. Scrader. & ab
illo relati de feud. 2. part. 9 par. sect. 2. n100.
vers. in hoc tamen, relati à Rosental. qui ta-
men nihil certo concludit, de feud concl. 43.
cap. 10. num. 9. bbbb. Peregrin. de fideicom.
art. 50. num. 71. circa fin. asserens contra-
riam opinionem sibi non placere, nec vn-
quam in praxi receptam fuisse, opinionẽ
Ruin auctoris contrariæ sententiæ, rela-
tis pluribus idem sentientibus, & in spetie
Rolan. à Vall. quem pro contraria opinio-
ne retuli, & addo Bossium in tract. de prin-
cip. num. 31. in princip. Petra de fideicomm.
quæst. 15. num. 263. 271. & seq. vers. contra-
rium. Concludens, vel reficiendum quid
impensum, vel quãtum fuit melioratum,
prout vtilius erit. opin. Molin. de contract.
disput. 463. num. 17. vers. in posterior. &
vers. sequen. plures congerit. Rimin. Iun.
cons 411. num. 51. latè defendit hanc reci-
pienti rem melioratam.

Contrarietatem hanc decidi arbitrio
iudicis asserit Menoch. de recup. possess. re-
med. 15. num. 565. & post illum Valas. de
iur. emph. quæst. 25. num. 28. in fin. Simon.
de præt. de interpr. vltim. volunt. lib. 3.
interpr. 3. dub. 5. sol. 5. fol. 360. num. 16. &
sequen.

Limita vbi is, qui fecit melioramenta
37 erat † rei melioratæ naturalis possessor, &
non sibi, sed domino possidebat, & scien-
te & patiente illo, rem meliorauit, nã re-
cuperat quidquid errogauit, licet minus
sit

fit melioratum, *Rolan. à Vall. conf.28. quoniam, lib. 1. num. 18. Menoch. de recuper. possess. remed.15. num.565. vers. in secundo.*

38 Limit. vbi melioramenta † sunt facta à procuratore, nam repetit quidquid ille impedit, etiam quod melioramenta perierint, *l. & in totū, ff. de impēs. in reb. dotal. fact. Peregrin. de fideicomm. art.50. nu.24. in fin. & nu.31. Valasc. de iur. emphit. q. 25. in fin. vers. nec obstat d. l. & in totū, & dixi etiam inf. num.42.*

39 Limit. vbi melioramēta † minoris æstimantur casu, qui citra factum, & culpam meliorantis acciderit, *Cuman. in repetit. l. domos, ff. de legat. 1. nu.2. in fin.*

Limit. vbi melioramenta sunt facta ab illo, qui poterat cogi ad illa faciendū, seu facere debebat, *Molin. de contract. disput.463. nu.13. in fin. motus, text. in l. hereditas, ff. de petit. hæredit.*

40 Limit. in melioramentis † necessariis, *Rol. à Vall. conf.28. quoniam, lib.1. num. 12. & seq. Peregrin. de fideicomm. art. 50. de impens. part. 1. num.32. & part.3. nu. 74.*

41 *concedens † l. in fundo, ff. de rei vend.* cessare in hoc genere melioramentorum, *Rosental. de feud. cap.10. conclus.43. nu. 70. in fin. n.94. & seq. plurib. & n.153. & 156.*

42 Limit. in eo, qui suis sumptibus † conuenit facere melioramenta, qualis est operū redemptor, qui opus aliquod extruere conuenit, nam repetit quidquid conuenit etiam quod excedat pretium operis facti, *l. plane, ff. de petit. hæred. Ioan. Brach. in l. impensæ, 79. ff. de verb. signif. nu.13.*

43 Lim. vbi melioramenta † sunt facta ab habente mandatum expressum, vel tacitum ad illa faciendum. *Rosental. de feud. cap.10. conclus.43. num.98. & seq.* vbi refert

44 quomodo probatur tacitum † mandatū; modo, vt idem subdit, si melioramenta sint moderata, nam ad immoderata opus est speciali mandato, vt idem subdit.

45 Limit. vbi melioramenta † minoris æstimantur, quia vilius æstimentur operæ eorum, quibus quis sit vsus ad faciendum melioramenta.

An autem melioramenta facta ædi-
46 ficando † sint æstimanda quanti valet ædificium in concreto, vel quanti valent ruta & cæsa, quibus compacta fuere ædificata in abstracto, vt loquitur *Bald. in l. si aquam, C. de seruit. & aqua,* Duæ sunt doctorum pugnantes opiniones. Prima est, vt melioramenta sint æstimanda in concreto, *Bossius tract. de princip. num. 31. vers. & quid de emphiteuta. Clar. §. feudum, quæst 88. pono, num.2. vbi relato, Bald. auctore sua opinionis, testatur,* ita seruari de consuetudine, & hanc opinionem esse æquiorem, & quod illam sequeretur in iudicando, addentes *ad Clar. §. emphiteusis, quæst.45. in fin. Bursat. conf.85. nu.35. Cardin. Tusc. conclus.179. melioramenta, n.26.* testans de magis commun i, addēdo ita seruari de cōsuetudine, *Carroc. de loca. part.4. de expens. q.2. n.2. Molin. de contract. disput.363. de melioramentis, num.9. vers. neque argum.* addendo secus esse con-

47 stitutum † à barbaris compilatoribus iuris feudalis, *Relati à Petra de fidicommiss. quæst.15. n.277. Valasc. de iur. emphit. q.25. num.16. vers. sed & illud.* asserens contrariam opinionem esse nimis duram, & iniquam, *Balzaran. §. si vassallus. hic finit. lex num.5. vers. & soluit dominus, relati ab Hart. Pistor. quæst. 42. lib. 2. num. 11. Rosental. de feud. cap.10. conclus.43. nu.147.*

48 Secunda est, quod † æstimentur tamquam ruta & cæsa, *Ias. l. 2. C. de iure empb. nu.29. in fin. Bero. q.96. illud, num.4. vers. si vero, sequendo Iac. de Beluis. in §. si vassallus, hic finit. lex. deinde consuetud. Rol. à Vall. conf.28. quoniā, n.30. lib.1. Tiraquel. de retract. conuent. §.7. glos.1. num.6. relati à Tusc. conclus.179. melioramenta, nu.25. qui licet conclus.176. num.34. & seq.* relata eadem contrarietate, non addat quam credat veriorem, *& Ioseph Ludouic. decis. 24. num.15. in fin.* concludat cogitandum esse, an Clari opinio sit vera, & recte senserit, *relati a Petra de fideicomm. quæst.15. num.276. relati à Valas. de iur. emph. q.25. num.16. vers. sequitur late, relati ab Hart. Pistor. quæst.42. lib.2. nu.12. Ruin. conf. 24. lib.1. num.10. loquens de ædificio facto in feudo Card. Tusc. concl.180. melioramenta num.50. Carroc. de locat. part. 4. de expens. num.25. vbi de communiori opin. Rosental. de feud. cap.10. conclus.43. nu. 146.* vbi plures refert:

Quamuis Card. Tuscus in suis Practic. *conclus. §. melioramenta, conclus.176. num.34. & sequen. & conclus.179. num. 25. & seq.*

&

& Io. Garzia, I.C. Hispanus in suo tract. de expens. cap. fin. n. 5. & seq. coniectis pluribus in *Bald. & Petram. de fideicomm. non referant*, quam sequantur, vel quomodo hæc concciliari possit doctorũ dissensio, perpensis tamen dictis *Bald. & praeceptoris mei Menoch.* censeo cessare
49 omnem contrarietatem † facta distinctione, quod aut sumus in casu, quo data est domino rei electio, tollendi, & aufferẽdi melioramenta, vel soluendi illorum pretium, vt priori casu, illa æstimentur tãquam ruta & cæsa, & in abstractu, secundo autem casu secus, vt videtur dixisse *Bald. in §. si Vassallus. hic finit lex, deinde consuet. nu. 3. & 4.* post hæc scripta reperi *Valasc. late tentantem hanc conciliationem illum videto, Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 154. in fin. idem inhuit.*
50 Vel quod distinguamus, an † qualitas rei melioratæ patiatur commode fieri in illa talia melioramenta, vel secus. vt priori casu vera sit prima opinio, secũdo autẽ
51 opinio illi contraria. Vel etiam considerando an persona, quæ reficere debet melioramenta sit diues, vel pauper, & quæ factura esset, vel non; eius generis melioramenta, vt duobus primis casibus, vera sit prima opinio, tertio autem casu, vera sit secunda. ita colligo ex dictis *Menoch. de arbitr. iudic. casu 258. Celsus, n. 58.* testans ita sancte iudicatum fuisse Venetijs à quadraginta viris, & ita decisum refert *Vincent. de Franc. decis. 110. col. fi. vers.*
52 *bis discussis.* Aliter † etiam conatus est conciliare, *Petra post hæc scripta à me visus, in tract. de fideicomm. quæst. 15. num. 278. & seq.* vbi præterea inuehit in *Garz.* qui in
53 *sua tract. de meliorament* † de *Baldo* videbatur oblocutus, & idem *Garzia in eod. tract. deinde iterum aucto & impresso, c. 14. num. 5.* se ab huiusmodi conuicijs purgat, sed hæc vetus est omnium fere scribentium cantio indigna, *ut dixi de Lauden.*
54 *lib. 1. quæst. 28.* Aliter † etiam conatus est conciliare, *Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 78. & Hart. Pistor. quæst. 42. feudo. lib. 2. num. 14. & seq.* pluribus, & nouissime *Amat. Resolut. 14. num. 36. & seq. plurib. Borgnin. decis. 32. num. 51, Magon. decis. Florent. 46. & Bursat. consi. 85. nu. 32. vsque in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 149. & sequen. pluribus.*
55 An autem excipiens † vel actor debeat probare minus fuisse expensum in melioramentis, videndus *Crauet. cons. 468. Coram. col. 2. vers. & si dicas.*
56 An detur optio † domini rei melioratæ soluere pretium, vel pati abrasionem, *Mateus, ad Guid. Pap. decis. 169. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 147. & sequen. pluribus.*
57 Fructus autem † æstimantur pretio temporis quo fuere percepti, vel consumpti. *Io. de Anag. cons. 38. num. 3. Bald. in l. 2. C. de fruct. vt lit. expens. in fin. vers. quæro, Menoch. de recuper. remed. 15. & 599.*

---

§. XXX.

SVMMARIVM.

Melioramenta æstimanda sunt pretio, quo æstimari possunt tempore solutionis, 1. 3. 12. *& quare,* 4. 6. *Contrarium quod sint soluenda pretio, quo poterant æstimari tempore confectionis,* 7. *& quare,* 8. *concorda.* 10. 11. *priorem opin. intellige,* 13. *Ampl.* 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. *Limit.* 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32.
Ioseph Ludouic. reprobatur, 29.
L. domos, ff. de legat. 1. *Declaratur,* 2.
Domini periculo res perit, 5.
Melioramentorum causa terminatur iudicio peritorum, 9.
Melioramentorũ deterioratio spectat ad meliorantem, 15.

Retentis, quæ fuere firmata in proximo & antecedenti, §. vt censuit *Rota in recent decis. 650. fuerat part. 2. num. 3. circa fin.* Succedit difficultas, si is, in quem exequutio sententiæ procuratur † melioramenta reficere vellit, an illa sint æstimãda, iuxta quantitatem, qua æstimari poterant tempore, quo fuere facti, vel potius iuxta quantitatem, qua æstimantur tempore, quo quis illa soluere vellit, vel debet, & reperio interpretes iuris nostri inpugnantes fuisse sententias. & vt aduerto hæc pugna oritur ex generico sensu, & vera lectione, † *l. domot, ff. de legat.* 1. cum

cum alijs illam emendandam esse vellint,
alij putent esse mancam, vt patet ex dictis.
Anton. Augustin. emendat. lib. 3. cap. 1. Simon. de Pratis, de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 5. solut. 5. num. 17. vers. secunda, Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 558. & seq. qui omnes illam in suam sententiam trahunt.

3 Nam quod melioramenta sint † æstimanda iuxta quantitatem pretij, quo æstimari possunt tempore solutionis, seu quo res meliorata restituitur, voluerunt in *l. domos. 61. ff. de legat. 1 Bart. & Angel. n. 1. & 2. Ias. num 4. Cuman. num. 1. vers. in textu,* Cast. *num. 4. in fin. Boer. decis. 44. nu. 12. 13. vers. sin autem. Ripa in l. vbi pure, §. qui in distrahendis, ff. ad trebel. num. 4. in fin. Ruin. cons. 135. lib. 3. num. 13. vers. hanc tamen,* Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter emptor. num. 175. in fin. Cesal. cons. 211. Scrader. de feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 102. Bossius tractat. de princip. nu. 31. in princ. Gail. obseruat. 121. lib. 2. num. 12. Simon de Pratis, de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpr. 3. dub. 1 solut. 5. num. 13. circa fin. vers. alij & quarto, & num. 20. vbi de communi, Surd. de alimen. tit. 6. q. 8. num. 185. Menoch. consil. 64. num. 18. & seq. Natta. cons. 13. num. 6. in fin. & 256. num. 4. Magun. decis. Florent. 49. n. 27. Thesaur. decis. 251. num. 2 vbi plures refert, & ponderat textum, d. l. domus. ad. dentes ad Magon. decis. 33. Lucens. num. 24.* vbi de communi, *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. n. 90. & seq. Carroc. de locat. §. melioramentorum, num. 22. Valasc. de iure emphit. quæst. 25. num. 28. vers. cæterum in melioramentis,* vbi alios consentientes, refert *& testatur de commun. Molin. de contract. lib. disput. 463. num. 17. vers. ita Aluar. addendo ita seruari de consuetudine Lusitana, Menoch. & ab illo relati de arbitr. iudic. casu 258. Celsus, num. 51.* vbi refert vigintiquinque Doctores, consentientes *Serafin. decis. 898. num. 2. Cardin. Tuscus conclus. 176. melioramenta, num. 12.* relati à *Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. nu. 259. relati ab Amato loquente de melioramentis factis in fundo emphiteotico, resolut. 14. num. 63. vbi de veriori, & infinitos refert. relati à Maresc. resolut. 113. lib. 2. num. 4 Guttier. testans de communi, lib. 5. practic. quæst. 68. num. 18.*

Rationes autem duæ † considerantur
4 à *Valas. de iure emphit. quæst. 25. num. 28. vers. cæterum, & à Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 90. & seq.* videlicet, quia ad eum ad quem res meliorata deuenit, seu restituitur, nihil præterea deuenit, quam quod tempore restitutionis rei apparet soluendum, & si forte maior quantitas fuit erogata, ascribenda est infortunio meliorantis, qui interim erat rei melioratæ, vel melioramentorum, dominus,
5 † & cuius periculo decreuit, *l. quæ fortuitis, C. de pignor. action.* primam autem rationem censeo veriorem, & est generalis, secunda autem est vera in illis, qui faciunt melioramenta in rebus suis, & proprijs, tempore quo fecerunt melioramenta, quamuis deinde desierint esse domini, nec applicatur in melioramentis factis à conductore, depositario, & alijs, qui non sunt
6 rei melioratæ domini. Aliam † etiam rationem meditatur *Simon de Pratis, de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 5. solut. 5. num. 18. & seq. fol. 361. & ibi vide.*
7 Contrarium, seu † quod in æstimandis melioramẽtis, sequi debeamus æstimationem, quæ fieri poterat tempore confectionis, voluit Castr. *in l. domos, 45. num. 4. cui videtur adhærere, Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 559. & seq.* ponderando verba, *d. l. domos, 61. ff. de legat. 1.* & considerata impossibilitate faciendi talem æstimationem tempore solutionis, vbi perijt fundus melioratus incendio, vel alio casu, qui acciderit, sine culpa, &
8 facto meliorãtis, quo casu † cum sint reficienda melioramẽta, *vt dixi sup. hoc cap. 8. nu. 18.* nam, quæ non extant, cum nec videri possint, nec sub peritorum iudicio cadant, quia non entis nullæ sunt qualitates, *l. eius, qui in prouintia, ff. si cert. petat.* nullatenus dicendum videtur, esse inspiciendum tempus solutionis, sed potius confectionis, cum probato quid & quantum tunc fuerit expensum, certum ferri possit iudicium à peritis, quorum sciẽtia
9 & iuditio, melioramentorum † causa est terminanda, *Florian. de S. Petro loquens de plantis, cons. 1. num. 8. & dixi §. antecedenti. Ampl. 4. Felin. cap. cum causa. de re iudic. nu. 28. relati à Thesaur. decis. 251. num. 1. Petra de fideicommis. quæst. 15. num. 293 & seq.*

& seq. pluribus, vbi refert praxim huius
materiæ . latius etiam idem præstat *Me-
noch. remed.* 15. *num.* 560. *& seq.* conatus
etiam confutare argumenta, quibus de-
funditur contraria opinio. & licet sub-
10 dat † distinctionem, qua credit sustulis-
se omnem contrarietatem, quia nõ quie-
scit animus, & facile est inuentis addere,
sequendo præsentem scribendi methodũ,
constituam in hac hypothesi regulam, &
deinde illam ampliationibus & limitatio-
nibus absoluam, & ita facilius erit huic cõ-
trarietati satisfactum.

11 Contrarietatem eamdem conciliare
† conati sunt, *Amat. resolut.* 14. *num.* 65.
*subdens, in fin. id remitti arbitrio iudicis.
Thesauri* 251. *num.* 4. *Gama. decis.* 137.
Marta digesto. tom. 4. *titul. meliorationes*,
cap. 6. *& seq. & cap.* 10.

Regula itaque sit quod melioramenta
12 † sint æstimanda tanti quanti valent tẽ-
pore quo sunt soluenda, vt probatur *l. do-
mos* 61. *ff. de legat.* 1. quam in hunc sensum
late inducit *Simon de Pratis, de interpret.
vltim. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 5. *solut.*
5. *num.* 17. *in princip. & vers. tertio, vsque
in fin. fol.* 360. relati pro prima opinione,
supra *vers. nam quod.* quibus addo *Viuium,
& ab illo relatos opinion.* 85. *num.* 5. *Natta
cons.* 256. *num.* 4. *Molin. de iure primogenit.
lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 13. *Barbos. in l. diuortio, §
fin. ff. solut. matrim. num.* 90. *vers. bis* 92.
Scrader. de feud. 2. *par.* 9. *part. sect.* 2. *n.* 102.
Rolan. à Valle cons. 28. *num.* 14. *& consil.* 30.
num. 6. *lib.* 1. *Serafin. decis.* 898. *num.* 2. rela-
ti à *Marescot. resolut.* 113. *lib.* 2. *num.* 3.
Pant. de Crem. in l. 2. *C. de rescind. vendit.
num.* 225.

13 Intelligas tamen faciendam † æstima-
tionem pro rata temporis, quo verisimili-
ter durare possunt, *Ias. l. domos, de legat.* 1.
num. 4. *Simon de Prat. de interpret. vltim.
vol. lib.* 3. *interp.* 3. *dub.* 5. *sol.* 5. *fol.* 339. *vers.
alij & secundo, & fol.* 361. *num.* 20. *& seq.
vers. quoniam.*

14 Ampl. siue illa fuerint pretio † aucta,
siue diminuta, seu pluris, vel minoris æsti-
mentur, nunc, quam tempore quo fuere
facta, *Angel. in l. domos.* 61. *ff. de legat.* 1. *n.* 2.
Cast. num. 7. *Alex. num.* 1. *vers. nunc vero.
Rol. à Vall. cons.* 28. *quoniam, num.* 14. *circa
med. & cons.* 30. *omisso, n.* 6. *lib.* 1. exemplum
referens si agatur de solutione melio-
ramentorum tempore pacis, quæ fuere
facta tempore belli, *Ioseph Ludouic. decis.
Perus.* 44. *num.* 25. *Ruin. cons.* 117. *circa lib.* 3.
num. 1. *vers. contrarium, Petra de fideicom.
quæst.* 15. *nu.* 261. *&* 263. *Menoch. cons.* 454.
& si docte num. 4. *& sequen. & præsumpt.*
32. *Est. lib.* 3. *num.* 6. *&* 7. vbi late agit re-
15 probatis, *num.* 8. qui volunt † decrementũ
tantum esse inspiciendum, ad incommo-
dum meliorantis, quos refert, & sequitur
*Simon de Pratis, de interprat. vltim. volun.
lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 1. *solut.* 5. *fol.* 360. *vers.
alij tertio, nu.* 13. 15. *&* 20. *Rosental. de feud.
cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 92. *Scrader. de feud.* 2.
part. 9. *part. section.* 2. *num.* 102. idem repe-
tit *Valasc. loquens de emphiteota. tractat. de
emphit. quæst.* 25. *num.* 28. *circa princ. vers.
cæterum, Pacific. de Saluian. interdict. in-
spect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 259. *Guttier. pract. quæst.
lib.* 5. *quæst.* 68. *num.* 18. *circa fin.*

16 Ampl. præsertim † vbi melioramenta
sunt perpetua, vel duratura vltra tempus,
quo soluuntur, vel solui debent, *Boer. decis.*
44. *num.* 13. *vers. sin autem.*

17 Ampl. præsertim † vbi is, qui fecit me-
lioramenta erat rei melioratæ dominus,
quamuis reuocabilis, & minus sit expen-
sum, quam melioratum, *Barbos. in l. diuer-
tio. § fin. ff. solut. matrim. num.* 92. *vers. quod
apertissime, Valasc. de iur. emph. quæst.* 25.
num. 28. *circa princ. vers. cæterum, & circa
med. vers. secus quando*, relato *Rol. à Vall.
cons.* 28. *lib.* 1. *num.* 18. & dixi § antecedenti,
num. 32. *Rota diuers. in recentioribus decis.*
659. *part.* 2. *num.* 3. *in fin. Maresc. resolut.*
113. *lib.* 2. *num.* 10.

18 Ampl. etiam si præcessisset pactum † de
soluendis meliorament is arbitrio N. *Nat-
ta. cons.* 256. *in facto, num.* 4. *Cafal. cons.* 311.
num. 93. *Surd. cons.* 324. *num.* 17. *Card. Tusc.
conclus.* 176. *melioramen. num.* 12. *&* 33. *Pe-
tra, de fideicomm. quæst.* 15. *num.* 263. *& seq.
pluribus.*

19 Ampl. præsertim, si non † potest proba-
ri quantum fuerit impensum, *Rosental. de
feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 170. *asserens in
fin.* ita vidisse obseruari, ea ratione, quia
tantum præsumitur impensum, quanti
nunc æstimantur melioramenta, alias cõ-
cederetur iniquitas, quod is, cui fundus
restituitur locupletaretur cum alterius
iactu.

iactura, stante impossibilitate probandi, quantum fuerit impensum, *Scrader.de feud.2.part.9.part sect.2.num.103.*

20 Ampl. præsertim † si melioramenta fuerint necessaria, & facta sint, tam à bonæ, quàm malæ fidei possessore, *Menoch.de arbitr.casu 258.Celsus num.51.Bossius, tract. de princip.nu.31.in princip.* addendo idem dicide vtilibus.

21 Ampl. præsertim † vbi quis admittitur ad restitutionem rei meliorataæ beneficio restitutionis in integrū, nam si vtilius erit minori, vel ecclesiæ, fit quod est vtilius, alioquin cōsiderabitur ęstimatio, quę fieri poterat tempore, quo res fuit meliorata; vt refert voluisse *Bero.in cap.1. de restitut. in integr.num.* 4. quem improbat *Scrader. de feud.2.part.9. part. section.2. num.103. Marescot.resol.113.lib.2.num.6.*

22 Ampl. quod si melioramenta † tanti æstimentur, quantum fuit impensum, integra quantitas sit soluenda, non obstante, quod dominus rei, seu is, cui res meliorata restituitur, excipiat minori quantitate potuisse facere, melioramēta, *Barbos. l. diuortio, §. fin.ff.solut. matrim. num. 91. vers.ex quo.Tiraquel.de retract.cōuen §.7. glos.1. num.17.*

23 Limit. in melioramentis factis † per ferruminationem, *Vrsil. ad Afflict. decis.87. magnum, num.3.circa med.vers.in is, & dixi, §.præcedenti, num.9.*

24 Limit. vbi melioramenta † pluris æstimantur, quam fuit expensum, nam tunc pretium impensarum tantum persoluitur, *Scrader.de feud.2.part.9.part. section. 2. num.102.in fin.Rosental.de feud.cap.10.cōclus.43.num.92.*

Contrarium tenent, sed male, vt inquit *Scrader dict.sect.2. num.102. in fin. Ruin. cons.117.nu.1.Bertrand.cons.21.num.5.Rol. à Val.28.lib.1.*

25 Limit. vbi melioramenta † sunt compensanda cum fructibus, nam tunc consideratur illorum pretium, de tempore quo sunt facta, *Felin.cons.42.num.9.* quem refert & sequitur *Gabriel, de acquir. rer. domin.conclus. 1.num. 13. Rota diuers. in recent.decis.650.num. 3.in fin.part.2.*

26 Limit. in eo, qui suis sumptibus † sua ve industria conuenit facere melioramenta, nam illi reficiendum est, quidquid errogauit, *Io.Brach.in l.impensæ 79 ff. de verb. signific.nu.13.* & dixi §. antecedenti *nu.42. Molin.de contract.disput.463.nu.13. vers. excipit.*

27 Limit. vbi melioramenta † sunt facta à procuratore domini rei melioratæ, nam ei refundendū est, quidquid errogauit, nulla facta distinctione, quanti æstimari possint melioramenta, *l. 4 ff. de impens.in rebus dotal.fact. Valas. de iur. emphit. quæst.25. num.28.circa fin.vers Nec obstat.l.& in totum*, qui loquitur de marito meliorante rem dotalem, *Marescot.resolut. 113. lib.2.num.9.*

28 Limit. in melioramentis † factis à conductore, *Petra de fideicomm. quæst.15. nu. 264. circa med.* qui ideo admonet cauendum esse à *decis. Perus. Ioseph. Ludouic.*

29 † *24.num.25.* dum vult melioramenta esse æstimanda iuxta pretiū quo æstimari possunt tempore quo res conducta restituitur locatori, nō autem tempore quo fuere facta, addendo *num.265.& seq.* idem dicendum quamuis fuerit conuentum de reficiendis melioramentis, iuxta æstimationem faciendam à peritis.

30 Limit. vbi res est attrita † seu in parte consumpta. nam id, quod superest tantū soluitur, *Marescot.resol.113.lib.2.num.7.*

31 Limit. in melioramentis † factis à bonæ fidei possessore, quæ facere erat obligatus dominus rei melioratæ. nam illi reficiendum est, quidquid errogauit, *l hæreditas, ff.de pet.hæred. Molin. de contract. disput 463. num.13.circa fin.Marescot.resol.113. lib.2.num.* 8. concludens deberi, quod est minus.

32 Limit. vbi consideratis temporibus † & qualitate melioramentorum, iudex aliud arbitraurt, *Amat.resolut.14. num.65.in fin. relatis Menoch. de arbitr. iudic. casu 258. de recuper. possess.remed. 15. num. 565. Tesaur. decis. 251. melioram. num.* 4. addendo hac limitatione vere concordari opinionum contrarietatem.

---

§. XXXI.

SVMMARIVM.

Melioramenta si non fuerint liquida, an retardetur executio sententiæ. Controuersa

Ee est

est quæstio 1.2.3.5.6.8. *Affirmatiua regula constituitur*, 12.13. *Ampliat.* 14.15.16.17.20. 22.23.24.25.26.27.30.31.33.34.37.38. 39.40.41.42.45. *Limit.* 29.44.45.47.48. 50.52.53.54.

Rei inhærere tutius est, quam actioni, 4.

Theodosius Rubeus laudatur, 7.

Opiniones dictorum, quare diuersa, 9.

Iniustus, quis dicatur, 10.

Iudex qualiter dicatur iuste iudicasse, vbi iniuste iudicat, 11.

Probatio quando dicatur facta incontinenti, 18.19.

Appellatio est licita, vbi quis excluditur ab exceptione competenti, 21.

De facto quando dicatur contra aliquem procedi, 23.

L. statuliber, ff. de stat. liber. declaratur, 28.

Euidentia facti superat omnem probationẽ, 32

Oblatio pecuniæ in sacculo, quando prosit debitori, 35.

Citari amplius non debet, qui citatus dixit nolle comparere, 36.

Exceptio quando dicatur requirere altiorem indaginem, 46.

Probatio generalis non releuat, 49.

Arbitrium datum iudici, est stricte interpretandum, 51.

QVæ hactenus dixi circa retentionem
rei melioratæ, concessam facienti
rem meliorem, an illa sint etiam
1 vera, vbi melioramenta † non sunt liqui-
da, non leuis, est inter iuris nostri inter-
pretes, quæstio. nã *Magon. decis. Lucens.* 81.
n. 7 in fin. asserit illam esse perplexã, dispu-
2 tabilẽ & dubiã.† Alij opposita exceptione
post sententiam negant cõcedi retentionẽ
data cautione de illis reficiendis, vbi fue-
rint liquidata, secus si ante, *Vinc. de Franc.*
decis. 118. *n.* 17. *Bero. cap.* 8. *de restit. in integr.*
n. 32. *& seq.* quia iniquũ esse credatur, exce
ptione melioramentorum, quæ sæpe sunt
minima, & tribus sententijs liquidãda, cũ
peritorum iudicio, concedi retentionem
rei non suæ, & actori debitam, etiam ex
rei conuenti confessione, & excludere
dominum, etiam spoliatum possessione
rei suæ, quæ centuplo excedit pretium
melioramentorum. *vt volunt Rosental.*
de feud. cap. 10. *conclus.* 43. *num.* 120. *& seq.*
& num. 134. *&* 139. relati *à Menoc. de re-*
cuperand. remed. 15. *num.* 569. *Strader de*
feud. 2. *part.* 9 *part. sect.* 2. *num.* 31. *vers. in*
hoc, & num. 32. qui latè hanc opin. probat.
relati *à Pacific. de saluian. inspect.* 2. *cap.* 2.
n. 249. *& seq.* vbi testatur de magis cõmu-
ni relati à *Mauson. de caus. execut. Ampl.* 35
num. 18. & *à Valasc. de iure emphit. q.* 25. *in*
princip. vers. an vero. vbi etiam rationem
& stylum Senatus Lusitani, refert & *à Fus-*
sar. de fideicom. q. 763. *n.* 21. *& Caroc. de lo-*
3 *cat. de expensis n.* 18. *&* 20. † Alij retentionẽ
cõcedant, tũ quia alia via nõ sit consultũ
melioranti in recuperatione melioramẽ-
torum, quã beneficio retentionis; vt di-
cam latius infra; quia cum satius sit in-
4 hærere rei, quam actioni, *§. fin. instit. quib.*
mod. tollit. obligat. facilius conceditur re-
tentio, quam actio, l. 1. *ff. quib. mod. pignus,*
vel hypot. sol. Crauet. cons. 148. *nobilis, nu.* 2.
Surd. cons. 4. *plura, num.* 5. *Auendan. de exe-*
quend. mandat. reg. part. 2. *cap.* 12. *n.* 13. *circa*
fin. relati *à Fussar. de fideicomm. quæst.* 672.
n. 20. *& à Caroc. de locat. pact.* 4. *de expens.*
5 *n.* 21. Alij † facta distinctione, an in sententia
de cuius exequutione agitur, adsint verba
seu clausula Refectis, vel solutis meliora-
mentis, vel reseruato iure melioramento-
rum, vt priori capite casuum alternatiue
relatorum retardetur exequutio, & con-
cedatur retentio, secundo autẽ nequaquã,
Negus. de pignoribus 5. *membr.* 5. *part. nu.* 9.
relato *Castr. cons.* 270. *lib.* 2. *nu.* 3. *vers. bre-*
6 *uiter.* Alij † absolute negant exequtionem
sententiæ, & concedunt retentionem
modo saltem de melioramentis exceptis
constet in genere, *l. si in area, §. de condit.*
indeb. per quem textum ita censuit sæpe
Rota teste Penia relato in tract. de Saluian.
decis. 75. *num.* 4. *&* 9. *vers. non obstat, & de-*
cis. 82. *n.* 4. Alijs contrarium sentientibus
Benintend. decis. 77. *num.* 5. *& sequen.* Alijs
modo vnum, modo aliud sentientibus &
iudicantibus, & singulariter singulari la-
7 bore, refert *Theod.* † *Rubeus prima part.*
suorum singular. ex Rota decis. ad Accoram-
8 *bon. decis.* 8. Alij † retentionem negant, si
iurante, qui meliorauit, quanti credat
æstimari posse meliorata, actor deponat
eam summam *Valasc. de iur. emphit. q.* 25.
num. 23. *in fin. Molin. de contract. disputat.*
463. *num.* 17. *vers. quando asserens*, ita ser-
uari à Senatu Lusitano.

Verum

Verum, quia relatæ doctorum opiniones non sunt omnino veræ, nec penitus
9 falsæ, & varietas † sententiarum ascribenda sit diuersitati personarum successiue in eodem consessu iudicantium, quæ non compactæ eadem constitutione sint, facile fuit aliud tunc, aliud nunc iudicasse, vt latè *dixi de laudem. lib. 1. quæst. 28. in princ.* nec tamen dici potest id factum læsa iustitia, quæ est constans, & perpetua voluntas, tribuendi vnicuique quod suū est, iuxta interpretationem *glos. in cap. maiores. verb. ad altitudinem. de baptism. & Sebast. Medic. de legib. part. 3. cap. 8. n. 7.* quia vt inquit, *Arist. 5. ethic. cap. 8. & interpretatur Sotus de iustit. & iur. lib. 3. q. 3.*
10 *art. 2. in princ.* ad effectum † vt quis dicatur iniustus, non solum est necesse, vt iniuste faciat, sed quod iniustum est faciat ex animi morbo, & boni habitus corruptione. Quare si quis vel casu, vel repentina affectione, vel corporis temperatura vrgente, virtutis aliquod præstet opus, non ideo statim virtuosus est dicendus, quia vel casu, vel natura quodam modo cogēte id facit, ita & è contra, si quid mali, vel iniqui fecerit, *arg. l. quod calore, ff. de regul. iuris.* Hinc dixit I.C. quod prætor iniuste iudicando dicitur iustitiam ministrasse, considerato eo quod facere debebat, non
11 autem quod fecit † *l. pen. ff. de iustit. & iur.* & nata quæstio, an detur iustitia, vt negatiuè argumentatur. *Leonard. Coquæus, in scholijs ad D. Augustinum de ciuitate Dei, lib. 2. cap. 21. vers. suscepit enim pilus, & vers. purgam. & dixi late infra §. 41.*

Ideo vt in proposito themate omnis cesset difficultas sequendo inchoatam
12 methodum, constituam † affirmatiuam regulam, quam ampliationibus & limitationibus deinde prosequar, & ita apparebit veritas huius controuersæ quæstionis,

Regula itaque sit, circumscripto quidquid de stylo curiæ sit alicubi receptum,
13 quod opposita † exceptione melioramētorum, quod quamuis illa non sint liquida seu vbi de illis constat tantum in genere, retardetur executio sententiæ, in excipiētem prolatæ, donec de melioramētis fuerit ille satisfactus. *l. si in area, ff. de condit. indeb. l. Paulus. ff. de doli except. l. qua ratione, §. habet, ff. de acquiren. rerum dominio.* per quæ iura, ita firmat *Capic. decis. 17. num. 7. & post Capic. idem voluit Ruin. cons. 84. quoniam, lib. 1. num. 17. Affl. decis. 87. num. 6. Galles. de obligat. cameral. quæst. 18. iuxta nouam impress. num. 13. testando*, ita vidisse iudicatū à Rota in causa magni momenti, sequendo *Capic. & Ruin. supra citatos.* quidquid in contrarium dictū fuisset, *ex Neguf. de pignorib. 5. membr. 4. part. num. 10.* aliud sentiente. *Bursat. rebus pluribus, Rotæ decis. cons. 85. certum est num. 31. vers. dummodo. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 245. & 253. Scrader sequēdo decis. Capic. de feud. 2. part. 9. part. section. 2. n. 31. 33. in fin. Marescot. resolut. 112. illud part. 2. num. 20.* relatiā *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. n. 116. & seq. Contard. de momentan. possess. q. 24. nu. 16. Scaccia de appellat. quæst. 17. Limit. 6. memb. 4. num. 65. Surd. de alimen. titul. 8. priuileg. 62. num. 8. Petra de fideicom. q. 15. num. 307. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 13. Tusc. concl. 182. melioramēta, num. 83. & 87.* relati à *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 138. & seq. Ioseph Ludou. decis. Perus. 34. num. 17. in fin. Gratian. decis. 90. num. 20. Rebel. de oblig. iustit. lib. 7. quæst. 7. nu. 3. in fin. Decian. cons. 29. lib. 2. num. 18. vers. non obstat.*

14 Ampl. potest præsens regula † multis casibus relatis in princip. huius Capitis Octaui.

15 Ampl. præsertim, vbi excipiens † de melioramentis, exhibet velle illa probare in continenti, *Menoch. de recup. benefic. 15. num. 572.* vbi notandum textui impresso
16 Francfurti deesse negatiuam † & legendū declaratur secun do, vbi incontinenti adessent probationes factorum melioramentorum, cum id dicat *Bald consil. 309. lib. 2. in fin.* quem *Menoch.* refert in suam sententiam, quem sequitur, & pluribus *Rota decis.* comprobat *Lancel. de attent. part. 3. cap. 24. quæst. 29. nu. 8. & seq. Scrad. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 30. in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 128. & seq.* addendo hoc esse indubitatum
17 etiam † fiageretur de re occupata cum vitio *Bursat. cons. 85. num. 31. vers. nec non. Pacif. de salulan. inspect. 2. cap. 2. num. 253. Contard. de moment. possess. quæst. 24. nu. 28.* Subdens *num. 29.* arbitrarium esse iudici

decernere quando probatio dicatur fieri incontinenti, *Scrader. de feud. 2. par. 9. part. sect. 2. num.* 125. concludit probationem dici factam incontinenti, si fiat intra terminum datum à iudice, ad probandum,
18 quem terminum † esse arbitrarium iudici vult *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num.* 130. *& confirmat Scrader. d. num.* 25. *circa fin.* addendo iuxta subiectam materiam, modo longiorem, modo breuiorē concedi dilationem, *& num.* 26. subdit si aliter fiat à iudice posse appellari ab illius decreto, & censeri illum dolose procedere.
19 Probatio autem † quando dicatur facta incontinenti non conueniunt Doctores, teste *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num.* 127. *vbi refert tres opiniones.*
20 Ampl. quod † si non admittatur exceptio melioramentorum, liceat appellare, ad vtrumque effectum, etiam quod talis exceptio opponatur, coram exequutore, *Alexan. cons.* 85. *viso themate lib.* 5. *num.* 6. eam afferens rationem, quia vbi quis decreto iudicis excluditur † ab exceptione,
21 quæ de iure impediret sententiæ exequutionem, licet appellare ad vtrumque effectū *Alexan. sequuta est Rota. in Romana saluiani interdicti, coram Penia*, vt refert *Pacific. de saluian. interdict. decis.* 74. *num.* 6. *& sequen.*
22 Ampl. vt non solum † liceat appellare, sed etiam agi posse spolio, nisi concedatur, retentio, vel saltem non sit consultum, melioranti cautione de soluendis melioramentis, vt censuit *Rota coram Penia*, teste *Pacif. de saluiani decis.* 47. *in vna n.* 8. & ratio est, quia quotiescumque cum aliquo nō proceditur iuris ordine seruato,
23 dicitur cum illo agi de facto. † & spoliari, *cap. conquerente. de restitut. spoliat. Ruin. cons.* 102. *Viso lib.* 5. *num.* 12. *Put. decis.* 177. *lib.* 1. *Hondad. consil.* 82. *lib.* 1. *num.* 24. *post princip. Bec. cons.* 25. *in causa, num.* 9. *cum alijs relatis à Contard. de moment. possess. quæst.* 24. *num.* 32.

Ampl. vt vbi non fuit admissa exceptio melioramentorum, & facta sit exequutio, vt agi possit ad illius reuocationem ex capite nullitatis, vt censuit *Rota teste Pacific. de saluian. decis.* 74. *in vna num.* 8. sequendo *Contard. de moment. possess. q.* 24. *num.* 32. *Luc. Pet. in prax. lib.* 6. *de caus. nullit. num.* 24. *vers. & ex rationibus.* vbi testatur, ita fuisse in foro Capitolino illo patrocinante iudicatum.
24 Ampl. præsertim † vbi in sententia in reum prolata adest clausula refectis melioramentis, vel alia æquipollens, quæ oriatur ex ventre sententiæ. *Cast. cons.* 270. *viso puncto, lib.* 2. *num.* 3. *vers. breuiter. Capic. decis.* 17. *num* 9. *Benintend. decis.* 77. *num.* 11. *Viuius decis.* 192. *deponens num.* 3.
25 addendo procedere etiam † si offeratur cautio, vel depositum pretij, quo æstimari possunt, *Contard. de moment. possess. q.* 24. *num.* 21. 27. addendo hoc sensu veram esse decis. *Capic.* 17. *vt dixerat Rota coram Acorombono*, vt refert *Pacif. decis.* 77. *num.* 1. *in fin. sui operis. de saluiano. Scrad. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 32. *vers. caterum. Pacific. de saluian. inspect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 252. *&* 257. *relati à Velasc. de iur. emphyt. q.* 20. *num.* 22. 23. *in princ. cons.* 24. *Fusar. de fideicom. quæst.* 672. *num.* 16. 22. *Tusc. concl.* 182. *melioramenta num.* 31. *& seq.* 44. *& sequen. vsque ad* 46. vbi late comprobat hanc extensionem *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 125 *Amat. resol.* 14 *num.* 43. vbi refert ita iudicatum.

Contrarium reprobato *Castr.* tenet *Fachin. controuers. lib.* 7. *cap.* 91. *in fin.* vbi etiā refert concordes. *Pistor. quæst.* 42. *part.* 2. *num.* 33.
26 Ampl. etiam quod agatur de † exequutione sententiæ latæ ad fauorem spoliati, vt ille sit redintegrandus ad suam possessionem *Capic. decis.* 17. *num.* 1. *&* 10. vbi refert ita fuisse iudicatum. & sequitur *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 569. *vers. contrarium. & conueniunt, quæ dixi supra, in regula constitutæ hoc cap.* 8. *nu.* 7.
27 Ampl. etiam quod offeratur † fideiussor vel cautio bancaria de illis soluendis, vbi fuerint liquidata. *Ruin. cons.* 84. *quoniam. lib.* 1. *num.* 16. *& seq.* vbi respondet, *l. statu lib. ff. de stat. liber.* quæ videbatur obstare, & quam *Capic. decis.* 17. *num.* 2. allegatin oppositam sententiam, & est notabilis de-
28 claratio † ad cum textum *Gallef. de obligat. cameral. quæst.* 18. *num.* 13. afferens ita fuisse decisum à Rota in causa magna. *Bursat. cons.* 85. *tertium. num.* 51. *in fin.* afferens idem fuisse dictum à Rota in alijs causis

causis. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 570. *Lancell. de attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 29. *num.* 9. *testans ita à Rota decisum. Tusc. conclus.* 182. *melioramenta, num.* 27. *Amat. resolut.* 14. *num* 44. asserens ita iudicatum, si in sententia adsit clausula, refectis expensis. Subdens in fin. hoc esse arbi-
29 trariũ † iudici, considerata qualitate personarum, & melioramentorũ. *Rebell. de obl. iust. lib.* 7. *quæst.* 7. *num.* 4. vbi refert dissentientes & conciliat, & refert praxim Hispaniæ & Lusitaniæ. *Vincent. de Franc. decis.* 112. *num.* 1.

30 Ampl. præsertim vbi de † melioramentis fuit exceptum ante sententiam, & de illis constat in genere. *Vincent. de Franch. decis.* 112. *dum pro num.* 16. *& seq.* vbi ita seruari à Senatu Neapolitano testatur, & ibi addentes late prosequuntur. *Pacific. de saluian. interdict. insp.* *ct.* 2. *cap.* 2. *nu.* 243. vbi refert plures Rotæ decis. quas idem imprimi curauit in calce sui operis, *decis.* 74. *&* 82. *num.* 4.

31 Ampl. præsertim si † de melioramentis constet per rei euidentiam, vt puta, quia ex inspectione rei pateat rem fuisse de recenti melioratam, per refectionem, vel additamentum factum *Rosentat. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 131. addentes ad *Vincent. de Franch. decis.* 112. *vers. quid si melioramenta* relato Bursat. *cons.* 10. *nu.* 13. qui hoc non dicit in meo Codice, censeo tamen extensionem istam esse veram,
32 quia euidentia † facti superat omne genus probationum. *Affl. decis.* 107. *in causa num.* 6. *Mantic. decis.* 79. *num.* 3. sirmior est enim, nec in dubium reuocari potest probatio facta per rei præsentiam, sicuti dubitari potest, an odio, vel amore sint probata, quæ voce dicuntur. *Afflict. d. decis. num.* 7. *Gail. obseruat.* 26. *lib.* 1. *num.* 9. *Gilchen. de præscript. part.* 2. *memb.* 1. *cap.* 1. *num.* 62. *& seq.*

33 Ampl. præsertim si melioramenta † sunt necessaria, vel vtilia, & facta à bonæ fidei possessore. *Lancellot.* sequendo *Menoch. in tractat. de recuper. poss. ff.* & in ijs, quæ respondit in causa Finariensi. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 29. *num.* 10. *circa med. vers. præsertim.*

34 Ampl. præsertim vbi is, cui res meliorata est restituenda, profitetur, & asserit, nolle aliqua melioramenta soluere, *l. colonus* 12. *ff. de vi & vi armat. l. intra vtile* 39. *§. vendentibus, ff. de minoribus l. seruus si hæreditat* 28. *§. fin. ff. de statu liber.* per quæ iura ita firmat. *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 120. *in fin. Bero. cap. 1. de restit. in integr. num.* 33. *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 32. *in fin. vers. similiter.* comprobando hanc extensionem, ex eo, quod licet oblatio pecuniæ in sacculo,
35 † & folle, vel marsupio, non releuet offerētem, si tamen is, cui fit oblatio recusēt, recipere, secus est, *Cast. & Alex. in l. si mora.* 9. *ff. sol. matr. Tiraquel. de retract. conuent.* §. 4. *glos.* 6. *num.* 21. & ego addo comprobari potest hæc extēsio exemplo eius, qui
36 citatus ad † iudicium, non est vlterius citandus, si protestatus fuit, nolle comparere. *Socin. cons.* 195. *lib.* 1. *num.* 6. *vers. accedit, Surd. cons.* 371. *num.* 9.

Amplia etiam si ageretur de exequtio-
37 ne † sententiæ latæ, tam ex aliquo ex remedijs acquirendæ, quàm recuperandæ possessionis, *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 569. *vers. contrariam*, vbi relatis dissentientibus concludit retardari exequtionem sententiæ latæ in spolio, vbi constat in genere de melioramentis factis à spoliatore, *Pacific. de saluian. inspec.* 2. *cap.* 2. *num.* 253. *& seq.* qui loquitur de sententia lata ex remedio saluiani, *& dixi supra hoc cap.* 8. *num.* 19.

38 Ampl. præsertim † vbi is, cui res meliorata est restituenda, replicat non esse obligatum ad refectionem melioramentorum, *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 120. *in fin.*

39 Ampl. præsertim † si agatur ex contractu reciproco, cuius adimplementum versaretur etiam in solutione melioramentorum, *Gozadin. cons.* 500. *num.* 22. *circa med & num.* 23. *&* 25. addendo præsertim si contractus sit iuratus, vel adimplementum esset conceptum sub conditione,

40 Ampl. etiam vbi dispositione † legis, vel hominis, res meliorata est melioranti hypothecata, etiam generaliter tantum. *Gozad. consil.* 100. *nu.* 24. *& seq. Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *nu.* 133.

41 Ampl. etiam donec fuerint † persoluta realiter, vsque ad obolum, etiam minima,

Rosen-

Rosental. de feud. cap. 10. *conclus.* 43. *nu.* 118. *Serader de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 128.

Ampl. præsertim si de melioramentis
41 † excipiatur factis in re, in qua quis fuit immissus in contumaciam domini illius, etiam quod requirerent actiorem indaginem, *vt dixi infra*, §. 45. *Ampliat.* 3.

Limit. vbi melioramentorum liquida-
42 datio altiorem † requireret indaginem, seu vbi difficile liquidari possunt, *Florian. de S. Petro cons.* 1. *num.* 15. *Menoch.* loquens in casu quo de melioramentis excipitur aduersus sententiam latam in remedio canonis redintegranda. *in tractat. de recuper. remed.* 15. *num.* 572. *Pacific. de saluian. interdict. inspect.* 1. *cap.* 2. *num.* 42. *&* 254. addendo ex *Put. decis.* 471. *lib.* 2. *Benintend. decis.* 77. *num.* 10. isto casu non retardari
43 executionem sententiæ, data cautione, & idem ptius dixerat latius, *num.* 245. idem *Pacific. Bursat. cons.* 85. *num.* 31. *vers. nec non Rota coram Seraphino*, teste *Pacif. d. tract.* *decis.* 83. *Rota*, *num.* 4. *Contard. de moment. possess. quæst.* 24. *nu.* 28. *Fussar. de fideicom. quæst.* 672. *num.* 18. 21. *in fin. Scrader de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 131. *& seq.*
44 † quando autem exceptio dicatur requirere altiorem indaginē, *Benintend. decis.* 77. *num.* 13. *&* 14.
45 Limit. vbi † melioramenta sunt penitus illiquida, nam non retardatur exequutio sententiæ, data cautione de soluendo, vbi fuerint liquidata, *l. statu liber, l. seruus, §. hæred. §. fin. ff. de stat. liber.* per quæ iura, ita censuit *Rota* vt testantur *Accorambon. & Lancellott.* relati *à Pacific. de Saluian. interdict. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 243. *& decis.* 77. *& seq.* & latius idem *Pacific. eodem tract. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 242. *Put. decis.* 461. *Die vndecima lib.* 2. *Contard. de momen. possess. quæst.* 24. *num.* 18. & conueniunt dicta *Capic. decis.* 17. *num.* 5. *& seq. Galles. de oblig. cam. quæst.* 18. *nu.* 54. *Bursat. cons.* 85. *num.* 31. *vers. dummodo.*
46 Limit. vbi excipienti de † melioramentis præfixus fuit terminus ad illa liquidanda, & in termino dato, non est facta liquidatio, nam sententia demandabitur exequtioni, data cautione de illis soluendis, vbi fuerint liquidata, *Put. decis.* 461. *Die part.* 2. *vers.* & tanto magis, quam latissimè exornat *Theodos. Rubeus in suis singularibus, part.* 1. *ad decis.* 8. *Accorambon. Cōtard. de moment. possess. quæst.* 24. Addendo id concedi in pœnam moræ excipientis, *num.* 20. *& seq. plurib. Pacif. de saluian. inspect.* 2. *cap.* 2. *n.* 246. *& seq. Fussar. de fidei-*
47 *com. quæst.* 672. *nu.* 12. quia probatio † generalis non releuat *Crau. cons.* 157. *nu. m.* 8. *& seq. plurib.* Quare animaduertendo, quod Rota numquā concessit executionē sententiæ, nisi lapso termino ad liquidandum melioramenta, *Rot. diuers. in recent. decis.* 151. *part.* 2. *nu.* 5. *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43 *num.* 124. nullatenus dici potest, illam modo vnum, modo aliud iudicasse, seu negasse, & concessisse retentionem, quia considerato effectu idem
48 semper iudicauit: nam cum † excipiens sit actor in sua exceptione, *l.* 1. *ff. de except. Put. decis.* 396. *part.* 2. *num.* 1. *Rol. à Val. cons.* 13. *lib.* 3 *num.* 65. *Cefal cons.* 455. *n.* 30. non sat est excepisse de melioramentis, & illa probasse in genere, nisi deinde probetur quantum sit melioratum, & retentis relatis tribus limitationibus, cessat interpretum nostrorum contrarietas, dummodo negant, modo concedunt retentionem excipienti de melioramentis, & hanc conciliationem videtur indicasse, *Contard. de momentan. possess. quæst.* 24. *n.* 28 *& seq.* licet addat hoc esse iudici arbitrarium, & tanquam de arbitrarijs, non mirum si fuerit diuersimode iudicatum. post hæc scripta reperi relatam concilliationē ex *Contard.* etiam aduertisse *Caroc. de locat. part.* 4. *cap. de expens. num* 22. *&* 24. *Tusc. conclus.* 182. *melioramenta*, *num.* 42. *Pacific. de saluian. interdict. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 242. *& seq.* 45. *& seq. Amat. resol.* 14. *num.* 44. *& seq.* asserens terminum competentem, vel plures concedendos esse, & cessare limitationem istam, si in sententia dictum fuit solutis prius melioramentis.
49 Limit. vbi aduersus † excipientem concurrerent causæ, quæ vrgerent iudicis animum, ad exequendam sententiam, data cautione, de reficiendis melioramētis, vbi fuerint liquidata, veluti si condemnatus sit potens, diues, vel litigiosus, lis fuit longa, victor vero esset pauper, vel vidua, vel pupillus, & similis alia persona, melioramenta sint magni valoris, vt considerat,

fiderat *Peregrin. relatus à Fussar. de fidei-com. quæst.672. num.26. & seq.* cuius opinio licet multum habeat falis, quia tamen
50 coarctanda potius, quam † dilatanda est iudicum arbitraria facultas,& si fieri posset,nihil deberet esse iudici arbitrarium, *vt dixi. de laudem. lib. 1.* censeo tutiorem esse praxim Rotæ Romanæ,vt præfigatur excipienti terminus ad liquidandum, & illo elapso in pœnam contumaciæ,vel negligentiæ excipienntis, fiat executio, *vt retuli supra, num.48.*

51 Limit. vbi melioramenta † sunt illiquida de iure, vt puta,quia probabiliter dubitatur,an sint reficienda,*l.1.§. si in annos. l. in l. falcidia in fin. ff. ad leg. falcid. Card. Tusc. per hac iura concl. 182. melioramenta, num.48.*

52 Limitari potest † præsens regula ijs omnibus casibus qui colligi possunt, *ex dictis supra hoc, cap.8.*

53 Limit. ijs omnibus † casibus quibus nō admittitur compensatio illiquidi,ad liquidum,*Scrader. de feud.2.part.9.part sect.2. num. 32. in fin.* vbi remissiue, refert qui sint isti casus,& dixi in meis collectaneis, ad *l. final C. de compensat. Rosental. idem repetit,de feud. cap.10. concl.43. num. 127. & num.135.& seq.* quando dicatur res obligari à lege ratione melioramenterum.

§. XXXII.

SVMMARIVM.

*Melioramenta quando petantur actione spolij,vbi dominus rei meliorata fuit immissus in possessionem opposita exceptione melioramentorum,*1. 2.

*Melioratum fundum qui domino restituit absque iudicis decreto, excluditur actione spolij.*8.*& quare.* 9. *Limit.* 11. 12. 13. 14.

Qua actione illa petantur. 15.16.17.18.20. 21.22.23.24.25.26.28.30,31.32.33.34.35. 36.38.39.40.41.42.43.

ad Melioramenta repetendum nulla competit actio ei, qui rem melioratam errore, vel imperitia restituit domino suo. 45. *Ampl. ibid.* & 46. 47.49. 50. 52. 53. 54. 55. 56 *Limit.*59.60.61.62.63.64.65.66.67.68.69. 70.71.

*Pactum de non petendo, si de illo non excipi atur nihil prodest.*4. *Ampl. ibid.*

Notorium releuat ab onere probandi si tamen de illo excipiatur. 5.

*Iudex supplere potest in ijs,quæ desunt partibus.*6.*Ampl.*7.8.

*Redintegratio non conceditur vbi quis facto suo cadit à possessione.*9.*Exempla talis casus.*10.

*L. si in area,ff. de condit. indebit. Declaratur.*19.

L. si me & Titium, ff. si cert. pet. declaratur. 27.

*Actio in factum generalis est,& quid exprimendum,vbi illa intentatur,*29.

*Incerti condictio quid sit,*37.

*Actionis formulam indagare inane est.*44.

de Euictione non agit emptor qui litem sibi motam non intimauit venditori 48.49.50.51.

Si contingat meliorantem fundum vrbanum, vel rusticum, allodialem, vel feudalem, seu emphiteoticum, et cui est debitum,restitui,non refectis melioramētis,& qui fecit melioramenta,vel illius hęres vellit illorum æstimationem cōsequi, non conueniunt Doctores, qua actione repetantur. ego tamen omissa omni vlteriori indagatione, difficultatem hanc duobus constitutis casibus absoluam.

Primus est, vbi is, qui fecit rem meliorem, iudicis sententia immissus fuit in possessionem rei melioratæ, & tunc aduertendum erit,an immissus haberet, vel non,scientiam melioramentorum,nam si habuit, & de illis fuit exceptum aduersus petentem rem melioratam, vt puta quia reus de illis faciēdis cum actore, vel illius
1 auctore conuenerat † & tunc melioranti, si non appellauit,competit actio spolij, vt iudicasse Senatum Lusitanum, referunt addentes ad *Gammam decis.4. in fin.* & idē *Gamma. decis. 333. num.4. vers. sed his non obstat Tuscus conclus.182. melioramenta num.49. 56.* & qui Rota tenet ius dicendi de nullitate sententiæ latæ super immissione, & dixi proximo & antecedenti, §.12.20.22. Si vero non habuit notitiam
2 non † reuocatur immissio, sed tantum datur melioranti actio ad repetendum melioramenta.*Paris. cons.33. exarato, lib.1. num.52.& seq.* quem sequitur *Scrader. de feud.*

feud.2.part.9.part.sect.2.num.55.eam affe-
rens rationem,quia cum exceptio melio-
ramētorum non oriatur ex his, quæ fue-
rint inter actorem & reum facta, sed ex-
trinsecus proueniat,iudex nullam de illa
potest, aut debet rationem habere, nisi
parte excipiente, & ideo sustinetur sen-
tentiæ executio, quæ fuisset retardata, si
de melioramentis fuisset oppositum.*Bart.*
Alex.Ias.& reliqui in l.eum,qui ita, 56.§.
qui ita,ff. de verb.oblig. cum alijs cumula-
tis à *Paris.d.num.52.& seq.*

3 Ampl.etiam si ex confessione † actoris,
vel aliunde ex actis constaret iudici,rem
petitam fuisse melioratam, nam nisi reus
excipiat de melioramentis,sustinetur im-
missio,non refectis expensis. *argum.eorū,*
4 *quæ dicuntur de pacto*† de non petendo,de
quo si non excipiatur, etiam quod reus il-
lud fecisse confiteatur, iudex de illo ratio-
nem habere, non debet, vel potest, *Ias.*
in l.si vnus, §.pactus ne peteret. ff. de
pact.nu.40.& seq.& Bart. num.18.& quod
notorium releuat quidem ab onere pro-
5 bandi † non tamen releuat ab onere pro-
ponendi,*cap.euidentia,de accus.glos.clem*
appellanti,de appellat.Paul.de Monte Pie.in
repet l.lecta,ff.si cert.pet.num.31. Alexan.
cons.67.lib.7.num.2.

Obstant tamen dicta *Alex.* & aliorum
antiquorum quos ipse refert *in l. si vnus,*
§.pactus,ff. de pact. num.6. & seq.& Guid.
Pap.de compulsor. quæst.7. num.2. conclu-
6 dens iudicem † posse parti supplere in ijs,
quæ partes deficiunt, si de illis sibi con-
7 stat,vt iudici, & præsertim † si illud con-
sistat in excipiendo, etiam quod exceptio
non habeat originem ab initio cōtractus,
sed quandocumque,præsertim si non†sup
plendo, quæ reus deficit, actor lucrum
caperet,cum aliena iactura. Verum *Sera-*
der loquens in casu nostro de feudo resti-
tuto cum melioramentis, relatis non ob-
stātibus,& confutatis, tenet relatam am-
pliationem, *de feud.2 part.9.part.section.*
2.num.56.cum 4.sequentib.vers non obstat,
& illius opinio sustineri potest, ex dictis
à *Mascard. de probat. concl.*1104.

Secundus casus est,vbi res meliorata,
fuit restituta ei,cui erat restituēda,absque
iudicis decreto,& tunc cessare actionem
8 spolij,† & nullitatis,non est dubium, quia
nullum factum iudicis interuenit, quod
reuocetur, vel de defectu solemnium re-
9 darguatur. & vbi quis suo facto † cadit à
sua possessione, quia illa solo animo amit-
titur.*l.si quis vi,§ differentia, ff. de acquir.*
possess. Rip.l.1 ff.eod.num.51. non competit
sibi aliquod recuperandæ possessionis re-
medium,*Lapus,allegat.51. latatus, num.7.*
vbi Mandos. vers præter culpam testatur
de communi,& ita sæpè vidisse iudicatum,
Cassad decis.4.de restit.spoliat. Bero. consil.
212.lib.3.num.14.Alexan.cons.6.circa.lib.3.
num.10 Osasc.decis.47. num.4. Natta cons.
562.agit,num.7.Socin.cons.266.in causa
lib.2.num.19. & 21. Ripa, l.si aliquam rem,
ff.de acquir.possess.num.23.in fin. Surd.cons.
28.nu.10.& seq.& cons.49.nu.2.& seq. vbi
10 præterea refert plura † exempla, quibus
quis dicitur cadere possessione sua culpa.

11 Nisi tamen res meliorata fuerit † do-
mino illius restituta ab ecclesia minore,
& similibus, nam beneficio restitutionis
in integrum agere poterunt spolio, non
obstante quod suo facto, suaque culpa
ceciderint à possessione rei melioratæ,
Alexan.cons.95. perspectis,lib.1.nu.5.cir-
ca fin.relati à Surd.cons.49.num. 17. Veral.
decis.170.part.3.Put.decis.276.part.3.nu.5.
& num.seq. distinguit quoad minorem, &
est singularis distinctio, vbi non fuit pe-
tita restitutio in integrum.

12 Vel restitutio facta fuit † in contractu
inualido, *Crauet. consil. 248.colum. fin.*
quem refert & sequitur *Surd. consil.28.*
num.93.Alexand.cons.1.vol.4.in fin. versic.
circa tertium.

13 Vel factum quo quis † restituit rem
melioratam fuit affectatum, seu procura-
tum ab eo,cui facta fuit restitutio,*Bart.in*
l.de pupillo,§.meminisse,ff.de nou.oper.nunc
num.7.Ruin.cons.37.num.9. volum.4. Me-
noch de recup.possess.remed.15.nu.103. Surd.
cons.28.num.94.

14 Vel restitutio fuit facta † ex contractu,
quem ex parte sua non adimpleuit is, cui
facta fuit restitutio, *Socin.in l.rem, quæ no-*
bis,ff.de acquir. possess. num.8. vers. quinto
dubitatur. Alexan.cons.90.in causa,num.6.
volum.5.Veral.decis.6.num.1. & seq.part.3.
& latè *Paris.de resign.lib.1.q.3. n.66. & seq.*
Gonz.ad reg.cancel.glos.26.n.9.Veral.dec.6.
par.3.

Nega-

Negata itaque actione spolij ei, qui ignoranter, vel per errorem restituit rem me-
15 lioratam † non conueniunt Doctores,
quæ actio computat melioranti pro repetitione melioramentorum, vt testatur
Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 112. & Thesaur. quæst. 79. lib. 1. num. 1. Corn.
16 *cons. 80. lib. 4. num. 5.* & nullam illi † competere probatur, *l. si in area, in fin. ff. de condit. indeb. vbi Castren. Ias. & alij*, ita declarãt, quibus relatis clarius firmat per eum textum *Neguſ. de pignorib. 4. membr. 5. part. num. 9.* concludens meliorantem rem alienam bona fide, quam credebat suam, nullum remedium habere ad repetendas expensas, quam retentionem rei melioratæ, & ideo cauere debet ne illam restituat, nisi sibi refectis expensis, quia si restituit nullum habet remedium ad repetendum. quia nullum gessit negotium cum domino rei, credendo meliorare rẽ suam, nec cogitauit ideo aliquem sibi obligare, *Neguſ. per eumdem textum secuuti sunt, Ioseph Ludouic. decis. 34. num. 17. Don. Fed. Scot. cons. 8. num. 4. lib. 4. Peregrin. de fideicom. quæst. 50. num. 56. vers. verum illum. Vincent. de Franc. decis. 112. Dum. n. 10.* & non facta mentione *Neguſ.* per eumdẽ textum, idem firmat *Luc. Pet. in prax. Cur. Capitolij, lib. 6. cap. 1. num. 20. circa med.* & *Rota corum Penia*, vt refert. *Pacific. de Saluian. decis. 74. num. 5. Castren. in l. do-*
17 *mos, 61. ff. de legat. 1.* concludens † meliorantem rem alienam, siue sciret, siue siue ignoraret esse alienam, vel crederet suam, si ignoranter tradidit domino, non habere actionem repetitionis indebiti, quia res fuit debite tradita, *Thesaur. relato Neguſ. & alijs, quæst. 79. lib. 1. num. 1.* relati à *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. nu. 25. in princ. vers. Caueant*, addendo procedere præsertim in bonæ fidei possessore. & ita quandoque Senatum Lusitanum iudicasse. relati à *Garzia tract. de expensis, cap. 7. num. 7. Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. versic. vnum tamen.* expresse reprobans
18 *Castr.* qui vult repeti † posse beneficio, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* vt dicam infra. *relati à Petra, de fideicom. quæst. 15. num. 308.* concludentes melioranti, non dari aliud remedium ad repetendas expensas, quam retentionis, *Molin.* relata ratione *Castr. & Neguſ.* vt dixi, idem sensit de *Contract. disput. 463. num. 12. Ioan. Brech. in l. impensæ, 79. ff. de verb. sign. n. 10. Tusc. conclus. 182. melioramenta, num. 7.* vbi plures concordes refert *Balzaran. §. si vassallus. Hic finit lex nu. 5. circa fin. vers. non detur actio, qui loquitur de melioramentis factis in feudo. Petra de fideicomm. q. 15. nu. 308.* vbi refert dissentientes. relati ab *Amat. resolut. 14. num. 54. Gratian. disceptat. 193. num. 22. & seq. & num. 61.* addit procedere, vbi emphiteuta cedit, vt se liberet à canone, & late hanc negatiuam probat *Anton. Fabr. in suis rationalibus ad l. sumptus, ff. de rei vend. versic. quod si*
19 *retentione*, addendo hoc sensu † emendasse, *l. si in area, ff. de condict. indeb. Grat. discept. 193. num. 22.* asserens hoc procedere in bonæ fidei possessore rei alienæ, *subdens num. 23.* aliud dici in eo, qui possidet rem, vt alienam.

20 Alijs censentibus ex æqui † bonique sententia dari melioranti vtilem negotiorum gestorum actionem, *glos. in l. si in area, 23. ff. de condict. indeb. asserens Azonem dixisse præcedentem opinionem esse rigorosam*, cui videtur assentire. *Io. Braech in l. impensæ, 79. ff. de verb. signific. num. 10. in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 114.* concludens satius esse agere ista actione, quam condictione indebiti, vel incerti, vel sine causa, quia suam & domini causam, gessit, *Bald. & Præposit. relati à Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. n. 115.*

21 Alij negando competere † condictionem indebiti, volunt ignoranti, & per errorem restituenti rem melioratam suo domino, competere cõdictionem incerti, & sine causa, vt retractetur eadem res, retinenda, quousque fuerit solutum, quidquid fuit impensum, *Cast. in l. domos, 61. ff. de legat. 1. num. 2. circa med.* relati à *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 112. circa med. & nu. 113. Simon de pretis, de interp. vltim. volunt. Interpr. 3. dub. 5. sol. 5. num. 18. circ. med. fol. 361. Molignet. de retent. q. 350. in princ. Gratian. disceptat. 193. num. 25. & seq.* vbi rationem refert, & late prosequitur, vsque in fin: quibus competat hæc actio.

Alijs dicẽtibus post habito rigore primæ
22 † opin. officio iudicis ex bono, & æquo

Ff suc-

succurri melioranti,vt repetat expensas, conditione indebiti, *Castren.* & reliqui relati à *Thesaur.quæst.79.num. 2.in princ. & vers.non obstat*, addendo hanc opinionem semper iudicasse bonã, & tenendã, prout illam tenuisse, idem addit *Amad. à Pont.*dum casus in Senatu decidendus, vbi ille sedebat præses, euenisset,licet in discordia Senatorum,nihil fuerit decisum *Tusc. concl. 182. melioramenta, num.14. Molin.de contract.disput. 463.nu.13.vers. ego autem*, addendo procedere siue melioramenta sint vtilia, siue necessaria, & facta à bona,vel malæ fidei possessore,cõtrarium tamen tenet *Gratian.discept.193. n.25.vsque in fin.*

21 Alijs volentibus dari ei,qui † rem melioratum restituit, non opposita melioramentorum exceptione, actionem in quãtum factus, est ex ære alieno, locupletior, quia æquitas nõ patitur, vt quis cum aliena iactura locupletetur, *l.qui exceptionẽ, §.1. ff.de condition.indebit.l.quod si nulla,6. ff.de legat.1.relati à Thesaur.q.79.n.2.circa princ.*addendo præsertim procedere,si melioramenta sint necessaria,quæ dominus esset facturus.

24 Alij considerando an † melioramẽta sint necessaria, concludunt eo casu dari repetitionem, re meliorata restituta, actione, *l.domum, C. de rei vendic.* vt refert *Molin.de contract.disput.463: nu.13. vers.addit etiam.Garzia de expens.cap.12. num.85.*

25 Alij considerantes speciem † contractus,qua mediante res meliorata deuenit ad eum,qui illum fecit meliorem,concludunt, quod si ignorantia iuris, non excipiendo de melioramentis,illam restituit, quod si restitutio facta fuit ab emphiteota, detur illi actio ad repetendum melioramenta,*ex lege Zenonis,C.de iur.emphit.* si conductori,actio ex conducto,& sic de singulis, ac etiam actione descendente ex contractu, qui fuerat cum restituente,vel illius auctore initus,& postremo rescisus, relati à *Valasc.de iur.emphit.quæst.25 n.25. in princip.Maresc.var.resol. lib. 2. cap.13. num.3.Tuscus conclus.182.melioramenta num. 16.Sal.in l.domum, C. de rei vendit. num. 10. vers tertio casu.Peregrin.de fideicomm.*loquens de restituente rem emptã, cum pacto de retrouendendo, *Artic.50. num.26.in fin.Scrader.de feud.2.part.9 par. section.2.num. 114.circa med.* qui loquitur de vassallo repetente melioramenta feudi *Amat.de præfatis omnibus & alijs loquens resolut.14.num.55.& seq.*

26 Alij improbantes † primam opinionẽ, tamquam multum iniquam, volunt melioramenta repeti ab eo,qui illa fecit, & de illis non excepit, ex æquitate,*l.res sime*

27 *& Titium † ff. si cert. pet.* quo textu tantum consuli ijs, qui aliud iuris beneficium non habent, si culpa sua omiserunt excipere, id quod sibi fuisset vtile excipere,concludit *Valasc. de iur. emphit: quæst. 25.num.25.circa med.vers.sed quia,*& post illum *Molin.de contract.disput.463.nu.13.* asserit hanc esse opinionem *Castren.* & eam receptam apud tribunalia Lusitana,sed illam te reprobat *Fed. Scot. cons. 8. num.4.lib.1.tom.2.* asserens hanc æquitatẽ, procedere ex capite.*Castren.* quem sequitur *Tusc.concl.182.melioramenta, num.13. & 38.Peregrin.de fideicom.art.50.num.56. vers. verum communis.* præsertim procedere in bonæ fidei possessore,& contrariã opinionem non esse amplectendam,*Surd. de aliment.tit.6.quæst.11.num.11.*& relatis dissentientibus, *opin. Castr. esse in iudicio receptam,*testatur *Amat.resolut.14. nu.57. & sequen:*

28 Alij asserentes barbarum esse † negare repetitionem melioramentorũ,ei,qui sincera facilique simplicitate, quod alienum erat domino aduenienti restituit, non reuocando in dubium fidem illius, quin ex pari promptitudine ,& alacritate esset restituturus, quæ pro illo vtiliter fuerant gesta, volunt actione in factum concedi melioranti repetitionem melioramentorum,*Balduin.in §.cert.instit. de rer.diuis.num.3.*late vlterius prosequendo æquitatem huius opinionis, quod prius fuerat factum à *Castren.in l.si in area,ff. de condit. indebit.in fin.quantum alij*, refert *Card.Tusc.conclus.182. melioramenta,*

29 *num.8.& 15.* Actio enim † in factum cum generalis sit, & qui ea experitur sat fit, quo factum narret, nullumque medium concludendi habeat,quam factum ipsum, sufficit petere ex narrato facto, quod,quid consequi prætendit, *Zas. §. item si quis postulante*

stulante. instit. de action. Foccatul. dialog. 97. num. 4. in Necyom. Gratian. discept. 193. num. 18.

30 Alij distinguentes an † melioramenta sint facta faciendo de nouo, vel reficiendo, concludunt primo capite repeti ex æquitate, l. si me & Titium, ff. si cert. pet. 31. secundo autem dari actionem, quia sunt necessaria, Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 72. cap. 5. num. 4. in fin.

31 Alij facientes differentiam † an agatur de melioramentis vtilibus, vel necessarijs, vel voluptarijs, & an facta fuerint à bonæ, vel malæ fidei possessore, & an gratia fructuum quærendorum, vel rei conseruandæ causa, concedunt, & negant illorum repetitionem, vt patet ex dictis Loriot. de fructibus, axiomat. 8. & seq. plurib. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 48. & 56. vers. Petr. Placent. relati ab Amat. resol. 14. num. 59. vbi preterea refert qui istam opin. improbent Gratian. discept. 193. num. 40.

32 Alij referunt aliquos † velle melioramenta repeti condictione sine causa, Affl. §. si vassallus. Hic finit lex, num. 5. in fin.

33 Alij non expressa spetie † condictionis, generaliter volũt, restituta re meliorata, posse melioramenta condici, Surd. consil. 155. num. 14. in fin. l. qui exceptionem, §. penult. ff. de rei vendicat.

34 Alij volunt si agatur † de melioramentis necessarijs, repeti remedio, l. domum, C. de rei vendic. Gratian. disceptat. 193. num. 4. addendo tamen vtilius esse agere incerti condictione.

35 Alij inuestigando † an is, qui fecit melioramenta, voluerit suum, vel alienum simul, vel alienum simpliciter gerere negotium, concludunt priori capite, si non opposita melioramentorum exceptione, facta fuerit rei melioratæ restitutio, quod nullam ille habeat ad repetendum actionem, secundo autem, ex tertio secus, Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. & alij, quos refert Garzia de expens. cap. 7. num. 3. in prin. & num. 5. & 10. & seq. asserens id probari, l. si in area, ff. de condit. indeb. l. si pupilli, §. sed si quis, ff. de neg. gest.

10 *art. 2. in princ.* ad effectum † vt quis dicatur iniustus, non solum est necesse, vt iniuste faciat, sed quod iniustum est faciat ex ãnimi morbo, & boni habitus corruptione. Quare si quis vel casu, vel repentina affectione, vel corporis temperatura vrgente, virtutis aliquod præstet opus, non ideo statim virtuosus est dicendus, quia vel casu, vel natura quodam modo cogẽte id facit, ita & è contra, si quid mali, vel iniqui fecerit, *arg. l. quod calore, ff. de regul. iuris.* Hinc dixit I.C. quod prætor iniuste iudicando dicitur iustitiam ministrasse, considerato eo quod facere debebat, non
11 autem quod fecit † *l. pen. ff. de iustit. & iur.* & nata quæstio, an detur iustitia, vt negatiue argumentatur *Leonard. Coquæus, in scholijs ad D. Augustinum de ciuitate Dei, lib. 2. cap. 21. vers. suscepit enim pilus, & vers. purgan. & dixi late infra §. 41.*

Ideo vt in proposito themate omnis cesset difficultas sequendo inchoatam
12 methodum, constituam † affirmatiuam regulam, quam ampliationibus & limitationibus deinde prosequar, & ita apparebit veritas huius controuersæ quæstionis,

Regula itaque sit, circumscripto quidquid de stylo curiæ sit alicubi receptum,
13 quod opposita † exceptione melioramẽtorum, quod quamuis illa non sint liquida seu vbi de illis constat tantum in genere, retardetur exequtio sententiæ, in excipiẽtem prolatæ, donec de melioramẽtis fuerit ille satisfactus. *l. si in area, ff. de condit. indeb. l. Paulus. ff. de doli except. l. qua ratione, §. habet, ff. de acquiren. rerum dominio.* per quæ iura, ita firmat *Capic. decis. 17. num. 7. & post Capic. idem voluit Ruin. cons. 84. quoniam, lib. 1. num. 17. Affl. decis. 87. num. 6. Galles. de obligat. cameral. quæst. 18. iuxta nouam impress. num. 13. testando*, ita vidisse iudicatũ à Rota in causa magni momenti, sequendo *Capic. & Ruin. supra citatos.* quidquid in contrarium dictũ fuisset, *ex Neguz. de pignorib. 5. membr. 4. part. num. 10.* aliud sentiente. *Bursat. rebus pluribus, Rotæ decis. cons. 85. certum est num. 31. vers. dummodo. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 245. & 253. Scrader sequẽdo decis. Capic. de feud. 2. part. 9. part. section. 2. n. 31. 33. in fin. Marescot. resolut. 112. illud part. 2. num. 20.* relatis *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. n. 116. & seq. Contard. de momentan. possess. q. 24. nu. 16 Scaccia de appellat. quæst. 17. Limit. 6. memb. 4. num. 65. Surd. de alimen. titul. 8. priuileg. 62. num. 8. Petra de fideicom. q. 15. num. 307. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 13. Tusc. concl. 182. melioramẽta, num. 83. & 87.* relati *à Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 138. & seq. Ioseph Ludou. decis. Perus. 34. num. 17. in fin. Gratian. decis. 90. num. 20. Rebel. de oblig. iustit. lib. 7. quæst. 7. nu. 3. in fin. Decian. cons. 29. lib. 2. num. 18. vers. non obstat.*

14 Ampl. potest præsens regula † multis casibus relatis in princip. huius Capitis Octaui.

15 Ampl. præsertim, vbi excipiens † de melioramentis, exhibet velle illa probare in continenti, *Menoch. de recup. benefic. 15. num. 572.* vbi notandum textui impresso
16 Francfurti deesse negatiuam † & legendũ declaratur secundo, vbi incontinenti adessent probationes factorum melioramentorum, cum id dicat *Bald consil. 309. lib. 2. in fin.* quem *Menoch.* refert in suam sententiam, quem sequitur, & pluribus *Rota decis.* comprobat *Lancel. de attent. part. 3. cap. 24. quæst. 29. nu. 8. & seq. Serad. de feud. 2. part. 9 part. sect. 2. num. 30. in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 128. & seq.* addendo hoc esse indubitatum
17 etiam † si ageretur de re occupata cum vitio *Bursat. cons. 85. num. 31. vers. nec non; Pacif. de salulan. inspect. 2. cap. 2. num. 253. Contard. de moment. possess. quæst. 24. nu. 28.* Subdens *num.* 29. arbitrarium esse iudici

decernere quando probatio dicatur fieri
incontinenti, *Scrader. de feud. 2. par. 9. part.*
sect. 2. num. 125. concludit probationem
dici factam incontinenti, si fiat intra ter-
minum datum à iudice, ad probandum,
18 quem terminum † esse arbitrarium iu-
dici vult *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43.*
num. 130. & confirmat Scrader. d. num. 25.
circa fin. addendo iuxta subiectam ma-
teriam, modo longiorem, modo breuiorẽ
concedi dilationem, *& num.* 26. subdit si
aliter fiat à iudice posse appellari ab illius
decreto, & censeri illum dolose proce-
dere.

19 Probatio autem † quando dicatur fa-
cta incontinenti non conueniunt Docto-
res, teste *Scrader de feud. 2. part. 9 part. sect.*
2. num. 127. vbi refert tres opiniones.

20 Ampl. quod † si non admittatur exce-
ptio melioramentorum, liceat appellare
ad vtrumque effectum, etiam quod talis
exceptio opponatur, coram exequutore,
Alexan. cons. 85. viso themate lib. 5. num. 6.
eam afferens rationem, quia vbi quis de-
21 creto iudicis excluditur † ab exceptione
quæ de iure impediret sententiæ exequutio-
nem, licet appellare ad vtrumque effectũ
Alexan. sequuta est Rota. in Romana saluia-
ni interdicti, coram Penia, vt refert *Pacifi.*
de saluian. interdict. decis. 74. num. 6. &
sequen.

22 Ampl. vt non solum † liceat appellare,
sed etiam agi possit spolio, nisi concedatur
retentio, vel saltem non sit consultum
melioranti cautione de soluendis melio-
ramentis, vt censuit *Rota coram Penia*,
teste *Pacif. de saluiani decis. 47 in vna n. 8.*
& ratio est, quia quotiescumque cum ali-
quo nõ proceditur iuris ordine seruato,
23 dicitur cum illo agi de facto. † & spoliari,
cap. conquerente, de restitut. spoliat. Ruin.
cons. 102. Viso lib. 5. num. 11. Put. decis. 177.
lib. 1. Hondad. consil. 82 lib. 1. num. 24. post
princip. Bec. cons. 25. in causa, num. 9. cum
alijs relatis à Contard. de moment. possess.
quæst. 24. num. 32.

Ampl. vt vbi non fuit admissa exce-
ptio melioramentorum, & facta sit exe-
quutio, vt agi possit ad illius reuocationem
ex capite nullitatis, vt censuit *Rota teste*
Pacific. de saluian. decis. 74. in vna num. 8.
sequendo *Contard. de moment. possess. q. 24.*
num. 32. Luc. Pet. in prax. lib. 6. de caus. nul-
lit. num. 24. vers. & ex rationibus. vbi testa-
tur, ita fuisse in foro Capitolino illo pa-
trocinante iudicatum.

24 Ampl. præsertim † vbi in sententia in
reum prolata adest clausula refectis me-
lioramentis, vel alia æquipollens, quæ
oriatur ex ventre sententiæ. *Cast. cons. 270.*
viso puncto, lib. 2. num. 3. vers. breuiter. Ca-
pic. decis. 17. num 9. Benintend. decis. 77.
num. 11. Viuius decis. 192. deponent num. 3.
25 addendo procedere etiam † si offeratur
cautio, vel depositum pretij, quo æstimari
possunt, *Contard. de moment. possess. q. 24.*
num. 21. 27. addendo hoc sensu veram esse
decis. *Capic. 17. vt dixerat Rota coram Ac-*
corombono, vt refert *Pacif. decis. 77. num. 1.*
in fin. sui operis de saluiano. Scrad. de feud.
2. part. 9. part. sect. 2. num. 32. vers. cæterum.
Pacific. de saluian. inspect. 2. cap. 2. nu. 252.
& 257. relati à Valasc. de iur. emphyt. q. 20.
num. 22. 23. in princ. cons. 24. Fusar. de fidei-
com. quæst. 672 num. 16. 22. Tusc. concl. 182.
melioramenta num. 31. & seq. 44. & sequen.
vsque ad 46. vbi late comprobat hanc ex-
tensionem *Rosental. de feud. cap. 10. con-*
clus. 43. num. 125 Amat. resol. 24 num. 43.
vbi refert ita iudicatum.

Contrarium reprobato *Castr.* tenet *Fa-*
chin. controuers. lib. 7. cap. 91. in fin. vbi etiã
refert concordes. *Pistor. quæst. 42. part. 2.*
num. 33.

26 Ampl. etiam quod agatur de † exequu-
tione sententiæ latæ ad fauorem spoliati,
vt ille sit redintegrandus ad suam posses-
sionem *Capic. decis. 17. num. 1. & 10.* vbi re-
fert ita fuisse iudicatum. & sequitur *Me-*
noch. de recuper. possess. remed. 15. num. 569.
vers. contrarium. & conueniunt quæ dixi su-
pra, in regula constituta hoc cap. 8. nu. 7.

27 Ampl. etiam quod offeratur † fideiussor
vel cautio bancaria de illis soluendis, vbi
fuerint liquidata. *Ruin. cons. 84. quoniam.*
lib. 1. num. 16. & seq. vbi respondet, *l. statu*
lib. ff. de stat. liber. quæ videbatur obstare,
& quam *Capic. decis. 17. num. 1.* allegat in
oppositam sententiam, & est notabilis de-
28 claratio †. ad eum textum *Gallef. de obli-*
gat. cameral. quæst. 18. num. 13. afferens ita
fuisse decisum à Rota in causa magna.
Bursat. cons. 85. tertium. num. 51. in fin. asse-
rens idem fuisse dictum à Rota in alijs
causis

causis. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 570. *Lancell. de attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 29. *num.* 9. *testans ita à Rota decisum.* *Tusc. conclus.* 482. *melioramenta*, *num.* 27. *Amat. resolut.* 14. *num* 44. asserens ita iudicatum, si in sententia adsit clausula, refectis expensis. Subdens in fin. hoc esse arbi-
29 trariũ † iudici, considerata qualitate personarum, & melioramentorũ. *Rebell. de obl. iust. lib.* 7. *quæst.* 7. *num.* 4. vbi refert disentientes & conciliat, & refert praxim Hispaniæ & Lusitaniæ. *Vincent. de Franc. decis.* 112. *num.* 1.

30 Ampl. præsertim vbi de † melioramentis fuit exceptum ante sententiam, & de illis constat in genere, *Vincent. de Franch. decis.* 112. *dum pro num.* 16. *& seq.* vbi ita seruari à Senatu Neapolitano testatur, & ibi addentes late prosequuntur. *Pacific. de saluian. interdict. inspect.* 2. *cap.* 2. *nu.* 243. vbi refert plures Rotæ decis. quas idem imprimi curauit in calce sui operis, *decis.* 74. *&* 82. *num.* 4.

31 Ampl. præsertim si † de melioramentis constet per rei euidentiam, vt puta, quia ex inspectione rei pateat rem fuisse de recenti melioratam, per refectionem, vel additamentum factum *Rosentat. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 131. addentes ad *Vincent. de Franch. decis.* 112. *vers. quid si meliorationes relato Bursat. consil.* 60. *nu.* 13. qui hoc non dicit in meo Codice, censeo tamen extensionem istam esse veram,
31 quia euidentia † facti superat omne genus probationum. *Affl. decis.* 107. *in causa num.* 6. *Mantic. decis.* 79. *num.* 5. firmior est enim, nec in dubium reuocari potest probatio facta per rei præsentiam, sicuti dubitari potest, an odio, vel amore sint probata, quæ voce dicuntur. *Afflict. d. decis. num.* 7. *Gail. obseruat.* 2 6. *lib.* 1. *num.* 9. *Gilchen. de præscript. part.* 2. *memb.* 1 *cap.* 1. *num.* 52. *& seq.*

33 Ampl præsertim si melioramenta † sunt necessaria, vel vtilia, & facta à bonæ fidei possessore. *Lancellot.* sequendo *Menoch.* *in tractat. de recuper. poss.* §. & in ijs, quæ respondit in causa Finariensi. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 29. *num.* 10. *circa med. vers. præsertim.*

34 Ampl. præsertim vbi is, cui res meliorata est restituenda, profitetur, & asserit, nolle aliqua melioramenta soluere, *l. colonus.* 12. *ff. de vi & vi armat. l. intra vtile.* 39. §. *vendentibus, ff. de minoribus. l. seruus si hæreditat* 28. §. *fin. ff. de statu liber.* per quæ iura ita firmat. *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 120. *in fin. Bero. cap.* 1. *de restit. in integr. num.* 33. *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 32. *in fin. vers. similiter.* comprobando hanc extensionem, ex eo, quod licet oblatio pecuniæ in sacculo,
35 † & folle, vel marsupio, non releuet offerẽtem, si tamen is, cui fit oblatio recuset, recipere, secus est, *Cast. & Alex. in l. si mora.* 9. *ff. sol. matr. Tiraquel. de retract. conuent.* §. 4. *glos.* 6. *num.* 21. & ego addo comprobari potest hæc extẽsio exemplo eius, qui
36 citatus ad † iudicium, non est vlterius citandus, si protestatus fuit, nolle comparere. *Socin. cons.* 195. *lib.* 1. *num.* 6. *vers. accedit, Surd. cons.* 371. *num.* 9.

Amplia etiam si ageretur de executio-
37 ne † sententiæ latæ, tam ex aliquo ex remedijs acquirendæ, quàm recuperandæ possessionis. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *num.* 569. *vers. contrarium*, vbi relatis disentientibus concludit retardari exequtionem sententiæ latæ in spolio, vbi constat in genere de melioramentis factis à spoliatore, *Pacific. de saluian. inspec.* 2. *cap.* 2. *num.* 253. *& seq.* qui loquitur de sententia lata ex remedio saluiani, *& dixi supra hoc cap.* 8. *num.* 19.

38 Ampl. præsertim † vbi is, cui res meliorata est restituenda, replicat non esse obligatum ad refectionem melioramentorum, *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 129. *in fin.*

39 Ampl. præsertim †. si agatur ex contractu reciproco, cuius adimplementum verfaretur etiam in solutione melioramentorum, *Gozadin. cons.* 500. *num.* 22. *circa med. & num.* 23. *&* 25. addendo præsertim si contractus sit iuratus, vel adimplementum esset conceptum sub conditione,

40 Ampl. etiam vbi dispositione † legis, vel hominis, res meliorata est melioranti hypothecata, etiam generaliter tantum. *Gozad. consil.* 100. *nu.* 24. *& seq. Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *nu.* 133.

41 Ampl. etiam donec fuerint † persoluta realiter, vsque ad obolum, etiam minimũ, *Rosen-*

Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 118. Scrader de feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 128.

Ampl. præsertim si de melioramentis
41 † excipiatur factis in re, in qua quis fuit immissus in contumaciam domini illius, etiam quod requirerent altiorem indaginem, vt dixi infra, §. 45. Ampliat. 3.

Limit. vbi melioramentorum liquida-
42 datio altiorem † requireret indaginem, seu vbi difficile liquidari possunt, Florian. de S. Petro cons. 1. num. 15. Menoch. loquens in casu quo de melioramentis excipitur aduersus sententiam latam in remedio canonis redintegranda: in tractat. de recuper. remed. 15. num. 572. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 1. cap. 2. num. 42. & 254. addendo ex Put. decis. 471. lib. 2. Benintend. decis. 77. num. 10. isto casu non retardari
43 executionem sententiæ, data cautione, & idem ptius dixerat latius, num. 245. idem Pacific. Bursat. cons. 85. num. 31. vers. nec non. Rota coram Sacrato, teste Pacif. d. tract. decis. 83. Rota, num. 4. Contard. de moment. possess. quæst. 24. nu. 28. Fusar. de fideicom. quæst. 672. num. 18. 21. in fin. Scrader de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 131. & seq.
44 † quando autem exceptio dicatur requirere altiorem indaginē, Benintend. decis. 77. num. 13. & 14.
45 Limit. vbi † melioramenta sunt penitus illiquida, nam non retardatur exequutio sententiæ, data cautione de soluendo, vbi fuerint liquidata, l. statu liber, l. seruus, si hæred. §. fin. ff. de stat. liber. per quæ iura, ita censuit Rota vt testantur Acorambon. & Lancellott. relati à Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 243. & decis. 77. & seq. & latius idem Pacific. eodem tract. inspect. 2. cap. 2. num. 242. Put. decis. 461. Die vndecima lib. 2. Contard. de momen. possess. quæst. 24. num. 18. & conueniunt dicta Capic. decis. 17. num. 5. & seq. Galles. de oblig. cam. quæst. 18. nu. 14. Bursat. cons. 85. num. 31. vers. dummodo.
46 Limit. vbi excipienti de † melioramentis præfixus fuit terminus ad illa liquidanda, & in termino dato, non est facta liquidatio, nam sententia demandabitur exequutioni, data cautione de illis soluendis, vbi fuerint liquidata, Put. decis. 461. Die part. 2. vers. & tanto magis, quam latissime exornat Theodos. Rubeus in suis singularibus, part. 1. ad decis. 8. Accorambon. Cōtard. de moment. possess. quæst. 24. Addendo id concedi in pœnam moræ excipientis, num. 20. & seq. plurib. Pacif. de saluian. inspect. 2. cap. 2. n. 246. & seq. Fusar. de fidei-
47 com. quæst. 672. nu. 12. quia probatio † generalis non releuat Crau. cons. 157. num. 8. & seq. plurib. Quare animaduertendo, quod Rota numquā concessit exequtionē sententiæ, nisi lapso termino ad liquidandum melioramenta, Rot. diuers. in recent. decis. 151. part. 2. nu. 5. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 124. nullatenus dici potest, illam modo vnum, modo aliud iudicasse, seu negasse, & concessisse retentionem, quia considerato effectu idem
48 semper iudicauit: nam cum † excipiens sit actor in sua exceptione, l. 1. ff. de except. Put. decis. 396. part. 2. num. 1. Rol. à Val. cons. 13. lib. 3 num. 65. Cesal cons. 455. n. 30. non sat est excepisse de melioramentis, & illa probasse in genere, nisi deinde probetur quantum sit melioratum, & retentis relatis tribus limitationibus, cessat interpretum nostrorum contrarietas, dummodo negant, modo concedunt retentionem excipienti de melioramentis, & hanc conciliationem videtur indicasse, Contard. de momentan. posses. quæst. 24. n. 28 & seq. licet addat hoc esse iudici arbitrarium, & tanquam de arbitrarijs, non mirum si fuerit diuersimode iudicatum. post hæc scripta reperi relatam concilliationē ex Contard. etiam aduertisse Caroc. de locat. part. 4. cap. de expens. num. 22. & 24. Tusc. conclus. 182. melioramenta, num. 42. Pacific. de saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 242. & seq. 45. & seq. Amat. resol. 14. num. 44. & seq. asserens terminum competentem, vel plures concedendos esse, & cessare limitationem istam, si in sententia dictum fuit solutis prius melioramentis.
49 Limit. vbi aduersus † excipientem concurrerent causæ, quæ vrgerent iudicis animum, ad exequendam sententiam, data cautione, de reficiendis melioramētis, vbi fuerint liquidata, veluti si condemnatus sit potens, diues, vel litigiosus, lis fuit longa, victor vero esset pauper, vel vidua, vel pupillus, & similis alia persona, melioramenta sint magni valoris, vt con-

siderat,

siderat *Peregrin. relatus à Fussar. de fidei-com. quaest. 672. num. 26. & seq.* cuius opinio licet multum habeat falis, quia tamen
50 coarctanda potius, quam † dilatanda est iudicum arbitraria facultas, & si fieri posset, nihil deberet esse iudici arbitrarium, *vt dixi. de laudem. lib. 1.* censeo tutiorem esse praxim Rotae Romanae, vt praefigatur excipienti terminus ad liquidandum, & illo elapso in poenam contumaciae, vel negligentiae excipientis, fiat executio, *vt retuli supra, num. 48.*

51 Limit. vbi melioramenta † sunt illiquida de iure, vt puta, quia probabiliter dubitatur, an sint reficienda, *l. 1. §. si in annos, l. in l. falcidia in fin. ff. ad leg. falcid. Card. Tusc. per hac iura concl. 182. melioramenta, num. 48.*

52 Limitari potest † praesens regula ijs omnibus casibus qui colligi possunt, *ex dictis supra hoc, cap. 8.*

53 Limit. ijs omnibus † casibus quibus nõ admittitur compensatio illiquidi, ad liquidum, *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 32. in fin.* vbi remissiue, refert qui sint isti casus, & dixi in meis collectaneis, ad *l. final C. de compensat. Rosental. idem repetit, de feud. cap. 10. concl. 43. num. 127. & num. 135. & seq.* quando dicatur res obligari à lege ratione melioramenterum.

---

§. XXXII.

SVMMARIVM.

Melioramenta quando petantur actione spolij, vbi dominus rei meliorata fuit immissus in possessionem opposita exceptione melioramentorum, 1. 2.

Melioratum fundum qui domino restituit absque iudicis decreto, excluditur actione spolij. 8. & quare. 9. Limit. 11. 12. 13. 14.

Qua actione illa petantur. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 30, 31. 32. 33. 34. 35. 36. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

ad Melioramenta repetendum nulla competit actio ei, qui rem melioratam errore, vel imperitia restituit domino suo. 45. Ampl. ibid. & 46. 47. 49. 50. 52. 53. 54. 55. 56. Limit. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65, 66. 67. 68. 69. 70. 71.

Pactum de non petendo, si de illo non excipiatur nihil prodest. 4. Ampl. ibid.

Notorium releuat ab onere probandi si tamen de illo excipiatur. 5.

Iudex supplere potest in ijs, quae desunt partibus. 6. Ampl. 7. 8.

Redintegratio non conceditur vbi quis facto suo cadit à possessione. 9. Exempla talis casus. 10.

L. si in area, ff. de condit. indebit. Declaratur. 19.

L. si me & Titium, ff. si cert. pet. declaratur. 27.

Actio in factum generalis est, & quid exprimendum, vbi illa intentatur. 29.

Incerti condictio quid sit, 37.

Actionis formulam indagare inane est. 44.

de Euictione non agit emptor qui litem sibi motam non intimauit venditori. 48. 49. 50. 51.

SI contingat meliorantem fundum vrbanum, vel rusticum, allodialem, vel feudalem, seu emphiteoticum, ei cui est debitum, restitui, non refectis melioramẽtis, & qui fecit melioramenta, vel illius heres vellit illorum aestimationem cõsequi, non conueniunt Doctores, qua actione repetantur. ego tamen omissa omni vlteriori indagatione, difficultatem hanc duobus constitutis casibus absoluam.

Primus est, vbi is, qui fecit rem meliorem, iudicis sententia immissus fuit in possessionem rei melioratae, & tunc aduertendum erit, an immissus haberet, vel non, scientiam melioramentorum, nam si habuit, & de illis fuit exceptum aduersus petentem rem melioratam, vt puta quia reus de illis faciẽdis cum actore, vel illius
1 auctore conuenerat † & tunc melioranti, si non appellauit, competit actio spolij, vt iudicasse Senatum Lusitanum, referunt addentes ad *Gammam decis. 4. in fin.* & idẽ *Gamma. decis. 333. num. 4. vers. sed his non obstat Tuscus conclus. 182. melioramenta num. 49. 56.* & qui Rota tenet ius dicendi de nullitate sententiae latae super immissione, & dixi proximo & antecedenti, §. 12. 20. 22. Si vero non habuit notitiam
2 non † reuocatur immissio, sed tantum datur melioranti actio ad repetendum melioramenta. *Paris. cons. 33. exarato, lib. 1. num. 52. & seq.* quem sequitur *Scrader. de feud.*

· Negata itaque actione spolij ei, qui ignorauter, vel per errorem restituit rem me-
15 lioratam † non conueniunt Doctores, quæ actio computat melioranti pro repetitione melioramentorum, vt testatur *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. nu. 112. & Thesaur. quæst. 79. lib. 1. num. 1. Corn.*
16 *cons. 86. lib. 4. num. 5.* & nullam illi † competere probatur, *l. si in area, in fin. ff. de condit. indeb. vbi Castren, Ias. & alij*, ita declarāt, quibus relatis clarius firmat per eum textum *Neguf. de pignorib. 4. membr. 5. part. num. 9.* concludens meliorantem rem alienam bona fide, quam credebat suam, nullum remedium habere ad repetendas expensas, quam retentionem rei melioratæ, & ideo cauere debet ne illam restituat, nisi sibi refectis expensis, quia si restituit nullum habet remedium ad repetendum. quia nullum gessit negotium cum domino rei, credendo meliorare rē suam, nec cogitauit ideo aliquem sibi obligare, *Neguf. per eumdem textum secuuti sunt, Ioseph Ludouic. decis. 34. num. 17. Don. Fed. Scot. cons. 8. num. 4. lib. 4. Peregrin. de fideicom. quæst. 50. num. 56. vers. verum illum. Vincent. de Franc. decis. 112. Dum. n. 10.* & non facta mentione *Neguf.* per eumdē textum, idem firmat *Luc. Pet. in prax. Cur. Capitolij, lib. 6. cap. 1. num. 20. circa med.* & *Rota coram Penia*, vt refert. *Pacific. de Saluian. decis. 74. num. 5. Castren. in l. do-*
17 *mos, 61. ff. de legat. 1.* concludens † meliorantem rem alienam, siue sciret, siue siue ignoraret esse alienam, vel crederet suam, si ignoranter tradidit domino, non habere actionem repetitionis indebiti, quia res fuit debite tradita, *Thesaur. relato Neguf. & alijs, quæst. 79. lib. 1. num. 1.* relati à *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. nu. 25. in princ. vers. Caueant*, addendo procedere præsertim in bonæ fidei possessore, & ita quandoque Senatum Lusitanum iudicasse. relati à *Garzia tract. de expensis, cap. 7. num. 7. Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. versic. vnum tamen.* expresse reprobans
18 *Castr.* qui vult repeti † posse beneficio, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* vt dicam infra. *relati à Petra, de fideicom. quæst. 15. num. 308.* concludentes melioranti, non dari aliud remedium ad repetendas expensas, quam retentionis, *Molin.* relata ratione *Castr. & Neguf.* vt dixi, idem sentit de *Contract. disput. 463. num. 12. Ioan. Brech. in l. impensæ, 79. ff. de verb. sign. n. 10. Tusc. conclus. 182. melioramenta, num. 7.* vbi plures concordes refert *Balzaran. §. si vassallus. Hic finit lex nu. 5. circa fin. vers. non detur actio, qui loquitur de melioramentis factis in feudo. Petra de fideicomm. q. 15. nu. 308.* vbi refert disentientes. relati ab *Amat. resolut. 14. num. 54. Gratian. disceptat. 193 num. 22. & seq. & num. 61.* addit procedere, vbi emphiteuta cedit, vt se liberet à canone, & late hanc negatiuam probat *Anton. Fabr. in suis rationalibus ad l. sumptus, ff. de rei vend. versic. quod si*
19 *retentione*, addendo hoc sensu † emendasse, *l. si in area, ff. de condict. indeb. Grat. discept. 193. num. 22.* asserens hoc procedere in bonæ fidei possessore rei alienæ, *subdens num. 23.* aliud dici in eo, qui possidet rem, vt alienam ...
20 Alijs censentibus ex æqui † bonique sententia dari melioranti vtilem negotiorum gestorum actionem, *glos. in l. si in area, 23. ff. de condict. indeb. asserens Azonem dixisse præcedentem opinionem esse rigorosam*, cui videtur assentire. *Io. Brach. in l. impensæ, 79. ff. de verb. signific. num. 10. in fin. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 114.* concludens satius esse agere ista actione, quam condictione indebiti, vel incerti, vel sine causa, quia suam & domini causam, gessit, *Bald. & Praposit. relati à Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. n. 115.*
21 Alij negando competere † condictionem indebiti, volunt ignoranti, & per errorem restituenti rem melioratam suo domino, competere cōdictionem incerti, & sine causa, vt retractetur eadem res, retinenda, quousque fuerit solutum, quidquid fuit impensum, *Cast. in l. domos, 61. ff. de legat. 1. num. 2. circa med.* relati à *Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43 num. 112. circa med. & nu. 113. Simon de pretis, de interpr. vltim. volunt. Interpr. 3. dub. 5. fol. 5. num. 18. circ. med. fol. 361. Moliguet. de retent. q. 350 in princ. Gratian. disceptat. 193. num. 25. & seq.* vbi rationem refert, & late prosequitur, vsque in fin. quibus competat hæc actio.
Alijs dicētibus post habito rigore primæ
22 † opin. officio iudicis ex bono, & æquo

succurri melioranti, vt repetat expensas, conditione indebiti, *Castren.* & reliqui relati à *Thesaur. quæst. 79. num. 2. in princ. & vers. non obstat*. addendo hanc opinionem semper iudicasse bonã, & tenendã. prout illam tenuisse, idem addit *Amad. à Pont.* dum casus in Senatu decidendus, vbi ille sedebat præses, euenisset, licet in discordia Senatorum, nihil fuerit decisum *Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 14. Molin. de contract. disput. 463. nu. 13. vers. ego autem*, addendo procedere siue melioramenta sint vtilia, siue necessaria, & facta à bonæ, vel malæ fidei possessore, cõtrarium tamen tenet *Gratian. discept. 193. n. 25. vsque in fin.*

21 Alijs volentibus dari ei, qui † rem melioratum restituit, non opposita melioramentoram exceptione, actionem in quãtum factus, est ex ære alieno, locupletior, quia æquitas nõ patitur, vt quis cum aliena iactura locupletetur, *l. qui exceptionẽ, §. 1. ff. de condition. indebit. l. quod si nulla, 61. ff. de legat. 1. relati à Thesaur. q. 79. n. 2. circa princ.* addendo præsertim procedere, si melioramenta sint necessaria, quæ dominus esset facturus.

24 Alij considerando an † melioramẽta sint necessaria, concludunt eo casu dari repetitionem, re meliorata restituta, actione, *l. domum, C. de rei vendit.* vt refert *Molin. de contract. disput. 463: nu. 13. vers. addit etiam. Garzia de expens. cap. 12. num. 85.*

25 Alij considerantes speciem † contractus, qua mediante res meliorata deuenit ad eum, qui illum fecit meliorem, concludunt, quod si ignorantia iuris, non excipiendo de melioramentis, illam restituit, quod si restitutio facta fuit ab emphiteota, detur illi actio ad repetendum melioramenta, *ex lege Zenonis, C. de iur. emphit.* si conductor, actio ex conducto, & sic de singulis, aut etiam actione descendente ex contractu, qui fuerat cum restituente, vel illius auctore initus, & postremo rescisus, relati à *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. n. 25. in princip. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 13. num. 3. Tuscus conclus. 182. melioramenta num. 16. Sal. in l. domum, C. de rei vendit. num. 10. vers. tertio casu. Peregrin. de fideicomm.* loquens de restituente rem emptã, cum pacto de retrouendendo, *Artic. 50. num. 26. in fin. Scrader. de feud. 2. part. 9 par. section. 2. num. 114. circa med.* qui loquitur de vassallo repetente melioramenta feudi *Amat. de præfatis omnibus & alijs loquens resolut. 14. num. 55. & seq.*

26 Alij improbantes † primam opinionẽ, tamquam multum iniquam, volunt melioramenta repeti ab eo, qui illa fecit, & de illis non excepit, ex æquitate, *l. res sime & Titium* † *ff. si cert. pet.* quo textu

27 tantum consuli ijs, qui aliud iuris beneficium non habent, si culpa sua omiserunt excipere, id quod sibi fuisset vtile excipere, concludit *Valasc. de iur. emphit: quæst. 25. num. 25. circa med. vers. sed quia*, & post illum *Molin. de contract. disput. 463. nu. 13.* asserit hanc esse opinionem *Castren.* & eam receptam apud tribunalia Lusitana, sed illum te reprobat *Fed. Scot. cons. 8. num. 4 lib. 1. tom. 2.* asserens hanc æquitatẽ, procedere ex capite *Castren.* quem sequitur *Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 13. & 38. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 56. vers. verum communis.* præsertim procedere in bonæ fidei possessore, & contrariã opinionem non esse amplectendam, *Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 11. num. 11.* & relatis dissentientibus, *opin. Castr. esse in iudicio receptam*, testatur *Amat. resolut. 14. nu. 57. & sequen:*

28 Alij asserentes barbarum esse † negare repetitionem melioramentorũ, ei, qui sincera facilique simplicitate, quod alienum erat domino aduenienti restituit, non reuocando in dubium fidem illius, quin ex pari promptitudine, & alacritate esset restiturus, quæ pro illo vtiliter fuerant gesta, volunt actione in factum concedi melioranti repetitionem melioramentorum, *Balduin. in §. cert. instit. de rer. diuis. num. 3.* late vlterius prosequendo æquitatem huius opinionis, quod prius fuerat factum à *Castren. in l. si in area, ff. de condit. indebit. in fin. quantum alij*, refert *Card. Tusc. conclus. 182. melioramenta,*

29 *num. 8. & 15.* Actio enim † in factum cum generalis sit, & qui ea experitur sat sit, quo factum narret, nullumque medium concludendi habeat, quam factum ipsum, sufficit petere ex narrato facto, quod, quid consequi prætendit, *Zas. §. item si quis. postulante*

stulantr. instit. de action. Foccatul. dialog. 97. num. 4. in Nesyom. Gratian. discept. 193. num. 18.

30 Alij distinguentes an † melioramenta sint facta faciendo de nouo, vel reficiendo, concludunt primo capite repeti ex æquitate, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet. 31.* secundo autem dari actionem, quia sunt necessaria, *Rodoan. de reb. eccles. non alienand. quæst. 72. cap. 5. num. 4. in fin.*

33 Alij facientes differentiam † an agatur de melioramentis vtilibus, vel necessarijs, vel voluptarijs, & an facta fuerint à bonæ, vel malæ fidei possessore, & an gratia fructuum quærendorum, vel rei conseruandæ causa, concedunt, & negant illorum repetitionem, vt patet ex dictis *Loriot. de fructibus, axiomat. 8. & seq. plurib. Peregr. de fideicom. art. 50. nu. 48. & 56. vers. Petr. Placent.* relati, *ab Amat. resol. 14. num. 59.* vbi preterea refert qui istam opin. improbent *Gratian. discept. 193. num. 40.*

32 Alij referunt aliquos † velle melioramenta repeti condictione sine causa, *Afflict. §. si vassallus. Hic finit lex, num. 5. in fin.*

33 Alij non expressa spetie † condictionis, generaliter volũt, restituta re meliorata, posse melioramenta condici, *Surd. consil. 155. num. 14. in fin. l. qui exceptionem, §. penult. ff. de rei vendicat.*

34 Alij volunt si agatur † de melioramentis necessarijs, repeti remedio, *l. domum, C. de rei vendic. Gratian. disceptat. 195. num. 4.* addendo tamen vtilius esse agere incerti condictione.

Alij inuestigando † an is, qui fecit me-
35 lioramenta, voluerit suum, vel alienum simul; vel alienum simpliciter gerere negotium, concludunt priori capite, si non opposita melioramentorum exceptione, facta fuerit rei melioratæ restitutio, quod nullam ille habeat ad repetendum actionem, secundo autem, ex tertio secus, *Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2.* & alij, quos refert *Garzia de expens. cap. 7. num. 3. in prin. & num. 5. & 10. & seq.* asserens id probari, *l. si in area. ff. de condit. indeb. l. si pupilli, §. sed si quis, ff. de neg. gest.*

36 Alij moti, *l. domos, l. si modo, nulla, l. quod si nulla, ff. de legat. 1.* † cõcludunt restituẽti rem melioratam, incerti condictionem concedi, ad repetendam æstimationem melioramentorum, *Garzia de expens. cap. 7. num. 6. & seq. plurib.* laté declarando,
37 quæ sit ista † incerti condictio; relati à *Matesc. resolut. 13. contingit, num. 9. & seq.* declarando, quæ veniant in tali actione, relati ab *Afflict. in §. si vassallus, hic finit lex num. 5. circa med. Garzia de expens. cap. 12. §. 85. Simon de Præt. de interpret. ottim. vol. lib. 3. fol. 361. num. 28. circa med.*

38 Alij asserentes † non esse necessarium de actione inquirere, quia illius nomen non oportet exprimere in libello, *Glos. & Doct. in l. 1. ff. de edend. & in l. edita, C. eod.* cõcludunt satis est factum narrare, *Cons. cõs. 86. lib. 4. n. 7.* & agere ad melioramẽta *Castr. l. domos 61. ff. de legat. 1. in princ.*

39 Alij considerantes quod vtiliter † gestum est in re aliena, volunt melioramenta, seu illorum æstimationem peti actione mandati, vel negotiorum gestorum; *glos. fin. in l. diuortio, §. impendia, ff. sol. matrim.* quam ibidem sequitur, *Bart. in fin.* relati à *Scrader.* licet illos reprobet, *de feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 115.*

40 Alij licet non † exprimant nomen, volunt tamen dari meliorant actionem, ad consequendum melioramenta, *Ripa in l. vbi pure. §. final. ff. ad treb. num. 2. in fin. Affl.* relato *Dyn. in §. si vassallus, hic finit lex, num. 7. in fin.*

41 Alij qui in infinitis iuris articulis † cuicumque ad satietatem vsque satisfecerũt, animaduersa ampla & lata interpretum varietate, asserentes posse condici melioramenta ab eo, qui auctoritate iudicis fuit expulsus à re meliorata, non expressa qualitate condictionis, an indebiti, vel incerti, vel sine causa remissiue difficultatem indecisam, relinquerunt. *Tiraquel. de retrat. conuent. §. 7. glos. 1. num. 7. & de retract. lign. §. 15. glos. ... num. 31.*

42 Alij volunt † quod non possit petere sumptus, sed possessionem meliorationis per condictionem sine causa, vel incerti, *Affl. in §. si vassallus, hic finit lex, num. 5. vers. sed ponamus* addendo hanc opin. improbari à *Dyn.*

43 Contrarietatem † hanc concordare sunt conati antiqui & moderni iuris nostri interpretes, videlicet *Cyn. in l. domum, C. de rei vendicat. num. 2. & 3. Castr. in l. do-*

mos.61.ff.de legat. 1. num.2.Afflict.§.si vas-
sallus, hic finit lex. de ind. consuet. num.5.
vers.sed ponamus. Peregrin. de fideicomm.
art.50.num.48.Io.Braech. in l.impensae. 79.
ff.de verb.signific.num.10.Rosental.de feud.
cap.10. conclus.43. num. 110. vsque ad 117.
Peregrin.de fideicomm.art.50.part.3.n.56.
vers.verum communis. Molignat. tract. de
retention. quaest. 150. Amatus resolut. 14.
nu.59.& sequen.Mangil. de euiction.q.154.
est num.15.& seq.

Sed, quia quae quisque excogitauit, non
penitus tollit relatam contrarietatem, &
plures illorum nihil certi concludunt,
quaestioque sit potius de verbis, quam de
rebus, vt refert dixisse Dyn.Afflict.§.si vas-
sallus.hic finit.lex, nu.5.in fin. licet inanis
44 sit labor † insistere in indaganda formula
actionis, qua quis de iure suo experiatur
vt dixi ex Corn.consil.86.lib.4.num.7. prae-
sertim ex superuenientia Iuris Canonici,
quo sat est, iudici nudam agentis inten-
tionem exponi. cap. dilecto. 6. de iud. at-
tamen, quia citra vitium nullitatis sen-
tentiae non licet inepta actione ius suum
in iudicio prosequi, vt dixi laudemio, q.7.
vt omnis cesset difficultas, & contrarietas,
sequendo propositam mihi methodum,
constituam regulã, deinde illã ampliatio-
nibus, & limitationibus relatis, cuicumq;
erit satisfactum.
45 Regula sit quod restituenti † rem me-
lioratam suo domino, non opposita per
imperitiam, vel errorem, melioramen-
torum exceptione, nulla sibi competat
actio, ad repetendum rem melior…am,
vel melioramenta ipsa: vt volunt relati
supra in verf… itaque.
46 Ampl. praesertim † in malae fidei posses-
sore, etiam quod melioramenta sint ne-
cessaria: Peregrin. & ab illo relati de fidei-
com.art.50.num.26.& seq.
47 Ampl. posterius † aduersus auctorem
restituentis, veluti si quis emptam rem,
postquam fecit illam meliorem, restituit
ei, qui asserebat, esse suam, per sententiam
iudicis, nam si litem sibi motam non de-
nunciauit venditori, & non excepit de
48 melioramentis, non † potest agere con-
tra venditorem de euictione, nec ratione
rei euictae, l. emptor fundi, C. de euiction.
vecratione meliora mentorum, l. idemq;
§.1.ff.de act.empt.Cast.l.venditores.ff de
verb.oblig.num.2.vers.aut emptor, Alexan.
num.3.vers.item retenta.Ias.num.4.Valas.
de iur.emphit.quaest.25.num.25.in fin. asse-
rens frequenti. Senatu Lusitano, ita fuis-
set iudicatum, & late prosequtus est, dein-
de Garzia de expens.cap.7.num.14. & seq.
49 † & idem esset dicendum si amice, non
expectata lite, asserenti rem melioratam
esse suam, restituit, l. hoc iure.ff.de euiction.
Surd.decis. 92. num.1. & sequen. addendo
50 idem † dici, si idem vincatur sententia
arbitri, vel oblato iuramento litis decisi-
uo, vel non adhibito in lite procuratore,
vel aduocato diligenti, & intelligenti.
vel responsione facta positionibus euin-
centis; & omni casu quo de euictione
51 minime agi potest. Qui autem † sint isti
casus, dixi in meis Collectaneis ad l. ex em-
pto, vers. tamen. euictionis nomine, ff. de
action. empt.
52 Ampl. idem † dicendum in socio, qui
rem communem fecit meliorem, & vellit
facta diuisione repetere melioramenta,
nam destitutus est omni actione, l. si diui-
sione, C. famil. bercis.
53 Ampl. praesertim † vbi is, qui rem me-
lioratam restituit, sciebat esse eius, cui re-
stituit, seu erat malae fidei possessor, nam
cum meliorando, & restituendo censea-
tur donasse, sicuti non habet facultatem
retinendi, pariter non habet actionem
repetendi, Castren.in l.domos, 61. ff.de lega.
1.num.2.in princ.Peregrin. de fideicommiss.
art.50.num.20.& dixi supra, §.16.nu.22.
Ampl. etiam, vbi quis meliorauit rem
54 alienam † quam credebat suam irreuo-
cabiliter, nam cum in illo non adfuerit
animus sibi aliquem obligandi, facta resti-
tutione rei melioratae, illius domino, non
opposita melioramentorum exceptione,
caret actione repetendi melioramenta,
Castren. in l.domos, 61. ff.de legat. 1. num. 2.
in princip. versic. si autem credebat: &
hoc sensu vera est opinio illorum, quos
retuli supra, vers. Alij inuestigando; Card.
Tusc.conclus.82.melioramenta, num. 9. in
princ.& fin.Barbos.l.diuortio.§.fin.ff.solut.
matr.num.70. vers.iuxta.
55 Ampl. praecipue † vbi res meliorata fuit
suo domino restituta à malae fidei posses-
sore, siue restitutio fuit facta mandante
iudi-

iudice, vel non expectata lite, vel ius dicentis decreto, non accedente, *vt dixi sup. §.16. num.45.* & hoc sensu verum dixere relati supra, *vers. Alij facientes*, vbi prætetea dixi, an hoc sit verum in foro poli.

Ampl. vbi quis fecit rem meliorem
56 † quam iure proprij dominij possidebat, credens non posse de iure ab ipso auocari, nam cum neminem sibi obligari voluerit, & conuétus ad illius dimissionem, esset tutus sola melioramentorum exceptione, *l. si in area, in fi. ff. de cond. indeb.* illa nō opposita, tanquā renuntiasset beneficio sibi competenti, nihil petere potest ratione melioramentorum, nisi extraordinario, seu subsidiario remedio, *l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* succuratur, vt concludit *Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 13. nu. 1.* & hoc sensu verum dixere relati supra, *vers. Alij improbantes. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 50.* addendo non faciendam *differentiam*, an habeat titulum; vel non, sui dominij, & an sit bonæ vel malæ fidei possessor, & infinitos consentientes, refert.

57 Ampl. præsertim in eo, † qui nullam causam habuit à domino, sed bona fide possidet, & fecit melioramenta, nam cum in eo absit animus repetendi ab aliquo, credens rem suam meliorare, si restituat, & non excipit de meliorantis, compensatis fructibus cum expensis, nihil vlterius repetit *Corn. cons. 86. Circa lib. 4. n. 8. vers. nec obst. relati à Petra, de fideicommi. quæst. 15. num. 309. in fin. & num. 310.* quod tamen limitabis, vt infra dicetur *Molin. de contract. disput. 463. num. 14. Rimin. iun. cons. 41. num. 13. Peregrin. de fideicom. art. 50. part. 3. num. 56.* Ampliando
58 † etiam in malæ fidei possessore, & siue habeat ille titulum, siue non, & plures huius opinionis esse, refer testando de commni.

59 Limit. vbi † restitutio rei melioratæ facta fuit ab eo, qui erat dominus reuocabilis, sed incertū quando reuocaretur, & an reuocaretur, quales sunt emptor cum pacto de retrouendendo in perpetuum, vel ad tempus, grauatus fideicōmisso in casu mortis simpliciter, vel non relictis filijs, & similibus, & tunc quia emptor, vel eius heres restituit vltra id, quod nō erat restituendum, recipiensque factus fuit locupletior cum aliena iactura, proposita in factum actione, repetet, quæ indebite restituit. *Rosental. de feud cap. 10. concl. 43. nu. 13. in prin.* & hoc sensu verū dixere relati supra, *vers. Alijs volētibus, & vers. Alijs asserētes; Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 13. & sequen. num. 6.* qui loquitur de marito meliorante rem dotalem, de grauato fideicommisso, retrahēte ex pacto, vel iure congrui. *Peregrin. de fideicom. art. 50. part. 3. num. 59. & seq. pluribus.* vbi relata exempla, comprobat *Card. Tusc. conclus. 182. melioramenta, nu. 9. in fin.*

60 Limit. vbi res meliorata fuit † restituta ab eo, qui in ea nullum dominij genus habebat, quales sunt conductor, depositarius, commodatarius, pignus recipiens, nauta, caupones, stabularij, & similes, nam illi, post restitutionem rei melioratæ agere possunt vtili negotiorum gestorum actione, vel ex cōtractu, actione directa, vel contraria, vt sibi soluantur, quæ vtiliter, vel necessario gesserunt in re aliena, & in his terminis verum dixere relati supra. *vers. Alijs censentibus. & Alij considerantes,* vt voluit *Maresc. var. resolut. lib. 2. cap. 113. contingit, num. 2. & 5. Peregrin. de fideicom. art. 50. part. 3. num. 58,* vbi alia exempla refert, sicuti & *Tusc. conclus. 182. melioramenta, num. 9. in fin.* vbi etiam agit si res conducta fuit cum melioramentis vendita, quomodo sit consultum melioranti, *num. 10. & seq.*

61 Limit. vbi melioramenta † sunt facta ab eo, qui sciebat se dominum, vtilem tantum, sed reuocabilem, & tunc actione descendente ex contractu, quo factus fuerat dominus, veluti si fuerit emphiteuta, vel vassallus, & alius similis, repetit, quod vtiliter, vel necessario impēdit in re, quā purificata cōditione, vel cessione diei, restituit *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 111.* & hoc sensu vera est opinio eorum quos retuli supra *vers. Alij considerantes.*

62 Limit. in quocumque meliorante † qui genus aliquod dominij temporalis, vel perpetui habebat, tempore quo faciebat melioramenta. *Gratian. discept. 193. nu. 24.* exemplum referens mariti in fundo dotali

tali, emphiteota, emptore, cum pacto de retrouendendo; grauato fideicommisso, & similibus.

63 Limito ego, si personæ † qualitas, quæ rem melioratam restituit, non opposita meliorationum exceptione, suaderet, conseruandum esse illum indemnem, vt puta, quia esset imperitus, rusticus, inferioris conditionis illo, cui facta fuit restitutio. Nam tunc vel conditione incerti, vel sine causa, vel officio iudicis ex bono & æquo, *ex l. si me & Titium, ff. si cert. pet.* fiet melioramentorum repetio, & hoc sensu sunt intelligendi relati supra *versic. Alij negando, & vers. Alijs dicentibus. & vers. Alij improbantes. & vers. Alij moti. & vers. Alij volunt.*

64 Limit. in bonæ fidei † possessore, qui causam habuit à vero domino rei melioratæ, qui faciendo rem meliorem, cum non præsumatur voluisse melioramenta donare, non opposita exceptione meliorationum, siue iudicis decreto, siue amice, & extraiudicialiter agendo, repetit, quæ vtiliter, vel necessario gessit in re aliena. relati à *Petra, de fideicom. quæst. 15. num. 309. in princ.*

65 Limit. vbi bonæ fidei possessor † fecit melioramenta, de quibus non excepit ex decreto iudicis, vel animo obligandi dominum, eiusque negotium gerendo. *l. hæreditas, ff. de petit. hæred. l. si pupilli, §. sed & si quis. ff. de negot. gest.* per quæ iura ita firmat *Molin. de contract. disput. 463. n. 13. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 50. part. 3. num. 57.*

66 Limit. vbi melioramenta facta † obligatus erat facere is, qui rem melioratam vendicauit, ex iussione publica, vel priuata, *l. hæreditas, §. 1. ff. de petit. hæred. l. at si quis, §. si quis, l. si possessor. ff. de relig. & sup. fun. Ang. in l. in fundo, §. de rei vend. Peregr. de fideicom. art. 50. num. 57. in prin. Molin. de contract. disput. 463 nu. 13. in fin. vers. excepit tamen.*

67 Limit. vbi melioramenta facta † sunt, liberando rem, quæ vendicatur, ab onere aliquo, vt puta soluendo creditori, qui de præsenti vrgere poterat ad solutionem, & habebat in genere, vel in specie eamdem rem obligatam. nam cum duret eadem actio, datur soluenti repetitio, *l. plane, ff. de pet. hæred. l. fin. C. eod. Peregrin. per hæc iura de fideicom. art. 50. part. 3. num. 57. in fin.*

68 Limit. vbi opposita melioramentorum † exceptione, is qui melioramenta fecit, fuit nihilominus re meliorata eiectus, *Feder. Scot. consil. 8. tom. 2. lib. 1. num. 5. & seq.* addendo præsertim procedere si excipiens erat minor, quem sequitur. *Peregrin. de fideicom. art. 50. part. 3. num. 56. in fin.*

69 Limit. vbi res meliorata restituitur † à possessore, vt fiat liber ab onere, quo ideo erat astrictus, vt puta si emphiteuta, vel vassallus cedat domino feudum, vel emphiteusim, vt se liberet à canone, vel seruitio, *Anton. Fab. in suo C. lib. 4. tit. 43. defi-*

70 *nit. 13. & 37.*

Limit. vbi melioramenta † erant necessaria, *Menoc. de recuper. possess. remed. 15. nu. 512.* reprobato *Bart.* qui distinguit an agatur iudicio vniuersali, vel particulari.

71 Limit. in marito † restituente fundum dotalem melioratum, nam repetit melioramenta condictione indebiti, quia restituit quod non debebat, seu vltra debitū. *Bart. l. quod dicitur, 5. §. si dos. ff. de impens. in reb. dotal. fact. in princ. Grat. discept. 193. num. 24.*

§. XXXIII.

SVMMARIVM.

Debitoris est electio in alternatiuis. 1.
Electio semper est eius, cui fit gratia. 2.
In Alternatiua legis electio est iudicis. 3. *Ampl. 4. & 5.*
Exempla faciunt controuersiam faciliorem. 6.
Feudo aperto domino sine culpa vassalli qui illud meliorauit, dominus habet optionem, vel soluendi melioramenta, vel pati illa abradi. Ampl. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. Limit. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 29.
Electione facta à domino soluendi melioramenta facta in feudo, vel pati illorum abrasionem non licet domino pœnitere. 30. *Ampl. 32. Limit. 33.*
Melioramenta quo pretio æstimentur. 32.
Ratihabitio retrotrahitur. 28. *Ampl. ibid.*
Emphiteusi aperta domino sine facto & culpa emphiteota dominus elegit, an velit soluere melio-

melioramenta, vel pati illorum abrasionem.34.Ampl.35.36.37.38.
Maritus qui fecit melioramenta in fundo dotali habet electionem illa abradendi, vel cõsequi illorum pretium.39.42. Constante matrimonio est dominus rei dotalis.40. Potest fundum dotalem meliorare.40. Est procurator vxoris.41.

HActenus quando melioranti sint, vel non, persoluenda melioramenta, antequã sententia iudicis exuatur possessione rei melioratæ, non inutile erit inquirere, an domino rei concedatur optio, an vellit potius melioramentorum pati abrasionem à re sua, quam illorum pretium soluere, vel potius optio detur melioranti, pretium melioramentorum consequi, quam melioramenta abradere, vel potius abrasione electa, recusare expensarum refectionem.

Difficultatem aliquam faciunt iuris nostri regulæ, vna quod in alternatiuis
1 electio † sit debitoris, *l. plerumque, §. fin. ff. de iur. dotium. Cap. in alternatiuis, de reg. iur.* ex qua regula dicẽdum videtur, quod optio sit domini rei, qui melioramenta debet reficere, vel pãti abrasionem. Secunda regula est, quod siue vellimus melioramentorum repetitionem, vel illorũ abrasionẽ concedi melioranti, ex gratia,
2 siue legis prouidentia, semper electio † est gratiati *Bald. in l. fi. C. de pet. hered. num. 5. in fin. vbi Sicard. num. 7. Put. decis. 202. par. 2. circa med.* Tertia, quod in alternatiua
3 legis † electio est iudicis, *gloʃ. fin. in cap. à crapula. de vita & honest. cleric.* præsertim si expresse nõ sit à lege, vel hominis dispo-
4 sitione dictũ, an reo, vel actori, sit concessa optio, *Abb. d. cap. à crapula. & in cap. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. col. fin. Asinius in pcaxi. part. 1. §. 19. cap. 5. Limit.*
4 *secunda, num. 5.* Quod procedit † præsertim in pœnalibus. *Iacob. de S. Georg. in l. si fugitiui. C. de seru. fugitiui, num. 3. Dec. cõs.*
5 *440. superioribus, num. 3.* vel agatur † de fauore publico, seu fisci, vt dixit *Dec. dict. conʃ. 440. nua. in fin.*

Resolutionem præsentis difficultatis, licet difficilem esse affirmauerit *Peregrin. tract. de fideicom. art. 50. part. 2. nu. 47.* Spero tamen illam me facturũ facilem adhibita distinctione personarũ, quæ fecerũt, vel reficere debent melioramenta, & re-
6 rum quæ sunt melioratæ, ideo procedendo per exempla † quæ controuersam causam reddunt faciliorem, *l. 1. ff. de præscrip. verb. l. bona fides. ff. deposit.* dicente *Socrate* apud *Platonem de Regno in fin.* Arduum est res magnas clare enucleare non adhibitis exemplis.

7 Primum exemplum erit vassalli † qui feudum meliorauit, nam si illud absque facto vassalli domino aperiatur, habet ille electionem, vel soluendi melioramenta hæredi vassalli, vel pati, quod illa è feudo abradãtur, textus est expressus, *in §. si vassallus. hic finit lex. l. si in autem. §. in repetita 28. l. in fundo. 39. ff. de rei vendicat. per qua iura ita firmant in d. §. si vassallus. Iacob. de Beluiʃ.* reprobando volentes contrarium. si melioramenta sunt facta ædi-
33 no † vt melioramenta abradantur, & vassallus vellit illa abradere, si dominus offerat ruderum æstimationem cesset abrasio *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 49.

34 Secundum exemplum erit † in emphiteota, qui si rẽ meliorauit, & emphiteusis, fiat caduca, absque facto & culpa emphiteotæ, licet illi cõcedatur rei emphiteoticæ retentio, donec sibi fuerint soluta melioramenta, *vt dixi supra* §. 1. *&* 2. data tamen est domino optio, an vellit illa abradi, vel soluere. *Ias. in l.* 2. *C. de iur. emph. num.* 30. *Præposit. in* §. *si vassallus, Hic finit lex. col.* 2. *in fin. Molin. de contract. disput.* 463. *num.* 9. *Amatus plures congerens. Ac solut.* 14. *nu.* 36.

35 Ampl. etiam in emphiteusi concessa † ab ecclesia. *Bald.* §. *si vassallus, in finit lex num.* 4. *vers. vel dic.* addendo ita seruari de consuetudine. & suadent hanc extensionem, *quæ dixi supra*, §. 2. *num.* 21. *&* 43. *Amat. resolut.* 14. *num.* 36. *in princ.*

36 Ampl. etiam vbi fuisset conuentum † quod finita emphiteusi, emphiteota possit melioramenta abradere, & asportare, nã si dominus offerat soluere quanti valet abradenda, non posset illa abradere, & auferre. *Ias. l.* 2. *C. de iur. emphit. n.* 31. *Amatus resolut.* 14. *num.* 37. *vbi alios consentientes refert.*

37 Amplia, siue sint † melioramenta per aplumbationem siue ferruminationem facta. *Caroc. de locat. part.* 3. *de expensis. quæst.* 2. *num.* 14.

38 Quæcumque sunt dicta † de vassallo meliorante feudum in proximo & antecedenti primo exemplo, repeti possunt in emphiteota. Ideo sat sit præfata dixisse, properando ad alia;

39 Tertium exemplum erit in † marito, qui fundũ dotalem fecit meliorẽ; & licet plura de illo sint *dicta*, §. 19. sequendo argumentum electionis, vbi facta sunt

melioramēta in fundo, qui alteri restituitur, omissa omni disputatione, quia casus est de raro contingentibus, maritus
40 † est dominus constante matrimonio rei dotalis. *l. doce ancillam, C. de furt.* & à lege sibi est data facultas faciendi fundum dotalem meliorem. *l. quod dicitur, ff. de im-*
41 *pens. in reb. dotal. fact.* & est vxoris † procurator. *l. maritus, C. de procurat. cap. constitutus. extra eod. cum alijs cumulatis à Tiraquel. de ritract. lignag. §. 10. glos. 1. num. 1. Trentacinque var. resol lib. 2. de procurat.* resolutiue dicas, electionem
42 esse mariti, vt sequēdo *Dyn. cōcludit Bart. in l. quod dicitur. 5. ff. de impens. in reb. dotal. fact. num 5. in fin.*

43 Quarum exemplum erit cōductoris † & coloni, quibus cum detur repetitio meliorCamentorum factorum in re cōducta,
1 velquā colunt, *vt dixi supra, §. 14.* si ignoranter rem conductam, & melioratam, domino restituant, repetunt illi melioramentorum expensas, actione conducti, & hoc sensu, verum dixere, quos retuli *supra §. 32. vers. Alij considerantes.* & eadem ratione idem dicendum censeo, in commodatario, depositario, pignus recipiente, qui rem commodatam, pignoratam, depositam, de bono, & æquo, seu verius ius ignorantes, de boue & asino, non opposita melioramentorum exceptione rē melioratam constituerunt.

---

§. XXXIV.

SVMMARIVM.

Fructus suos facit qui fundum meliorauit, donec sibi soluantur melioramenta. 1. & quare. 2. Ampl. 3. 6. 7. Limit. 9. Intellige. 8. An tuta conscientia percipiat. 10.

Possessor bonæ fidei facit fructus suos. 2. Ampl. ibid.

CONcedi retentionem rei melioratæ donec fuerit melioramentorum æstimatio soluta melioranti dictum est su-
1 pra † an autem retinens rem melioratam interim faciat fructus suos; breuiter agēdo dicas illos suos facere, duplici ratione. Primo, quia quilibet obligatus dare sub cōditione, facit fructus suos, donec adimpleta fuerit conditio. *glos. l. emptor, verb. superfluum in fin. ff. de rei vend.* quam singularem dicit *Bald in l. domos, ff. de legat. & in l. si insulam §. 1. ff. sol. matrimon.* ideo cum is, qui rē fecit meliorē si obligatur ad restitutionē, refectis sibi melioramentis donec illa sibi nō sint refecta, facit rei melioratæ fruitur suos. Secūdo, quia quilibet
2 bonæ fidei † possessor, qualis est, qui retinet rem ab ipso melioratam, facit fructus suos. *l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. domin. Natta plures referens cons. 14. num. 8.* præsertim in iudicijs particularibus, *iuxta congesta à Tusc. conclus. 490. n. 7. fructus.*
3 Ampl. præsertim † vbi is, qui reficere debet melioramenta est in mora illa reficiendi, nam ratione solius moræ, qui fecit rem meliorem lucratur illius fructus. *arg. l. in quantitate. in princ. ff. ad leg. falcid. l. quod his verbis, ff. de legat. 3. l. item veniunt. §. non solum. vbi Cast. ff. de pet. hared. Surd. decis. 45. Quod. n. 5. & seq.* concludēs
4 quod possidens virtute † sententiæ nullæ non est obligatus restituere fructus perceptos, si illos consumpsit, referens *Neui-*
5 *zan. cons. 77. nu. 22.* idem firmautem † in eo, cui fuit aliquid datum in solutum vltra summam debitam. idem late probat *Franc. Bec. cons. 35.* & quæ de proprietario
4 tradi *Bald. cons. 242 Statuto lib. 3. vers. sed his non obstat.* concludens illum nō teneri ad alliquos fructus proprietario antequā ille petierit legatum vsusfructus.
6 Ampl. siue res retenta † sit restituenda ex contractu, siue ex vltima voluntate. *l. Licinius l. cista in princ.* & ibi *Bart. ff. de legat. 2 l. filium ff. de opt. legat.* & ibidem *Bart. & in l. cū filius. §. Lutio Titio. ff. de leg. 2.*
7 Ampl. præsertim in fructibus † melioramentorum. *Cardin. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 7. num. 26.* testans de communi & vsu Rotæ, relato *Gabriel. cons. 80. lib. 2. n. 8. Tusc. concl. 490. fructus, n. 83. & 89.*
8 Intelligas tamen pro rata temporis † quo quis retinet. nam si illis pendentibus fiat restitutio erunt retinentis pro rata anni, quo fit restitutio. *argum. eorum,* quæ dicuntur de retrouendente vigore pacti de retrouendendo. de habendo fructus pignoris loco interesse. *Ias. in l. qui Romæ*

ff. de

ff. de verb. oblig. nu. 35. *& seq. Molin.* & ab illo relati *de contract. disput.* 474. *nu.* 5.

9 Limit. vbi retinens † fuit constitutus in mora ad liquidandum melioramenta, vel illorum æstimationem recipiendam, *Ias. l. qui Romæ, ff. de verb. obligat. nu.* 37.

10 An autem tuta † conscientia quis retinere possit bona meliorata, quia sibi minime fuerint melioramenta persoluta, late id examinat. *Rebel. de obligat. iust. lib.* 7. *quæst.* 7.

30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. *Limit.* 38. 39. 40. 41. 42. 43.

Melioramenta necessaria & vtilia simul repetuntur à meliorante, si genus aliquod dominij habet iure meliorata, licet deinde perierint de facto, & culpa meliorantis. 44. *Ampl. ibid.*

Boues destinati culturæ alicuius fundi cuius periculo pereant. 45.

Affectata non prosunt. 40.

In Necessitate se constituenti, non succurritur. 40.

§. XXXV.

SVMMARIVM.

Non entis nullæ sunt qualitates. 1. *Limit.* 10.

Qualitas non potest stare sine subiecto cui inhæreat. 2.

Causa deficiente, deficit omnis effectus. 3. *Ampl. ibid.*

Facta semel, non potest dici, non fuisse facta. 4. *Ampl.* 5.

Emptione perfecta debitum est pretium, licet res empta perierit. 6.

Hæres qui semel est, perpetuo est hæres. 7. *Ampl. ibid.*

Ius intellectuale semel in subiecto radicatum, non potest ab illo euelli. 8.

Sacerdotis damnati ad triremes, non deletur clericalis character. 9.

Melioramenta sunt soluenda illa facienti gerendo negotium alienum quamuis perierint. 11. *Ampl.* 12. 15. 16. 18. 19. 20. *Limit.* 21. 23.

Soluens pro alio vt euitet pœnam, repetit soluta. 14. *Ampl. ibidem.*

Medico debita est merces licet infirmus moriatur, vel recuset curari. 13.

Boues empti vt colatur aget. cuius periculo pereant. 22. *infirmi curandi expensis locatoris. ibid.*

Periculum interitus rei spectat ad dominum illius. 24.

Melioramenta vtilia tantum repetuntur à meliorante habente aliquod genus dominij in re meliorata. 25. *Ampl.* 26. 27. 28. 29.

Melioramenta necessaria nō facta ab habente aliquod dominij genus in re meliorata repetuntur à meliorante, licet perierint. Ampl.

SVpra hoc capite *num.* 18. promisi me latius examinaturum, quando conceditur rei melioratæ retentio, quamuis melioramenta in eadem re facta perierint, durus est hic sermo, vt quis cogatur soluere, quod non extat, vel non recipit, in tantumque extendantur melioramentorum priuilegia, & singularia, vt eumdem effectum operentur, etiam postquam perierunt, quem operarentur, si extarent,

1 obstante naturæ ordine † & iuris regula, quod non entis nullæ sint qualitates. *l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. petat. l. nec vllam, §. si quis absentis, ff. de pet. hæred.* vbi *Angel. Bal. in l.* 2. *ff. de bon. possess. secund. tabul. Veral. decis.* 151. *part.* 1. *num.* 2. *& seq. Gonzal. ad regul.* 8. *glos.* 5. *§.* 7. *num.* 69 *&*

2 *seq.* Qualitas enim cum non possit † stare sine subiecto, cui inhæreat. *l.* 2. *ff. de vsufr. l. si seruus, §. si modus, ff. de act. emph.* vbi *Cast. num.* 3. omnino dicendum videtur sublatis melioramentis perimi omnem actionem ad consequendum illorum æstimationem, *§. est enim. instit. de verbor.*

3 *obligat. l.* 1. *C. ne ex delict. defunct.* † causa enim deficiente deficit omnis effectus, qui ab illa consequi potest, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. pat. cap. eum cessante. de appellat.* re perempta liberatur debitor, *l. si seruitutes, §. sublatum, ff. de seruit. vrban. præd. §. fin. inst. de vsufruct.* perempta re emphiteotica liberatur emphiteota à solutione canonis, *l.* 2. *C. de iur. emphit.* vt cætera omittam congesta à *Sebast. Medic. de regul. iur. regul.* 6. *vers. absolutio, num.* 1. *vsque in fin.*

4 Attamen quia negari non potest, vt quæ † semel fuere facta, non sint facta, *l. in bello, §. facta, ff. de captiu. & postlimin.*

5 *de vers.* & quo ad effectum iuris, † sat est,
licet deinde, quod factū est, extinguatur:
ideo dicimus quod emptione perfecta,
6 debetur pretium, quamuis deinde † res
empta perierit, *l. cum cōuenit, C. de pericul.*
& com. mod. rei vend. Dec. cons. 179. *viso*
num. 2. *Galganet. tract. de condition. part.* 2.
cap. 1. *quæst.* 94. *num.* 7. *& seq.* qui semel est
7 † hæres, numquam desinit esse heres, quā-
uis alteri hæreditatem restituat, vel fuerit
illa penitus consumpta, *l. ei qui soluendo,*
ff. de hæred. instit. §. restituta. instit. de fidei-
comm. hæred. l. cum prætor, ff. de reg. iur. l. 4.
8 *C. de acq. hæred.* & vbi intellectuale † ius
fuit semel radicatum, non potest ab illo
auelli, cui cœpit inhærere. *l. & si fine, §. sed*
quod Papinian. ff. de minorib. Bald. auth. in-
gressi. C. de Sacros. eccles. num. 51. ideo cle-
9 rico & sacerdoti † non aufertur sacerdo-
talis, & clericalis caracter, quamuis dam-
natus fuerit ad triremes.

Ideo nec durum vel iniquum erit, vt
duret actio consequendi pretium melio-
ramentorum, quamuis illa perierint, cum
10 per accidens, & non † entis aliquæ illius
continuent qualitates *Arist.* 1 *phys. tex.* 43.
& 75. *l. patre furioso ff. de iis qui sunt sui,*
vel alien. iuris. Verum, quia in iure con-
stituere certam regulam, & generalem,
est periculosū; seu vt interpretor est diffi-
cile, *l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. vt om-*
nis, in proposito themate cesset difficul-
tas, duo casus principales sunt consti-
tuendi.

Primus est, vbi melioramenta sunt fa-
cta ab eo, qui nullum dominii genus ha-
bet, nec habere prætendit, in re meliorata
11 † sed alienum gerendo negotium, rem
alienam fecit meliorem, & tunc quamuis
melioramenta perierint, habet ille actio-
nem repetēdi, & cōsequendi illorum æsti-
mationem, siue illa fuerint vtilia, siue ne-
cessaria *l. sed an vltro* 10. *§.* 1. *l. siue hæredi-*
taria 22. *ff. de negot. gest. l. necessarias.* 8.
ff. de pign. action. l. plane. in fin. ff. de petit.
hæredit. l. 3. *§. sed & si seruum. ff. de in rem.*
vers. Peregrin. de fideicommis. art. 50. *n.* 31.
12 exemplum referens † si melioramenta
fiant à commodatario, depositario, credi-
tore, tutore, conductore, colono, officiū
pietatis exercente, veluti si quis redimat
ab hostibus filium fam. addendo ex *Cast.*
cons. 433. *vol.* 1. isto casu repeti expensas à
patre. *Garzia, de expens. cap.* 20. *nu.* 20. *&*
seq. qui loquitur de tutore, curatore, &
administratore. *Rosental. de feud. cap.* 10.
conclus. 43. *num.* 99. loquens de procurato-
re, negotiorum gestore, qui cum speciali
mandato fecit excessiua melioramenta.
Ioseph. Ludou. loquens de conductore. decis.
Perus. 58. *num.* 11. quæ dixit *Peregrin. ex*
Cast. comprobari possunt ex his, quæ di-
13 cuntur de medico † & chirurgo mini-
strante medicinas, & curāte vulneratum,
cui persoluuntur medicinæ, & opus præ-
stitum, quamuis vulneratus, vel infirmus
moriatur, vel recuset mederi. *Franc. in*
cap. fin. de foro compet. in sexto, nu. 6. *vers.*
sicut alias. Gomes. ad regul. de infirm. resi-
gnant. quæst. 9. *vers. decimum sextum. Dec.*
l. inuito, ff. de reg. iur. num. 2. *vers. & impen-*
sa. vbi Cagnol. nu. 6. *& seq.* idem concludēs
14 de soluente pœnam † pecuniariam pro
pro aliquo, vt euitet pœnam amputatio-
nis manus, vel pedis, licet idem prius *n.* 4.
contrarium dixisset in soluente debitum,
pro alio nolente solui, excepto casu quo
quis soluat pro emphiteota, ne amittat
emphiteusim, *vt subdit num.* 10. ex qui-
bus colligo, et ad euitandam pœnam cor-
poralem, vel partis bonorum, quis potest
pro inuito soluere, cum repetitione solu-
torum. *Decian. cons.* 29. *lib.* 2. *num* 20. qui
loquitur de melioramentis factis in ca-
stro oppignorato.

15 Ampl. præsertim † si perierint casu for-
tuito, vel vi hostium, vel vitio temporis.
l. ex mille, ff. de euictiō. Brun. de augment.
§. vigesima secunda quæstio. post num. 3.
Card. Tusc. concl. 180. *melioramenta, num.* 9.
& sequen. l. siue hæreditaria, ff. de negot.
gest.

16 Ampli. etiam quod † cum melioramē-
tis pereat fundus, qui fuerat factus me-
lior. *vt dixi §. seq. vers. prima conclusio.*

17 Ampl. etiā in eo † qui melioramētis ne-
cessarijs, vel vtilibus non factis conueniri
potest ad interesse. *l. & in totū, ff. de impēs.*
in reb. dotal. fact. vbi si maritus non fulsit
insulam dotalem, obligatus est resarcire
damna, si illa labatur, & si fulsit & sit exu-
sta repetit impensas.

18 Ampl. præsertim si † melioramenta erāt
necessaria pro conseruatione ipsius rei,
l. siue

l. siue hæreditaria, ff. de negot. gest.

19 Ampl. etiam quod † melioramenta sint tantum vtilia. *Carroc. de locat. par. 4. de expensis, num. 35. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 58. num. 11. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 260.* qui loquuntur de vitibus, & arboribus exsicatis, quæ plantatæ fuerant à colono, & conductore.

20 Ampl. præsertim † ad effectum retentionis. *Molignat. tract. de retent. quæst. 313. possessori.*

21 Limit. concurrente † mora eius, qui fecit melioramenta in restituenda re meliorata. *Menoc. de recuper. possess. remed. 15. num. 521.*

22 Quid si pereant † boues empti causa colẽdi agrum. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 1. num. 15.* infirmi expensis locatoris curandi. *Borguin. decis. 3. num. 19. part. 2.*

23 Limit. ijs omnibus † casibus quibus limitatur regula firmata in sequenti §. *vers. prima conclusio sit.*

Secundus casus est præcedenti contrarius, quoties melioramenta sunt facta ab eo, qui genus aliquod dominij, etiam reuocabilis habet in re meliorata, vt puta si vassallus faciat melioramenta in feudo, emphiteota in amphiteoticis, emptor cũ pacto de retrouendendo, in requã retrouẽdere debet, vsufructuarius in re qua fruitur, & alij quos sup. §. 11. *& seq.* dixi possidere cum titulo. & tunc licet regulariter
24 periculũ † interitus rei spectent ad dominum. *l. pignus. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. l. necessario, ff. de peric. & com. rei vend.* Attamẽ exclusa omni culpa eius, qui fecit melioramenta, propter quã illa amisisset, distinguendum est, An melioramenta
25 sint † vtilia tantum vel necessaria tantũ, vel vtilia & necessaria simul. si de melioramẽtis primi generis agatur, illis peremptis casu, vel quouis alio modo, non extãtibus. nullatenus agendum de illorum repetitione, vel eorum causa concedenda retentione. *l. domus, vers. extantibus, ff. de legat. 1.* vbi *Cast. in fin.* dicit hoc verbum extantibus, debere esse in *d. l. de cuius varia lectione dixi supra* §. 30. *nu. 2.* & comprobatur ex communi resolutione Doctorum in eadem lege. *domos.* quod si me-
26 lioramenta sint † vsu, vel tempore minuta, & parum duratura, etiam minimi æstimantur, licet grandis quantitas fuerit errogata. & si aliqua perierunt, etiam absque culpa meliorantis, quod illa non reficiuntur.

27 Ampl. etiam vbi vitio temporis † vel ipsorummet melioramentorum, illa perierunt, vt puta, quia materia, quibus illa erant compacta, non erat duratura, seu non durauit vltra tempus, quo res meliorata restituitur, *l. mulier, §. sed enim, ff. ad trebel.* vbi grauatus fideicommisso, non restituit, quæ absque illius facto & culpa, perierunt, & comprobatur ex dictis *supra §. 29. num. 15. 30. num. 19.* aut melioramenta sunt æstimanda non habita ratione temporis, quo durarunt, seu quo durare possunt post restitutionem, & illorum solutionem. Et in spetie voluit *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. nu. 27. vers. Quod tamen: & relata supra §. 31. nu. 66.*

28 Ampl. idem dicendum † in eo, qui bona fide possidebat rem melioratam, tamquam suam, nam quia meliorando non intendebat aliquẽ sibi obligare, sed suum gerere negotium, suo & non alieno periculo pereunt melioramenta, *Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. sequitur Molin. de contract. disput. 463. num. 13. in princ.*

Ampl. etiam si facta † fuerint in feudo,
29 *vt dixi §. 17.* Ampliando regulam ibi constitutam.

Si autem agatur de melioramentis se-
30 cũdi generis nẽpe † necessarijs, pro regula constituẽdum est, quamuis illa perierint, esse reficienda, *l. qua ratione ff. de acq. rer. domin. §. ex diuerso. instit. de rer. diuis. & dixi. §. 9. & seq. Menoch. de recup. possess. remed. 15. nu. 511.*

31 Ampl. præsertim vt sint † reficienda ei qui nisi illa fecisset, conueniri poterat ad interesse, si res aliter perijsset, quam casu *l. 3. ff. de impens. in reb. dotal. factis*, quæ loquitur de marito faciente hoc genus melioramentorum in domo dotali minante ruinam.

32 Ampl. vt multo magis sint † reficienda ei, qui illa fecit de mandato domini rei melioratæ, *l. sed an vltro 10. §. 1. l. siue hæreditaria, ff. de negot. gest. Rebel. de oblig. iust. quæst. 2. lib. 7. nu. 5. vers. si enim.*

33 Ampl. in quocumque † qui ratione

officij

officij,& curæ sibi demandatæ,debet esset
diligens in rebus sibi commissis, vt sunt
tutores,curatores, cōmodatarij, deposi-
tarij, recipientes pignus, coloni,clerici
beneficiati. *Vassallus, emphiteota*, condu-
ctores,*vt dixi supra,§.11.n.40.§. 11.nu.20.*
& §.14.num. 12.& §.16.nu. 12.& §§.tribus
seq.Peregr. de fideicom. art.50. num. 31.l.
plane,in fin.ff. de petit.hæredit.
34 Ampl. præsertim † si perierint sine fa-
cto,& culpa eius, qui talia melioramenta
fecit.*Cuman. & Alexan.in l.domos,ff. de*
neg.gest. num.1. vers. sed bene, Rol.à Val.
cons.18.lib.1.num.18.
35 Ampl.etiam † vbi facta sunt à bonæ fi-
dei possessore,*vt dixi supr.§.9.*
36 Ampl.etiam vbi melioramēta † sunt fa-
cta à malæ fidei possessore,*vt dixi supra*,
§.10.
An autem qui fecit talia melioramen-
37 ta † gaudeat beneficio,isto casu,*l.interdū,*
ff.in quib.caus.Pign.tacit. cont. dixi cap. 7.
num.3.& inf.§.38.Ampl.1.
36 Limit. vbi melioramenta † excedunt
casum necessitatis, seu sunt facta vltra ne-
cessitatem *Peregrin. de fideicom. art. 50.*
num.94.in fin.
Limit. vbi necessitas faciendi meliora-
36 menta † fuit causata à meliorante,*l.si mo-*
do 62. ff. de legat. 1. quæ successiue est scri-
pta à Tribunianoad limitationem, *l.do-*
mos,qua disponitur melioramenta neces-
saria esse reficienda, vt aduertit *Simon. de*
Pratis,de interpret.vltim.volunt.lib.3. in-
terpr.3.dub.5.fol.5.num.27.fol.361. & iusta
est limitatio, quia regulariter affectata
40 † non prosunt, nec constituenti se in ne-
cessitate succurritur aliquo legis benefi-
cio,*l spadonem,§. fin.ff de excus. tut.l.si fi-*
deiussor,§.si necessaria.ff. qui satisdar. coga.
Fel.cap.fin.de testib.n.3.vers. & hinc Mars.
ide fideiuss.num.153.& sequen. Osasc. decis.
167.alia,num.29.
40 Limit.vbi is, qui fecit melioramenta †
necessaria, in re, vel corpore meliorato,
illud pariter deteriorauit,nam in totum
si par sit conditio melioramentorum, &
deterioramentorum,vel pro rata, si inui-
cem non sint paria,compensantur,*Simon.*
de Pratis,de interpræt.vltim. volunt.lib.3.
interp.3.dub 5.fol.5.fol.361.num.27.
Limit. vbi hæc melioramenta sunt fa-
41 cta ab eo † qui nullum dominij genus
habebat, sed erat tantum bonæ fidei pos-
sessor.
42 Limit.vbi res perijt culpa † possessoris,
l.siue hæreditaria,ff.de negot.gestor.Menoc.
de recup. possess. remed. 15.num.512.in fin.
Rebel.de obligat.iust. lib.7. quæst.2. num. 2.
vers.rectius,& num.5.vers.sicuti.
43 Limit.concurrente mora † eius qui fe-
cit melioramenta,in restitutione rei me-
lioratæ. *Menoc.de recup. possess. remed. 15.*
num. 521.
44 Si autem agatur de meliorametis † ter-
tij generis,idest,quæ sint vtilia,& necessa-
ria simul, tanto magis illa sunt reficienda,
licet perierint,siue facta fuerint ab ijs, qui
nullum genus dominij habent,vel habere
prætendunt in re meliorata,*vt dixi supra*
hoc §. vers. primus casus. siue facta fuerint
ab ijs, qui genus aliquod dominij habēt,
vt proxime dixi,vt de domo constructa in
fundo rustico colonorum causa, destructa
à militibus, vt sit persoluenda à fideicom-
missario, respondit *Roland.à Val.consil.28.*
lib.1.num.18. Menoc.de recuper possess. re-
med.15.num.511.& quod eadem meliora-
menta sint reficienda emptori,qui vigore
pacti de retro, venditori retrouendit, vo-
lunt *Tiraquel. & ab illo relati de retract.*
inuent.§.7.glos. 1. num.10.
45 Quid si pereant † boues empti ad aran-
dum fundum. *Tiraquel de retract.lignag.*
§.15.glos.1.num.26.

---

§. XXXVI.

SVMMARIVM.

Melioramentorum repetitio sola retentione rei melioratæ conceditur. 1. cessat vbi res meliorata tota perijt, & quare,2.5.8.10.
L. vtique ff de rei vendicat. declaratur. 3.
Menoc. reprobatur. 4.
Accidens non potest stare sine subiecto cui inhæreat. 6.
Accessorium non potest stare sine suo principali .7. Limit. 11.
Interesse peti non potest à recipiente debitum cuius causa illud est debitum. 8. Ampl. 9. Limit. 12.

L. curabit. C. de act. empt. Limit. 9.

Melioramenta non repetuntur perempta re meliorata. 10. 13. Contrarium. 14.

Tiraquellus omnia iuris volumina euoluit & rimauit. 15.

Melioramenta facta nomine & mandato domini rei meliorata repetuntur actione negotiorum gestorum, licet res meliorata perierit. 16. & Quare 17. Ampl. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28 Limit. 29. 30. 31. 32. 33. 35 36. Sublimit. 36.

Mandato spetiali est opus ad faciendum excessiua melioramenta. 34.

Meliorum\u0113torũ causa datur retẽtio rei melioratæ quãuis perierit, ei, qui iudicio vniuersali cõuenitur. 47. 48. 49. 51. Lim. 52. 54. 55.

Melioramentorum exceptio cessat, vbi iudicio particulari petitur res particularis, quæ perijt. 55. 57. Contrarium. 58. Ampl. primã opin. 59. Limit. 60. 61.

Menoc. reprobatur. 58. Defenditur. 62.

MElioramenta esse quandoque reficienda melioranti, quamuis perierint, dixi in antecedenti. §. an idem dicendum, si res meliorata tota perierit, nega-
1 tiuam suadet ratio, quia cum † melioramentorum repetitio, obstaute domino rei melioratæ, non concedatur, nisi per retẽtionem rei melioratæ, opposita doli exceptione. l. si in area, ff. de condict. indeb. cum alijs cumulatis supra §. 32. vers. negata. perempta re meliorata necessario dicen-
2 dum videtur † peremptam quoque esse meliotamentorum repetitionem, quia defecit res, quæ retineatur, donec illa fuerint soluta. l. necessarias. 8. ff. de pignor. act. l. vtique. 16. ff. de rei vend. per quem textũ ita concludit Bart. in l. in fundo. 39. ff. eod. num. 8. cuius opinionem communiter receptam esse testatur Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matr. num. 65. in princ. dum num. 64. circa fin. late egisset circa indu-
3 ctionem † d. l. vtique. qua Bart. asserit firmari suam opin. & eam inductionẽ ignotã
4 fuisse Menoch. † & reijciendam illius opinionem, dum de Recuper possess. remed. 15. num. 512. voluit perempta re meliorata posse repeti melioramenta à bonæ fidei possessore.

Comprobatur hæc negans opinio ex
5 communi assumpto, quod perempto † principali, perimatur etiam accessorium, glos. l. si patronus, §. patronum, verb. fauiana, ff. ff. si quid in fraud. patron. l. cum principalis, de regul. iur. vbi Dec. & Cagnol. Strac. plures congerens. tract. de mercatur. cap. de
6 adiect. par. 2. num. 21. sicut enim † accidens non potest stare sine subiecto, l. qui per collusionem. §. fin. ff de action. empt §. fin. inst. de iur. natural. gent. & ciuil. Arist. 1. phis. text. 62. Ita accessoriam † nisi adsit principale corruit, & deficit, Ias. l. non solũ, §. morte, ff. de noui operis nunciat. num. 48. vers. de ista protestatione. Dec. in l. vinum, ff. si cert. pet. nu. 4. in fin. & num. 5. propterea ea ratione, qua dicitur perimi actionẽ
8 † ad petendum quanti interesset, recipienti sortem principalem sibi debitam, l. qui per collusionem, §. 1. ff. de act. empt. Peregrin. cõs. 86. officium, lib. 3. num. 3. & seq. Bero. consil. 200. lib. 1. num. 4. & 18. qui loquuntur etiã
9 quod debitum esset interesse † ex l. curabit, C. de act. empt. & solutio fuisset recepta cum reseruatione interesse, eadem ra-
10 tione † perempta re meliorata, perimi debet & actio consequendi melioramenta, vt voluit Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. teste Molin. de contract. lib. disput. 463. num. 12. in princ. Sim. de Pret. de interpr. vltim volunt lib. 3. interpr 3. dub. 5. sol. 5. num. 22. & seq.

Verum, quia vt dixi supra, §. 32. melioranti est etiam consultum alia via, quam
21 subsidiario remedio retentionis, † nec est perpetuo verum, vt extincto principali extinguatur accessoriũ, nec semper, rece-
12 pta sorte principali debita † cesset actio consequendi interesse, vt patet ex his, quæ late distinguendo tradunt, Surd. decis. 69. vigore num. 2. & cons. 293. Quia, num. 25. Ruginel. pract. quæst. cap. 14. num. 1. & seq. & cap. 15 multum. num. 1. & seq. Bero. cons. 200. an per. lib. 1. num. 1. vsque in fin. Trentacinque var. resolut. lib. 3. de solution. resolution. 9. conclusio. n. 1. & seq. & hinc nata sit Doctorum pugna, aliquibus adhærenti-
13 bus opinioni, Bart. quem supra retuli † negare repetitionem melioramentorum perempta re meliorata, vt refert Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. mat. quibus addo Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 37. & 77. Gomes. ad l. 46. Taur. num. 2. Molin. de contract.

tract. di. 4 u. 463. num. 12. verſ. vnde,
14 *& num.* 13. Alijs aliud † volentibus, vt re-
ferunt *Barboſ. dict. §. fin. num. 64. & ſequen.*
Caros de locat. part. 4. de expenſis num. 36.
15 ideo non mirum ſi *Tiraquel.* † qui omnia
juris volumina rimauit, in harum opi-
nionũ anfractu cum incidiſſet, nihil certi
determinauerit, ſed remiſſiue indicaue-
rit, quomodo difficultas iſta tolli poſſit
de Retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. nu. 10. in fin.
ex cuius & aliorum dictis, ſequentes con-
cluſiones conſtituendo, credo ceſſare om-
nem difficultatem.

Prima concluſio ſit, quod vbi meliora-
16 menta † ſunt facta nomine, & mandato
domini rei, quãuis res meliorata perierit,
vt illa actione negotiorũ geſtorum repeti
poſſint, *l. ſed an vltro, 11. §. 1. ff. de negot.*
geſt. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 31.
Caſt. in l. domum, C. de rei vend. num. 2 in
fin. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1.
num. 10. in fin. Barboſ. l. diuortio, §. fin. ff. ſol.
mat. num. 65. Rebel. de oblig. iuſt. lib. 7. q. 2.
17 *num. 2. verſ. reſtius*, & † ratio eſt, quia ad
effectum conſequendi quod aliena in
cauſa eſt errogatum, ſufficit vtiliter fuiſſe
expenſum à principio, licet non ſubſe-
quatur euẽtus, *l. an vltro, §. 1. d. l. ſed in fin.*

Ampl. præſertim ſi melioramenta
18 † erant neceſſaria, *gloſ. l. ſed an vltro, 11,*
§. 1. verb. inſulam fulſit ff. de negot. geſt.
l. ſiue hæreditaria, ff. eod. vbi gloſ. verb. con-
ſequi, addit procedere ad quamcumque
ſummam aſcendant, niſi culpa melioran-
tis, plus ſit expenſum, quam par erat.

19 Ampl. etiam vbi melioramenta erãt
vtilia tãtum, vel vtilia, & neceſſaria ſimul,
l. ſed an vltro, §. 1. verſ. ſed iſtam, ff. de negot.
geſt. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glo. 1.
num. 10.

20 Ampl. etiam in eo, qui meliorauit rẽ †
in qua cuſtodienda obligatus erat, ſaltem
de dolo, & culpa, *iuxta l. contractus, ff. de*
reg. iur. Ideo ſi commodatarius, depoſita-
rius, præcario, vel pignore recipiens, fe-
cerit melioramenta vtilia, vel neceſſaria
in re ſibi commodata, vel depoſitata, vel
pignori, vel præcatio recepta, quamuis
res meliorata deinde perierit, repetit quæ
in melioramentis errogauit, *Peregrin. de*
fideicomm. art. 50. num. 31. qui hoc firmat
in commodatario, depoſitario, colono,
creditore, ſocio, cohærede, tutore; *per*
text. in l. ſed an vltro, §. l. 1. ſiue hæreditaria,
ff. de negot. geſt. l. ſi ſeruus, ff. famil. hercif.
l. in ſumma, ff. commun. diuid. l. ſi neceſſarias
in prin. ff. de pignor. act. l. 3. §. ſufficit, ff. de
cont. & vtil. action. tutel.

21 Ampl. præſertim in eo, qui ſi non † fe-
ciſſet melioramenta, poterat conueniri à
domino rei, ad intereſſe, quia ille minime
feciſſet, *l. 4. ff. de impenſ. dotal.* quæ loquitur
de marito, qui fulſerat inſulam dotalem,
quæ fulta deinde fuit combuſta, & quæ
ſi non fuiſſet fulta corruiſſet, *Caſtrenſ.*
conſ. 425. ſuper lib. 1. num. 1. & 2. qui loqui-
tur de vſufructuario meliorante rem qua
fruitur.

22 Ampl. in quocumque † qui errogando
de ſuo in alicuius vtilitatem, officium
pietatis dicitur exercere, cũ publico bo-
no, veluti ſi quis redimat filiumfam. ab ho-
ſtibus, vel ægrotum, vel vulneratum cu-
rat ſanari. & illi medicinas exhibet, nam
quamuis filius fam. redemptus pereat, an-
tequã ad lares redeat patrios, & ægrotus,
vel vulneratus poſt expenſas medicinarũ,
& curæ moriatur, petere & conſequi po-
teſt medicus, vel chyrurgus mercedem, &
pretium medicinarum, *l. at ſi quis, §. itẽ*
labeo, ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ſed an vl-
tro, §. 1. verſ. iuxta hoc eſt, ff. de negot. geſt.
Cagnol. l. inuito nu. 6. & ſeq plurib. & Dec.
num. 2. & ſequen. ff. de regul. iur. Peregrin.
de fideicomm. art. 50. num. 31. in fin. l. liber
homo, ff. de captiuis, & poſt liminio re-
uerſis.

23 Ampl. etiam vbi melioramenta † ſunt
facta à curatore dato hæreditati iacenti,
l. ſucceſſori, 13. verſ. ſicut, l. debitor. 14 ff. de
negot. geſt.

24 Ampl. etiam in tutore † & curatore, qui
rem pupilli, vel minoris fecit meliorem,
l. plane, in fin. ff. de petit. hæredit.

25 Ampl. præſertim ſi quis compulſus † à
iudice fecit talia melioramenta, pro do-
mino rei, veluti ſi conductor fundi vrba-
ni, vel ruſtici, ex decreto iudicis reficiat
viam prope fundum conductum, qui caſ-
mate, vel incendio, vel alio caſu perijt,
Molin. de contract. diſput. 463. num. 13. verſ.
excipit.

26 Ampl. præſertim ſi agatur † de melio-
ramentis, ſeu expenſis quas dominus rei
face-

facere poterat cogi *Molin. de contract. disput.* [illegible] 13. *in fin.*

27 Ampl. etiam in melioramentis † paruis seu modicis. *Castrens. cons.* 425. *lib.* 1. *col.* 2. *vers. & si dicatur.*

28 Ampl. etiam si melioramenta † sunt facta à bonæ fidei possessore. *Molin. de contract. disput.* 463. *num.* 13. *Bart. in l. in fundo, ff. de rei vendic. num.* 6.

29 Limit. vbi res meliorata † perijt culpa meliorantis, *l. siue hæreditaria*, 23. *in fin. ff. de negot. gest. Menoc. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 512. *in fin. glos. l. sed an vltro*, *§.* 1. *verb. exusta, ff. de negot gest. l. debitor.* 14. *ff. eod. Rol à Val. cons.* 28. *lib.* 1. *num.* 18. *vers. Quo vero.* Castr. *cons.* 425. *lib.* 1. *colum.* 2. *vers. prima.*

30 Limit. vbi is, qui † melioramenta fecit fuit constitutus in mora, in restitutione rei melioratæ, *Menoc. de recuper. possess. remed.* 15. *num* 521. *& seq.*

31 Limit. vbi melioramenta † facta aliquo modo, non erant vtilia domino rei, & illum potius onerabant, quam honorabant, seu vbi ex melioramentis factis, res non sit pretiosior, *l. sed an vltro* 11. *§.* 1. *versic. non autem, ff. de negot. gest. l. & in totum, ff. de impens. in rebus dotal.* & dixi, §. 2. Limit. 11. *Cast. cons.* 425. *lib.* 1. *colum fin. vers. præterea monasterium.*

32 Limit. vbi melioramenta † sunt facta in fundo, quæ à diligenti parte familias facta non fuissetj, *Cast. cons.* 425. *super primo, lib.* 1. *colum.* 2. *vers. præterea*, vbi relato illud Catonis.

Quæ nocitura tenes, quãuis sint cara relinque:

Concludit vsufructuarium, qui est procurator rei, qua fruitur, non repetere melioramenta facta in molendino, quod perierat, quia illud meliorare fuit inutile, nec minus obligari illud reficere, si perijt, quamuis sit obligatus cauere, quod finito vsufructu rem restituet non deterioratam.

33 Limit. vbi melioramenta † sunt eius generis, quæ dominus rei non solebat facere, vel ille ingrata habebat, vel illius conditioni non conueniebant, & qui illa fecit, habebat generale mandatum tantum ad meliorandum, *l. si negotia*, 12. *ff. de neg. gest. l. si quis aliena*, vbi *glos. fin. ff. eod. Cast. cons.* 425. *col.* 2. *vers. præterea si dicti* *fructuarij Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43.
4 *num.* 99. † concludens ad facienda exces-
3 siua melioramenta requiri speciale mandatum.

35 Limit. vt negetur melioranti † prælatio in concursu creditorum, *Peregrin. de fideicom art.* 50. *num.* 34. *in fin. & dixi. sup. cap.* 7. *vers. intelligas, circa med.*

36 Quid autem dicendum si res pereat † pendente iuditio, *Tiraq. de retract. conuct.* §. 7. *glos.* 1. *num.* 18.

37 Secunda conclusio est in eo † qui genus aliquod dominij habebat, vel habere credebat in re meliorata, sed quia differt an melioramenta re perempta petantur ab eo, in quem agatur iudicio vniuersali, vel particulari.

38 Dicendum primo, si de melioramẽtis † factis in re, quę perijt, excipiatur ab eo, qui iudicio vniuersali conuenitur ad restitutionẽ multarum rerũ simul, vt illi liceat excipere de melioramentis factis in re perempta, & retinere quæ ab illo petuntur, donec fuerint sibi restitutæ melioramentorum expensæ, *l. plane. §. plane. ff. de petit. hæred. l. siue hæreditaria, ff. de neg. gest. Roland. à Valle cons.* 28. *num* 18. *lib.* 1. *Bart. in l. in fundo*, 39. *ff. de rei vend num.* 6. *&* 8. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2. *vers. ostendit etiam, & vers non obst. & n.* 5. *Barbos l. diuortio, §. fin. ff. de sol. matr. n.* 65. *vers. & retenta.*

39 Ampl. præsertim vbi melioramenta † erant necessaria, *l. siue hæreditaria, ff. de neg. gest. l. & in totum, ff. de impens. in rebus dotal. fact. Menoch. de recup. possess. remed.* 15. *num.* 512. asserens *Bart.* aliud sentientem communiter reprobari, *Simon. de Prætis, de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 5. *fol.* 5. *num.* 25. *Rolan. à Val. consil.* 28. *num.* 18. *lib.* 1. *Rebell. de obligat. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 2. *& num.* 7. *vers. quamuis. Surd. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 6. *num.* 14. *in prin.*

Ampl. etiam in marito † meliorante
40 fundum dotalem, *l. & in totum, ff. de impens. in reb. dotal, fact. Simon de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 5. *fol.* 5. *num.* 26. *circa med.* & ratio est, quia dos † est ius vniuersale, recipiens augu-
41 mentum, & decrementum. *Surd. cons.* 393. *num.* 45. *& seq. idem post Simon de Præt.*

voluit R[...] obligat. iust. lib.7. quaest.2.
n.2.vers.rectius,extendẽdo in qu ocumq;
habente dominium reuocabile.
Ampl. etiam vbi sunt facta à bonæ fidei
42 possessore quamuis res meliorata perie-
rit.Bart.l.in fundo,ff.de rei vendicat.nu.6.
Molin.de contract.disput. at 463. num.13.
Aret §.certe. instit. de rer. diuis. num. 2.
& 3.
43 Ampl. etiam quod conuentus † vniuer-
sali iudicio sit malæ fidei possessor, si mo-
do melioramenta sint necessaria, Rebel. de
oblig.iust lib. 7.quaest.2.num.7. in princ. &
circa med. versic. tertio extenditur, quod
prius fuerat dictum à Castr.in l.domum,
C.de rei vend.num.2.in fin.& ab Aretin.in
l.Cætera.§.Marcellus,ff.de leg.1. in fin.
Contrarium † tenet Barbos. in l. diuor-
tio,§.fin.ff.sol. matr. num.66. eam afferens
rationem, quia possessor malæ fidei non
aliter repetit expensas, quam si res su-
perfit, & domino restituta fuerit, ne fiat
locupletior ille cum aliena iactura, l.sipu-
pilli. §.sed & si quis,in fin.ff. de negot.gestor.
reprobato Natta† qui voluit procedere in
vtilibus,si res facta est melior,& extet, cũ
idem sit dicendum tam inutilibus, quàm
necessarijs,si res deueniat ad dominum,
& fiat ille locupletior † Alciat. l. impensæ,
ff. de verb.signif. num. 6. concludens præ-
donem & malæ fidei possessorem non re-
petere melioramẽta vtilia, nec necessaria,
vbi res perijt.
44 Limit. in melioramẽtis vtilibus factis à
grauato fideicommisso, Simon de Prætis
de interpret.vltim.volunt.lib.3.interpr. 3.
dub.5.solut.5.num 26.vers.tertio.eam affe-
rens rationem, quia interim ille est do-
minus rei cum melioramentis,& illius pe-
riculo debent illa perire.
45 Limit. vbi res meliorata † perijt culpa
meliorantis.Rebel.de oblig. iust. lib.7.q.2.
n.2. vers. extendit etiam,& dixi etiam
supra in limitationibus prima conclusionis
huius cap.8.
46 Limit. vbi melioramenta † fuerunt fa-
cta ab eo,qui ius possessionis tantũ habe-
bat cũ bona fide, & res cum melioramẽ-
tis perit, antequam domino suo tradere-
tur. Rebel.de oblig.iust.lib.7.q.2.nu.2.vers.
ex Bart.in l.si fundo.Sed idem videtur sibi
non constasse,ex his, quæ deinde scribit
num.7.vers.extenditur vero in fin.
47 Limit. vbi melioramenta † sunt facta à
malæ fidei possessore, Peregrin. de fideicom-
miss.art.50.num.29.in fin. addendo etiam
quod agatur iudicio vniuersale, Rebel. de
oblig.iust.lib.7.quaest.2 num 7.
48 Dicendum secundo si de melioramen-
tis excipiatur, quæ dicuntur facta à con-
uento iudicio particulari, vt puta rei ven-
dicatione vnius ex rebus, quas quis titulo
vniuersali, vel particulari, detinet, nullate-
49 nus † licet excipere de melioramentis fa-
ctis, Bart. l. in fundo, 39.ff.de rei vend. nu.8.
Peregrin.de fideicomm.art.50.num.30.qui
refert rationem, quam dissimulato Au-
ctore repetit, Rebel.de oblig.iust.lib.7. q.2.
num.7.vers.quamuis. vbi sequendo Bart.
in d l.in fundo, eam affert diuersitatis ra-
tionem inter actorem iudicio vniuersali,
& particulari, quia in illo consideratur ip-
sa bonorum vniuersitas, tanquam verum
corpus, quare perempta aliqua re, seu par-
te illius, quæ fuerat facta melior, adhuc
50 corpus vniuersale durat, nam genus † nũ-
quam perit, glos. l. incẽdium, verb. are alie-
no, C.si cert.petat. & consequẽter fieri pos-
sit retentio rei ex vniuersitate, quamuis
res meliorata perierit, supersunt adhuc
reliquiæ petendi id, quod fuit expensum
in vno ex corporibus, quibus cõstat vni-
uersitas. Quando autem petitur res parti-
cularis, quia consideratur tantum res pe-
tita, & non aliud, & illa perempta non re-
mansit, quod retineatur, ex defectu subie-
cti, in quod actor agat, deficit etiam actio
51 † Gomes ad l.40.Taur.num.2.in prin.vers.
ex quo Barbos.l.diuortio, §. fin. ff. sol.matr.
num.65.vers.aliud autem, vbi eamdem ra-
tionem refert, & asserit fuisse Fulgos.in
d.l. in fundo.
52 Contrarium voluit Menoc. de recuper.
possess.remed.15.num.512.reprobato Bart.
in d.l.in fundo. sed à Bart.non esse recedẽ-
dum firmat Peregrin.de fideicom. artic.50.
nu.30.qui tamen concordatur, vt dicam.
Limit.2.
53 Ampl.etiam † quod is, qui fecit melio-
ramenta vtilia, vel necessaria erat tantum
possessor bonæ fidei, Rebel. de oblig. iust.
lib.7.quaest.2.num.2.in prin. concludens, si
qui fecit expensas in equo, vel seruo.
quos falso putabat suos, & ille pereat, an-
tequam

tequam domino restituatur nihil consequi posse. *& num. 5. circa med. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 30. & 37. Aret. §. certe. iust. de rer. diuis. num. 2. & 3. Surd. de alement. tit. 6. quæst. 6. num. 14. in prin.*

54 Limit. vbi quis facit † melioramenta in re, quam custodire debebat, & illa perijt, citra illius dolum & culpam. *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 2. num. 2. in princ.* vbi exemplum, refert vsufructuarij, & eius qui recepit pignus, qui repetunt expensas, si res pereat absque dolo, & culpa eius, qui ea vti, & debebat custodire.

55 Limit. vbi quis detinebat rem † melioratam nomini domini, *Peregrin. de fideicommis. art. 50. num. 31.* exempla referens commodatarij, depositarij, coloni, creditoris, socij, mādatarij, cōsortis, cohæredis tutoris, negotiorum gestoris, & similium. *Barbos in l. diuortio, §. fin. ff. sol. matr. nu. 65. in fin.* addendo hoc sensu posse saluari opinionem † *Menoc. qui vt dixi dissentit à à Bart. in d. l. in fundo.*

---

§. XXXVII.

SVMMARIVM.

Melioramentorum exceptio, & rei meliorata retentio conceditur singulari successori. 1. Ampl. 3. 4. Ampl. vt tale ius excipiendi, transeat sine cessione. 6. Contrarium. 5. Concorda 7.

1 Singulari successori dicere excipere de melioramentis factis in re † quam quis damnatus fuit, restituere, vel ab illo euincitur, *dixi sup. §. 8. num. 17.* & pluribus firmarunt. *Socin. cons. 158. lib. 2. n. 28. Crauet. con. 148. num. 6. Cesal. cons. 259. num. 35.* relati à *Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 62. num. 11. Galles. de obligat. cameral. quæst. 18. num. 15. circa fin. Scander. de feud. 2. par. 9. part. section. 2. & num. 114. Surd. consil. 4. num. 8. Gabriel consil. 80. lib. 2. num. 33. Pacific. de saluian. inspect. 2. cap. 2. num. 229. Caroc. de locat. par. 4. de expens. num. 13. in fin. Rom. sing. 177. Tu scis.*

Dubitatur tamen, an sicuti singulari successori cōceditur retētio, pariter cōcedatur illi actio, ad petendū melioramenta facta in re, quam ille iudicis decreto, non opposita melioramentorum exceptione, ignarus, & imprudens restituit, & quamuis, *Cæsal. cons. 199. magnific. nu. 34. & seq.*

2 negauerit concedi † illius tamen opinio patitur distinctionem, quam ex *Boer. decis. 44. num. 14.* & alijs *retuli supra §. 32.* & tradit *Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 10. & seq.*

3 Ampl. vt detur † actiue & passiue singulari successori, vt pluribus probat *Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 62. num. 10.*

4 Ampl. vt retentio concedatur † etiam cōtra singularem successorem debitoris. *glos. Cyn. Alberic. Salic.* & reliqui, *in l. 1. C. etiam ob Chirograph. caut.* cum alijs cumulatis à *Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 62. num. 11. Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 140. Gales. de obligat. cameral. quæst. 18. num. 15. circa fin. Surd. cons. 4. num. 8. Rip. l. vbi pure. §. fin. ff. ad trebel. num. 3. in fin. Hond. cons. 16. lib. 1. num. 23.*

5 Sed an tale ius retentionis † concedatur, sine cessione, singulari successori, qui agat, vel conueniatur, non conueniunt Doctores, nam quod non cōcedatur sine cessione, tacite dixit *Rosental. de feud. c. 10. conclus. 43. num. 140.* & expresse dixerunt, *Hondad. cons. 85. sententiæ lib. 1. num. 41. Surd. cons. 183. proposita, num. 16.* & expresse voluit *Trentacinque. Var. resolut. lib. 3. resol. 1. col. antepenul. vers. ius istud.*

6 Contrarium quod transeat † sine cessione, *l. in hoc iudicium, §. impendia, ff. com. diuid.* per quem textum, ita firmant *Roman. singul. 177. Tu scis. subdens in fin. id esse perpetuo notandum Negus. de pignorib. 4. membr. 5. part. num. 23.* referens idem dici ab *Alex. in l. qui exceptionem, §. si pars. ff. de cond. indeb.* cum alijs cumulatis a *Boer. decis. 44. num. 19. circa med.* eam afferens rationem, quia tale ius est speties defensionis, *Tusc. concl. 182. melioramenta, num. 53. & 57.* relati à *Caroc. de locat. part. 4. de expens. nu. 13. Gratian. disceptat. 193. num. 2.*

7 Contrarietatem hanc concordare † conatus est *Scrader. de feudis 2. part. 9. part. section. 2. num. 114. & seq.* quod aut agatur de iure excipiendi, de iure melioramentorum, aut de actione ad illa repetenda, vt priori casu vera sit, illorum opinio qui

affirmant transire sine cessione, secundo autem dixerint verum qui negant repeti melioramenta sine cessione, eam afferens rationem, quia actio petendi melioramẽta sit personalis, *vide tamen quæ dixi supra*, §. 32. *vers. secundus casus*, addendo eodem *Scrader num.* 117. actionem repetendi melioramenta cedi posse singulari successori.

§. XXXVIII.

SVMMARIVM.

Creditor causa melioramentorum præfertur cæteris in pretio rei melioratæ, & re melioratæ, 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. *Limit.* 6. 7. 8.

INter reliqua melioramentorum priuilegia, & singularia à iure concessa, illud est præcipuum, vt in concursu creditorũ
1 præferatur † is, qui rem inter illos distrahendam fecit meliorem. *l. exstat ff. qui potior. in pign. hab. l. interdum, ff in quib. caus. pign. tacit. cont. Ripa in l. vbi pure. §. fin. ff. ad trebel. num.* 2. *Vinc. à Franc. decis.* 506. *Frãcisceus, num.* 8. *& seq. & num.* 19 *& sequen. Carroc. de locat. par.* 4. *de expens. num.* 31. *vers. ampl. nono. Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 34 *circa fin.*
2 Ampl. præsertim † si melioramẽta, vel expensæ sint necessariæ, pro conseruatione ipsius rei. *Neguss. de pignorib. part.* 7. *memb.* 3. *vbi ex Bart.* refert præterea qui præbuit alimenta equo, & seruo, qui illũ custodiebat, & idem dici de creditore pensionis stabuli.
3 Ampl. etiam in concursu creditoris, † qui habeat hypothecam anteriorem in re meliorata, *Tuscus concl.* 182. *melioramẽta, num.* 84. & idem prius *concl.* 178. *nu.* 17. dixerat ementi rem alteri obligatam, reficienda esse melioramenta, nec compensari cum fructibus, *Thesaur. quæst.* 71. *meliorationum, lib.* 1. *num.* 14. *& seq. vers. ego* vbi loquitur de meliorante, & vxore anteriore creditrice.
4 Ampl. etiam quod melioramenta † sint facta in beneficio ecclesiastico, *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 34. *in prin.*
5 Ampl. etiam quod melioramenta † sint factã in bonis maioratus, vel fideicõmissi. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 50. *num.* 34. *circa fin.*
6 Limit. vbi melioramenta † sunt excessiua casum necessitatis, *Peregrin. de fidei. com. art.* 50. *num.* 34. *in fin.*
7 Limit. ijs omnibus † casibus quibus diximitari posse, *l. interdum, ff. in quibus caus. pign. tacit. sent. sup. cap.* 6. *&* 7.
8 Limit. vbi res meliorata, † vel melioramenta ipsa, perierunt *Peregrin. de fideicom. art.* 50. *num.* 34. *in fin.*

§. XXXIX.

SVMMARIVM.

Melioramentorum exceptio est dilatoria, 1. *opponi debet ante litem contestatam*. 2. *Contrarium, etiam si opponatur in executione sententiæ*. 4. 5. 7. 11. *Contrarium*. 8. *Ampl. primam opin.* 12. 13. 16.
L. Exceptionem, C. de probat. Limit. 3.
L. peremptorias, C. sent. rescind non pos. declaratur. 7.
Melioramentorum exceptio an retardet executionem sententiæ, data cautione de illis reficiendis. 9.
Cautionis fragile est remedium indemnitatis. 10.
Probatio in continenti facta quando dicatur, est arbitrarium iudic. 14.

1 QVamuis melioramentorum † exceptio sit relata inter dilatorias, quia differt & remoratur exitũ actionis intentatæ, nec ad merita causæ obijcitur, *Specul. de dilation.* §. 3. *num.* 32. *Asinius in prax.* §. 13. *cap.* 1. *num.* 11. *Scrader de feudis*, 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 111. & ideo videatur dicẽdum quod
2 nisi fuerit illa opposita, ante † litem contestatam, nullatenus liceat illam deinde obijcere, *l. exceptionem, C. de probat. Specul. de dilation.* §. 3. *num.* 3. *vers. sed nec omittẽs*, & late prosequitur *Asinius in prax. part.* 1. §. 13. *cap.* 1. *num.* 17. *& seq & cap.* 2. Attamen, quia per istam exceptionem ligantur manus iudicis, ne ad vlteriora procedere

3 dere possit, cessat dispositio † *d.l.exceptio-*
4 *nem.* & post litem † contestatam, ac etiam
in exequtione sententiæ, de melioramen-
tis excipi potest. & idem dicendum de
quacumque alia exceptione, eundem ef-
fectum operante, vt late probat *Asinius*
in praxi,§.13.cap.2.Limit.14. Neguf de
pignor.4.memb.2.part. num.10. addentes
ad *Bart.in l.ex diuerso,§.in iuditio.ff.solut.*
matr. num.8.Tiraquel.de retract. conuent.
§.7.glos.1.num.14.Rolan.à Val.cons.28.n.3.
lib.1. Menoc. de recuper.possess. remed. 11.
num.8.& seq.

Posito ergo pro cõstãti, quod de melio-
5 ramentis excipi possit in exequtione † sen-
tentiæ, vt volunt *Bald.cons.309.Quaeritur,*
lib.2.num.4.in prin. Ripa in l.1.vbi pure,
§.fin.ff.ad trebel.num. 3. & in l.2.ff. de re
iud.num.10.Rol.à Val. cons.28.quoniam
lib. 1. num. 3. Bocr. decis.43.num.9.& 15.
Decian.cons.29.Circa lib.2.num.18. eam
6 afferens rationem, † quia ista exceptione
non impugnatur sententia, sed tantum il-
lius exequtio retardatur, & excipiens po-
tius dicitur pignori incũbere, quam iudi-
cata infringere, & ideo non obstat. *l. pe-*
remptorias.C.de senten.rescind.non posse,
7 & idem † dixere *Contard. de momentan.*
poss.ff.quaest.24.num.16. Menoc. cons.454.
& si dicte, num.3. Tiraquel.de retract con-
uent.§.7.glos 1. num. 15. relati *à Fussar. de*
fideicomm.quaest.672.num.29. Rimin.Iun.
cons.411. Cum D. num. 6. Carroc. de locat.
part.4.de expensis, num.14. Peregrin.de fi-
deicom.art.50.num.80.& seq. Rosental. de
feud.cap.10.concl.43.nu 129. Scrad.de feud.
2.part.9.part.num.33.Rip.l.vbi pure.§.fin.
ff.ad trebel. num. 3. Surd. de aliment.tit 8.
priuileg.62.num.9. Boer. decis.43.num. 9.
15.& seq.Decian.cons.29.lib.2.num. 18.
Benintend.decis. 77. num. 1.

8 Contrarium tenent, vt non † impedia-
tur exequtio sententiæ, relati *à Fussar.de*
fideicomm.quaest. 672. & ita seruari à Se-
natu Neapolitano, data tamen cautione
de illis soluendis, vbi fuerint liquidata,
testatur *Vincent.de Franc. decis.112. nu. 17.*
& Peregrin.de fideicomm art. 50. num. 82.
relata Doctorum pugna, an ideo retar-
detur exequutio sententiæ in qua actor
fuit condemnatus ad reficiendum melio-
ramenta, sed sine expressione temporis.

9 Concludit † esse *arbitrarium iudici* retar-
dare, vel exequi sententiam data cautio-
ne de illis soluendis vbi fuerint liquidata.
& refert plura quibus moueri potest iu-
dex adita arbitrandum.

10 Sed cum fragile sit † cautionis remediũ
ad conseruandum aliquem indemnem,
l.qui ita.§.1.ff.ad trebel. & potius cogitan-
dum esset nostro vrbano tempore de cõ-
primendo, vel tollendo iudicis arbitrio
quam extendendo, vt dixi *de subhastat.*
cap.2.num.19.& 20.& supra §.31. num. 27
plures sentiunt retardari sententiæ execu-
11 tionem † sequendo illorum opinio. pro
regula.

12 Ampl. etiam si in sententia † non esset,
reseruatum ius melioramentorum, *vt di-*
xi supra hoc cap.8.nu.39.& §.31.num.27.

13 Ampl. præsertim † si illa incontinenti
probari possunt. *Scrader, de feud.cap.10.*
concl.43.num.129. & licet non conueniunt
Doctores intra quantum tempus dicatur
14 facta † probatio incontinenti, communis
tamen est, id remissum esse iudicis arbi-
trio, *Pacific. de saluian.interd. inspect.2.*
cap.2.num.124.& seq.

15 Ampliari & limitari potest multis mo-
dis qui colligi possunt, *ex regula firmata*
supra in cap.8.

16 Limit. vbi non constat de meliora-
mentis. *Rota diuers.in recent.decis.161.nu.1.*
& decis.610.part.1. num.3.

---

§. XXXX.

SVMMARIVM.

Parum modicum & nihil æquiparantur.
Ampl.2.3.4.5.6.
Successor in modico, non dicitur successiue. 2.
Scire parum, & nihil scire sunt paria. 3.
Pretium quod momento durauit, non est rei iu-
stum pretium. 4.
Simonia, non committitur in modico. 5.
Alienatio si fuerit prohibita, non extenditur
ad modica. 6.
Melioramentorum exceptio, non retardat sen-
tentiæ executionem si fuerint modica. 7.
Ampl.9.10.12.12.13.14.15.16.18.& quar 17.1
Limit.19.20.21.22.23.
Melioramenta modica quæ dicantur. 8.

Parum

1 PArum, modicum † & nihil æquiparari in iure nostro certum est. *cap. licet; causam. §. quamquam, vbi glos. verb. nulla, vel modica. de probat. §. 1. instit. de leg. falcid. verb. pro nullo modico, l. decurio, C. de decur. lib. 10. l. 2. C. ad Tertul. l. quasitum. ff. de re iud. l. solent. ff. de offic. proconsul. Arist. 1. Physic. text. 56. l. 2. ff. quod cum eo.* vbi qui
2 in minimo † successit, non dicitur successisse, *§. penul. auth. de inst. caut. & fid.* vbi
3 *gl.* concludit, quod parũ † scire, & nihil scire æquiparatur, & quod nihil scientis, & parum scientis, eadem est conditio. sic
4 pretium † quod momento durauit, non consideratur, & pro non pretio iudicatur *l. pretia rerum, §. fin. ff. ad leg. falcid.* nec in
5 minimo committitur † simonia, *cap. & si quæstionem, de simon.* & statutum prohi-
6 bens † alienari domum, non extenditur ad domunculam, *Roman. 344. hodie*, cum alijs pluribus similibus cumulatis, *à Ias. in l. sciendum, ff. qui satisdar. cogant. nu. 7. & seq. Rodoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 9. nu. 57. & sequen. Franc. Zoannet. rerum quotidian. cap. 16. num. 4. & seq.*
7 Ideo generaliter dicendum † exceptionem mellioramentorum, quæ sint modica, non concedi excipienti retentionem, nec retardari executionem sententiæ. *Rolan. à Val. cons. 28. Quoniam, lib. 1. n. 25. Peregrin. de fideicomm. art. 50. num. 12. & seq. & num. 45 Rimin. iun. cons. 411. Cum D. num. 32. Molin. de contract. disput. 463. nu. 7. Ruin. cons. 14. lib. 1. num. 3. Sebast. Medic. regul. 5. relatus, lib. 5. regul. iur. §. expensæ modica, Fussar. de fideicomm. quæst. 672. num. 32. Scrader de feud. 2. part. 9. par. section. 2. num. 69. Carroc. de locat. lib. 4. de expensis, num. 41. Duran. decis. 338. fuit, num. 20. & seq.* vbi late probat
8 Melioramenta modica, † quæ dicantur videndi sunt. *Bart. in l. omnino, 12. ff. de impens. in reb. dotal. fact. num. 36. Pinel. in l. 2. C. de bon. matern. num. 72. in prin. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 27. num. 5. & seq. Ruin. cons. 14. lib. 1. num. 3. Menoc. de arbitr. iudic. casu 215. Rolan. à Val. cons. 28. lib. 1. nu. 25. in prin. Rimin. iun. cons. 411. Cum D. nu. 32. & seq. pluribus. Ruin. cons. 135. lib. 3. nu. 15. & cons. 83. visis, lib. 4. num. 10. & seq. Molin. de contract. disput. 463. num. 8. Peregr. de fidei com. art. 50. num. 13. Pacific. de salvian. inspect. 2. cap. 2. num. 177. Bossius de princip. num. 36. in fin. Vallas. de iur. emph. quæst. 25. num. 13. & 15. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 259.* qui cum loquatur de plantatione salicum, opiorum, & similiũ, credo aliud dicendum, vbi plantatio esset notabilis, & fieret factis foueis, vt fit in patria mea, vt facilius mittant radices, nec arescant sub sole ardente cane, seu Augustino. vt deinde reperi dixisse *Carroc. de locat. part. 4. de expens. num. 46. Valas. de iure emphit. quæst. 25. num. 13. Scrader de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 69. in prin. vers.* & licet *Menoc. de arbitr. iudic. casu 215. num. 7.* melioramenta non esset modice.
9 Ampl. præsertim † si factæ fuerint ab emphiteota, *vt dixi hoc c. 3. Limit. 2.*
10 Ampl. etiam † in marito meliorante fundum dotalem, *vt dixi supra §. 19. nu. 40.*
11 Ampl. etiam † in expensis factis ab hærede grauato fideicommisso, *vt dixi sup. §. 11. num. 43.*
12 Ampl. etiam † in melioramentis factis à vassallo in feudo, *vt dixi sup. §. 17. n. 57.*
13 Ampl. etiam † in colono, seu conductore, *vt dixi, §. 14. num. 36.*
14 Ampl. etiam † in melioramẽtis factis ab vsufructuario, *vt dixi supra. §. 18. num. 25.*
15 Ampli. omni casu † quo quis debet meliorare, seu expensas facere, *vt dixi supra, §. 2. n. 52.* ideo vbi conductor domus qui non est obligatus de suo erogare, si tamẽ promissit finita conductione relinquere domum potius melioratam quam deterioratam, non repeteret modicas expensas factas in domo conducta.
16 Ampl. etiã quod illa † sint perpetua, *Molin. de contract. disput. 463. num. 7. Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. nu. 69.*
17 Nec aliqua cadit consideratio † iniustitiæ, quia teste *Plutar. in politic.* necesse est in paruis à iustitia abire, qui saluam vult rempub. in magnis. cui concordat *Io. de Amic. cons. 98. num. 9. & sequen.* vbi relatis similibus exemplis, concludit *n. 14.* habentes domus super muris ciuitatis obligatos esse reficere eosdẽ muros, si parua sit expensa secus si magna.
18 Ampl. præsertim † si facta fuisset in fundo dotali, *l. omnino, ff. de impens. in reb. dotal. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 11. n.*

Con-

Contrarium tamen tenent in sequent. Limit.

19 Limit. vbi melioramenta † sunt facta in fundo dotali, *vt dixi supra §. 19. num.* 14. *&* 40. & Limitatione secunda, ampliaur etiamsi illa fuissent necessaria, & contrarium voluit *Rebell. vt dixi in proxima, & antecedenti ampl.*

20 Limit. in melioramentis † factis à negotiorum gestore *Bart. in l. omnino*, 12. *ff. de negot. gest. num.* 1. eam afferens rationem, vt sicuti ille nihil lucratur, ita pati non debet aliquod damnum, & hac ratione idem dicendum in curatore, tutore, depositario, recipiente pignus, & similibus.

21 Limit. vbi melioramenta sunt † facta ab eo, qui est obligatus retrouendere, si perpetuo sint vtilia, *Tiraquel. de retract. convent.* §. 7. *glos.* 1. *num.* 4. *in fin.* cum alijs cumulatis à *Mangil. de euiction. quaest.* 153. *nu.* 11. *& seq.* addendo idem dici de fideicommissario, feudatario, emphiteota, & similib. declarando *Boer.* aliud sentientem.

22 Limit. vbi melioramenta † modica sunt facta ab inquilino, *vt dixi* §. 36. *n.* 27.

23 Limit. vbi melioramenta modica † futura sunt perpetuo vtilia fundo *Roland. à Vall. conf.* 28. *lib.* 1. *num.* 26. *& seq.* quem refert, & sequitur *Petra de fideicom. quaest.* 15. *num.* 257. *& seq.* vbi refert dissentientes, quos reprobat ex aequitate regulae. *cap. locupletari. de reg. iur. idem latius repetens, num.* 272. *&* 338.

Contrarium tenent *Corn. conf.* 86. *lib.* 4. *num.* 4. *Pinell. in l.* 1. *part.* 2. *C. de bon. matern. nu.* 70. *in fin.* sequitur & refert *Schrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 12. *n.* 69. *circa med. vers. ego tamen.*

§. XXXXI.

SVMMARIVM.

Fir-

1 Firmaui supra, hoc Capite Octauo, *num.* 109. quod opposita † melioramentorum exceptione, retardetur sententiæ executio, quæ fuit lata in possessorio, vel petitorio, occasione rei melioratæ. Sed quia in iure nostro est periculo-
2 sum constituere † diffinitionem, quæ perpetuo sit vera, vt inquit I. C. Iabolenus *in l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur.* & vnde id fiat, *dixi de laudemio lib.* 1. *quæstio* 2. *num.* 12. *& seq.* propterea eodem *cap.* 8. retuli plures, eiusdem regulæ, casus, quibus, vt inquit idem I. C. illa subuertatur,
3 inter quos illũ esse præcipuũ dixi, † quoties sententia, est lata ad fauorẽ pauperis.

Limitatio ista, quæ in sua fronte mul-
4 tum habet æquitatis † vera minime videtur, nec recipienda, quia contradictorie, vt loquuntur Dialectici aduersatur ijs, quæ leguntur *Deuter. cap.* 23. *num.* 3. vbi iuxta vulgatam editionem, translationem & Caldaicam paraphrasim, prohibitiuè præcipitur, pauperis quoque non misereberis in iudicio, seu vt ex tex. *Hebræo* vertit Pagninus, & pauperem non honorabis
5 in causa sua. Iustitia enim † cum sit constans, & perpetua voluntas suum cuique tribuendi, *§.* 1. *inst. de iustit. & iur.* quotiescumque quid in proprietate, vel fructu, alicui aufertur, & alteri datur, non solum offenditur Ius Ciuile, vel humanũ, sed etiam naturale, gentium, & diuinum, *l. nam hoc natura*, vbi *glos. ff. de cond. indeb. l. iure naturæ, ff. de reg. iur.* cum alijs cumulatis *à Pinel. in rubr. C. de rescind. vend. cap.* 2. *num.* 26.

6 Propterea cum † plura admittantur, & negentur speciali iure, vel sexus, vel ætatis, vel personæ, vel loci, vel temporis, vel incidentis casus, quæ alias sunt negata. *l.* 1. *ff. ad Velleianum, auth. sed hodie, C. de offic. diuers. iudic. l. minorib. ff. de minor. l. si quis id quod, ff. de iurisd omn. iud. l.* 1. *§. fin. ff. de ser. l. de pupillo, §. si quis riuos, ff. de nou. oper. l.* 3. *ff. eo quod cert. loc. l. ad bestias, ff. de pœn. Tiraquel. in l. si vmquam verb. libertis, num* 91. *& seq. plurib.*

Inde à Poetis dictũ *Stellas, haberẽt iurgia quaque suas.* & nata disceptatio inter anti-
7 quos sapiẽtes, an † detur iustitia, & an respub. sine iniustitia administrari possit, vt differit *Plat. lib.* 1. *& 2. de Repub.* & censebant *Carneades & alij relati à D. Augustin. de ciuit. Dei, lib.* 2. *cap.* 21. quorum sententiam non improbabat quidam prothopoliticus conscius suæ malæ mentis, & frequentis sceleris, in iudicando, admissi, dum mihi de istis cum illo contigisset sermo, & memor dogmatis Pij V. quod fiat ius, ne pereat mundus; monui hunc prothopoliticum, vt mutaret sententiam,
8 quia † subtilia & acuminata, sed venenata, & atheis grata Carneadis & cõsentientiũ argumẽta optime diluit *Lactant. Firmian: diuin. institut. lib.* 5. *cap.* 15 *cum trib. seqq.*
9 *asserens illa à Cic.* † *in suis lib. de repub.* non fuisse sublata, quia ille ignorauit fontes veros iustitiæ, scilicet verum Dei cultum, seu pietatem, vt ego addo Christianam, & modificando, quæ iuris sunt, admitti potest in iudicijs acceptio personarum, ex mente consilioque legislatoris, qui omnia non potuit lege exprimere, seu seueritate legis corrigere, vt colligo ex *Sot. de iust. & iur. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 5. *vers. ad primum* & latius *Tarquin. Gallut. lib.* 5. *moral Arist. cap.* 10. *quæst.* 2. 3. *column.* 4. *&* 5. quare merito dicebat *Petron.* in suis fragmentis.
10 *Quisquis inops † peccat, minor est reus.*

Tuto & cum religione concludendum,
11 si melioramenta † sint facta in re, quæ de præsẽti sit pauperis, vel pauperi restituẽda, quod nullatenus concedatur rei melioratæ retentio, *l. si n autem* 27. *§. fin. l. in fundo* 38. *ff. de rei vend. l.* 3. *§. perinde, ff. de in rem. vers. Bald. cons.* 116. *&* 303. *lib.* 1. *& cons.* 372. *lib.* 3. *Benincas. tract. de paup. q.* 4. *num.* 19. *Molin. de contract. disput.* 463. *n.* 16. *Tiraq. de retract. conuent §.* 7. *glos.* 1. *num.* 5.
12 vbi concludẽtes † rationes, refert *ex Bald. & alijs*, & conferunt *dicta supra §.* 2. *lim.* 1 t. *& §.* 12. *limit.* 1. *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. num.* 75. 100. *& seq. Scrader. de feud.* 2 *part.* 9 *part sect.* 2. *num.* 86. qui loquitur de melioramentis factis in feudo *Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *num.* 33. vbi
13 relatis tribus † casibus, quibus cessat hæc regula, addit falli grauiter, qui sub prætextu melioramentorum, credunt auertere Dominos à rei melioratæ vendicatione.

Ampl. eadem relata limitatio, etiam si
14 melioramenta † fuerint vtilia tantum, *Rebell. de obligat. iustit. lib.* 7. *quæst.* 2. *lib.* 5.

15 Am-

15 Ampl. præsertim vbi † facta fuerunt in fraudem pauperis Domini *Boer. decis. 47. num. 10. Rosentall.de feud, cap. 10. concl. 43. num. 96. in fin.*

16 Ampl. præsertim † vbi fuerunt facta ab eo, qui sciebat Dominũ rei esse impotentẽ ad reficiendum melioramenta, *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. num. 10. verf. nos vero, dixi sup. §. 2. Limit. 11.*

17 Ampl. præsertim † vbi facta sunt à marito in fundo dotali, relati à *Graues. conf. 3. num. 19. Alex. conf. 162.* visis narratis *lib. 3. num. 4.* vbi distinguit, an mulier tempore melioramentorum, vel solutionis illorũ, vel aliunde esset soluendo, *Caroc. de locat. part. 4. de expensis, num. 43.*

18 Ampl. vt res meliorata sit vendenda † si melioramenta sint necessaria, *dixi supr. §. 17. n. 13.*

19 Ampl. præsertim vbi is, † qui fecit melioramenta affectauit illa facere, seu dedit causam, vt illa fierent. *Valasc. de iure emph. quæst. 25. num. 10. verf. nam si ipse*, & comprobatur, ex regula *l. spadonem, §. fin. ff. de excusat. tut.* vt dixi in meis collectaneis, ad eum *text.* & conferunt *dict. supr. §. 10. Lim. 2. & §. 35. verf. si autẽ agatur. Lim. 2.*

20 Ampl. præsertim † vbi is, qui fecit melioramenta erat obligatus, retrouendere, modo melioramenta non sint necessaria, vt ex *Castr. conf. 426. super primo quæsito, lib. 1.* & notatis in *l. sed an vltro, §. 1. de neg. gest.* concludit *Aug. Morla in empor. iur. de contr. emp. nu. 109.* in principio ita intelli-

21 gendos † esse, *Bald. conf. 167. in fin. lib. 1. & conf. 303.* ad euidentiam, & *Natt. conf. 256. & consil. 602.* addendo idem dici si talia melioramenta facta sint in bonis fideicommissi.

22 Ampl. præsertim † vbi Dominus rei melioratæ, aliunde non potest soluere melioramenta, quam ex venditione rei melioratæ, vt colligitur *ex l. in fundo 39. ff. de re vẽd. vt per eum text. notat Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. sol. matr. num. 101.*

23 Ampl. præsertim si ad † effectum persoluẽdi melioramẽta dominus deberet, etiã cum re meliorata vendere auitas domus, vel alia bona, quæ fuerint maiorum suorum, *l. in fundo 39. vbi glos. verb. carendũ, ff. de re vend. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. sol. matrim. num. 101. verf. quod si domos.*

24 Ampl. etiam † quod melioramenta sint facta à bonæ fidei possessore, *Barbos. in l. diuortio § fin. ff. solut. matr. num. 105. Peregrin. de fid. art. 50. num. 33.*

25 Limit. vbi melioramenta † fuerunt necessaria, *Bald. l. in fundo, 39. ff. de rei vendic. num. 5. in fin. Boer. decis 47. num. 10. in fin.* addendo quod isto casu debent esse valde necessaria, *Rosental.* vbi præterea declarat quæ dicantur melioramenta necessaria, *de feud. cap. 10. concl 43. num. 47. 94. & 59. & 153. Serad. de feud. 2 part. 9. part. sect. 2. num. 86. verf. hæc fallentia.*

26 Limit. vbi Dominus † pauper statim restituta sibi re meliorata, illam est venditurus *Molin. de contract. disput. 463. n. 16. Boss. tract. de princ. num. 31. in princip. verf. item scias*, addendo hoc verum, si ratione melioramentorum, pluris vendiderit, *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. n. 101. verf. declaratio secunda. Scrader. de feud. 2. par. 9. par. sect. 2. num. 88. verf. quarto. Peregrin. de fid. art. 50. num. 31. circa fi. verf. tertio.*

27 Limit. vbi † quis factus est pauper suo facto, suaque culpa, argument. *l. penult. ff. de iur. dot. l. etiam 19. §. 1. ff. sol. matr. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud.* & vbique glos. & eorum, quæ communiter sunt recepta in

28 marito & alijs, qui cõueniri non possunt, nisi in quantum facere possint, vt excludantur illo iuris beneficio si lata culpa, quæ dolus sit, *l. 1. §. hæc actio, ff. si mensor. fals. mod. dixer. l. quod Nerua ff. de posit. l. quæsitum. §. culpam, ff. de præcar.* fiat pauper *Alexan. l. etiam. 19. §. 1. ff. sol. matr. Felin. c. quia in ecclesiarum de constit. n. 67. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. nu. 9. Tiraq. l. si vnquam. §. bona, C. de reuoc. donat. nu. 5.* cum alijs cumulatis à me in meis collectaneis, *ad l. maritum, ff. sol. matrim.* vbi præterea retuli, quibus sit concessum beneficine conueniantur vltra quam facere possũt, ex bonis. illorũ semper persona excepta, etiã quod aliud fuisset conuẽtũ,

29 Et ratio est euidens, † quia iura fauent deceptis, & non decipientibus, *l. si rem, §. omnis, ff. de pignorib. act. l. 2. C. si minor se maior. l. 2. §. hoc enim, ff. ad Velleian.* nemoque ex dolo, vel culpa sua commodum reportare debet, *l. nemo ex dolo, ff. de dolo, non fraudantur, §. 1. ff. de regul iur.*

Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 68. & seq. Imo, qui male agunt digni sunt, qui paupertate sordescant, *l. bona fides, ff. depos. l. quisquis, C. ad l. Iuliam maiest. Bald. c. quæ in ecclesiarum, de const. nu. 33. vers. accipio secund. glos.* & aliquo Iuris vel Principis non gaudeant beneficio, *Ripa in l. 1. ff. si cert. pet. num. 98.*

30 Limit. vbi ex pretio † aliorum bonorũ, non melioratorum, quæ non sunt auita, seu maiorum, possunt illa solui. *Alexand. cons. 162. lib. 7. num. 4.* quem sequitur, & ex illius dictis, firmat *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. sol. matr. num. 110. vers. hæc, tamen* addendo, tunc esse vẽdendam rem melioratam, & probari Dominum esse facturum ista melioramenta si illi facere cœperat, *Vincen. de Franc. decis. 110. remansit, num. 5. circa med.*

31 Limit. vbi pauper † erat eadem melioramenta facturus *Peregrin. de fideicomm. art. 50. num. 31. & num. 44. Barbos. in l. diuortio, §. fin. & sol. matrim. num. 101. versic. hæc tamen addendo* tunc esse vendendam rem melioratam, & probari Dominum esse facturum ista melioramenta, si illa facere cœperat *Vincen. de Franch. decis. 110. remansit, num. 5. circa medium.*

32 Limit. vbi melioramenta † sunt facta de tacita voluntate Domini, cuius conditio non fuit mutata, vel coniecturis, non colligitur aliud deinde voluisse *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 88. vers. tertio.*

33 Limitatio, vbi post facta melioramenta, seu tempore, quo illa solui debent Dominus rei factus est potens ad soluen. *Alexan.* loquens de marito qui constante matrimonio meliorauerat fundum dotalem, nihil aliud præterea habent, sed tempore, quæ soluenda sunt melioramenta, ex successione parẽtum, vel aliter ex causa honesta factus est diues, seu potens ad soluen. *cons. 162. vers. si narratis, lib. 7 nu. 4.*

34 Limit. vbi facta fuere melioramẽta tacito, vel expresso pauperis cõsensu, vel ex cõuentione facta in limine cõcessionis cũ domino rei. *Rosental de feud. cap. 10. ex conclus. 43. num. 98. & seq.* exemplum referens si tempore contractus erant cœpta,

35 sublimitando † si Dominus deinde factus sit pauperior, vel alijs coniecturis concurrentibus, quibus probetur mutata Domini voluntas, vel reuocatum mandatum. *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. nu. 87.* vbi refert quale requiratur mandatum.

36 Limit. in foro † conscientiæ, siue melioramẽta sint vtilia siue necessaria, si fuerit facta à bonæ fidei possessore, prout pauper poterit & quando poterit soluere, *Rebel. de obligat. iust. lib. 7. de expens. q. 2. num. 4.*

37 Limit. si illa fieri † publice vtile erat, *Rosental. de feud. cap. 10. concl. 43. num. 101. & seq.* exemplum referens si in limitropho fundo constituta sit arx, vel aliud ad arcendos hostes, & idem dicerem, si constructi sint aggeres ad repellen. aquas, & similia *Scrader de feud. 2. par. 9. part. sect. 2. num. 88. in fin. vers. quinto.*

38 Limit. vt eatenus † repetantur quatenus conditio pauperis ferre potest, *glos. l. sed an vltro, §. 1. verbo gessit, ff. de negot. gest. l. sancimus, §. si quis autem, C. de donat.* cum alijs cumulatis *à Scrader. de feud. 2. par. 9 par. sect. 2. nu. 91. vers. octauo.*

39 Limit. vt concedatur † melioranti abrasio meliorament orum, *Ruin. cons. 165. lib. 4. num. 6. in fin. Molin. de iure primogen. lib. 1. cap. penult. num. 16. vers. illud Barbos. l. diuortio, §. fin. el 1. tit. solut matr. num. 102. vers. tertia.*

40 Difficultas remanet, an in casibus quibus facienti melioramenta negatur abrasio, & Dominus rei melioratæ non offert pretium ruderum, an sit aliquo modo cõsulendum indemnitati eius qui conditionẽ pauperis fecit meliorem, non enim tantum est paupertati vnius tribuendum vt conijciamus alium in necessitatem, nec est, vt in prouerbio discoperiendum vnũ

41 altare, vt cooperiatur alterum, nec † paupertas quemquam soluit naturali obligatione, quã est alteri abstrictus, *l. si non sortem, §. libertus, ff. de condit. indebit.* Ideo in

42 in foro interiori pauper & impotens † debet prout poterit, & quando poterit, soluere melioramenta, non solum necessaria, sed etiam vtilia, quæ sunt facta à bonæ fidei possessore, *Rebell. de oblig. iust. lib. 7 quæst. 2. num. 4.* etsi absolute negaretur melioranti repetitio, melioramentorum, concessa optione pauperi, vt melioramẽta abradantur, vel soluantur tamquam ruta

ruta & cæsa videtur offendi natura constantis iustitiæ cum euidēti damno vnius & certo lucro alterius.

Diuersis modis reperi decisam relatam difficultatem, nam vltra ea, quæ *dixi sup. §.6.* teste *Valasc. de iure emph. quæst. 25. versic. licet audiuerim.*

43 Quandoque † fuit iudicatum, vt ex fructibus rei melioratæ, quotannis Dominus soluat partem aliquam, quousque integre sit satisfactus, qui fecit melioramenta, addendo iudices fuisse motos ad ita iudicandum, *l. fin. C. qui bon. ceder. poss. & statuto*
44 *Regni Lusitani* † approbando eam sententiam, si absit dolus meliorantis, sequitur *Rebell. de onligat. iust. lib. 7. quæst. 2. n. 3. circa fin.* addendo præsertim procedere in casu, quo emphiteusis aperitur Domino, sine facto, & culpa emphiteotæ *Valasc.* sequitur *Garz. de expens. cap. 7. nu. 1*
45 *in princ.* Contrarium † quod non detur retentio fructuum, sed quod absolute amittantur melioramenta, firmat *Barbos.* reprobatis *Valasc. & alijs in l. diuortio, §. fin. solut. matr. num. 105.*
46 Alij volunt, si Dominus † impotens sit ad soluendum melioramenta, differendam solutionem in tempus, quo ille deueniat ad pinguiorem fortunam, vt volunt relati à *Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 2. nu. 3. vers. etenim pauperas*, & eorum opinio comprobatur ex his, quæ de moratorijs præscriptionibus, quinquennalibus dilationibus, sunt in iure scripta, *l. 4. C. de præcib. Imper. offer. cap. Odoardus, de solut.*
47 & interpretatione prudentum † recepta opinio, vt maritus conueniatur, vltra quā facere poterat tempore dotis restituendæ, si deinde factus fuit diues, *Vincent. de Franc. decis. 164. contra num. 10.*
48 Alij locum esse † arbitrio iudicis, qui iuxta circumstantias personarum, & rerum indicet *Vincent. de Franc. decis. 110.* rem an sit *in fin.*
49 Alij volunt † vendendam, aut obligandam partem rei melioratæ, *Rosental. de frud. cap. 10. concl. 43. num. 95. in fin.* & illius opinio videtur vera, exemplo eorum, quæ
50 dicuntur de marito † qui tamen non teneatur, nisi in quantum facere potest, si nihil præterea habeat, quam domum egregiā, vel commodam, cogatur pro restitutione dotis vendere illam, & habitare minus pulcram, & commodam *Baetia tract. de inope debitor cap. 17. num. 76.*
51 Alij facientes differentiam † an melioramenta sint vtilia, vel necessaria, & an facta sint per aplombationem, vel ferruminationē, diuersimode distinguunt *vt dixi sup. §. 4. Limit. 2. & §. 6. & §. 8. Ampliat. 5.*

Referam quid mihi in contingentia facti acciderit, antequam manum appo-
52 suissem operi † Auctore R. P. D. Comite Francisco Bilio Patritio Mediolanensi vtriusque Signaturæ Refendario, ex numero eorum, quos votantes in vtraque Signatura vocamus. Alexander Iacobellus Soranus Sacerdos octuagenarius, qui cæto Roberto Bellarmino Cardinali ab eo, receptus fuit in seruitio Cappellani, & donec vixerat eidē operas suas præstiterat, defuncto eodem Cardinali Iesuitis ex asse hæredibus institutis, pauper, & senex coactus seruire Hospitali Sancti Iacobi Incurabilium Vrbis in celebratione Diuinorum mercede menstrua constituta, ex relictis opibus eidem Hospitali ab Antonio Maria Cardinali Saluiato, nunquam satis laudato viro, cum esset creditor fructuum annui census scutorum septem cū dimidio N. impositi super ipsius domo, & egisset Saluiano contra N. tertium possessorem eiusdem domus censuatæ, & exceptione melioramētorum retardasset eiusdem Iacobelli immissionem, deinde eādem domum cessisset ministris Hospitalis Sancti Iacobi Hispanorum, qui alia meliorаmenta fecerant, desperans posse vnquam consequi aliquid ex dicto censu, tā sortis principalis, quàm fructuum, dedit commissionē proponen. in Signatura quā
53 gratiæ nuncupamus & † R. P. D. Rapacciolo tunc vtriusque Signaturæ Referendario, nunc S. R. E. Cardinali, referente statum causæ, & personæ pauperis, & senis oratoris petentis, quod sibi ex gratia nullatenus negaretur immissio, quamuis domus fuisset meliorata ante litem cœptā, & post, vel quod illa venderetur, & pro ra-
54 ta vnicuique satisfieret, Papa causa late discussa annuit precibus pauperis oratoris, nisi ministri d. Hospitalis detentores domus censuatæ satisfacerent eidem Ora-

Ii 2 tori

tori de suo credito, & mandauit Reue-
rendissimo D. Datario, vt referret dictis
ministris, vel quod acceptarent conditio-
nem satisfaciendi dicto seni Sacerdoti de
suo credito, vel venderetur sub hasta
domus censuata & vnicuique esset satis-
factum, vel quod relaxaretur commissio
directa A. C. coram quo iudicium saluia-
ni pendebat, non obstante melioramen-
torum exceptione.
55 Nec relatum rescriptum † durum, vel
contra ius fuit, nam quoad melioramenta
facta à ministris Hospitalis post litem
motam à Iacobello, aliter de iure non erat
rescribendū, vt dixi *sup. hoc cap. 8. Limit. 8*
& §. 7. Ampl. 3. & latius *§. 42. & 47.* quo ve-
ro ad melioramenta facta ante motum
iudiciū ex saluiano interdicto, fuit illud
æquissimum, non tantum ex priuilegio
pauperis Sacerdotis, quàm quia cum ille
venditione rei censuatæ preferendus fuis-
set, vnicuique ex dispositione Bullæ Pij V.
de forma creandi census, & consequenter
aliquid remisisset de iure suo, non vtendo
prælatione, sed etiam quia respectu pretij
domus censuatæ, & venditæ creditum
Iacobelli erat minimum, & pars rei
venditæ, & ita iudicasset quilibet bo-
nus Iudex, *Vincentius de Franchis decis.*
110. remansit in fin. & vrgent plura ex
narratis supra, & princeps rescribēdo ad-
uersus regulam firmatam, *supr. cap. isto*,
nemini facit iniuriam, vt ibidem, *dixi*
Limit. 52.

Quia supra ex *Ouid.* aliquibus videbor
dixisse, quod corpora cælestia agant in ijs,
quæ sunt iustitiæ, & fateor nouisse ali-
quos, quibus ista placebat opinio, & fuere
decepti vbi contigit facere periculum de
lite, quam tuebantur, arguendo etiam
victoriam ex signis vnguium eorum, quos
tuebantur, monui illos desipere & inepti-
re, communicata re cū Fratre Michaele
Pecorello Pij V. Sum. Pont. trinepote Or-
dinis S. Dominici S. Th. Mag. mihi in hæc
quæ sequuntur verba respondit.

Sunt ne corpora cælestia causa humano-
rum actuum?

Perfecta notitia istius quæsiti exigit
notitiam principalioris partis Philosophiæ
naturalis & veræ Sacræ Theologiæ: nihi-
lominus cum Dei auxilio, & D. Thomæ
suffragio eam explicare conabor, maiori
qua potero breuitate & claritate. Pro cu-
ius vera intelligentia necesse est suppone-
re aliqua præcognoscenda, ex quibus ap-
parebit veritas, & soluentur oppositiones
contrariæ.

Primo præcognoscendum est, quod
56 corpora cælestia † mouentur solo mo-
tu locali, etenim cum sint incorruptibi-
lia, longe sunt à motu augmenti, & alte-
rationis, & à generatione, & corruptione,
& per motum localem causant omnia
generabilia, & corruptibilia, vnde si cœ-
57 lum à motu † cessaret, omnia immota re-
manerent.

Secundum prænotandum est, circa illū
terminum causa, cuius perfecta notitia
supponit doctrinam, quam tradit Aristo-
teles 2. *Physicorum*, & pro nunc sufficiat di-
58 cere, quod duplex † est causa (de causa ef-
fectiua est sermo) scilicet per se, quæ im-
mediate, & per se operatur; & per acci-
dens, idest, quæ operatur circa effectum
per aliud; v. g. si manu moui librum de
hoc loco ad illum locum, mouetur liber
per se. Si autem super libro sit annulus, ad
motum libri mouetur annulus, non per
se, sed per alium, idest per librum.

Tertium prænotandum est, notitia
actus humani, quid intelligatur per actū
59 humanum, nam actus † humani sunt illi,
quibus homo à brutis distinguitur: per
actum videndi & audiendi, non discerni-
tur homo ab equo: quia etiam equus vi-
det, & audit. Vnde dicimus: quod actus
humani sūt actus intellectus, & volūtatis;
qui nulli alteri animali cōuenire possūt.

Quartum considerandū est: quod actus
60 humani dupliciter sumi possunt, seu du-
plici de causa actus hominis dicūtur hu-
mani: etenim actus aliquis dicitur huma-
nus, quia est productus ab intellectu, vel à
voluntate, & hoc modo solum actus elici-
tus ab intellectu, vel voluntate, vt velle,
vel intelligere, possunt dici actus huma-
ni: dicitur quoque actus humanus actus
videre, & audire, inquantum sunt impera-
ti à voluntate.

Quintum obseruandum est, quod actus
61 humanus † præcipue voluntatis, duplici-
ter sumi possit. Primo, quo ad specifica-
tionem actus: Secundo, quod ad exercitiū
actus

actus. Primo modo respicit obiectum, & non mouetur nisi à bono. Secundo modo solum à Deo moueri potest, & semper est in libertate volendi & non volendi.

Sextum denique maxime attendendũ
63 est, in homine esse † duplicem substantiã, nempe corporalem, & spiritualem, cum sit quoddam compositum ex corpore, & anima, & consequenter sunt in homine operationes corporales, & istas habere non potest sine organo corporeo, cui affixæ sunt vires animæ sensitiuæ, etenim, videre est actio corporalis, & exerceri nõ potest sine oculo, cui affixa est potentia visiua, & sic de alijs sensibus. Sunt quoque in homine operationes spirituales, quæ sunt intelligere, & velle: sunt enim actiones intellectus, & voluntatis, quæ sunt vires animæ intellectiuæ, non affixæ organo corporali, & sustentantur in anima intellectiua, quæ per se subsistit, & non dependet a corpore quoad esse, sed solũ quo ad operari, in quantum mendicat obiectum a phantasia, sine qua intelligere non potest: quia oportet intelligentem phantasmata speculari.

His taliter suppositis, apparet responsio ad quæsitum.

63 Prima propositio. Cælum per se, † & directe influit in corpus humanum tãquàm subiecto suo motiuo. Ista est clara, & non eget alia probatione, vt dictum est in primo supposito.

64 Secunda propositio. Cælum influit in † vires animæ sensitiuæ per accidens, id est per aliud & indirecte, quia sunt affixæ organo corporeo, nam alterato oculo, per accidens impeditur visio, & sic de alijs potentijs sensitiuis, & cælum potest alterare omnia corpora inferiora.

65 Tertia propositio. Cælum † suo motu non attingit intellectũm humanum, neq; per se, neque per accidens, sed tantum indirecte, & occasionaliter; & hoc sic explicatur, vt dictum est in primo notando, intellectus humanus non potest sine obiecto exercere suam operationem, quæ est intelligere, & sine actu phantasiæ (vt dictum est) non potest habere obiectum præsens, & hac occasione recipit necessario aliquid ab inferioribus viribus, scilicet phantasia, & cogitatiua, quæ per motum celi alterari possunt, & alterata phantasia, impeditur actio intellectus, & hoc est quod dicitur, cælum nempe occasionaliter attingere intellectum.

66 Quarta propositio. Cælum suo motu † nõ attingit voluntatem humanam neque per se, neque per accidens, neque directe, sed occasionaliter non necessitando, sed solum inclinando: & in hoc consistit differentia inter intellectum & voluntatem, quia intellectus necessario accipit à viribus inferioribus occasionaliter: voluntas autem occasionaliter inclinatur sine necessitate, sed semper remanet in sua libertate sequẽdi vires inferiores, vel refutãdi. Et quia in hoc cõsistit tota difficultas, diffusius censui debere explicari iuxta ea, quæ *tradit Caiet. 1. 2. quæst. 9. art. 2.* vbi ostendit quomodo appetitus sensitiuus moueat appetitum intellectiuum occasionaliter: & dicit: Corpori frigescẽti cõueniens fit calefactiuum eius, & ex hoc occasionatur in tali homine apprehensio calefactiui, vt conuenientis, & præsentatũ voluntati desideratur, & mouet voluntatem, ad appetendum ignem calefacientem quem non appeteret tempore magni caloris. Similiter, iracundia percitus ob aliquam offensam sibi illatam, stante hac passione iræ, iudicat conuenientem esse vindictam, & percutere inimicum: quod non appeteret, si liber esset à passione iracundiæ; & hoc modo appetitus sensitiuus inclinat voluntatem ad vindictam, remanet tamen voluntas in sua potestate sequi passionem, vel refutare. Attende huic doctrinæ, quia, vt dictum est notabili sexto, nempe voluntatem posse moueri ab appetitu sensitiuo, intelligitur quo ad specificationem actus, vt scilicet velit hoc, vel illud; quia quo ad exercitium so-
67 lus † Deus potest mouere voluntatem hominis.

Totam hanc pulcherrimam doctrinã,
68 breuiter, † & succincte S. Thomas explicat his verbis. Sciendum est quod indirecte, & per accidẽs impressiones corporum cælestium ad intellectum, & voluntatem pertingere possunt; inquantum scilicet, tam intellectus quàm voluntas aliquo modo ab inferioribus viribus accipiunt, quæ organis corporeis alligantur.

Sed

Sed circa hoc diuersimode, se habent intellectus & voluntas: nam intellectus ex necessitate accipit ab inferioribus viribus apprehensi. Vnde turbata vi imaginatiua, vel cogitatiua, vel memoratiua ex necessitate turbatur actio intellectus, sed voluntas non ex necessitate, sequitur inclinationem appetitus inferioris. Licet enim passiones, quæ sunt in irascibili, & concupiscibili, habeant quandam vim ad inclinandum voluntatem: tamen in potestate voluntatis remanet sequi passiones, vel refutare, Et ideo impressio celestium corporum secundum quam immutari possunt inferiores vires, minus pertingit ad voluntatem, quæ est proxima causa humanorum actuum, quàm ad intellectum, (& tandem concludit dicendo,) Quia ergo constat intellectum & voluntatem nō esse actus organorum corporeorum, im-
69 possibile † est, quod corpora cælestia sint causa humanorum actuum. *Hæc D. Thom. 1. par. quæst. 115. art. 4.*

Sed dicet aliquis: Non videtur vera ista
70 doctrina † Astrologi namque frequenter vera enunciant de euentibus bellorum, & alijs humanis actibus, quorum principia sunt intellectus & voluntas, quod facere non possunt nisi cælestia corpora essent humanorum actuum causa.

Nō est difficilis solutio istius argumenti si attente considerentur, quæ supradicta sunt, videlicet quod appetitus sensitiuus est actus corporalis organi, quod potest moueri, & mutari ex impressione corporum cælestium, inde oritur quod aliqui sunt habiles ad irascendum, vel concupiscendum, vel ad sequendam aliquam passionem, ex naturali complexione, & quia vt plurimum homines ducuntur passio-
71 ne, cui soli sapientes resistunt † quia sapiens dominabitur astris, cum per voluntatem liberam resistit passionibus, quæ cælesti corpori subiecta non est, modo explicato. Hinc oritur, quod in pluribus verificantur, quæ pronunciant de humanis actibus, & ista est mens *D. Thom. 1. par. quæst. 115. art. 4. & 1. 2. quæst. 10. art. 3.* & etiam *Caietani, ibidem.*

§. XXXXII.

SVMMARIVM.

Protestatione conseruatur ius protestantis. 1. Ampl. 2.

Melioramenta non repetit, qui illa fecit post protestationem domini rei melioratæ, ne illa fierent. 3. 7. Ampl. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. Limit. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Remunerandus non est qui prohibitus confert beneficium. 4.

Procurator expendens vltra mandatum sibi datum, non repetit errogata. 6. Prohibitus emere certo pretio, non repetit, quæ errogauit vltra mandatum. 5.

Alberic. reprobatur. 10.

1 PRotestatione conseruari ius & omnē actionem, exceptionemque protestātis, indubitati iuris est, *l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit. Dec. per hunc textum in l. vinum, ff. si cert. pet. nu. 5 Rota decis. 3. de fid. instr. in nouis. Ias. in l. nō solum. §. morte. ff. de nou. oper. nunc. num. 46:*
2 *vers. de ista* † etiam quod receptum sit à nostris quod protestatio non sit actio nec exceptio, vt inquit *Card. Mantic. decis. 204. num. 10.* & confcrunt *dicta infra §. 47.*

Dicendum itaque quod si melioramēta facta fuerint in fundo alieno, tam respectu directi dominij, quàm vtilis, & directi simul, post protestationem & declarationem domini ne fierent, quod exone-
3 retur † dominus ab illorum refectione, quoties contingat rem cum melioramētis restitui suo domino, vt dixere *Florian. de Sancto Petr. cons. 1. num. 12. Salic. in l. domum. C. de rei vendic num. 10. vers. secundo casu, Cyn. in l. fin. C. de negot. gest. num. 1.*
4 concludens † non remunerandum qui prohibitus facit, etiam si bene faciat, & ali-
5 quando potius puniendum, subdens † procuratorem prohibitum pluris emere, carere contraria mandati actione ad petendum, si pluris emit, *Castren. cons. 248. super*
6 *lib. 1. num. 1.* concludens facientem expensas vltra promissionem, non repetere, quæ errogauit vltra sibi datam licentiam errogandi, sed cedere in vtilitatem eius,

qui

7 † qui prohibuerat. *Natt. conf.* 303. *nu.* 4. *Cofet. in suis singul.* §. *expensagl.* 1. *num.* 1. *Tusc concl.* 180. *melioramenta, num.* 12. & 49. *Pacific. de soluian. interdict. inspect.* 2. *cap.* 2. *num.* 234. *Scrader de feud.* 2 *part.* 9. *part. section.* 2. *nu.* 65. *Card. Tusc. concl.* 180. *melioramenta num.* 49. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quaest.* 7. *num.* 8. *Gratian.* late *discept.* 193 *num.* 11. & *seq. Amatus resol.* 44. *nu.* 3. *circa med.* relato *Alberic & alijs.*

8 Ampl. idem dicendum † si melioramẽmenta fiant post ceptum iudicium rei vẽdicationis, vel alia formula, qua re meliorata sit exuendus, qui fecit melioramẽta. *Alberic. loquens de meliorante fundum rusticum*, vel vrbanum, pendente iudicio, vel termino retractus gentilitijs *in l. intra vtile* §. *vendentibus, ff. de minoribus. Boer.*

9 *decis.* 44. *nu.* 8. addendo † siue prohibitio, vel denuntiatio sit iudicialis, siue extraiudicialis, & siue melioramenta sint vtilia,

10 siue necessaria, cui † tamen non adhaereo quoad necessaria, cum illa reficiantur malae fidei possessori, *vt dixi supr* §. 11. *Valasc. de iur. emph. quaest.* 25. *num.* 10. quem sequitur *Molin. de contract. disput.* 463. *num.* 5. *vers. licet. Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quaest.* 7. *num.* 8.

11 Ampl. praesertim † si verisimiliter constituisse fac[...] ta ad aemulationem, seu cum euidenti inc[...] ommodo domini rei melioratae, veluti † si melioretur fundus emphiteoticus, ve[...] lad tempus conductus, qui breui aperiet[...] ur suo domino, & desinet locatio. *Valasc. de iur. emphit. quaest.* 25. *nu* 10. *in princ.* sequ[...] itur *Molin. de contract. quaest.* 25. *nu.* 5. *circ*[...] *a fin.* exemplum referens, si emphiteuta fi[...] it senex, vel valetudinarius, & illo mortuo[...] emphiteusis aperietur domino, & idem[...] exemplum repetit, *Molin. ibid. Amat. re*[...]*solut.* 14. *num.* [...]

12 Ampl. prae[...] ertim † vbi erat positum in voluntate pr[...] otestantis ne fierent, *l. fin. C. de negot. gest.* [...] per quem textum ita in emphiteuta firma[...] *Molin. de contract. disp.* 463 *num.* 9. *vers. Di*[...]*cet. Bart. l. non solum.* §. *morte, ff. de nouo oper.* [...] *nunc. num.* 42. vbi *Ant. Rub. num.* 402. *Vala*[...]*sc. de iur. emphit. quaest.* 35. *num.* 9. *in prin*[...]

13 Ampl. prae[...]ertim † vbi protestatio facta fuit postquam [...] feudum, vel emphiteusis, vel locatio, v[...]el vsufructus expirauerat, vel fideicommissi dies aduenerat. *Scrader de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 81. *vers. hac tamen. Gratian. discept.* 193. *num.* 13.

14 Ampl. praesertim † si dolo malo fiant, vt puta, quia directus sit pauper, & melioramenta sunt magna, *l. in fund. ff. de rei vendic. Amat. resolut.* 14. *num.* 8. vbi relatis pluribus concludit, isto casu concedi tantũ meliorant iabrasionem, si fieri possit, siue deterioratione rei, in quã sunt facta melioramenta, si dominus nollit illorum aestimationem soluere tamquam ruta & caesa.

15 Ampl. praesertim † si vltra protestationem fuit praeterea interdictum ne fierent. *l. ex duobus*, 27 *ff. de negot. gest. l. si pro te. ff. mandat. l. fin.* vbi *Cyn. & reliquis. C. de negot. gest. Socin. cons.* 26. *num.* 13. *lib.* 1. & *cons.* 186. *num.* 3. *lib.* 2. sequitur & refert *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 63.

16 Limit. vbi protestatio † non est facta à legitima persona, veluti à non domino, vel à procuratore, non habente spetiale mandatum. *Gratian. discept.* 193. *nu.* 16.

17 Limit. vbi melioramenta † fiunt à domino rei, quamuis reuocabili, vt puta ab emptore cum pacto de retrouendendo. *Gratian. discept.* 193. *num.* 9. & *seq.*

18 Limit. vbi quis iure † contractus facere potest melioramenta, & fiant in limine illius, vel quandocũque, ita vt absit suspitio, quod fiant ad aemulationem, seu vt illorum refectione grauetur dominus rei melioratae. *Valasc. de iur. emphit. quaest.* 25. *num.* 9. quem sequitur *Molin. de contract. disput.* 463. *nu.* 5. *est*[...], & *vers. licet Rosental.* exemplum referens si post factã concessionem feudi, vel emphiteusis, dominus protestetur, ne fiant melioramenta. *tract. de feud cap.* 10. *conclus.* 43. *nu.* 83. addendo non differre an melioramenta sint vtilia, vel necessaria. *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 64. *Amat. resol.* 14. *num.* 6. *ver. secus si iure contractus.*

19 Limit. vbi protestatio † vel denuntiatio fit à domino, postquam emphiteota, qui potest in re aliena facere melioramenta, & illa repetere, manum apposuerat ad faciendum illa, vel quia illa caepisset facere, vel praeparasset materiam ad illa facienda, *l. si pecuniam*, §. *si quis, ff. de condict. ob caus.*

cauſ.Bartol.in l.ait prætor, §.ſi quis partic. ff. quæ in fraud. credit. Valaſ. de iure emphit. quæſt.25. num. 10. circa fin. verſic. adde vero. Amatus reſolut. 14. nu.5.& ſeq. Gratian. diſcept. 193. num.5.

20 Limit. vbi is, cui † fit denunciatio certat de damno euitando,& denuncians de lucro captando, *l. 2. ff. quod falſ tut. aut. Bart in l.ait prætor, §. ſi quis particept, ff. quæ in fraud. credit. Valaſc. de iur.emphit. quæſt.25.num.10.circa fin.verſ.item adde. Gratian.diſcept.193.num.15.in fine.*

21 Limit.in expenſis † funerum, *Caſtr. in l.domum, C.de rei vindicat.num.10.verſic. ſecundo.*

22 Limit. vbi illa fieri † publice interet, *vt dixi §.antecedenti.*

23 Limit.in expenſis neceſſarijs, † *Scrader de feud.2. part. 9.part. ſection.2. num. 81. verſ. hoc tamen reſtringitur.* etiam quod fiant lite pendente ſuper dimiſſione rei melioratæ, *vt dixi infra. Gratian. diſcept. 193.num.14.Amat.reſolut.44.num.3.verſ. tamen.*

24 Limit. ſi in melioramentis † factis pendente lite ſuper dimiſſione rei melioratæ, ſi fuerint neceſſaria, *l.aut ſi ante, 31.ff.de rei vend.Boer.deciſ.44.num 8. Gratian.diſcept.193.num.14.& ſeq.Amatus reſol.14. num.7.& reſol.44.num.3. & 16.& dixi in antecedenti §.*

25 Limit.ijs † omnibus caſibusquibus pro inuito fieri poteſt ſolutio, quos congeſſi in meis Collectaneis *ad l.ſoluere, ff.de ſolut.*

---

§. XXXXIII.

SVMMARIVM.

Melioramenta voluptuaria, quæ domino rei non vtilia, vel neceſſaria non ſunt, reficienda non ſunt, 1. *Ampl.* 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *Limit.* 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 28. *Sublimit.* 27. 29.

L. Vtiles, ff. de pet. hæred. emendatur. 26.

Alciat. defenditur. 7.

Theodoſius Rubeus laudatur. 18.

VOluptuaria, ſeu voluntaria melioramenta, quæ citra rei vtilitatem, vel neceſſitatem fiunt, non eſſe reficienda à domino rei, *dixi ſupra hoc cap. 8. nu. 154.* & ibidem promiſi, me latius examinaturum hanc hypotheſim. † huius opinionis negatiuæ reperio fuiſſe *Caſtrenſ. conſ. 270. lib.2.col.2.verſ.de expenſis, & in l.domum, C.de rei vendic. num.2.circa med.* 1

Exempla voluptuariorum † melioramentorum erunt, ſi in fundo ruſtico, vel vrbano fiant viridaria, incruſtationes, loricationes, picturæ, ducantur aquę ſalientes, deambulationes conſitis arboribus, apocæ, picturæ, ſtatuæ gypſiæ pariete pędentes, & ſimilia, quæ vtilitatem nullam, vel ſaltem modicam ferunt, potiuſque ornāt, quam fructum pariunt. idem etiam dicendum ſi augeatur domus, quæ erat commoda domino, *Peregrin. de fideicom. art.50.n.54.in prin.& verſ. idemſi. Rebel. de oblig.iuſt.lib.7.quæſt.1. num.4.* 2

3 Ampl. præſertim † ſi fiant in fundo dotali, *l.pro voluptuarijs, ff.de impenſ.in rebus dotal.fact. Peregrin.de fideicom.art.50.n.54 verſ bona fidei. Barboſ.l.diuortio. §.fin.ff.ſol. matrim.num.90.* etiam ſi fiant conſentiente vxore.

4 Ampl. etiam † ſi dominus fundi ſit diues, *Bart.l.in fundo, ff. de rei vend. num.9. Capra conſ.90.num.10 Siluan.conſ.49.n.73. in fin.* refert & ſequitur *Barboſ. l. diuortio. §.fin ff.ſol.matrim.nu.104.circa fin.*

5 Ampl. vt ſi facta fuerint † à malæ fidei poſſeſſore, ſine diſtinctione, ſeu limitatione aliqua, etiam per illorum abraſionē, amittantur, quia præſumuntur donata; vt aduerſus *Alciat. in l. impenſa. ff. de verbor. ſignif. & Myſinger. in §. certe. inſtit. de rer. diuiſ voluit Io. Gaddæus in d. l. intenſa. §. voluptuaria, num.3.* addendo textum † in *l.vtiles, verſ.vttamen. ff.de petit.hæred.* non coniungendum cum præcedentibus, ſed *verſ ſed ſi bona fidei poſſeſſore ſimus.* idem voluit reprobato *Alciat. Barboſ.l.diuortio, §. fin. ff. ſol. matr. num. 89. verſ. ſed quid.* 6

7 Verum potius ad hærendum cenſeo, diſtinctioni † *Alciat.* an talia melioramenta ſint ſeparabilia, vel ſecus, vt priori caſu cōcedatur commoda abraſio, ſecundo autē ſecus, ſubtilis tamen & ingenioſa eſt conſideratio *Gadei.* excluſiua donationis, quæ in dubio non præſumitur, non facta mentione *Alciat.* idem voluit, *Peregr. excepto*

pto casu, quo agatur vniuersali iudicio petitionis hæreditatis, *de fideicommiss. art.* 50. *num.* 54. *vers. malæ fidei*, idem voluit *Valas. aliis relatis, de iur. emphit. quæst.* 25. *n.* 4. *vers. sin autem voluptarias, Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 16. concludit istas
8 expensas † non refici malæ fidei possessori, sed concedi abrasionem sine deterioratione rei, nisi dominus illas esset facturus, vel pluris illam venditurus, nam reficier expensas, vel augmentum pretij excrescētis ex melioramentis.

9 Ampl. etiam si facta † fuerint à bonæ fidei possessore, modo illa non sint separabilia, & abrasio futura, non sit vtilis, *l. pro voluptuariis, ff. de impens. in reb. dot. Peregrin. de fideicommis. art.* 50. *num.* 54. *vers. bona fidei. Molin. de contract. disput.* 463. *num.* 17. *vers. voluptuarias. Rosental. de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 104. concludens si fiant in feudo etiam deuoluto sine culpa vassalli, non repeti, nec iure actionis, nec retentionis, nec exceptionis, sed prorsus amitti. *Barbos. l. diuortio. §. fin. ff. solut. matrim. num.* 104. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 6.

10 Ampl. etiam si facta † fuerint à colono, vel inquilino, *Menoc. de recuperan. possess. remed* 15. *num.* 556. relato *Castr. cons.* 268. *colum* 3. *vers. expensæ vero. Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *num* 54. *vers. has etiam.*

11 Ampl. etiam si sunt † facta à negotiorum gestore. *l. ex duobus.* 28. *de neg. gest.*

12 Ampl. præsertim † si fructus percepit is, qui talia fecit melioramēta. *l. sumptus. l. emp.* vbi *Bart. ff. de rei vend. Valas. de iur. emph. quæst.* 25. *nu.* 4. *vers. quibus autem.*

13 Ampl. præsertim † vbi à fundo meliorato separari non possunt, *l. pro voluptuarijs, ff. de impens. in reb. dotal. Cast. cons.* 270 *lib.* 2. *num.* 3.

14 Ampl. etiam si separari † possunt, sed non absque læsione prioris status rei melioratæ, *l. in fundo, ff. de rei vendicat. l. domum, C. eod. Curt. Iun. cons.* 165. *nu.* 11.

15 Limit. vbi melioramenta sunt facta etiam à malæ fidei possessore, postquam interpellauit dominum rei melioratæ, vt illam redimeret, si illam putaret suam, *Neguſ. de pignorib.* 4 *memb.* 5. *part. num.* 20. *circa med.*

16 Limit. vbi melioramenta † sunt facta à malæ fidei possessore postquam interpellauit dominum rei melioratæ, vt illam redimeret, si illam putaret suam, *Neguſ. de pignorib.* 4. *memb.* 5 *part.* 20. *circa med.*

Limit. vbi melioramenta voluptuaria sunt facta ab eo, qui in contumaciam rei, missus fuit in possessionem rei seruandæ causa, vel ex primo decreto, *vt dixi §. sequen.*

17 Limit. vbi dominus † fundi meliorati non vult pati abrasionē, quæ fiat sine detrimēto rei, & ab rasio est futura vtilis abradēti, *l. pro voluptuarijs, ff. de impens. in rebus dot. Barbos. in l diuortio, §. fi. ff. sol. matr. nu.* 88. *vers. his explicatis.*

18 Limit. vbi sunt facta † in fundo voluptario, & tacite dixit *Rota* teste *Serafin. decis.* 986. *fuit conclusum*, & expresse declarauit *Theodosius Rubeus*, addendo ad eandem *decis.* & optima ratione, quia sunt eiusdem generis, cum fundo; & vrget paritas rationis, qua dicitur reficienda esse vtilia, quæ fiant in fuudo nō voluptuario.

19 Limit. in bonæ fidei possessore † qui consequi potest, id quod eius interfit fecisse, & non repetere integra melioramenta, vt iudicatum fuisse à Senatu Parisiensi, refert *Ioan. Brach. in l. impensa* 79. *ff. de verb. signific. num.* 14. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quæst.* 3. *num.* 5. *in fin.*

20 Limit. vbi dominus fundi † facturus erat eadem melioramenta. *Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *num.* 54. *vers. huiusmodi. Scrader de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 75. *vers. vel nisi dominus. Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *q.* 3. *num.* 5. *in fin. & quæst.* 4. *num.* 2. *in fin. Boer. decis.* 44. *num.* 10. *Rosendal. de feud. cap.* 10. *concl.* 43. *num.* 105. *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solu. matrim. n.* 104 *in fin.*

21 Limit. vbi † dominus fundi, hoc genere melioramentorum, meliorati, erat illum paratus vendere, vel statim illo restituto exposuit illum venalem, & carius ideo vendidit, *l. in fundo, l. aut nisi venales, l. aut si ff. de rei vendic. l. quod si hæres, ff. de impens. in rei dotal. Peregrin. per hæc iura, de fideicomm. art.* 50. *num.* 54. *vers. huiusmodi. Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 75. *vers. vel nisi dominus feudi. Boer. decis.* 44. *num.* 10. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *de expens. quæst.* 4. *num.* 2. *in fin. Neguſ. de*

de pignorib.4.part.memb.5.num.20.circa
22 *med.* ampliando † etiam quod facta fuerint à malæ fidei possessore, *Rosemtal.de feud.cap.10.concl 43.num.106. Barbos.l.diuortio,§.fin.ff.sol.matr.nu.*104.*in fin.*

23 Limit. vbi huiusmodi † melioramentis fundus fit fertilior, & vberiores fert fructus *Alexan cons.*100. *dub.* 4. *volum.2.Bertazol.cons.*79. *nu.*22. quos refert & sequitur *Peregr.de fideic.art.*50. *n.*54. *vers. idẽ si.*

24 Limit. in foro conscientiæ † etiam quod facta fuerint à malæ fidei possessore, si nollit dominus pati illa abradi, *Rebel.de obl.iust.lib.*7.*q.*2.*n.*16. addendo procedere præsertim, si dominus rei erat illa facturus, vel rem melioratam carius venditurus.

25 Limit. vbi ex huiusmodi melioramentis fundus pluris æstimatur. *Peregrin. de fideicomm.art.*50. *num.* 54. *vers. idem si.*

26 Limit. vbi sunt facta † de expressa voluntate domini, *argumen. l.* 3. *§. sed si mutuatus. ff. de in rem, vers.* l *a* s *§. per retentionem inst.de act.num.*8. *Castren.cons.*270. *lib.*2. *num.*4. refert & sequitur *Scrader. de feud.*2.*part.*9.*part.section.*2.*num.*75.*vers. nisi illa fuerint facta: Rosental. de feud. cap.*10.*concl.*43.*num.*105. *Barbos. l.diuortio, §.fin.ff.solut.matrim.num.*89.*in fin.*

27 Sublimitando † *num.*90. si fiant in fundo dotali, & rationem refert sublimitationis, idẽ repetit *Rebel.de oblig.iust.lib.*7. *quæst.* 2. *num.* 6. *& quæst.*1.*num.* 10.

28 Limit. vbi sine læsione status † rei melioratæ abradi possunt quomodocũque, & qualitercumque, illa fuerint facta. *Scrad.de feud.*2.*part.*9.*part.section.*2.*n.*75. *vers. si vero impensæ.* addendo, si res meliorata fuerit restituta, p osse meliorantẽ, & illius hæredem agere, vt sibi permittatur abrasio, vel illorum æstimationem solui; *Molin.de contract.disput.*463 *num.*17. *in princ.Rosental.de feud.cap* 10. *concl.*43. *num.*107. vbi id late probat.

Intelligas tamen omnia, quæ dicta sunt sunt de abrasione, si dominus nollet soluere pretium melioramentorum, tanti quanti valent in abstracto, seu tanquam ruta, & cæsa. Secus si contrarium vellit. *Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. de sol. matrim. num.*102.*vers. vnde infertur. Rebel.de oblig.iust.lib.*7.*quæst.*2.*nu.*6.*vers. in euentu.*

§. XXXXIIII.

SVMMARIVM.

Iactare suum nemo præsumitur. 1. *Ampl.* 2. *in Probationibus non quod possibile, sed quod verisimile est, sequi debemus.* 3.
Melioramenta facta gratis in fundo alieno, non repetuntur, vbi dominus destinarat illa facere, vel alius pariter gratis. 1. *Ampl.* 3.4.5. *Limit.*6.7.8.9.
*L.*2.*C.de negot.gest. declaratur.* 2.

OCcupabor in examine casus de raro contingenti, cum enim nemo præ-
1 sumatur † iactare suum. *Lcum de indebito, ff de probat.* naturale enim est vt inquit, *Arist.* 1.*ethic.cap.*1. quod nemo fortunas suas, absque aliquo emolumẽto, proijciat,
2 & iactum assumptũ, † quod potius error, quam donatio præsumatur, vt late deducit *Surd.cons.*349. *num.* 19. vel saltem capienda præsumptio, qua minorem perditionem suarum fortunarum dicatur quis fecisse. *Anton.de Butr.cons.*66. *primo aspectu.* sequitur *Crauet. cons.* 106. *Honoratus*
3 *n.*11. in probationibus † enim, nõ quod possibile, sed quod verosimile est, sequi debemus. *l.nõ est verisimile, ff quod metus caus. cum alijs congestis à Dec. in cap. in præsentia. de probat. Notab.*12. *Decian.cons.*1.*col.*5. *num* 18.

Attamen esto, quod quis vellit gratis facere in fundo alieno melioramẽta, quæ possessor, & dominus reuocabilis facere
4 destinauit, non repetitur † illorum æstimatio, si fiant à possessore, probatur *l.*2. *& dictis doctorum ibidem, C. de negot. gest.* per quem textum hoc firmat contra vasallum volentem meliorare feudum *Scrader.de feud.*2. *parte.* 9. *par. sect.*2.*num* 83.
5 respondendo obiecto, quod *d. l.*2. loquatur de pupillo, & re penitus aliena, & consequenter illam non extendendam ad res maiorum, nec quæ non sunt absolute possessoris, quia vtrobique militat eadem ratio volentis meliorare gratis rem pupilli, & quæ vtilis sit dominij, tantum possessoris, cum volente meliorare rem maioris, quæ absolute sit illius: plura congerens circa effectus identitatis rationis.

Rosen-

Rosental. idem repetit de feud. cap. 10. *conclus.* 43. *num.* 108. *& seq.*

6 Ampl. præsertim si is, qui gratis facturus erat melioramenta, erat amicus, vel consanguineus, vel benemeritus domini rei melioratæ. *Barbat. conf.* 62. *nu.* 16. *lib.* 4. *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *nu.* 85. *vers. secundo in fin.*

7 Ampl. præsertim † vbi is tertius erat paratus eadem melioramenta facere. *Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *nu.* 35. *vers. tertio.*

5 Ampl. idem dicendum † si paratus erat subministrare pecunias, cuicumq; volenti facere melioramenta, quæ deinde fuere facta, *arg. l. diuus Pius.* 16. *ff. de seruit. rust. præd. l. iniuriarum.* 13. *§. penult. ff. de iniur.* per quæ iura, ita firmat *Scrad. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *nu.* 85. *vers. quinto*. *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 109.

6 Limit. vbi is, qui melioramenta † fecit, nesciebat tertium illa facturum gratis, *arg. l.* 3. *§. sufficit, ff. de contrar. & vtil. actio. tutel.* per quem textum *Scrader de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *num.* 85. *vers. secundo circa med.* asserit ita firmasse *Fulgos. & Alexan. in l.* 2. *C. de negot. gestor.* addendo propterea dominum rei melioratæ, vbi ab illo petitur melioramẽta, vt illorũ exceptione, retardetur exequtio sentẽtiæ, ad illius fauorẽ latæ, debere replicare & probare, quod qui fecit melioramenta sciebat alium facturum gratis melioramenta eadem, & paratum esse facere.

7 Limit. vbi is tertius † non erat paratus facere melioramenta eisdem modo forma, & figura, quibus sunt facta, *argumen l. fin. ff. de vsu & habit.* per quem textum ita firmat *Scrader de feud.* 2. *part.* 9. *part. section.* 2. *n.* 85. *ver. quarto.*

8 Limit. vbi is tertius † volebat quidem eadem melioramenta facere, sed per deputatos ab illo artifice, vel assistente aliquo ab eo nominato, vel etiam ipso astante, vel ingrediente fundum meliorandum *argum. l. diuus Pius,* 16. *ff. de seruit. rustic. præd. Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 85. *vers. quinto.* addendo præsertim, si agatur de meliorando feudo, vel arce, vel domo, quam quis habitat, ne pandãtur arcana domus. secus si is tertius vellit dare pecunias deputatis ab ipso domino & possessore. *Rosental. de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *n.* 109.

12 Limit. ad effectum † retentionis, vbi res meliorata sit illius domino restituenda. *Molignat. tract. de retent. quæst.* 113. ampliãdo etiam si melioramta perierint.

§. XXXXV.

SVMMARIVM.

Melioramentorum exceptio cessat vbi contra melioramenta prætendentem semel est iudicatum de melioramentis. 1. *Ampl.* 2. 3. 5. 7. 8. 9. *Limit.* 10. 11. 13.

In exceptione succumbens quando succumbat in actione. 3. 12.

Agere ad eundem finem quando quis dicatur. 6.

REi iudicatæ plures esse effectus, illiusque causa multa esse in iure nostro scripta singularia dixi in meis Collectaneis *ad l. res iudicata. ff. de reg. iur.* addã hic, ibi non relatum effectum, & singularem, quod lata sententia † contra † melioramenta prætendentem, vt non sit amplius in melioramentorum prætensione audiendus. *vt dixi in regula constituta hoc cap. octauo, num.* 158.

2 Ampl. vt multo minus † sint audiendi illius hæredes. *Scrader. de feud.* 2. *par.* 9. *part. sect.* 2. *num.* 107. *&* 158.

3 Ampl. nec etiam † excipiendo. *Innocen. in cap. fin. de ordin. cognit. num.* 2. concludens succumbentem in actione, debere succumbere in exceptione, procedente ab eadem causa tanquam in minori, *l. & an eadem, ff. de except. rei iudicat.* sequitur *Castren. in l. Iulianus,* 60. *ff. de condit. indeb.*

4 † Limitando tamen si post sentẽtiam intercessit nouatio, vel noua causa, vt inquit *Castren. in l. Iulianus, ff. de condit. indebit. num.* 17. *in fin.*

5 Ampl. præsertim † vbi secundo iudicio impugnaretur primum, seu vbi secundo iudicio impugnatur prima sententia; seu vbi secundum iudicium, tendit ad eumdẽ finem, *Castr. l. Iulianus,* 60. *ff. de condit.*

indebit.num.17.vers.aut non venitur. Ripa in l.qui Roma, §.duo fratres,ff.de verb.ob-
6 *ligat. num. 25.* vbi declarat quando † quis dicatur agere ad eumdem finem.

7 Ampl. præsertim † vbi non superuenit noua agendi causa, *Cast.in l. Iulianus, 60. ff.de condict.indebit.num.17.in fin.l.si mater,11.§ si quis autem fundum. ff.de except. rei iudicat.* per quem textum ita firmat *Scrader.de feud.2.part.9.part.sect.2.n.107. vers.quod tamen.*

8 Ampl. præsertim † vbi secundum iudicium procedit ex eadem causa, qua prius fuerat actum, vel exceptum de melioramentis, *l.si autem,§.fin.* vbi *Bart. & Castr. ff.de neg.gest. Bart. l.qui Roma, §. duo fratres,ff.de verb oblig. num.7.* & *Ripa nu.25.* quos refert & sequitur & ex illorum dictis, ita firmat *Scrader.de feud.2.par.9.par. sect.2.num.109.in fin.*

9 Ampl.præsertim † vbi in primo iudicio fuit reiecta melioramentorum exceptio. *l.siue autem,§ fin.ff. de negot. gestor. Bart. l.qui Romæ,§.duo fratres,ff.de verb.obligat. num.7.& Ripa,num.25.*

10 Limit. vbi melioramenta † petuntur, seu de illis excipitur, ex alio capite diuerso, ab eo quo fuit actum, vel exceptum, *l.si mater,11.§.si quis autem fundum,ff.de except.rei iudicat.*

11 Limit. vbi sententia † lata fuit contra excipientem de melioramentis, quia non est illi sublata actio, quo minus illa petat agendo, *Innocen.in cap.fin.de ordin.cognit. num.2.in princ.* eam afferens rationem,
12 quia excipiens nihil petit, & ideo † absolutio lata super exceptione, non parit exceptionem rei iudicatæ. & in terminis nostris firmat *Scrader.* relato *Boer. dec.44. tractat.de feud. 2.part. 9.part.section.2. num.107.vers.secus autem,* addendo hoc præsertim procedere, quando de exceptione melioramentorum fuit tantum summarie cognitum.

13 Limit. vbi opposita melioramentorum exceptione, iudex in sententia pronuntiauit rem esse restituendam, nulla de melioramentis facta mentione, *Scrader de feud.2.part. 9.part.section.2.num. 109.& dixi supra hoc cap.8. num.11.* & ratio est, quia agendo deduci potest id, quod in alio iudicio deductum fuit excipiendo, si exceptio de directo non contradicit sententiæ latæ, vel expresse non fuit reiecta, *Ripa,l.qui Roma,§.duo fratres,ff. de verb. obligat.num.26.*

14 Limit. vbi exceptio † melioramentorum fuit reiecta ex causa, quæ nihil commune habet cum actione, quæ deinde mouetur in alio iudicio ad petendum melioramenta, *Bart. l. qui Roma, §. duo fratres,ff.de verb.obligat.num.7.& Ripa,n.27.* sequitur *Scader de feud. 2. part. 9. part. sect.2.num.109.vers.idem est.*

15 Limit. vbi secundo † iudicio non impugnatur sententia lata in primo, & actio tendit ad alium finem, *l. vendicantem in fin.& l.sequen.ff. de rei vendicat.* per quæ iura ita firmat *Castr.in l.Iulianus,60.ff. de condict. indeb.num.17. vers. aut non venitur.Ripa in l.qui Roma,§.duo fratres.ff. de verb.obligat.num.25.*

§. XXXXVI.

SVMMARIVM.

In contumaces, quæ pœna constituta. 1.

Melioramenta omnis generis sunt reficienda misso in possessionem rei deinde meliorata in contumaciam. 1. *Ampl.* 2. 5. 7. 8. 9. 11. *Limit.*10. [illegible]

Contumax non auditur nisi refectis expensis vsque ad obulum. 3.

Libellum emendare volens non auditur nisi refectis expensis. 4.

Incontinenti quando dicatur facta probatio. 6.

Quantum temporis detur ad faciendam liquidationem incontinenti. ibid.

Contumatia sæpe prodest. 12.

IN contumaces multas, & plures fuisse à iure constitutas pœnas, nemo est qui nesciat, vnde vulgatum, contra contuma-
1 ces omnia iura clamant, dictis tamen † *Marant. in prax. part. 6. §.& aduertatur citra contumatiam, num. 9. vsque in fine,* qui vigintiquatuor pœnas cōtumacis refert, addam ego hic vigesimam quintam, vt promisi *sup.cap.8. n. 80.* vt misso in possessionem in contumaciam rei conuenti refi-

reficienda sint melioramenta cuiusuis generis, nulla facta distinctione personarum, quæ illa reficere debent, an sint diuites, vel pauperes.

2 Ampl. vt passus missionem † non audiatur antequam refunderit melioramẽta liquida, etiam quod offeratur cautio de illis soluendis, *l. statu liber 5 in princ. & §. fin. ff. de stat liber l. cum seruus, 82. ff. de condit. & demonstr.* per quæiura, ita firmat *Scrader de feud. 2. part. 9. part. sect. 2.*
3 *num. 119. & seq.* eam afferens rationem, † quia contumax non auditur nisi refectis expensis iudicij, in quo ille fuit cõtumax,
4 nec licet actori † emendare libellum, vel errorem suum, nisi refectis expensis, quas fecit reus cõuentus, *l. sancimus, C. de iudic. vbi Ias. num. 13.* & firmant *Bart. Bald. & reliqui in l. edita, C. de edend.*

5 Ampl. idem dicendum † si melioramenta sint illiquida, sed incontinenti liquidari possunt, quia paria sunt aliquid, esse liquidum, & incontinenti liquidari posse, vt late examinaui, *supra, §. 31.* & in terminis nostris voluit *Scrader de feud. 2. part. 9. part. section. 2. num. 123 & seq.*
6 *pluribus*, vbi declarat, quando dicantur † liquidari incontinenti, & quantum temporis, seu qualis dilatio sit concedenda ad liquidandũ. Sublimitando *n. 131.* vbi liquidatio, non potest fieri incontinenti, seu liquidatio ẽget altiori indagine, *vt dixi d. §. 31. Limit. num. 44.*

7 Ampl. vt in tantum † sint melioramenta restituenda melioranti, vt contumax passus missionem, non audiatur, etiam si tantum deficiat obolus, pro completa, & perfecta satisfactione meliorantis, *vt dixi supra hoc cap. 8. num. 67. Scrader de de feud. 2. par. 9 par. sect. 2. nu. 128. & seq.* comprobans hoc exemplo spoliatoris, emendantis libellum.

8 Ampl. quod si melioramentorum † liquidatio altiorem requirat indaginem, non audiatur passus missionem, quamuis sit diues, nisi præstita cautione, seu fideiussione de illis soluendis, vbi fuerin liquidata, *Ripa in l. si insulam, ff. de verb. obligat. num. 67. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 19. num. 3.* sequitur in terminis nostris, *Scrader. de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. num. 133.*

9 Amplia etiam si passus † immissionem replicet melioramenta fuisse facta dolo malo, vel aliam afferat causam, quare sit excusandus à solutione melioramentorum, *Scrader de feud. 2. part. 9. part. sect. 2. nu. 135. & seq.* ibi late probat hanc extensionem.

10 Limit. de iure canonico *Hostien. & Io. Andr. in cap. 3. de eo qui misit in possess. rei seruand.* quos refert & sequitur, *Roman. singul. 413 tu habes.*

11 Contrarium † voluit *Abb. in d. cap. 3. num. 11.* eam afferens rationem, quia non est iure Canonico aliter cautum, quam est cautum de iure ciuili, & quia contumax non debet esse paris, vel melioris conditionis, quam sit non contumax, *l. non solum ff. de noxal. Alexan. l. 2. C. de edend. num. 6. & Ias. num. 13.*

Magna tamen est *Host. & Andr.* & reliquorum consentientium auctoritas, *in d. cap. 3.* & illorum opinioni adhæreo, cum
12 sit mitior, nec sit nouum, contumaciam † sæpe prodesse, vt referunt *Roland. à Vall. cons. 29. quia lib. 3. num. 22. & sequen. p lurib. Cardin. Tusc. 124. sententia:*

---

§. XXXXVII.

SVMMARIVM.

Melioramenta non sunt reficienda ei, qui lite pendente illa fecit. 1. *Quare.* 2. *Ampl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Limit.* 9. 10.

Sicuti regulariter non fit deterior conditio eorum, qui litem sunt contestati: ita in tantum litemota, illius fit peior conditio, *l. non solet. ff. de regul. iur.* & ibi *Dec.* & reliqui, hinc plutes litis motæ effectus, de quibus pet *Lancell. de attentat. lite penden.* referam hic vnum nostro meliorامentorum argumento, non omitten-
1 dum † vt si fiant post cœptam litem super remeliorata, vt illa non sint reficienda à victore, *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. vers. verius videtur,* eam afferens
2 rationem qui lite contestata, reus † constituitur in mala fide, & fit prædo. relatis, qui reprobãt hanc rationem, quibus addo

Gar-

Garzia de expens. cap. 6. num. 2. & sequen. Mazon. decis. Lucens. 81. num. 25. vers. comprobatur, quas concordat *Amat. resolut. 14. num. 15. vers. secundum, Valas. de iur. emph. quæst. 25. num. 4.* & conferunt *dicta supra, §. 42.*

3 Ampl. quod si fuerint vtilia † tantum, concedatur melioranti abrasio, modo fiat sine læsione prioris status rei, *l. domum in fin.* vbi *Castren. C. de rei vendic. num. 3. Valas. de iur. emphit. quæst. 25. nu. 4. vers. quod si fuerint impensæ. Garzia de expens. cap. 5. & dixi sup. §. 7. num. 23.* concessa tamen optione domino an vellit pati abrasionem, vel soluere melioramenta, *vt dixi supra §. 33. num. 16.*

4 Amplia quod si melioramẽta † vtilia quis cœpit tantum, & non perfecit, neque cõcedatur illi abrasio, etiam si fieri possit sine detrimento rei, *Vallas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. vers. si vero ædificauit.*

5 Ampl. præsertim si fuerint † voluptuaria, *Valasc. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. vers. si autem* voluptuaria, & *versic. si vero ædific.* addendo neque concedi abrasionem, licet *Amat. resol. 14. nu. 22.* referat disentientes.

6 Ampl. præsertim † si fuerint magna, & excessiua, *Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. vers. nec enim.*

7 Ampl. præsertim † si lis fuit mota, quia emphiteusis sit finita, vel ad dominum deuoluta, facto, & culpa emphiteotæ, *Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 4. in prin.*

8 Ampl. præsertim † si facta fuerint post sententiam latam ad fauorem domini rei, *Valas. de iur. emphit. quæst. 25. num. 5.*

9 Limit. in melioramentis † necessarijs, *vt dixi supra, §. 42. in Limit. 5.* ad examinaui. *Amat. resolut. 14. num. 16. & resol. 44. num. 3. circa med.*

10 *Garzias* tamen † *tract. de expens. cap. 6. num. 2. & seq.* refert diuersimode fuisse iudicatum à Senatu Lusitano, addendo arbitrarium esse iudici, considerata qualitate personarum, litigantium, & meliorамentorum.

§. XXXXVIII.

SVMMARIVM.

§. Quibus in proœm. Cod. redarguitur, 1.
Tribonianus redarguitur de mendacio quod contrarium nihil sit in iure. 2.
Melioramenta, an reficienda vbi illa sunt compensanda cum fructibus anceps est quæstio & multis modis refertur conciliari. 3. 4. 5.
Melioramenta facta à bonæ fidei possessore sine titulo compensanda cum fructibus perceptis, non retardant executionem sententiæ, 6. *& quare, ibid. in fin.* 35. *Ampl.* 9. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 36. 37. 38. 39. 40. *Limit.* 18. 41. 43. 44. 45. 46. 47. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 59. 60. 64. *Sublimit.* 10.
An compensatio ista fiat ipso iure. 8.
Possessor bonæ fidei sine titulo quis dicatur. 7.
Titulatus à domino rei non compensat, 42.
Dubitans, ignorans & errans, in re, vel persona sua, procedunt à pari, 48. 49. 50. & 51.
Abbas declaratur, 58.
Glossa declaratur, 66.
l. sumptus / *l. emptor* *ff. de rei vendic. Declaratur.* 70
Fructuum quantitas quomodo probetur. 71.

INter cæteras limitationes quas retuli *supra hoc cap.* 8. dari à doctoribus regulæ, vt sententiæ exequtio retardetur, opposita melioramentorum exceptione, ab eo, cui res in possessorio, vel petitorio prætenditur euinci, illa est præcipua, quoties melioramẽta sunt compensanda cum fructibus perceptis, & consequenter omni casu quo quis irreuocabiliter non facit fructus suos ex re, quam possidet bona vel mala, vel nec bona, vel mala fide.

Antequam tamen examen relatæ limitationis aggrediar, notandum est Doctores misere se torquere in concilianda repugnantia circa relatam compensationẽ, quæ potius videtur absolute neganda, quam casu aliquo concedenda, cum bonæ fidei possessor suos faciat fructus rei, quam possidet, censentibus aliquibus in 1
hoc articulo scriptam fuisse in corpore iuris non concordabilem antinomiam, 2
& Iustinianum conuinci de mendacio, dum

1 dum *in proœm. sui Cod. in §. Quibus.* † gloriatur, nihil in iure suo esse contrarium,
addendo Tribonianum immemorem retulisse
2 † contraria prudentum responsa in pandectis, quas nobis cum Theophilo, Dorotheo, & reliquis socijs consarcinauit, *Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 3. scribit Paulus num. 6. & in cap. possessor. de regul. iur. par. 2.*
3 *§. 7.* Alij asserant difficultatem † nunc decidendam iuxta stylum fori & praxim Curiæ, vbi mota lis super fructibus perceptis à bonæ fidei possessore agitatur, *Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 4 num 46. & sequen,*
4 † Alij in plures partes; & casus secantes difficultatem, addunt tot & tales subdistinctiones, vt illarũ veritatem, & vbi sit consistendum, vt inquit; *Garzia de expens. cap. 23. in fin.* difficile sit, assequi. *Menoch. de recup. possess. 15 num. 576. & seq* & demũ alij, alia tradiderint; que alijs reiectis, quis
5 que credidit esse tantum vera, quia à seipsis fuere excogitata. *Anton. Fab. cõiectur. lib. 4. cap 17. illustris, & in suo Codic. de fruct. & lit. expens. definit. 64.* cum petitio. *Vasquius controu. subfrequent. lib. 3. cap. 70. Bonæ fidei. Gouen. var. lection. lib. 2. cap. 15. Pomponius. Hug. Donel. de fructib. cap. 23. & seq. & lib. 4. commemt. cap. 24. Lorot de fructib. axiomat. 67. & seq. Hart. Pistor quæst. 25. cum trib. seq. lib. 4. And.* Kol. *exercitat. final. lib. 1. Io. Goeddæ in l. bonæ fidei, ff. de verb. signif. num. 12. vsque in fin. Iacob. Scultes quæst. 28. nu. 10. & seq. Barbos. in l. diuortio, § fin. ff. solut. matr. num. 1. & seq. Card. Tusc. concl. 490. fructus. Rebel. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 5.*

Ego tamen *hoc §. & seq.* restringendo difficultatem ad casus faciendæ, vel negandæ compensationis fructuum cum melioramentis, proposita affirmatiua regula, addã ampliationes, & limitationes, ex quibus colligere licebit, quãdo firmius sit dicendum, vel negandum fructus cum meliorãmentis esse compensandos.

Prima ergo regula sit, vt bonæ fidei possessor, qui melioramenta fecit in re, quam possidet, fructus perceptos, cum meliorãmentis compenset, nec gaudeat beneficio retentionis, ideo nec retardet exequtionem sententiæ in eum latæ super auocatione rei melioratæ; *l. sumptus, l. emptor, ff. de rei vendic. l. super. C. de euiction. glos. in l. certum, verb bonæ, C. de re vend. Bartol. l. quod dicitur, 58. § fin. ff. de legat. 3. in fin. l. as l. domus, ff. de legat. 1. nu. 3. & Castr. num. 5, Rebel. de oblig. iust. lib. 7 quæst. 5. num. 1.* asserens, ita practicari in Hispania, & Lusitania, *Valasc. de iur emph. quæst. 25. nu. 29. in princ. vers.* & est ratio. *Cruuet. cons. 408. Corin. num. 12. Bald. cons. 303. quæritur lib. 2. fin. Gail. obseruat. 121. filius, lib. 2. num. 14. Neguſ. de pignorib. 4. membr. 5 part. num. 12. in princip. Gabriel de acq. rerum domin. concl. 1. num. 1. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst, 3. in princ. & num. 6.* vbi late comprobat *Petr. de fideicomm. quæst. 15. num. 314. & 321. Tuscus conclus. 180. melioramenta, num. 41. & seq. Ruin. cons. 165. lib. 4. num. 1. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. sol. matr. num. 41.* vbi etiam rationem assignat *Bald. l. in fundo, 39. ff. de rei vend. num. 3.* addendo notandum esse, quod fiat compensatio per modum replicationis, non autem exceptionis, *Corn. cons. 86. lib. 4. num. 2. Felin cap. cum causa, de re iudic. nu. 28. Garzia de expens. cap. 23. num. 52. circa med. & num. 55.* vbi rationẽ
7 † huius compensationis, refert *Rota diuers. in recent. decis. 150. part. 2. num. 6. Cardin. Tusc. conclus. 178. melioramenta, num. 16. & 19. & concl. 490. Fructus nu. 82. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 66. Viuius opin. 622. possessor n. 1.*
7 Possessor † bonæ fidei, quis dicatur isto casu, *Petra de fideicomm. quæst. 15. num. 342. & seq. Tusc. concl. 179. melioramenta, num. 11. & concl. 490. fructus nu. 34. & seq.* pluribus *Garzia de expens. cap. 23. num. 11. Viuius opin. 622. num. 3.*
8 An autem ista † compensatio fiat ipso iure viden: *Bart. l. quod dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact. num. 10.*
9 Ampl. etiam † in iudicio petitionis hæreditatis, *Alberic. in l. sumptus, ff. de rei vendic.* quem refert & sequitur *Socin. iun. cons. 150.* pro resolutione, *lib. 1. num. 33.*
10 Intelligas tamen conclusionem † cum suis extensionibus, deductis expensis fructuum causa factis, *Boer. decis. 44. num. 23. vers. & ideo.* quia fructus dicuntur qui supersunt deductis expensis, *l. fructus, ff. sol. matrim.* ad quem textum plura dixi in meis Collectaneis, *Rebell. de oblig. iust. lib. 6. de expens. quæst. 3. num. 1. Tiraquel. de retract.*

retract.lignag.§.1.glos.15.num.1. & sequen.
11 Ampl.etiam si melioramenta sit necessaria, *ut dixi supra hoc cap.* 8. §. 9. *num.* 38.
Pinel in l. 2. *C. de rescind. vend. part.* 2. *cap.* 4.
num. 62. *Gama decis.* 310 *num.* 6. *Io. Igneus*
in l. dudum, C. de cont. empt. num. 48. *Molin*
de contract. disput. 463. *num.* 14. *Petra de*
fideicomm. quaest. 15. *num.* 314. *in fin. Corn.*
cons. 86. *lib.* 4. *num.* 2. *circa fin. Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quaest.* 3. *in princ. Tusc. conclus.*
178. *melioramenta, num.* 14. *in fin.*
12 Ampl. etiam † in melioramentis vtilibus tantum, *Pinel. in l.* 2. *C. de rescindeu.*
vend. part. 2. *cap.* 4. *num.* 62. *Alex. cons.* 154.
consideratis, li. 6. *num.* 5. *Gama decis.* 310.
num. 6. *Molin. de contract. disput* 463. *n.* 14.
15. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *quaest.* 3. *in prin.*
13 Ampl. praesertim † vbi fructus percepti
spectabant ad eum, qui rem melioratam
vendicauit, *Neguf. de pignoribus* 4. *memb.*
5. *part. num.* 13. *vers. & ex hoc Alexand.*
cons. 154. *lib.* 6. *num.* 5. *Tuscus concl.* 490.
fructus num. 27. *circa med. & num.* 82. *circa fin.*
14 Ampl. praesertim † vbi fructus fuerunt
percepti solo respectu, seu beneficio possessionis, *& bonae fidei, Castr. l. domus.* 61. *ff. de*
leg. 1. *n.* 3. *vers. lex illa. Neguf. de pignorib.* 4.
memb. 5. *part. nu.* 14. *in princip. Pinel. in l.* 2.
C. de rescind. vendit. part. 2. *cap* 4. *n.* 62 *in*
prin vers. d. l. procedat. Garzia de expens.
cap. 23. *n.* 52. *circa med. vsque in fin.* vbi infinitos consentientes, refert *Amat. resolut.*
15 14. *n.* 68. asserens ita intelligi, *l. sumptus. ff.*
de rei vend. & ita regulam nostram, *Valasc.*
de emphit. quaest. 25. *nu.* 29. *Curt. iun. cons.* 6.
num. 27. *Garzia de expens. cap.* 24. *num.* 52.
circa med. & num. 53. *in fin. Boer. decis.* 44.
n. 20. *Cast. l. domos.* 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 3.
& 4.
16 Ampl. praesertim † vbi fructus, tempore quo percipiebantur, spectabant ad eum,
cui res meliorata est ex iudicis sententia
restituenda. *Alex. cons.* 154. *lib.* 6. *& cons.* 162.
lib. 7. *nu.* 3. *Neguf. de pignor.* 4. *memb.* 5. *part.*
nu. 13. *& seq.* cum alijs cumulatis ab *Amato resolut.* 14. *nu.* 69. *in fin.*
17 Ampl. praesertim in melioramentis factis gratia colligendorum fructuum *Cast.*
in l. domos, 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 5. Limitando *num.* 6. si vltra fine duratura. *Carroc. de*
18 *locat. cap. de expensis, quaest.* 2. *num.* 15.

addendo procedere siue quis bona, siue
mala fide possideat, *Rebel. de oblig. iust. lib.*
7. *quaest.* 3. *num.* 1. *in fin. vers. fit ergo. Boer.*
decis. 44. *num.* 11. *Couar. var. resolut. lib.* 1.
cap. 3. *num.* 3. *circa med.*
19 Ampl. etiam † si qui fecit melioramenta, illa alteri cedat, *Garzia, de expens. cap.*
24. *num.* 52. *in fin.*
20 Ampl praesertim † vbi tempore quo fiebant melioramēta, poterant peti fructus,
vel vendicari res meliorata ab eo, pro quo
deinde fuit iudicatum, & instat pro executione sententiae, *Petra de fideicomm.*
quaest. 15. *num.* 320.
21 Ampl. etiam in melioramento † factis
gratia conseruandorum fructuum, *Boer.*
decis. 44. *num.* 11. *Rebell. de oblig. iust. lib.* 7.
quaest. 3. *num.* 9.
22 Ampl. praesertim si titulum † non habeat, *Alex cons.* 44. *lib.* 3. *num.* 10. quem refert *Petra de fideicomm. quaest.* 15. *num.* 323
& seq. asserens de hoc esse textum, *in l. certum, C. de rei vendicat. Boer. decis.* 44. *n.* 10
Bartol. l. ex diuerso 35. *ff de rei vend. nu.* 5.
23 Ampl. etiam † si ex fructibus perceptis
non sit factus locupletior, *Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. num.* 42. *&* 51.
in fin. relato *Castr. in l. domos. ff. de leg at.* 1.
num. 3.
24 Ampl. praesertim † si fuerint melioramenta gratia quaerendorum fructuum,
Peregrin. de fideicomm. art. 50. *num.* 64. *in*
prin. Rebel. de oblig. iust. lib. 7. *quaest.* 1. *nu.* 19.
& quaest. 3. *nu.* 2. *vers. fit ergo* subdens si fructus non nascatur nihil repeti. *Couar. var.*
resolut. lib. 1. *cap.* 3. *num.* 3. *circa med. Tuscus*
concl. 178. *melioramenta num.* 2. exempla
referens si aretur terra, si euellatur vepres.
25 Ampl. etiam si bonae fidei possessor † fuerit condemnatus ad restitutionem rei, &
fructuum illius, nam compensari debent
cum melioramentis, *Tusc. conclus.* 178. *n* 6.
& conclus. 180. *melioramenta*, *n.* 46. *& seq.*
relato *Alex. cons.* 154. *consideratis, lib.* 6. *&*
cons. 162. *visis narratis, lib.* 7. *Couar. var. resolut. lib.* 1 *cap* 3. *n* 3.
26 Ampl. etiam † cum fructibus perceptis
ex melioramētis, si illi extent, vel illis consumptis sit factus locupletior: *Barbos. l diuortio, §. fin. ff. sol. matrim. in princ.*
Contrarium tenet *Put. decis.* 275. *lib.* 3.
in fin.

27 Am-

27 Ampl. in eo, qui tantum † habet retentionem, ratione melioramentorum. *Puteus decis.275. lib.3.*

28 Ampl. præsertim in fructibus † naturalibus, *Tusc. conclus.180. melioramenta, n.29. & 58. & dixi infra.num.34.*

29 Ampl. etiam in melioramentis † necessarijs, non perpetuis; sed impendentis necessitatis, vel casus causa tantum factis, *l.3. & seq. ff. de impens. in reb. dotal. fact.* per quæ iura, ita firmat *Alciat. in l. impensæ, 79. ff. de verb. signif. n.2.*

30 Ampl. siue melioramenta † sint facta per applumbationem, idest ædificando, siue per ferruminationem, idest plantationem, *Vrsil. ad Afflict. decis.* 87. *num.* 3. addendo tamen aliter æstimari meliora menta prioris generis, aliter, quæ sunt posterioris, *vt dixi supra, §.29. num.9. & tribus seq.*

31 Ampl. etiam † quod sint consumpti ab ipso bonæ fidei possessore. *Papien. in libell. in action. reali, § simul. cum fructibus, nu.4. vers. aut sunt consumpti.*

32 Ampl. præsertim † in melioramentis, quæ non durarunt vltra tempus quo quis fructus percepit, *Peregrin. de fideicomm. art.50. num.4.*

33 Ampl. etiam in eo † qui ex pignore percepit fructus, si in illo fecit melioramenta, veluti si alicui fit oppignoratū castrum cum territorio, nam pro rata fructuum fiet compensatio melioramentorum. *Bald. cons.303. ad euidentiam, lib.1. num.2. circa fin. vers. fructus samen, Rom. l. diuortio, §. interdum, ff. sol. matrim. num. 4. Petra de fideicommiss. quæst. 15. num.228. in princ.*

34 Ampl. præsertim in fructibus † naturalibus, idest qui operante principaliter natura, licet modica accedat hominis industria, proueniunt ex re meliorata, veluti poma, pira, ligna, fœnum, lac, lana, & similia, *Bart. l. ex diuerso, 35. §. de rei vendicat. nu.2.5. & 6. l. qui scit, 25. §. in alieno, vers. ad bona fidei, & §. porro, ff. de vsuris, l. quæsitum, 40. vbi glos. verb. consumptos, ff. de ac-*

35 *qu. rerum domin.* & ratio † est, quia illos non facit suos, nisi habeat titulum validū, & non reuocabilem, saltem pro tempore quo illos percipit *Angel. in l. ex diuers. ff. de rei vendic. num. 5. vers. fructus*, aliam refert, quia illi nunquam fuerunt possessoris bonæ fidei. & in prin. dixerat compensandos, licet fuerint consumpti *glos. fin. in l. fructus, 45. ff. de vsuris, & dixi §. sequen. Garzia de expens. cap.24. num. 55. vers. clarius*, eam afferens rationem, quia isti sunt domino cum re restituendi, vt concludiit etiam *Tuscus concl.490. rursus num.74 & 75. Host. cap. grauis, de restitut.*

36 *spoliat. num.2. in fin.* si fructus sint consumpti, & ipse possessor bonæ fidei non esset factus locupletior. *Rebell. de obligat. iust. lib. 7. quæst. 3. num.6. vers. qua tamen communis.* relato *Barbos. in l. diuortio, § fin. ff. solut. matr. num.41. & seq.*

37 Quid autem sit dicendum † de eo, qui tantum detinet seu, vt dicunt nostri detentario, seu nudo detentore. *Tuscus, concl.178. melioramenta, num.* 5. concludens ex *Florian. de S. Petro in l. fundus, ff. famil. hercis.* vt deductis fructibus ad rationem quinque pro centenario compenset melioramenta facta pro conseruatione rei cum fructibus qui supersunt, *Rebel. de oblig. iust. lib.7. quæst.2. num.14.*

38 Ampl. etiam in eo † qui emit bona obnoxia fideicommisso, quoad fructus post purificatum fideicommissum, & moram commissam in restitutione rei: *Boer. decis.44. num.10. in fin: Tuscus conclus.178. melioramenta, num.7. & 16.*

39 Ampl. etiam in conductore bonorum ecclesiæ quoad fructus perceptos post finitam locationem, *Tuscus concl.178. melioramenta, n.9.*

39 Ampl. etiam in possessore, qui iusto errore habet titulum possidendi, *Rebell. de oblig. iust. lib.7. de expens. quæst.4. n.4. vers. hanc regulam.*

40 Limita vbi bona fide, † quis præterea habet titulum possidendi, *vt dicam §. sequenti:*

41 Limit. vbi fructus † percipiuntur à bonæ fidei possessore, qui est rei melioratæ dominus ad tempus, seu reuocabilis, certo vel sub conditione, vel casu, seu facto aliquo, qualis est emphiteota, in rebus emphiteoticis, sibi ad tēpus certū, vel in perpetuū cōcessis, vassallus in re feudali, legatarius sub cōditione, maritus in rebus dotalibus. fideicōmisso grauatus, fructuarius ex legis, vel ex hominis dispositione, emptor

ptor cum pacto de retrouendendo, vel
cui auffertur res empta ex remedio, *l. 2. C. de rescind. vend.* & *dixi supra* §. 2. *n.* 29.
& §. 11. *num.* 12. & §. 19. *num.* 15. & §. 24.
num. 14. §. 12. Ampl. 4. §. 17. Ampl. 22. §. 18.
Ampl. 6. & ex *Bald. Angel. Imol. & alijs*, vo-
luit *Negus. de pignor. memb. 4. part* 5. *nu.* 12.
vers. & istud. & *num.* 14. *Afft. decis.* 87. *nu.* 6.
in fin. Cagnol. l. 2. C. de pact. int. empt. n. 211.
Gratian. disceptat. 193. *num.* 4. *Alex. cons.*
123. *lib.* 1. *n.* 11. *Pinel. in l.* 2. *C. de rescinden.*
vend. part. 2. *cap.* 4. *n.* 62. *vers. secus autem*
in eo. & *n.* 63. *Gama decis.* 310. *n.* 1. & 4. *in*
fin. & *n.* 5. & *seq. Peregrin. de fideicommiss.*
art. 50. *n.* 64. *vers. aut vero*, vbi alia exem-
plo refert, concludendo quemcumque
42 possessorem † titulatum à domino rei, nō
compensare fructus perceptos, cum me-
liorametis, *Gabriel. de acquir. rerum domin.*
conclus. 1. *num.* 4. *Card. Tusc. conclus* 178.
num. 13. 17. 12. 20. & *conclus.* 179. *meliora-*
menta, num. 7. modo melioramenta sint
perpetua, vel saltem duratura extincto
iure meliorantis. vt subdit idem *Tusc.*
Barbos. l. diuortio, §. *fin. ff. solut. matr. nu.* 44.
vers. infertur quarto, vbi alia exempla re-
fert. *vide infra Limit.* 6. & 8. *Petra de fidei-*
comm. quaest. 15. *nu.* 314. *Garzia de expens.*
cap. 23. *num.* 53. vbi plures refert, addendo
id fuisse dictum à *glos. in l. emptor. verb. su-*
perstitem, ff. de rei venditat. quæ à nemine
imploretur. idem repetens, *num* 57. *Man-*
gil. de euictioon. quaest. 153. *num.* 4. & *seq.* vbi
plura.

43 Limit. vbi quis † bona fide possidet, &
cum iusta causa possidendi, *Cast. in l. do-*
mus, 61. *ff. de legat.* 1. *num.* 4. & hic referri
possent, quæ dixi de vsufructuario, habēte
causam à marito possidēdi fundū dotalē,
emphiteota, fideicommissario vassallo,
emptore cum pacto de retrouendendo,
patre fruente fundo aduentitij peculij filij
& similibus. *Valasc. de iur. emph. quaest.* 25.
num. 29. & late agit, an idem dicendum in
possessore bonorum maioratus, licet non
dubitet de grauato fideicommisso.

44 Limit. vbi melioramenta † fiunt causa
custodiæ ipsius rei, *Bart. in l. cum quærere-*
tur. 58. §. *prædijs, ff. de legat.* 3. *in fin.* & cō-
ueniunt, quæ dixi supra, §. 20. & *seq.*

Contrarium voluit *Castr. in l. domus* 61.
ff. de legat. 1. *num.* 3.

45 Limit. vbi agitur de † executione sen-
tentiæ, quæ habeat in ventre clausulā re-
fectis melioramentis, nam etiam quod
fructus essent compensandi, retardabitur
illius exequtio. *Castr. cons.* 270. *nu.* 3. *vers.*
breuiter lib. 2. *Barbos. l. diuortio*, §. *fin. ff. sol.*
matr. num. 42. *vers. infertur secundo.*

46 Limit. vbi bonæ fidei † possessor habet
genus aliquod dominij in re, quam possi-
det, & fructus ex illa percepit. *glos. in l. em-*
ptor. verb. superfluum. ff. de rei vend. Garzia
de expens. cap. 23. *num.* 53. *Peregrin. de fidei-*
comm. art. 50. *num.* 64. *in princ. Amatus re-*
solut. 14. *num.* 67. & *seq.* qui infinitos con-
gerit. *Surd. cons.* 155. *num.* 16. *Carroc. de locat.*
cap. de expens. quaest. 2. *num.* 17. & *seq. Gar-*
zia de expens. cap. 23. *num.* 53. *in fin.* & *nu.*
57. *in princ. Scrader. de feud.* 2. *part.* 9. *part.*
section. 2. *num.* 29. etiam quod tale domi-
nium sit reuocabile. *Cagnol. in l.* 2. *C. de*
pact. int. emptor. num. 210. & *seq.* & conue-
niunt *dicta supra.* Limit. 2.

47 Limit. in bonæ † fidei possessore haben-
te causam possidendi a domino rei posses-
sæ, seu ab eo ad quem spectassent fructus,
si illos percepisset. *Bald. l. sumptus, ff. de rei*
vend. Corn. cons. 86. *vol.* 4. cum alijs relatis
à *Gabriel de acquir. rer. domin. concl.* 1. *n.* 11.
& *seq. Alex. cons.* 151. *lib.* 6. *num.* 5. & *consil.*
162. *lib.* 7. *Theodos. de Rubeis amicus meus*
in suis singul. ex Rota decis. ad Card. Lan-
cellot. Senior. decis. 95. *num.* 2. & 4. exemplū
referens, si quis fundum dotalem à mari-
to emptum, vel cuius vsusfructus credi-
tori erat legatus, faciat meliorem, *Rebel.*
de oblig. iust. lib. 7. *quaest* 3. *in princ. vers. pro*
explicatione, & *num.* 5. vbi plura exempla
refert. Ampliando etiam si melioramenta
fuerint voluptuaria, quo casu repeti pos-
sunt, *quæ dixi sup.* §. 20. & 23. idē *Rebel. dict.*
lib. 7. *quaest.* 5. vbi cōsentientes, & exempla
refert. *Petra de fideicomm. quaest.* 15. *nu.*
315. & 318. & *sequen.* addit hoc casu re-
latis *Cuman. cons.* 19. & *Alex. cons.* 121. *nu.* 6.
lib. 4. requiri, vt possessor bonæ fidei ha-
beat iustam causam lucrandi fructus, &
credat se dominum, quia vt ego addo si
48 ignorans † ratione defectus consensus,
l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. indic.
l. matre decedens, ff. de inoff. testamen. Bald.
l. vinum, ff. si cert. pet. num. 17. *Surd. cons.* 7.
n. 36. *in fin.* & *num.* 38. nihil dicitur agere,
vel

vel pati, *cap. 2. de confess. in sexto, Bald. l. vi-*
num, num. 19. Crauet. cons. 10. num. 18. in fin.
tanto minus, quid agere, vel pati dici-
49 tur, qui † dubitat de statu personæ, vel rei
suæ, *Bald. in cap. 1. §. personam,* per quos fiat
inuest. *Put. decis. 355. par. 2. num. 12.* eam
afferens rationem, quia à pari procedit
50 cum † ignorante, seu vt ego addo cum er-
rante, *l. manifestissimi, §. sin autem nescias,*
51 *C. de curt.* Quæ tamen dixi ex † Rubeo de
emptore fundi dotalis, intellige si non fuit
dictum esse dotalem, sed esse proprium
mariti, *Card. Tusc. concl. 490 fructus, n. 25.*
& seq. & concl. 177. melioramenta, num. 6.
loquens de conductore, inquilino, & simi-
libus.

52 Limit. vbi æquitas † suadet contrariũ,
l. sumptus, ff. de rei vend. per quem textum
ita firmat *Negusan. de pignorib. 4. memb.*
5. par. n. 13. & 15. vbi exẽpla plura refert.
vt prius retulerat, *Alexand. cons. 154. consi-*
deratis, lib. 6. in princ. & num. 5. circa med.
Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 318. exem-
plum referens in quocumque habente
iustam causam percipiendi fructus, *Card.*
Tusc. conclus. 490. fructus, num. 27. & seq.
Peregrin. de fideicom art. 50. num. 64. vers.
nam maritus, & vers. & in emptore, Amat.
resolut. 14. num. 69. & 71. & effectu hæc est
eadem limitatio cum secunda relata su-
pra, & vide etiam sequentem limitionem,
Card. Tusc. conclus. 180. melioramenta,
num. 48.

53 Limit. vbi fructus percepti † nullo iure
spectare poterant ad vendicantem rem
melioratam, tempore quo percipieban-
tur, *Garzia de expens. cap. 23. numer. 57.*
inferens ideò vassallum, vel emphiteo-
tam non compensare fructus feudi, vel
emphiteusis, cùm melioramentis factis
in feudo, vel emphiteusi, subdens idem
dici de similibus, *Card. Tusc. conclus. 490.*
fructus, num. 82. circa fin. Mart. digest. to. 4.
titul. meliorationes, cap. 15.

54 Limit. vbi † sunt percepti bona fide,
& ex iustis creditis, *Tusc. concl. 178. melio-*
ramenta, num. 18. relato Negus. de pignor 5.
memb. 5. par. num. 185.

55 Limit. vbi fructus † tempore quo per-
cipiebantur à bonæ fidei possessore, non
spectabant ad eum, pro quo lata est sen-
tentia, de cuius executione agitur, nam
tunc cessat compensatio, & retardatur
executio, *Alex. cons. 154. consideratis, lib. 6.*
num. 5. in princip. Petra de fideicom. quæst.
15. num. 320. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. sol.
matrim. num. 43. referens eadem exempla
quæ retuli, *limit. 2. Card. Tusc. concl. 490.*
fructus, num. 27. & 82. in fin. Amat. resolut.
14. num. 69. & 71. & hæc pariter limitatio
multum habet symboli, cum secunda &
octaua; volui tamen illam referre, ne ex
vario modo loquendi, quo vtũtur Docto-
res, aliquis imperitus, vel aliud agens de-
cipiatur, *Garzias de expens. cap. 23. nu. 56.*

56 Limit. vbi concurrit tempus † ad illos
vsucapiendos, *Garzia de expens. cap. 23.*
num. 51. in princ. eam afferens rationem,
quia facti sunt melioramentis irreuocabili-
ter, *Abb. cap. grauis 11. de restit. spol. nu. 11.*

57 Lim. vbi res euincitur † beneficio gra-
tiosæ restitutionis in integrum, veluti si
bannitus, & priuatus patria, & paternis, ac
proprijs bonis, ex indulgentia Principis
restituatur ad suos, & ad bona Fisco, addi-
cta, *Ruin. cons. 165. lib. 4.* quem refert & se-
quitur *Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 64.*
vers. & in restituto de gratia, tacitè in-
nuens aliud dicendum, si quis restituatur
de iure speciali ipsi restituto concesso, &
58 hoc sensu † verum dixit *Abb. in c. 1. de re-*
stitut. in integrum, num. 4. dum voluit ab
Ecclesia, vel minore restitutis in integrũ
aduersus contractum de illorum rebus à
Prælato, vel Tutore Auctore factum,
quod fructus sint compensandi cum me-
lioramentis, vt concludunt *Curt. Iunior.*
cons. 6. num. 27. Boer. decis. 47. nu 7. Menoc.
de recup. possess. remed. 15. num. 512. in fin.
Fel. loquens de Ecclesia, in cap. cum causa,
de sent. & re iudic. num. 28. in fin. Rebel. de
obligat. iust. lib. 7. quæst. 4. num. 6.

59 Limit. in possessore † bonæ fidei, cum
titulo ex iustis creditis, *Neguf. de pignor.*
4. memb. 5. par. num. 18. & seq. & num. 182.

60 Limitatur vbi fundus † sterilis, & non
ferens fructus, factus est ad terẽdas segetes
aptus seu, vt inquit *Ouid.* ingeniosus, *Affl.*
dec. 87. in fin. n. 7. quem refert, & sequitur,
Card. Tusc. concl. 178. melioramenta, n. 11.

61 Limit. in fructibus † industrialibus con-
sumptis, *Angel. in l. ex diuerso, de rei ven-*
dic. num. 5. in princ.

62 Contrarium † tenet idem *Ang. in d. l. ex*

diuerso, num. 3. vers. ego semper, modo sit
lex illis factus locupletior, vt subdit idem
Angel. & respondet obiecto, quod indu-
striales spectent ad industrium, & diligen-
tem culorem, *& Bart. num. 5. in fin. Tusc.*
concl. 180. melioramenta, num. 61.

62 Limit. vbi melioramenta † excedunt
pretium fructuum, nam pro residuo sunt
reficienda melioranti, & retardatur, ideo
sententiæ executio, *l. sumptus, ff. de rei vēd.*
Soc. Iun. cons. 182. lib. 2. num. 34. Barbos. l. di-
uortio, §. fin. ff. sol. matr. num. 42. vers. quod
si pretium, Corn. cons. 86 lib. 4. num. 2. Curt.
Iun. cons. 6. num. 27 circa med.

63 Lim. quoad fructus perceptos † ex me-
lioramentis ab illo factis, *Bart. in l. diuort.*
§. fin. ff. sol matr. n. 52 Sublimitando, si ex-
tent, vel sint consumpti, & possessor sit fa-
ctus locupletior, *dicta Putei decis. 275.*
lib. 3.

65 Limit. vbi fructus percepti † sunt ab
eo, à quo non poterat res possessa vendi-
cari, dum fructus percipiebat, *Socin. Iun.*
cons. 182. lib. 2. nu. 36. ita declarando, *glos.*
66 *† magnam, in l emptor, ff de rei vend. Gail.*
obseruat. 127. lib. 2. num. 14. Barbos l. diuor-
tio, §. fin. ff sol. matr. num. 43. & seq. & hæc
limitatio multum habet symbol cum an-
tecedenti, *Garzia de expens. cap. 24. nu. 56.*
& seq.

67 Limit. in melioramentis, † quæ fiunt
redigendo fundum ad culturam, vt puta
si auulso nemore, fiat aratorius, nam repe-
tuntur expensæ, si fundus sit perpetuo fu-
turus vtilior, secus si ad tempus, *Rebel. de*
obligat. iust. lib. 7. quæst. 3. num. 6. & sequen.
vers. circa primam, Card Tusc. conclus. 178.
melioramenta, n. 11. Sed quia plures aliud
sentiunt, *vide quæ dixi §. 3.*

68 Limit. quoad fructus, † qui percipiun-
tur ex vsu solito, & consueto rei meliora-
tæ, veluti si quis bona fide habiret domū,
non consuetam locari, & illam faciat me-
liora, nam pensiones, non compensantur
cum melioramentis, si excipiatur, quod
poterat locari, & pensio est fructus fundi
Vrbani, *Corn. cons. 237. col. fin. lib. 2.* adden-
do, *num. 13.* præsertim procedere, si quis
habitet causa custodiæ, *Card. Tusc. con-*
clus. 490. fructus, num. 32.

69 Limit. quoad fructus † perceptos ante
litem contestatam super restitutione rei
melioratæ, *Papon. Arest. 14. lib. 18.* vbi testa-
tur, ita iudicatum, & emendandum esse
textum in l. sumptus, & l. emptor, ff. de rei
vend. & legendum à lite contestata, non
autem ante litem contestatam, sequitur,
Tepat. var sentent. de melioramentis, cap. 6.
testans, ita decisum à Senatu Parisiensi, &
tacitè idem dixit *Garzia de expēsis cap. 24*
n. 54. in prin. ant. Fab. in suis rational. ib. ad
l. sumptus, ff. de rei vend. vers. Contra per-
suasi, improbat emendationem Paponis.

07 Fructuum autem quantitas † quomodo
probetur videndi, *Surd. cons. 293. num. 31.*
Mascard. de probat. concl. 817. & ibi adden-
tes de Nigris.

---

§. XLIX.

SVMMARIVM.

Melioramenta facta à bonæ fidei possessore, nisi fuerint refecta, retardant executionem sententiæ 1. Ampl. 2. Ampl. etiam titulus sit inualidus 3. & Quare 4. Contrarium 6. per quare 7. & seq. Concorda 11. 12. 13. 25. Limit. 32.

Possessor bonæ fidei cum titulo quis dicatur 5.

Pignus recipiens non facit fructus suos 8.

Ecclesia bona acquirens sine solemnibus compensat fructus cum melioramentis 9. 15. Limit. 16. 17. 18.

Fructus facere suos impedit titulus inualidus 10.

Maritus facit fructus fundi dotalis suos, si matrimonium sit validum 14.

Ecclesiæ bona præsumuntur solēniter alienata lapsu annorum triginta 16. Ampl. 17. & quare 18.

Rota Romana *est magistra Doctorum omnium 19.*

Rescisa venditione beneficio, l. 2. C de rescind. vend. fructus percepti ob emptore sunt compensandi cum melioramentis, 20. Contrarium *ibid. 21. 23. & 24.*

Fructus pendentes sunt pars fundi, 22. Ampl. ibid.

Emptor non restituit fructus perceptos si actori cedat rem emptam agenti, ex l. 2. C. de rescind. vend. 23.

Dona-

Donatione inter viuos, reuocata ex causa non restituuntur fructus à donatario percepti 26
Secus in donatione causa mortis. 27.
Venditio in diem facta si reuocetur, restituuntur fructus. 28.
Venditione pura reuocata ex legitima causa fructus restitutus à die litis motæ. 29.

Secunda regula est, vt possessor bonæ
1 fidei † si titulum possidendi habeat, vt lata illũ in sententia non mittatur exequutioni, nisi sibi reficiantur melioramẽta, nulla facta compensatione fructuum, quos interim sine lite percepit, *vt dixi supra §. 5. in prin. & §§. pluribus seq. & tradunt Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 64. in fin. & numer. 66. Card. Tusc. concl. 490. fructus, num. 25. & seq. Fel. cap. cum causa de re iudic. num. 29. Bart. l. ex diuerso 35. ff. de rei vendicat.*
2 Ampl. siue sit titulus † onerosus, siue lucratiuus, *Petra de fideicom. quæst. 15. nu. 314. in fin. Barbos. l. diuortio, §. fin. ff. solut. matr. num. 42. vers. infertur tertio, Rebel. de oblig. iust. lib. 7 quæst. 3. num. 6. circa fin. Boer. decis. 44. num. 20. & seq.*
3 Ampl. etiam, si titulus † sit nullus, & inualidus, *l. bona fidei, ff. de acq. rer. dom. in princ. Alex. plura cumulans cons. 154. consideratis, lib. 6. n. 2.* eam afferens rationem,
4 quia ad acquisitionem fructuum sufficit † bona fides absque titulo, *& ex Cyn. idem tradit Petra de fideicom. quæst. 15. num. 324. in fin.* & in casu molestiarum possessor habet regressum contra auctorem suum, *vt subdit idem Alex. num. 4. & 5. in fin. idem voluit Neguf. de pignorib. 4. memb. 5. part. num. 12. & 15. Afflict. decis. 87. num. 7. in fin. & num. 8. Tuscus conclus. 490. fructus,*
5 *num. 32.* ambo declarantes quis dicatur † isto casu bonæ fidei possessor, exemplum referentes, si quis emat rem pupilli, vel Ecclesiæ, credens esse vendentis, *Theodosius Rubeus ad decis. Lancel. Sen. decis. 95.* refert à Rota fuisse improbatum relatum exemplum, si ematur à Prælato sine solẽnibus, & esse verum in marito patre, vsufructuario, emphiteuta, & similibus, *Card. Tusc. plures referens, concl. 490. fructus, n. 40. Felin. cap. cum causa de re iud. nu. 29. Seraf.* loquens si melioramenta sunt facta in re Ecclesiæ minus solemniter locata, *decis. 1490. num. 11.*
6 Contrarium volunt, † si concurrat nullitas tituli, *Curt. Iun. cons. 165. nu. 15. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 66. vers. idem quoque, Amatus resolut. 14 num. 72. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 314. relato, Castr. 270. viso punctio in fin. vers. illud autem, par. 2.* addit bona fidei possesso-
7 rem, cum titulo debere † compensare fructus cum melioramẽtis vtilibus, & necessarijs; nec sufficere quod idem possessor habeat causam à domino rei, nisi etiam habeat causam lucrandi fructus; ideò re-
8 cipiens † pignus, quamuis illud bona fide detineat, non facit fructus illius suos. *Tuscus concl. 178. num. 9. melioramenta,* concludens conductorem remanentem in prædio Ecclesiæ, finita cõductione, debere restituere omnes fructus, & compensandos cum melioramentis vtilibus, & necessarijs, si quę fecit, *et concl. 180. melioramenta, num. 44. et seq.* concludit emen-
9 tem † bona Ecclesiæ sine solemnibus debere compensare fructus perceptos ante litem cum melioramentis, & idem dicendum de quocumque possessore, cum iniusto titulo, *et concl. 490. fructus, num. 31.* loquens de emẽte nulliter bona Ecclesiæ, *et n. 41.* concludit pluribus relatis titulum
10 † inualidum impedire lucrum fructuum, & addi potest ratio, quia melius est non habere titulũ, quam habere, sed inualidũ, vel infectum vitio aliquo, *Cassad. dec. 3. de caus. possess. n. 7. Put. dec. 239. lib. 3 n. 2. Crau. cons. 134. n. 44. vers. pro hoc,* vbi plura congerit sicuti, *et Treuisan. decis. 55. lib. 2. n. 69. et seq. Gul. Benedict. c. Raynutius, §. et vxorem, decis. 5. num. 442. et seq.*

Contrarietatem hanc diuersimode sunt conati conciliare Doctores nostri, distin-
11 guẽtibus aliquibus † an bonæ fidei possessori ius resistat, & tunc vera sit opinio *Curtij, et sociorum,* aut verò ius illi tantùm non assistat, & vera sit opinio, *Alexand.* & eorum qui illum sequuntur, ita Colligo *ex Card. Tusc. concl. 490. fructus, num. 42. et 51.* non relato, *Felin. in cap. cum causa, de re iudic. numer. 27. et vers. et in hac ma-*
12 *teria,* qui aliam addit conciliationem, † an quis iusto errore possideat, credens possidere iusto titulo, vt procedat prima opinio. Aut verò abfuit talis credulitas,

& procedat secunda, *vt dixi hoc, cap. 8. num. 27. & seq. & voluit Peregrin. de fidei-com. art. 50. num. 66. vers. nisi exemplum*, referens huius iusti erroris, si contractus sit firmatus cautellis iudicialibus, addendo isto casu possessorem fieri indemnem, agendo de euictione contra auctorem suũ quod est optimum refugium, si ille fuerit soluendo; ideò cauti sint facientes melioramenta, vt canonice emant. *Ferdinandus Rebellus Iesuita in suo tract. de obligat. iust. lib. 7. de expens. quæst. 4. nu. 3.* dissimulato Auctore, *Garz. de expens. c. 24. n. 58. seu verius Bart. in l. ex diuerso, 35. ff.*
13 *de rei vẽd. n. 5. vers. si vero*, aliter † conatus est conciliare, distinguẽdo an titulus fuerit à principio nullus, & iniustus, & tamquã talis pronuntietur, & tunc melioramenta esse compensanda cum fructibus, si quos possessor bonæ fidei percepit. Aut verò titulus fuit à principio iustus, sed ex alia causa inficitur, seu desinit; & tunc aliud dicendum, exemplum refe-
14 rens mariti, † qui fundum dotalem meliorauit, qui si validum est matrimonium, non compensat fructus fundi dotalis, cum melioramentis, secus si matrimonium deinde fuerit pronuntiatum non valere, & idem subdit dicendum, *num. 5.* de emphiteota, cui nulliter fuit concessa emphi-
15 teusis, quod est notandum † ab ecclesiasticis, vt excusentur à refectione melioramentorum, quæ sint facta in bonis emphiteoticis nulliter ab illorum prædeces-
16 soribus concessis, quæ tamen nullitas † cessat lapsu triginta annorum, *Glos. c. peruenit, verb. fatigari, de empt. & vendit. Alexand cons. 92 perspectis lib. 6. num. 8. Dec. in l. 1. C. qui admit. n. 8 & cons 409. viso cõsilio, col. 1. & num. 12. Alexan. cons. 79. circa primum, lib. 1. num. 4. vbi Rouescal. alios consentientes refert, Surd. cons. 245. quamuis, num. 27. & cons. 249. num. 11* vbi pluribus comprobat, *Card. Mantic. decis. 264. num. 8. Ludouis. decis. 343. Resolutum, nu. 1.*
17 etiam quod † solemnitas ex qua prætenditur causari nullitatem, non sit enuntiata in concessione, veluti si absque reseruatione consensus apost. fit facta concessio emphiteotica, vel alia alienatio bonorum Ecclesiæ, *Dec. cons. 341. viso puncto, nu. 13. vers. non obst. si dicatur, Afflict. decis. 368. in causa, num. 8. Dec. cons. 409. viso consilio, num. 1. vsque ad 13. Put. decis. 355. par. 2. num. 7. Surd. cons. 249. nu. 25. in princ. Gonzal ad regul. 8. cancel. glos. 12. nu. 77. & seq. Serafin. decis. 1042. causa, num. 3. & decis. 1228. concessa, num. 1. vbi Theod. Rubeus, alias Rotæ decis.* cumulat, eam afferens ra-
18 tionem, † quia talis solemnitas potuit procedere, vel subsequi, vt latius est prosecutus, *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 11. Borgnin. decis 46 par. 1. num. 202. & seq. Surd. cons. 128. num. 22 & seq & vsq. in fin. cons. 249 num. 24 & seq.* sed non desunt dissentientes, quos retuli *in meis Collectaneis ad glos. in cap. peruenit, verb.*
19 *fatig. de empt. & vend.* sed standum † *Rotæ decis.* quæ omnium Doctorum est magistra, in iis præcipue, quæ tangunt iura Ecclesiæ.

Notandum tamen, quod licet idem *Rebel. d. quæst. 4. num. 3. de oblig. iust. lib. 7.* videatur concludere quod rescisa venditione beneficio, *l. 2. C. de rescind. vendit.*
20 Fructus † percepti ab emptore ante motum rescissionis iudicium sint compensandi cum melioramentis, si quæ fuerint ab illo facta, *num. 9. vers. maior*, referi consentientes, & deinde subdat, qui aliud volunt, est prior opinio reijcienda, tum quia in foro etiam interiori, in quo strictiori iure agitur, quam in exteriori, *cap. nouit. de iudic.* idem emptor facit fructus rei emptæ, cum lesione venditoris, suos, *Dec. cap. Canonum statuta, de const num. 67. vers. similiter, cũ relatis à Michael. Calon. de iust. & iur. tom. 2. quæst. 77. art. 1. controuers. 17. col. 1. vers. docent*, quamuis non desint dissentientes, quos retuli in meis collectaneis, *ad l. 2. de rescind. vend.* Tum etiam, quia in foro exteriori condemna-
21 tus ad restitutionem † rei, non cogitur restituere fructus, quos ante cæptam litẽ percepit, secus si post litem, vel sint pendentes, vt pluribus relatis concludit, *Card. Tusc. concl. 490. fructus, num. 34. in fin.* vel
22 vt ego addo sint † pendentes, quia sunt pars fundi restituendi, *l. fructus, ff. de rei vendic. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 7. num. 37. circa med* & de illorum pretio, non aliter, ac de fundo soluitur gabella, & laudemium, *Franc. Stefan. decis. 20. nu. 15.* quia de illis idẽ iudicatur, quod de fundo

ipso

ipso vendito, & fiunt emptoris cui venditur fundus, *Ossasc.decis.82.num.2.Dec.l.vinum.ff.si cert.pet.nu.16. l. Iulianus.§.si fructibus,ff.de act.empt.* vbi in meis Collecta, ne is dixi de parte Colonica, an illa fiat etiã emptoris, & quid dicendum de fructibus locorum montium, censuum; pensionum domorum, si vendantur domus, vel loca montium, vel census.

Ac etiam, quia eligente emptore mota sibi lite super rescissione venditionis ex remedio, *l. 2. C. de rescind. vendit.* potius rem emptam restituere, quam supplere
23 iustum pretium, † non cogitur fructus restituere, *Afflict.in cap.1.de feud.dat.in vim legis,commis.num.47.& seq.& nu.61.* & ita decisum reiectis dissentientibus, testantur *Vinc. de Franc. dec.495.* apud nos, *num.3,& seq. Mastril.decis.33.Donna, n.4. & seq.& num.15.& seq.Fachin. controuers. lib.2.cap.24.Merla,in suo emporio iur.par.1, de empt.& vend.quæst.21.Cardin.Tusc.conclus.490.fructus, num.34.in fin.* qui loquitur, vbi quis condemnatur ad restitutionem rei. & in terminis quod rescisa ven-
24 ditione, ex remedio, *l.2.C.de rescin věd.* † non compensentur melioramenta; cum fructibus perceptis, nec illi cum re venditā restituantur, probant, *Pinel.in d.l.2.par. 2.cap.4.num.63. Gama.decis. 94.* vbi refert dissentientes & illorum concordiam, *Barbos.in l.diuortio, §.fin.ff.solut matrim.n.45. vers.similiter,* & relati à *Rebel. de obligat. iust.lib.7.de expens.quæst.4. num. 9. versic. contrariam,testando de communi*, & ita sæpe iudicatum in supremis curijs, Italiæ, Hispaniæ, & Lusitaniæ. addendo idem dici, siue venditio rescindatur, quia læsus sit venditor, siue emptor: reprobando eos qui volunt saltem restitui pro rata pretij non soluti, & non iusti, & qui aliter volunt concordari, nisi tamen concurrat damnum emergens, vel lucrum cessans; quo ad forum internum, vel enormis læsio in foro externo.

Conciliationem vero in relata docto-
25 rum pugna censeo veriorem, facta † distinctione, an titulus possessoris bonæ fidei declaretur nullus, & inualidus ex tũc, id est de tẽpore quo quis cæpit possidere, & à principio, seu reducitur ad nõ titulũ. An vero pronuncietur inualidus ex nunc, seu ex tempore latæ sententiæ, vt priori casu fiat compensatio, secundo secus *Neguʃ.de pignorib.4.membr.5.par.nu.13.& 15. Pinel.in l.2.part.2.cap.4. C. de rescin. vend. num.63.Garzia de expens.cap 24. num.58.* vbi exempla plura congerit, *Barbos.in l.diuortio,§.fin.ff.solut.matrim.nu.45. vers. non obstat.Cardin.Tusc.concl.490. fructus, num.84.Amatus resolut.14. num.72.* singulare exemplum est in donatione interui-
26 uos, quæ si reuocetur ex causa ingratitudinis, non restituantur fructus, ante litem
25 motam percepti, secus si reuocetur † donatio causa mortis mutata voluntate donantis, vel alia causa, *Gomes. var. resolut, tom.2.cap. de donat. num.21. Molin. de contract.disputat.281.num. 2. in fin.Rebel.de obligat iust.lib.7.de expens. quæst. 4. nu. 7.*
28 subdendo, *n.8.& 9.* idem dici de † venditione in diem, vel alia ex causa imperfe-
29 cta, secus si perfecta, & de venditione † pura, quæ iusta est causa inficiatur, vt in prima, venditori restituatur res vendita cum fructibus à die venditionis, in secunda à
30 die litis tantum, nec compensandos † cum melioramentis, in primo casu, sed secus
31 † in secundo, idem repetens in venditione, quæ ex antecedenti causa, vt puta ex redhibitoria inficiatur.
32 Limit. quoad fructus perceptos † post litem contestatam, *Boer. decis. 44. num.2. Io.Papon Arrest.13. lib.18. tit.3.* asserens ita fuisse seruatum in Curia Parisiensi, vt refert *Tepat.de impens.concl.271. cap.6.vers. emptor.*

§. L.

SVMMARIVM.

Melioramentorum fructus sunt meliorantis, nec compensantur cum melioramentis, 1. 32. *& Quare,* 5.6.7. *Cõtrariũ.* 2. 11. *& quare.* 8. *& seq. Priorem opinionem sequendo illam. Ampl.* 24.26.27.28.29.30.31. *Limit.* 32. 33.
L.Sumptus,ff.de rei vendic.declaratur, 3. 13.
Melioramenta sunt melirantis. 5.
Fructus sũt domini rei illos ferentis, 6. *Ampl.* 7 *§.præterea,instit. de rerũ diuis. Declarantur.* 9.16.

Actio-

Actiones sunt suppositorum, 10.
Opinio communis est lex, 14.
Meum dicitur meum dupliciter, 15.
§. Insula inst. de rer. diuis. declaratur, 16.
Aristotel. declaratur, 17. 21.
Philosophorum dicta sunt vice legis, 17. 18.
Dicta Sanctorum Patrum sunt vice legis, 19.
Poetarum dicta, non contemnuntur in iure, 20.
Effectus tribuitur suæ immediatæ causæ, 22.
l. fin. §. fin. ff. de fund. dotali. Declaratur, 25.

1 Tertia regula est, quod fructus † melioramentorum sunt proprij ipsius meliorantis, nec restituta re meliorata cõpensantur cum melioramentis, *Afflict. decis.* 87. *magnum, num.* 6. *in fin. & num.* 7. vbi reprobat rationem tenentium contrarium, quod ratione pecuniarum erogatarum fructus sint indebiti, quia pecunia tamquam sterilis, non pariat fructus; & ibidem *Vrsil. nu.* 3. alios consentientes refert, *Capic. decis.* 93. *in fin. Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *nu.* 67. asserens hanc opinionem multum æquam & veram subdes *num.* 68. *in fine*. ita obtinuisse, sequendo *Neguš. de pignor.* 4. *memb.* 5. *part. num.* 20. licet deinde videatur aliud sentire, in fine tamen dicit hanc esse veram opinionem, & ita vidisse seruari Florentiæ, *Molin. de contract. disput.* 463. *num.* 15. asserens æquitatem aliud non pati, & *Couar.* qui aliud, *vt infra* referam sensit, mutasse opinionem, vt testatur etiam *Rebell. de oblig. iust. lib.* 7. *de expens. quæst.* 5. *in princ. Valasc. de iur. emphit. quæst.* 25. *num.* 26. sequendo *Negusan.* mox relatum addit hanc opin. seruari in Lusitania, & praxim Castellæ in parte illi contrariam, non bene fundatam in iure. relati à *Gabriel. consil.* 151. *lib.* 1. *num.* 9. *Card. Tusc. concl.* 490. *num.* 83. 89. & 105 & *concl.* 178. melioramenta, *num.* 10. & *concl. seq. nu.* 16. *Gama. decis.* 230 *in fin. decis.* 394. *vidi in princ.* & *nu.* 2. *vsque in fin.* improbat opinionem sui collegæ aliud sentientis. *Vincent. de Franch. decis.* 191. *num.* 11. vbi addentes alios consentientes referunt. *Guttier. pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 68. *n.* 17. vbi de communiori, & æquiori opin. *Surd. decis.* 282. *nu.* 29. *in fin. Rota diuers.* 294. quoniam, *part.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 50. *num.* 68. *in fin. Rota diuers. in. recent. decis.* 359. *part.* 2. *num.* 5. *in fin.* & *decis.* 435. *part.* 1. *num.* 15. sequendo *decis. Afflict.* addendo idem fuisse dictum coram *Puteo, decis.* 275. *lib.* 3. *Garzia de expens. cap.* 24. *num.* 54. *vers. contrarium tenent*, asserens vidisse sæpius, ita iudicatum, & contrariam opin. carere ratione, & lege, & in hoc *Accurs.* errasse, & sibi non constasse, & *num.* 55. *in fin.* rationem refert concludentem, & *nu.* 56. *vers. ex quo* addit iniquum esse aliud censere, *Ioseph Lud decis. Lucan.* 7. *num* 12.

2 Contrarium † tenent *Couar. var. resol. lib.* 1. *cap.* 8. *qui, num.* 4. addendo *in fin. Affl.* non certe intellexisse, *glos.* & *Angel.* auctores suæ opinionis, & decisionis. dum prius retulisset, quid seruetur in Curijs Hispaniarum, & quosdam dixisse peiorem esse conditionem possessoris bonæ fidei, qui rem possessam meliorauit, quam sit is, qui se ab eo munere abstinuit, contra, *l. sed si quis, ex signatoribus, ff. quemadm. testam. aper.* vt late tradit *Anton. Fabr. in suis rational. ad l. sumptus, ff. de rei vend. vers. scilicet si fructuum. Borgnin. in repet decis. par.* 1. *verbo melioramenta, in fin.* asserens *Gabriel* tenentem contrarium male loqui, *Cardin. Tusc. concl.* 178. *melioramenta, num.* 10. & 11. & 14. & *concl.* 49. *fructus*, *num.* 83. idem censuit *Gabriel consil.* 151. *clarissimum, lib.* 1. *num.* 9. *vers. tamen puto contrarium*. nouum afferens intellectum iuribus quibus præcedens firmatur opinio: concludendo standum esse regulæ, *l. sumptus, ff. de rei vendic.* quæ in singulari casu dictorum iurium limitatur, quæ fuit consideratio, *Couar. loco relato. Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. sol. matr. num.* 49. *vers. sed his*, & *num.* 52. *vers. secundo, vsque ad num.* 55. late defendit opinio; *Couar.* improbatis, qui ab illo dissentiunt. declarando textum † in *l. ceterum ff. de rei vend.* in quo fundatur contraria opinio. concludendo illum loqui de malæ fidei possessore, *Rebel. de obligat. iustit. lib.* 7. *de expens. quæst.* 5. *num.* 1. *Valasc. de iur. emphit. quæst.* 25. *num.* 26. & 27. 4

Qui vtramuis ex relatis opinionibus sequuntur, non leuibus mouentur argumentis. nam qui primam † tenent, negando fructus melioramentorum compensandos cum melioramentis, & esse propria meliorantis, ea nituntur ratione, 5

ne, quia cum melioramenta sint propria meliorantis, *l. fin. vers. meliorationes suas, C. de iure emphit. Garzia de expens. cap.* 23. *num.* 52. *in princ.* ideò cum bonæ fidei possessor non restituat fructus, quos iure dominij percepit, nec illos cum melioramẽtis compenset præsertim si adsit æquitas negandæ compensationis, vt dixi §. 48. *num.* 41. 46. & 53. nullatenus dicendum fructus melioramentorum non esse meliorantis, vel accedere fundo meliorato ex Iudicis sententia euicto, quia fructus
6 † spectant ad dominum rei illos ferentis, *l. si dominium, C. de pignor. Tiraquel. de retract. conuent.* §. 2. *gloss.* 1. *num.* 34. *in fin. Cephal. cons.* 3. *num.* 74. *& cons.* 49. *numer.* 13. *& cons.* 50 *num.* 3. *& cons.* 63. *num.* 19. & in
7 † vtroque foro, quamuis illius dominium sit reuocabile ex pacto, vel alio modo, *Tiraquel. de retract. Conuent.* §. 5. *gloss.* 2. *numer.* 1. *& seq. Ioan. Stefan. Duran. quæst.* 35. *num.* 2. & grande esset absurdum, velle quod si quis vliginosum, vel saxosum agrum, vel alter ad fruges ineptum, exsiccaret, purgaret, & ad fruges faceret, aptũ, vt illius impensa, cura, & industria compensaretur fructibus quæsitis suo sumptu, sua cura, & labore, quia per indirectum sibi de suo satisfaceret, quod iniquum est asserere.

Secundam qui tenent opinionem illam
8 volunt probari generali regula, † *l. sumptus, ff. de rei vendicat.* negando melioramenta esse in dominio meliorantis, sed in dominio rei melioratę, tamquam accessiones, & incrementa nonsubsistentia ex se ipsis, spectare ad dominum fundi, cui accedunt, & inhærent, exemplo eius quod iure alluuionis accedit fundo alterius, *§. præterea, inst. de rer. diuis. l. fin.*
9 *C. de alluion.* † & quidquid ædificatur, seritur, vel plantatur in solo alieno, illi cedit, *§. cum in suo solo, §. si Titius, inst. de rerum diuis.* Ideò dicendum videtur, quod fructus melioramentorum spectent ad dominum fundi meliorati, non autem ad meliorantem, sicuti ad eumdem spectaret interitus illius, si casmate, vel alio casu periret, cum ratione melioramentorum non mutentur dominij iura, tam actiua, quam passiua. Addatur quod effectus ille consequens ex melioramentis, non debet iuxta regulas Philosophorum attribui foueis, aquæductibus, ædificatis, vel plantatis, ac satis, & consequenter melioramentis ipsis, sed fundo ipsi, quia
10 actiones † sunt suppositorum, non autem instrumentorum, quibus res operantur, *Arist. in Meth. cap.* 1. quare etiamsi melioramenta tamquam instrumenta fructuũ pertinerent ad bonæ fidei possessorem fundi meliorati, attamen operatio seu effectus rei melioratæ, qui sunt fructus deinde percepti, spectare debent ad dominũ rei, non secus ac spectat suppositum ipsum operans, & cuius sunt sequentes effectus, *l. si fundus hypothecæ, ff. de pignorib. l. cum postulassem, §. fin. ff. de damn. infert. l. pau-*
11 *lus, § penul. ff. de pign.* per quæ iura, † *Couar. var resol. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. *& seq.* nõ probat opin. Bart. & illi consentientium, *in l.* 2. *C. de præd. & omn. reb. nauic. lib.* 11. nõ esse veram, quod conuentus hypothecaria, si rem possessam meliorauit, possit actorem excludere ab immissione, si illi offerat soluere pretium rei hypothecatæ, detractis melioramentis, quia illa iura probant accessiones rei hypothecatæ nõ alterare illius passiuam naturam, & illo casu, reum conuentum à die litis contestatæ compensare debere fructus cum melioramentis.

Sequendo tamen primam opinionem, quam non iustam nemo nisi iniustus, aut rigorosus Iudex, negabit, & illam multum æquam & veram asserit, *Peregr. de*
12 *fideicom. art.* 50. *nu.* 67. & illam † sunt amplexi doctores pondere numero & mensura maiores, & ita fuerit iudicatum *in Hispania Lusitania, & demum in Italia à Rota Romana* iuris ciuilis, & Canonici fida interprete, & qua duce in iure dicundo nemo errare potest. Non obstant, quæ pro secunda opinione considerantur, quia
13 generalis regula, † *l. sumptus, ff. de rei vend.* Limitatur benigua & æqua prudentum interpretatione communi, *Sarmient. select. interpret. lib* 2. *cap.* 10. *nu.* 3. *Francisc. Bec. cons.* 2. *num.* 11. *Gomes. §. aquæ, inst. de act. num.* 14. *circa princ. Sebast. Medic. de legib. par.* 2. *quæst.* 12. & stante communi
14 † opinione idem est, ac si de limitatione eiusdem legis haberemus textum expressum, *l. athletas, ff. de his qui nat. infam. Abb.*

cap. prudentiam 21. de offic. delegat. num. 4. Carol à Kirebergh. tract. de feud. ex pact. & prouid. cap. 4. num. 25. & seq. & malè negatur melioramenta non esse meliorantis,
15 quia † meum dicitur, non solùm quod à me auocari non potest, nec iterum fieri meum, *l. & an eadem, §. actiones, ff. de except. rei iudic. §. sic itaq. instit. de action.* sed etiam quod ab alio vendicare possum, *l. quintus, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. l. in rem, §. 1. ff. de rei vendic.* Quod autem etiam sint reficienda melioramēta ei, qui illa fecit, etiam quod non opposita melioramentorum exceptione à Iudice damnatus fuerit rem melioratam restituere, vel non pulsus iudicio illā restituerit, dixi late supra §. 32. Nec vrgent quæ de ædificatis, satis, plantatis in alieno fundo, & de incremento alluuionis sunt dicta, quia quæ in posteriori exemplo afferuntur, admittuntur, vt tollatur incertitudo dominij rei, quæ latenter creuit, nec designari potest vnde sit ablatum, quare cessante tali incertitudine contrarium statuitur, ideò si fluuius relicto naturali alueo, alienos irrumpat fundos, & relinquat aliquos innoxios, remanent illi in dominio prioris domini, nec fiunt alterius, licèt deinde coniungantur alienis, *§. praeterea*
16 *per.* † *§. insula, inst. de rerum diuis.* & quæ prius de ædificatis & reliquis afferebantur, nō excludunt ædificantem, serentem, & plantantem à repetitione pretij, & æstimationis ædificatorum satorum, & plantatorum, *vt ex Alex. & alijs, respondit Nicol. Bellon. cons. 65. num. 12. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 50. nu. 49. in fin. Vinc. de Franc. decis. 506. num. 8. & latius dixi in meis Collectaneis ad §. ex diuerso, instit. de rerum diuis.*

Non obstant quæ afferebantur ex Ari-
17 stot. cuius dicta † vbi legem non habemus expressam, sunt instar constitutionis Principum, *l. si pater, ff. de solut. l. fulsinius, §. 1. ff. ex quib. caus. in possess. l. si vxor, ff. de adulter. Bart. in l. 1. ff. de reb. cred. numer. 19.* concludens validum esse argumentum ab auctoritate Philosophorum, sicuti idē
18 dicitur de placitis, & responsis † summorum virorum, & excellentium, in quauis arte, vel scientia, iuxta congesta *à Bursat. cons. 124. num. 49. Fel. in cap. ex parte de rescript. num. 52. vsque in fin.* & de ijs,
19 quæ sancti † Patres scripsere, quæ si fuerint munita auctoritate nouæ vel veteris legis, præferuntur constitutione Papali & Imperiali, *Alex. in l. 1. ff. si cert. pet. nu. 31. Ias. num. 38. & 39. vers. nam auctoritas,* &
20 Poetarum sententię, † quamuis Poetæ nulla litteratorum immunitate gaudeant, *l. Poeta, C. de profess. lib. 10.* non sunt in iure dicundo contemnendæ, *§. item pretiū, instit. de empt. & vend. l. legata, in fin. ff. de suppel. legat. l. in tantum, §. cænotaphium, ff. de rer. diuis.*

21 Quia axioma † Arist. vt interpretatur Frater Constantius Monfortius Capucinus in declarationibus suis *ad Arist. Axio. §. actiones*, intelligitur quod denominatiue actiones sint suppositorum; originaliter verò sint etiam partium, quæ suppositum componunt, hinc in Christo propter duas naturas, duæ sunt actiones, diuina nempe, & humana, licèt illius vna tantùm sit persona, vel hypostasis. Ideò trahendo interpretationem dicti axiomatis ad casum nostrum, cum in fundo meliorato duæ sint naturæ, nempe simplicis fundi, & meliorati fundi, & illæ quoad effectum æque principales, non enim fundus sine melioramentis, nec melioramenta sine fundo, tales & tantos ferunt fructus, dicendum potius dicto axiomate probari primam, quam secundam opinionem, & inspecta origine, seu productiua, vel effectiua causa, fructus fundi meliorati, dicendi sunt originaliter potius esse actiones melioramentorum, quam ipsius fundi meliorati, quia effectus
22 † attribuitur suæ immediatæ causæ, non autem mediatæ, *Natt. cons. 108. quoniam, num. 6. Crauet. cons. 158. visis, num. 13.* &
23 quæ contra *Bart.* considerat *Couar.* † reprobari possunt ex dictis, *Neguss. de pign. 5. par. memb. 4. num. 21.*

Vera itaque existente prima opinione,
24 † illam ampliabis. Primò, etiam in fructibus perceptis lite pendente super restitutione rei melioratæ, & donec actor est in mora restituendi melioramenta, *l. fin.*
25 *§. fin. ff.* † *de fund. dotal.* vbi glos. refert tres intellectus ad eum textum, quos omnes probat Bald. ibidem, & iuxta primum decidit casus noster, *Neguss. de pign. 5. par. memb.*

memb.4. num.20. in fin. afferendo etiam vidisse sic iudicari Florentiæ, *Garz. de expens. cap.24. nu.54. in fin. vers. Contrarium*, addendo hoc esse notandum, quia est casus quotidianus, & non bene expressus ab ijs qui generaliter agunt de refectione meliorament̃orum, *Garzia de expens. cap. 23. num.54. circa fin. vers. contrarium est sine ratione*.

26 Amplia secundò etiam † in fructibus perceptis post latam sententiam super restitutione rei, & toto tempore, quo non sunt refecta melioramenta, *Ioseph. Ludouic. decis. Lucan. 8. num.6. & seq.* eam afferens rationem, quia ob moram sui aduersarij, quisque lucratur fructus rei possessæ.

27 Amplia præsertim, † si in sententia lata super euictione, vel restitutione rei melioratæ, adsit conditio refectis expensis, seu melioramentis, *Ioseph. Ludouic. decis. Lucana 7. num.5.*

28 Amplia præsertim, † si à Iudice, vel aliter sit datus, vel præfixus terminus ad reficiendum melioramenta, nam fructus interim percepti sunt meliorantis, *Ioseph. Ludouic. decis. Lucan. 7. num.8. & seq.* eam afferens rationem, quia vbi tempus est adiectum alicui dispositioni, si quod interim sequitur commodum, est illius, cui obest dilatio, & non eius cuius causa data est dilatio.

29 Amplia siue fructus † fuerint percepti ex melioramentis vtilibus, siue necessarijs, *Card. Tusc. conclus.178. melioramenta, num.14.*

30 Ampl. etiam, † quod melioramenta sint facta à malæ fidei possessore, *l. ceterum, in fin. ff. de rei vendic. Neguſ. de pign. 4. memb.5. par. num.20. vers. decima concl. & num.21. Card. Tusc. conclus.490. fructus, num.89. Valas. consult.83. num.20. circa fin. & num.21. subdit quid dicendum de emente fundum dotalem.*

31 Amplia præsertim, † si melioramenta sint facta ab eo, qui erat dominus tempore, quo illa faciebat, *Rebel. de obligat. iust. lib.7. quæst.7. num.11. in fin. & num.12.*

32 Limit. vbi res non † fuit tota, sed in parte tantùm meliorata, nam fructus erũt meliorantis pro parte tantùm meliorata, *Ioseph. Ludouicus decis. Lucan. 8. numer.12. & 13.*

33 Limit. vbi melioramenta † sunt facta ab eo, qui dominus non erat, sed tantùm erat bonæ fidei possessor, *Rebel. de oblig. iust. lib.7. quæst.7. num.12.* concludens ex dictis hic, & ampl. final. supra cuncordari posse relatas doctorum opin.

§. LI.

SVMMARIVM.

Possessor malæ fidei compensat melioramenta cum fructibus perceptis. 1. *Ampl.* 2.3.4. *Limita* 5.

Possessor malæ fidei quis dicatur 6.

1 QVarta regula sit, † quod malæ fidei possessor compensat melioramenta cum fructibus perceptis, *Peregrin. de fideicom. artic.50. num.67. in fin. relati ab Amato resol.14. num.75.*

Contrarium tenent Lusitani, teste *Valas. de iur. empbit. quæst.25. num.26. in fin. afferens ita vidisse iudicatum sæpius*.

2 Amplia in melioramentis † factis causa quærendorum, vel colligendorum, vel conseruandorum fructuum causa, *l. si à domino, §. fin. ff. de petit. hered. l. fundus qui, ff. famil. hercis. per quæ iura ita firmat Boer decis.44. num.11. Card. Tusc. concl.178. melioramenta, num.1. & conclus.490. fructus, num.91.*

3 Amplia vt sint compensanda † etiam cum fructibus percipiendis, seu qui ab eodem malæ fidei possessore, percipi poterant, vt dicam *infra §. seq.*

4 Ampl. vt sint compensanda † cum fructibus tam extantibus, quam consumptis, *l. malæ fidei, C. de condict. ex lege, cap. grauis, de restit. spol. Sal. in l. domum, C. de rei vend. & per relata iura sequendo Slic. firmat Tusc. conclus.490. fructus, numer.86. & 94. Cast. cons.388. ad primum. lib.2. in secundo dubio, Corn. cons.301. numer.16. & seq.*

5 Limit. quoad † percipiendos, seu qui ex eisdem melioramentis percipi poterant, *Peregrin. de fideicom. art.50. num.67. in fin. & dixi §. seq. limit.1. cum alijs pluribus relatis ab Amato, resol.14. num.75. &*

 seq.

seq. improbatis ijs, qui distinguunt, an si fit factus locupletior, vel non, *Surdus conf.* 293. *num.* 6.

6 Possessor malæ fidei † quis dicatur, *Tusc. conclus.* 490. *fructus, numer.* 96 *& seq plurib.*

---

§. LII.

SVMMARIVM:

Possessor malæ fidei est obligatus compensare meliorament a cum fructibus, qui à meliorante percipi poterant 1. *ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *Limit.* 18. 19. 20. 21. 23. 27. 28. 30. 31. 32. 33 *Sublimit.* 14. 22. 24.

Possessor malæ fidei excusatur à percipiendis, nisi habeat titulum reprobatum 34.

Possessor malæ fidei fictus, seu præsumptus, etiamsi titulum non habeat, excusatur à percipiendis fructibus 35. *Limit. in vero* 36.

Possessor malæ fidei verus quis dicatur 36.

Fructus fuisse perceptos, quomodo probetur 25. *quando sunt restituendi, an reficienda expensa* 26.

Fama, & dignitas semper intelligitur excepta 29.

L. certum, C. de rei vendic. declaratur 37.

Possessor malæ fidei compensat cum melioramentis fructus, quos ipse percepit 38. *Alia vt opin. quid compenset cum percipiendis, & percipi poterant à dominio rei non possidente, & ab ipso reo possessore, & à quocumque alio* 39. *& quare* 40. *Alia est opin. quod compenset cum fructibus, quos actor potuisset percipere* 41. *& quare* 42. *Alia est opin. est restituat illos, qui communiter percipi poterant* 43. *Contrarietas ista conciliatur* 44. 45. 56. 47. 48. 49. 50.

L. si nauis, ff. de rei vendic. declaratur 51.

L. fructus, ff. de rei vendicat. declaratur 51.

L. ex diuerso, ff. de rei vendic. declaratur 51.

Possessor bonæ fidei, si fiat malæ fidei, vel è contra, vel dubitetur an sit talis, an compenset fructus cum melioramentis 52.

INter cæteras extensiones, quas congessi ad regulam firmatam in proxi-... & antecedenti §. *illa fuit*, vt malæ

1 fidei † possessor sit obligatus, compensare melioramenta ab illo facta, cum fructibus etiam percipiendis, seu qui ab eodem percipi potuerunt, & sua culpa non percepit, vt probatur *l. cæterum, ff. de rei vēdicat. & voluit glos. final. ibid. quam ibi sequuntur Doctores communiter, vt testatur Barbos. in l. diuortio, §. fin. ff. solut. matrim. numer.* 51. *in princ. Roman. singul.* 337. *per textum in l. fructus, & l. ex diuerso, ff. de rei vend. cap. grauis, de restit. spol. Tusc. concl.* 490. *fructus, num.* 86. *& seq. &* 104. *& conclus.* 178. *melioramenta, num.* 12. *Mathesil. singul.* 159. *Nota quod, relati à Tiraq. de retract. lignag. §.* 15. *glos.* 1. *num.* 28. *Rebel. de oblig. iust. lib.* 7 *quæst.* 4. *num.* 2. *in princ.*

2 addendo obligatum † esse ad restitutionē lucri cessantis, & damni emergentis, siue lucrum sit intrinsecum, siue extrinsecum, & similiter ad damnum intrinsecum, & extrinsecum, *Surd. decis.* 179. *de mala, numer.* 2. *& decis.* 270. *creditorem, numer.* 11. *& dixi supra §.* 10. *num.* 29. *Petra de fideic. quæst.* 15. *num.* 344. *Valasc. de iur. emphiteot. quæst.* 25. *num.* 26. *vers. sed quid, Alex.* loquens de eo ad quem deuenit malè hęreditas alterius, *in l.* 1 *C. de ijs quib. vt indignis, num.* 2. *Surd. cons.* 293. *num.* 8. 11.

3 Ampl. præsertim † in fructibus naturalibus, vt dixi de bonæ fidei possessore supra §. 48. *num.* 34. *& voluit Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *de expensis, quæst.* 4. *num.* 2. *Angel. l. ex diuerso, ff. de rei vend. num.* 5. *vers. fructus, ea ratione, quia numquam fuere sui.*

4 Ampl. etiam † cum fructibus industrialibus, *Rebel. de oblig. iust. de expens. quæst.* 4. *num.* 2. *Garzia de expens. cap* 23. *num.* 42. addendo ex lege Lusitana procedere, etiā si fuerint cōsumpti, siue possessor habeat titulum, siue non, *Angel. in l. ex diuerso, ff. de rei vend. numer.* 5. *versic. in industrialibus.*

5 Ampl. etiam † in melioramentis factis gratia quærendorum, vel colligendorum, vel conseruandorum fructuum gratia, *Couar. var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. *in fin. Rebel. de oblig. iust. lib.* 7. *de expens. quæst.* 4. *num.* 2.

6 Quid autem sit dicendum, † si quis fiat malæ fidei possessor ob restitutionem in integrum concessam domino rei, viden. *Couar.*

Couar.var.resolut.lib.1.cap.3.num.5.& 15.
7 Ampl. etiam † cum fructibus ciuilibus quales sunt pensiones, *Rebel.de oblig.iust. lib.7.quæst.4.num.2. Cyn.in l.domum*, C.*de rei vendic.in princ.*
8 Amplia etiam † cum fructibus perceptis ex melioramentis ab ipso factis, *Peregrin.de fideicommis.art.50. num.67. in fin.*
9 limitando, † quoad fructus percipiendos, quos si non percepit, sicuti illos non restituit, ita nec compensare debet, *Valasc. de iur.emphit. quæst.25. num. 26. vers. sed quid*, addendo plures concordantes, & hanc esse optimam opinionem, & ita vidisse indicatum, *Surd.decis.294 inchoato, num.11. Barbos.in l.diuortio, §. fin. ff. sol. mat.num.51 in princ.& vers.ex quo.*
10 Contrarium † firmat *Garzia de expens. cap.23.num.54.circa fin.vers.contrarium.*
11 Ampl. præsertim, † vbi numquam habuit titulum possidendi, nam compensat, & restituit perceptos, & percipiendos, & extantes, & consumptos, *Papiens. in libel.in act.real.§.simul cum fructibus, nu.4. vers.aut habuit, subdens, vers. aut habuit minus idem dici, si habuit, sed minus solemnem.*
12 Ampl. etiam, quod † habeat titulum, *l.mala fide*, C.*de condict.ex lege, l.2.C.de fruct. & lib.expens.Alberic.in l.fructus, ff. de rei vendic.num.6.vers.ipse tamen*, licet deinde *num.11.circa med. vers. si vero agitur*, concludat non teneri, nisi titulus non reducatur ad non titulum, quod quando accidat, dixi infra *vers. quoad primum*, sed vide quæ dixi infra, limit.quarta, quæ videntur obstare, *Angel.in l.fructus, ff.de rei vend.num.1. in fin.* addendo hanc opinionem esse veriorem.
13 Ampl. etiamsi actum † fuerit rei vendicatione, & non fuerint in libello petiti expresse, vt pleno consil.respondit *Surdus cons.293. num.1. & 8. & seq. addendo numer.11.* debitos esse etiam à die moræ, *& num.15.* limitat quoad fructus perce-
14 ptos † ante motam litē arbitrio Iudicis, secus iure actionis, *num.17.*
15 Ampl. etiam cum † fructibus inhoneste perceptis, *Bart.in l.fructus 34.ff. de rei vendic.vers.opp.* quod exemplum erit, si locetur domus meretrici, & exacta fuerit pensio, *Ang.d.l.fructus, num.1.in princ.*
16 Ampl. etiam, vbi quid soluit, quod ratione rei erat dubium, velutisi fundus possessus erat emphiteoticus, et soluit canones, vel onera Cameralia, vel aliud, *Cyn. in l.si à patre*, C. *de condict. indebit. num.2.& 3.*
17 Ampl. etiam, † quod fuerint consumpti, *Surdus cons.293.num.10.addendo n.12.* etiam quod is non sit factus locupletior.
Limit. quoad fructus percipiendos,
18 † seu qui percipi poterant ex melioramētis factis ab ipso malæ fidei possessore, iuxta *textum, & glos.ibidem in l.cæterum, ff.de rei vendicat. vbi Angel. Fulgos. & Salic.Angel.in l.ex diuerso, ff.eod.num.5. versic. fallit, Roman.singul.337.per textum, in l.cæterum, §.improbe, ff.de rei vend.* addendo esse notandum, & ita iudicasse, *Cardin.Tusc.conclus.490.nu.105.& concl. 178. Fructus, num.12. Barbos. l.diuortio, §. fin.ff.sol.mat.num.51. vers. tamen minime, & in fin.vers.ex quo*, eam afferens rationem, ne illius industria prosit alteri, & sibi noceat, *Capic.decis.93.num.10.Valasc. de iur.emphit.quæst.25. num.26. vers. sed quid, Petra de fideicom.quæst.15.num.347. in princ.versic. intelligendo tamen, & dixi præcedenti §.limit.2.*
19 Lim. in fructibus † industrialibus ipsius malæ fidei possessoris, *l.1.§.cum prædium, vbi glos.verb numquam, ff.de pignor.Socin. cons.93.circa primum, col.8. vers. confirmatur dicta conclus.lib.1.Tusc.conclus.490. fructus, num.92.* eam afferens rationem, quia illi, numquam fuerunt in dominio rei melioratæ, *Tiraquel.de retract.lignag. §.15.glos.1.num.29.*
20 Limit. vbi semel fuit † iudicatum ad fauorem possessoris malæ fidei, nam cum illius mala fides sit purgata, fructus fiunt ipsius, nec compensat cum melioramentis, *Alex.cons.24.ponderatis ijs, col.6.vol.5. quem refert Cardin. Tuscus conclus.490. fructus, num.101.*
21 Limit. vbi habet iustum † titulum percipiendi fructus, *l.si fundum*, C.*de rei vendic.l.si & partus, ff. quod met.caus.per quæ iura ita firmat Roman. sing.343. Tusc.* addendo an idem sit dicendum, si possessori superueniat is titulus, & illum non habuit à principio, *Mathesil.singul.159.Not.quod Papiens.in libel.act. real. §.simul cum fructibus,*

ctibus, num. 4. vers. aut habuit titulum,
22 † vbi sublimitat in casibus de quibus infra, vers. quoad primum.

Quia tamen obstant dicta supra num. 11. pro concordia vid. Petra. de fideicommiss. quæst. 15. num. 345. Host. in cap. grauis de rest. spol. num. 3.

23 Limit. in foro conscientiæ, † Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. num. 2. circa fin. relato Ricard. 4. sent. dist. 15. art. 5. q. 6. Rebel. de obligat iust. lib. 7. quæst. 2. de expens.
24 nu. 15. declarando tamen † modo res meliorata extet, seu non perierit, & si res meliorata non extet, malæ fidei possessor obligatus est ad æstimationem rei tantum, prout æstimabatur, antequam fuisset meliorata, nisi fortè apud dominum verisimiliter res erat duratura, nam obligatur etiam ad solutionem melioramentorum, in quibus læ datur dominus, demptis tamen semper expensis melioramentorum, quas dominus erat facturus.

25 Quomodo autem probetur fructus † fuisse perceptos, vel percipi potuisse, viden. Angel. in l. ex diuerso, ff. de rei vend.
26 num. 8. vbi præterea subdit † an reficiendæ sint expensæ, quoties restituendi sunt fructus, Host. in cap. grauis de restit. spol. num. 3.

27 Limit. in melioramentis necessarijs, nam illa sunt reficienda, si fructus non sufficiant, & res meliorata extet, Rebel. de oblig. iust. lib. 7. quæst. 4. de expens. num. 2 post med. & in fin.

28 Limit. vbi honestè, vel iustè minimè percipi poterant à possessore malæ fidei, Angel. in l. fructus, ff. de rei vendic. num. 1. & in l. ex diuerso, ff. eod. num. 5. Bart. d. leg. fructus in fin. vbi exemplum refert, Petra de fideicom. quæst. 15. num. 344. & ratio est, quia in omni dispositione, etiã legis, sem-
29 per est excepta † causa dignitatis, & famæ.

30 Limit. quoad † fructus, qui percipi poterant, re perempta, Angel. in leg. fructus, ff. de rei vendicat. num. 1.

31 Limit. in pupillo, & infante, † Angel. in l. ex diuerso, ff. de rei vend. num. 5. vers. fructus, per textum in l. quod infans, ff. eod. & §. inst. de offic. iudic.

32 Limit. quoad fructus † perceptos ex iure incorporali, Angel. in l. ex diuerso, ff. de rei vend. num. 5. in fin. exemplum referẽs, si quis præsentauit, vel exercuit notaria-
33 tum, sublimitando, † si quid commodè possessor malæ fidei percepit, quod existat, vt puta merces rogitus, & similia.

Quia in principio huius §. dixi, malæ fidei possessorem debere compẽsare melioramenta, cum fructibus percipiendis ex re ipsa, sicuti debet eosdem fructus percipiendos restituere, si melioramenta non fecit, insurgit difficultas, an id procedat in malæ fidei possessore cum titulo, & in malæ fidei possessore ficto non autem vero.

34 Quoad primum † absolutè dicas excusari à percipiendis, nisi titulus, vt inquit, Ioan. Fab. in l. de rei vendicat. sit reprobatus, qualis est, vt inquit, gloss. final. quam ibidem sequitur Bellapertic. in l. si fundum, C. de rei vendic. si quis emerit in fraudem creditorum; vel scienter contra legis interdictum, vel à Fisco absque necessarijs solemnitatibus, vel vi & metu coegerit venditorem sibi vendere, & generaliter vbicumque titulus est contra iuris communis dispositionem, vt voluit Abb. in cap. cum causa 22. ff. de offic. deleg. num. 5. in fin. & dixi Bellapertic. d. l. si fundum in fin. Abb. in cap. grauis 11. de restit. spoliat. n. 7. circa med.

Contrarium defendit Petra de fideicom. quæst. 15. num. 345. & seq.

35 Quoad secundum, resolutiuè † dicas fictum, seu præsumptum malæ fidei possessorem, etiam si titulum non habeat, excusari à percipiendis, nec agendum cum illo de compensatione melioramentorũ, vbi illa sunt à domino rei reficienda, Petr. de Bellapertic. in l. si fundum, C. de rei vendicat. post med. vers. lex ista, & Cast. nu. 2. in fin. & num. 3. circa med. Garzia de expens. cap. 23. num. 44. & seq. addendo aliud
36 dicendum in malę fidei † possessore verò, vt puta per solemnem litis contestationẽ,
37 & ita intelligendum textum † in l. certum, C. de rei vend. vt latius dixerunt alij relati in meis Collectaneis ad eumdem textum.

38 Alia insurgit difficultas, an † possessor malæ fidei, qui de percipiendis est obligatus, an talis obligatio intelligatur de fructibus percipiendis à possessore, vel à domi-

domino rei, ita vt si iste maiores percipere possit, quam ille, restituendi, & compensandi sint fructus, quos percipere potuisset dominus, vel quiuis alius, non autem possessor, si minores illi fuerint, & in hac difficultate, ex latenti iurium antynomia, reperio Doctorum non conuenientes opiniones quatuor.

38 Prima est, vt fructuum † ea quantitas à malæ fidei possessore restituatur, & consequenter cum melioramentis compensetur, non quæ petitor, seu actor percepisset, sed quam ipse reus percepit, & voluntsuam opinionem probari, *l. domũ, C. de rei vendicat.* vbi Imperator Gordianus, inquit, *Occupatæ domus præses prouinciæ cum pensionibus, quas occupator percepit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati restitui iubebit*, *l. fructus* 28. *§. quod autem. ff. de pet. hæred.* vbi Vlpian. inquit, *eum qui nullam causam possidendi habet, si inuasit bona quæ sciebat ad se non pertinere, debere restituere fructus perceptos, & quos percipere debuisset.*

39 Secunda opinio † est, vt malæ fidei possessor debeat restituere, & consequenter compensare melioraméta cum fructibus percipiendis, seu quæ percipi poterant, nedum ab actore non possidente, vel reo possessore, sed etiam à quolibet alio, qui possedisset, quare si reus, nec actor fuerit olitor, & agatur de fundo oleribus, vel alio fructuum ingenioso agro, possessor debet restituere fructus, quos olitor colendo eumdem fundum percipere potuisset, *Bald. in l. 2. C. de fruct. & litium expens. nu-*

40 *mer. 3. in fin.* † ea ratione, quia possessor malæ fidei, qui voluit illos percipere, fingitur, vt ego addo vberiores percepisse in suum incommodum, *Cyn. in l. domum, C. de rei vendicat. & ibidem, Gul. de Cun.* & ideò remanet obligatus, ac si percepisset, quare non est considerandum interesse petitoris, sed ficta perceptio.

41 Tertia opinio est, † vt malæ fidei. possessor sit obligatus ad fructus, quos petitor potuisset percipere, *Alberic. in l. fructuus, ff. de rei vendicat. numer. 6. in princ. per textum in l. finium, §. 1. ff. de rei vend.* vbi Papinianus regulam constituit, quod in æstimandis fructibus aduertendum nõ est, an quis sit possessor malæ fidei, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset, & huius opinionis videtur esse, *Alberic. in l. fructus, ff. de rei vend. num. 6. circa med. Host. per eumdem textum*, loquens de violento possessore sine titulo, *in cap. grauis, de rest. spol. num. 3. circa med.* & ratio est, quam *Bal. in l. 2. C. de fruct. & litium expens. num. 3. in fin. ex glos. refert*,

42 † quia plus illius non interest, *glos. 2. in l. ex diuerso 35. ff. de rei vend. num. 4.*

43 Quarta fuit opinio, † vt sint restituendi, qui communiter percipi potuerant, negando, restituendos esse, quos petitor potuisset percipere, quia illi non proueniunt ratione rei, sed potius negotiationis causa, & sic diligentia personæ, non ingenio rei, *Bart. in l. domũ, C. de rei vend. & probat Garzia de expens. cap. 23 nu. 50. in fin. relati à Surd. testante de communi, cons. 29. num. 7.* & videtur æqua, ex his, quæ dicuntur de pretio, quod inspiciatur commune, *l. pretia, ff. ad leg. falcid* cum cumulatis ad eum textum in meis Collectaneis.

44 Contrarietatem hanc conciliare conati sunt † antiqui & moderni Doctores, & inchoando ab antiquioribus, *Gul. de Cun. in l. domum, C. de rei vendicat. circa prin. vers. quæro ergo*, concludit considerandum esse, quod est grauius, seu magis præiuditiale possessori malæ fidei, ita vt si vberiores reus percepit fructus, quã percepisset actor, illi sint restituendi, & idem dicendum, si vberiores percepisset petitor, & notandum litteram textus mei lecturæ, *Gul. impressæ Lugduni* 1513. à Iacobo Myt. dum in eodem vers. scriptum legitur in præiuditium possessoris malæ fidei, considerandum, quod est minus, quia subsequuntur contrariæ illationes, & cõclusiones, & legendum est, inspici, quod est maius, & facile potuit is error committi ab ipso Gul. dum currente calamo illa scribebat, *sequitur Angel. in l. fructus circa fin ff. de rei vendicat.* dum dixit considerandum esse, quod est vtilius actori. Verum concordiam istã improbat, *Butr. in cap. grauis n. de rest. sp. l. num. 13. in fin.*

45 Petrus de Bellapertica † *in d. l. certum, C. de rei vendicat. in fin.* aliter conciliabat, sequendo glos. Martini, distinguendo, an quis sit malæ fidei possessor per litis contesta-

testationem, sciendo bonam non habere fidem, nec causam, & tunc ille sit obligatus de percipiendis, seu quos percipere potuit, non ipse reus, & possessor, sed quos actor, & petitor; An verò possessor incipiat habere malam fidem post litem contestatam, perseuerando tamen in sua bona fide, sit obligatus restituere, & cõpensare fructus, quos percepit reus possessor; eam afferens rationem, quia ante litis contestationem nulla aderat mora, sed lite contestata tantùm, incipit vacillare, seu vt ego addo turbari illius bona fides, & cum litis euentus sint dubij, sat est haberi rationem eorum fructuũ, quos malæ fidei possessor percepit, & percipere potuit.

46 Idem Petrus † *ind. certum, col. fin. vers. in isto articulo*, breuiorem aliam suam posuit concordiam, distinguendo, an quis sit factus malæ fidei possessor in vera mora, per litis contestationem, & tunc compensandi, & restituend. sunt fructus, quos percipere potuit, & percepit actor ex fundo possesso, aut verò quis erat malæ fidei possessor, sed non iudicio, & lite contestata pulsus, & in mora constitutus, & tunc restituendi, & compensandi, quos reus percepit, & est ferè eadem conciliatio cum præcedenti, eo tantùm excepto, quod contra malæ fidei possessorem non sequimur, quod illi plus nocet.

Verum postremam hanc concordiam improbat, *Petra de fideicomm. quæst. 15. num. 347. in fin.* eam afferens rationem, quia malæ fidei possessor semper est in mora, & obstant, *l. finauis, §. 2. ff. de rei vend & l. 2. C. de fruct. & litium expens.* seu vt ego addo lite cõtestata bonæ fidei possessor est par ei, qui à principio est in mala fide;

47 *Bartol. in l. ex diuerso 35.* † *ff. de rei vendicat. num. 4. vers. Quid dicemus*, relata distinctione Vltramontanorum, idest *Gul. de Cun. & Bellapertic. aliter conciliare contendit*, videlicet an possessor conueniatur ab eo, qui non asserit se dominum, & tũc habenda est ratio fructuum, quos percipere potuit possessor. An verò conueniatur ab eo, qui asserit se dominum, & ideò sibi deberi fructus, & tunc de iure Digestorum restituendi sunt fructus, quos percipere potuisset petitor, de iure autem, C. secus esse, et sat esse restituere, quos petitor percepisset, *Bart. sequitur Butr. & illius dicta de verbo ad verbum rescripsit in cap. grauis 11. de restit. spoliat. num. 13. & Ancar. num. 3.*

48 Subdendo aliam ex Bart. † conciliationem, & data electione actori, an vellit potius sibi restitui fructus, qui percipi poterant à possessore, vel petitore, vel à quouis alio communiter, concludit, si petantur, qui communiter percipi poterant à possessore, vel petitore; si autem petantur, qui à possessore, vel petitore percipi poterant, illi erunt reficiendi, ex singularitate personæ, quæ fructus percipere poterat, quare, vt inquit, *Ancar. in cap grauis 11. de rest spol. num. 3.* cautus esse debet actor, petere quod sibi vtilius erit, petere, ex persona, enim & diligentia vnius personæ vberiores capiuntur fructus, quam ex alia, vt dicebat *Petrus de Bellapert. in l. certum, C. de rei vend. col. penul. vers ponamus.*

49 Alij considerantes, an fructus † fuerint ab actore petiti tamquam fructus, vel tãquam interesse, concludunt, si petantur tamquam interesse, restituendos, & compensandos tantùm esse iuxta quantitatẽ, quam percepisset actor, quia pluris non interest eius, si verò petantur tamquam fructus restituendi, & compensandi sunt, quos percepit reus, & possessor, etiam si actor tot & tantos non fuisset percepturus, *Bart. in l. ratio, §. 1. in fin. ff de act. empt. & in l. videamus, §. si actione, ff. de vsur. & in l. si filiusfam §. 1. num. 3. ff de verb. oblig. Bald. in l. traditio, C. de act. empt. num. 10. Sal. in l. post perfectam, C. eod. num. 3. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. glos. 1. n. 29.* exempla referentes, si reus sit rusticus, qui colendo agrum plures percepit fructus, quam percepisset actor nobilis, qui aliena manu coluisset.

Quid autem dicendum, si quis à principio † erat bonæ fidei, & deinde in illo superuenit mala fides, vel è contra superuenit bona, vbi à principio aderat mala videndi sunt, *Cyn in l. domum, C. de rei vend. in fin num. 5. & 8. & seq. Alberic. in l. fructus, ff. de rei vend. num. 7. & 10. Bart. in l. ex diuerso 35. ff. eod. numer. 4. in fin. & num. 9.*

num.9.Abb.cap.grauis 11.*de rest.spol.num.9 .Molin.de contract.disput.*463.*num.*17. *Rebel.de obligat.iust.lib.7.de expens. quæst.* 2. *num.*10.*subdens num.* 11. quid dicendum, si dubitetur, an sit bonæ, vel malæ fidei, *Alex. in l.clam, ff.de acq.posses.num.7.& 8. Surd.cons.*293.*num.*13.

50 Cynus quem † prius referre debebam antequam retulissem dicta Bart. illius discipuli, facta distinctione, an in reo conuento adsit, vel non adsit mora, concludit, quod post moram reus sit obligatus de fructibus, qui percipi potuerant ab actore, si res petita fuisset illi restituta,

51 & ita intelligendum esse textum † *in l. si nauis, l.fructus, l.ex diuerso, ff.de rei vend.* si verò absit mora, quod sit obligatus ad fructus, quos possessor percipere potuit, ita distinguit *Cyn.in l.domum,C.de rei vēd. quem sequuntur Dyn. & Alberic. vt testatur Surd.cons.*263.*num.*29. *& Papiens.in forma libel.in action.real.§.& qui percipi potuerunt.*

*Rub.1. num.*171. *& seq. pluribus.*

2 Quo verò ad pretium † fructuum desumi potest resolutio ex his, quæ sunt recepta circa probationem valoris faciendam ab eo, qui prouisus est à Papa de beneficio, vt recensent *Felin. cap.ad aures, de rescript. num.*17. *vers. limita secundo, Cassad.decis.*19. *super regul.cancel.num.*3. *Put.decis.*8.*lib.*1.*Cardin.Mantic.decis.* 81. *num.*2. *& decis.*138.*num.*1. *& seq.vers.& hac, & decis.*120.*num.*4. *versic. verum, & num.*6. *& decis.*178.*num.*1. *& decis.*228. *num.*1. *& decis.*290.*num.*1 *& decis.*293. *numer.*1. *& seq. Ferret.cons.*3.*num.*20. *Serapbin.decis.*1317.*num.* 1. *& decis.* 1393. *n.*1. *& decis.*102.*num.*5. *& decis.*974. *num.* 1.

3 & in specie † an locatione † *Cardin. Mantic.decis.*39.*num.*4.*& decis.*290. *numer.*4. *Serafin.decis.*102.*num.*1. *& decis* 1009.*n.*2. *Rot.diuers in recent.par.*2.*decis.*679.*nu.*2. *& decis.*742.*num.*4. *& decis* 86. *& par.* 1. *decis.*158.*num.*17.*& seq & dixi etiam de Laudemio, lib.*3.*quæst.*17.*§.*3. *Cartar. decisio* 72.*num.*16.*& seq.*

§. LIII.

SVMMARIVM.

Melioramenta qualiter æstimentur à peritis, & testibus. 1.

13 Lim. vbi implementum † prouenit ab impossibilitate, etiā quod quis esset obligatus cum iuramento, *Crauet. consf.12.n.1. vers.sed posito, Marescot.resolut.90. lib.1. num.8. et seq.* addendo tunc agendum tantùm ad interesse, & damna, vt dixit *Gratian. discept.725.num.2.Rota recent. decis.493.par 1.num.2.in fin.*

14 Limit. vbi † per adimplementum conseruatur, non autem actori datur actio, *Mantic.decis.270.num.13.in fin.*

15 Limit. vbi quis † impeditur facto excipientis de adimplemento, *Menoc.consf.55. Credo, num.11.et seq. Fel.cap peruenit, el 2.de iur.iur. num.3.et seq.* vbi pluribus exornat, *Mascard.de probat conclus.1387. num.65. Gras.de except.cap.13.n.49.Grat. discept.201.re, nu.9.in fin.Crau.consf.246. num.4. Gratian.discept.748.num.17.circa med et num.19.*

16 Limit. vbi † impedimentum modico tempore durauit, & agatur, postquam illud cessauit, *Alex. consf.127. viso instrumento, lib 5.num.7.* qui loquitur de conductore, qui modico tempore fuit impeditus fruire conducta, *per l.fin in lege.§.colonus, ff. locat. sequitur Barzia decis.17. num.25.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Mora est delictum 1. procedit à pari cum pœna 2. iusta causa excusatur 3.

A pœna, et mora excusat iusta causa 3.

Excipere qui potest de adimplemento, nisi interpelletur, numquam est in mora, nisi postquam fuit illi adimpletum 4. et quare 7: Ampl.5.6.

1 Mora cum † sit delictum, *l.quod te, ff. de cert.pet. Bart. l.gerit, ff. de acquir.hared.Natta consf.74.puto, num.10.*

2 à pariquè procedat † cum pęna, *Dec. in l.vinum, ff. si cert.pet.num.14. vers.secunda conclusio*, & tam à delicto, quàm à pę-

3 na excuset quælibet iusta † causa, *Crauet. consf 233.in proposito, num.4.* tamen, qui ex contractu reciproco est obligatus, quid dare, facere, præstareuè, si ab actore vicissim, quod dare, facere, præstare reo debet, non præstiterit prius, numquam dicitur ille cōstitutus in mora, adeò quod

4 is cui licet de † implemento excipere, nūquam dicitur, constitutus in mora, nisi postquam fuit illi adimpletum, *Casal.consil.407.num.16.& seq.Rub. Alex. in l. virum, ff. si cert.pet num.222.Bero.consf.144. num.2. et consf.176. num.82. vol.1.Decian. consf.103. lib.3. num.9. Anchar. consil. 352. Bursat.consf.101.num.16.Mascar. de probat. conclus.1387.nu.30.et 36. Corn.consf.245. in præsenti, num.1. Mohed.decis. 1. de pact. Veral decis.108.num.6.& 7.par.2. cap.non est in mora, de regul.iur. Roman. consf.244. pro.num.5.Mascard.de probat.conclus.1387 num.30. et seq. relati ab Intriol. cas. consc. 14.num.113.Viuius opin.802.num.8.*

5 Ampl. etiam, quod reo † conuento præstituta sit dies ad vicissim adimplendum, seu dandum actori, quod petit *Mascard. de probat.conclus.1387.num.36. et seq.plurib. Intriol cas consc.14.nu.110.Corne. consil.245.lib.4.num 6.*

6 Ampl. etiam, † quod quis interpelletur ad præstandum, & dandum, quæ dare, vel præstare debet, *Casal.consf.407. magnific.num.17.* eam afferens rationem.

7 Quia † non interpellatio, sed adimplementum præstitum reo, illum in mora constituit, *Mascard.de probat concl.1387. num.34.*

§. V.

SVMMARIVM.

Beneficium à lege concessum non impartitur, nisi volenti 1.2.

Iudex non impartitur officium suum, nisi petenti 3.Ampl.4.5.

Exceptio adimplementi obstat agenti, licèt non fuerit opposita 7. et quare 9.10. Contrarium 8.11. distingue 6.priorem opinionē, Ampl. et quare 12.13.14.Ampl.15.16.18. Limit.9.

Exce-

Exceptio, quando opponenda apud acta 17.
Roman. declaratur 20.

1 OMne prouenien à iure † benefi-
cium cum nemini concedatur, nisi
petatur, & volenti tantùm conferatur,
l.2. vers. volenti, C. *de iure emphit. Alex per
hunc textum, cons. 96. lib. 4. nu. 1. et seq. Ripa
in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de non. oper.
nunc. nu. 18. Tiraquel. in l. si vmquam, §. re-
uertatur*, C. *de reuoc. donat. num. 10. et seq.
plurib. Mantic decis. 145. num. 2. et seq.* con-
2 cludens beneficium † à lege alicui côces-
sum, nisi volenti concedi, vt post illum
pluribus probat, *Gonzal. ad regul. 8. glos. 56
num. 70. et seq. et glos. 58. num. 2 et seq. plu-
3 rib.* Nec Iudex † officium suum non pe-
tenti impertiatur, *l. 4. §. hoc autem officiũ,
ff. de damn. infert. l. si super possessione, C. de
transact. vbi Dec. num. 10. l. 1. §. Magistra-
tibus, ff. de magist. conueniend.* præsertim
4 in ijs, † quæ priuatum tangunt commo-
dum, *Gomes. ad regul. de Annal. quæst. 3.
num. 5. vers. Nec isto, Mantic decis. 1. n. 8.
circa fin. et decis. 272. num. 8. Ripa l. de pu-
pillo, § meminisse, ff de nou. oper. nunc. n. 18.*
5 addendo procedere † etiam in ijs, quæ
causæ cognitionem non requirunt, *Man-
tic. de Tacit. lib. 3. tit. 16. num. 12.* qui loqui-
tur, vbi actus est nullus fauore alicuius,
& in terminis nostris ita censent relati à
Dec. l. filia licet, C. de collat. num. 2. et seq.
& de exceptione nullitatis, *Lancel. de at-
tent par. 2. cap. 17 num. 164. Viuius opin. 802
num. 7.*

Et licèt *Rol. à Val. cons. 53. viso, lib. 1. nu-
mer 33. in fin.* indecisum reliquerit, an
parte non opponente possit, vel debeat
Iudex repellere agentem ex cõtractu re-
ciproco, vbi nouit illum pro parte sua
6 non adimpleuisse vicissim promissa, † &
And. ab exa. de pactis, num. 425. et seq. latè
distinguat:

7 Vera tamen est extensio † regulæ fir-
matæ supra, *cap. 9. num. 23.* vt exceptio
adimplementi obstet agenti, quamuis à
reo non fuerit opposita, *Bal. Fulg. et Dec.
in l filia licet, C. de collat. Rub. Alex. cons. 30
col. fin. Rimin. Iun. cons. 52. num. 12. in prin.
relati à Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos.
17 num. 3. in princ. et num. 6. Dec. d. l. filia,
8 num. 2.* vbi † reprobat dissentientes, *Ias.
l. iurisgentium, ff de pact. num. 2. in princ.
Gratian discept. 246. num. 13.* eam referens
9 rationem, † quia insurgit ex ventre eius-
dem conuentionis, qua agitur, *Crauet.
cons. 151. num. 10. Mantic. decis 1. nu. 8. Gras.
de except. cap. 13. num. 37. in fin. et nu. 44.
et 52. et seq. vbi latè.*

10 Rationem assignant † *Tuscus concl. 381.
exceptiones, num. 24. et seq. Mangil. de
euiction. quæst. 98. num 10. et seq.*

11 Contrarium † tenent relati à *Rimin. Iun.
cons. 52. nu. 12. vers. contra, vbi refert Bal.
sibi non constasse, et à Magon. decis. Lucens.
21. Laurentius, num. 20. et seq. relati à Ti-
raquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 17. num. 3.
vers. at sunt, Bursat. cons. 184. num. 53. rela-
ti à Ias. in l. iurisgentium, ff. de pact. num. 2.*
nec clarè illos concordat.

12 Ampl. † vt adeò sit fauorabilis exceptio
adimplementi, vt Iudex etiam parte non
opponente, ex officio possit de illa exci-
pere, & excludere actorem ab actione in-
tentata, *Ancar. cons. 331. col. 1. Dec. cons. 441.
col 2. Ias. cons 9. lib 1. num. 13. in fin. relati
à Rolan à Val. cons. 53. viso, lib. 1. num. 33.
Magon. decis. Florent. 66. cbe. num. 6. et de-
cis. 143. vendiderat, num 5. et decis. Lucens.
61. agegat, num. 2. Intriol. cas 14. nu. 11. Cra-
uet. cons. 151. num. 10. Mangil. de euict. q. 98.
num. 10. et seq. Rimin. Iun. cons. 52. num. 13.
Mascard. de probat. conclus. 1387. num. 13. et
13 seq.* eam † afferens rationem, quia ori-
tur ex eodem fonte, quo nascitur petitio,
*Gratian. discept. 301. num. 9. Mantic. dec. 1.
num 8. in fin. Iac. Laurent. de Iud. suspect.
cap. 15. num. 129. circa fin. Carroc. de locat.
par. 4. de euiction. num. 45. & seq.* vbi ra-
14 rationem refert, † quia simul cum actio-
ne nascitur.

15 Ampl. vt Iudex † non solùm possit, sed
etiam debeat hanc implementi exceptio-
nem ex officio obijcere actori, supplendo
quæ desunt parti, *Roman. cons. 244. pro,
num. 5. vers. breuiter, Cæsal. cons. 407. cum
certissimi, num 20. Crauet. cons. 151 Nemi-
nem, num. 10. in princ. Carol. de Gras. de
exception. cap. 13. num. 53.*

16 Amplia etiam, quod † non fuerit op-
posita apud acta, sed in allegationibus iu-
ris, *Bart. in l. cum qui ita, el 2. ff. de verb.
oblig. num. 4. et Ias. num. 12. et seq.* qui præ-
17 terea agunt, quando exceptio † sit apud
acta

acta obijcienda, *Magon. decis. Lucens. 11. num. 12. vbi alios refert*.

18 Ampl. præsertim, quando adimplementum est onus intrinsecum, siue ad naturalitatem actionis, siue ad illius exercitium, *Ias. in l. iuris gentium, ff. de pact. num. 2. circa med.* declarando dici onus intrinsecum, quando venit ex eadem causa.

19 Limit. vbi extaret † statutum quod aduersus instrumentum nulla posset opponi exceptio, vel defensio, *Paris. cons. 107. lib. 3. num. 118. circa fin.* & hoc sensu, si intel-

20 ligatur † *Rom. cons. 76. num. 6. & seq.* non impugnatur regula firmata supra cap. 10. ita colligo *ex Magon. decis. Lucens. 11. in causa, num. 21.* concludens isto casu cessare officium Iudicis.

21 Limit. vbi adimplementum stat in modo, *Gabriel. cons. 5. Statutum, lib. 1. num. 12. vsque in fin.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Modica an sint attendenda 1.

Exceptio modici adimplementi obstat agenti, & retardat processum ad vlteriora 2. Ampl. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Limit. 9. 13. 14.

Modicum impedimentum, quod dicatur 15. & 16.

1 QVamuis dici soleat, quod modica, † seu minima non curet prætor, *l. scio, ff. de rest. in integr.* ad quem textum plura cumulaui in meis Collectaneis, tot tamen, & tantæ dantur à Doctoribus eidem regulæ limitationes, vt commodè constitui posset regula, quod modica, & minima sunt consideratione digna, vt patet ex dictis, *Tiraquel. in tract. de reb. exiguis, Fornut. tract. de moment. tempor. c. 31. & dixi aliqua in Collectan. ad d. l. scio, Menoc. consil. 1. num. 368.*

2 Ideò pro limitatione regulæ † eiusdem textus dicendum, quod si agatur de contractu reciproco, etiam quod adimplementum stet in modico, seu minimo, quod retardetur actoris processus ad vlteriora, *Bald. l. fin. C. commod. Alex. & reliqui, in l. filiæ licet, C. de collat. Ias. cons. 216. col. 2. num. 1. in princ. lib. 2. Menoch. cons. 1. num. 368. & 55. num. 6. Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. nu. 164. Put. decis. 317. lib. 3. Tiraq. de reb. exiguis, num. 141. Rot. diuers. decis. 236. & 238 par. 2. Surd. cons. 101. numer. 2. & cons. 400. nu 8. & 28. & cons. 369. num. 36. Gratian. discept. 307. num. 2. Marescot. resol. 88. lib. 1. num. 4. Intriol. cas. conscient. cas. 14. num. 107. & seq. Gras. de except. cap. 13. num. 39. & 45. Gratian. discept. 301. re non. num. 15. Rol. à Val. cons. 53. lib. 1. n. 29 & cons. 69. lib. 4. num. 6. 8. Magon. decis. Lucens. 21. num. 17. Mascard. de probat. conclusio 1387. num. 25. & seq.* vbi comprobat *Mantic. de Tacit. lib. 3. titul. 17. nu. 18 Carroc. de locat. par. 4. de euiction. nu. 34 Gonz. ad regul. 8. glos. 27. num. 5 circa med. Neuizan. cons. 50. num. 9. & seq.* vbi latè agit. *Ludouis. decis. 261. num 3. Surd. cons. 101. num. 2 Gras. except. 13. num. 39. Crauet. cons. 327. quamquam, num. 22.* concludens implementum debere esse integrum, *Mancin. de iurament. par. 5. effect. 11. n. 4 5. Rugin. pract. quæst. cap. 41. num. 16. vers. propterea*, vbi etiam rationem refert.

3 Ampl. præsertim, † vbi tale implementum respicit causam finalem, *Carroc. de locat. par. 4. de euiction. num. 36. circa med.*

4 Ampl. præsertim, † si tale implementum respiciat formam, *Neuizan. cons. 50. num. 10. circa fin. vers. & maxime.*

5 Ampl. etiam, si tale † modicum impedimentum non respiceret substantiam contractus, *Carroc. de locat. par. 4. de euict. num. 36. in fin. Mantic. de Tacit. lib. 3. tit. 16 num. 18. Tiraquel. de Iud. in reb. exiguis, numer. 143. vers. 37.*

6 Ampl. præsertim, † si illud modicum sit præstandum ex conuentione facta in eodem, vel connexo capitulo, quo actor agit, secus si in separato, & diuerso, *Nat. cons. 133. quidam, num. 5. Cæsal. cons. 48. in causa, num. 42. Surd. cons. 101. num. 25. et dicam infra §. 15.*

7 Ampl. etiam, si tale † modicum lædat ius rei conuenti, arg. eorum, quæ tradit, *Tiraquel. de Iudic. in rebus exiguis, n. 146. et seq. vers. quadragesimo.*

8 Ampl. vt rescindatur emptio ob non solutum pretium in minima parte, *Gonzal. ad regul. glos. 27. num. 6. Alex. cons. 105. num. 19.*

numer. 19. & 20. *lib.* 3. & *dixi infra* §. 11. *num.* 36.

9 Ampl. etiam, † si agêretur de pęna, vel mora committenda, *Decian. conf.* 102. *lib.* 3. vbi loquitur in casu, quo omnes ob-
10 fides erant dati, & *num.* 17. Limitat, † si ad implendum non erat præfixus terminus.

11 Ampl. præsertim, † si tale adimplemẽtum est conditionale, *Alex. conf.* 105. *magnific. lib.* 3. *num.* 20.

12 Ampl. præsertim † in contractu emptionis, *Gratian. discept.* 307. *num.* 9. & *seq.* loquens de emptore cum pacto de retrouẽdendo, cui durante termino soluta fuit pars pretii debiti ex retrouenditione, vt non sit obligatus retrouẽdere, si lapso toto termino, venditor vellit residuum soluere.

12 Ampl. præsertim, † vbi numquam habuit titulum possidendi, nam compensat, & restituit perceptos, & percipiendos, & extantes, & consumptos fructus, *Papien. in libel. in act. real.* §. *simul cum fructibus, n.* 4. *vers. aut habuit, subdens, vers. aut habuit minus*, idem dici si habuit, sed minus solemnem.

13 Ampl. etiam, † quod maior pars eorũ, quæ erant adimplenda, fuerit ipsi excipiẽti præstita, *Mascard. de probat. concl.* 1387. *num.* 27. & *seq.* & *loquitur de transactione*, *Intrlol. cas. conscientiæ* 14. *numer.* 107. & *seq.*

14 Limit. vbi defectus † implementi non læderet in substantia ius excipientis, quod illi est concessum de iure communi, secus si ex alio capite, *Cardin. Mantic. de Tacit. lib.* 3. *titul.* 16. *num.* 23. *circa med. quem sequuntur addentes, & exornantes decis. Ludouis.* 261. *num.* 6. *in fin.* non tamen relata hac declaratione, quæ singularis, & notanda ad regulam nostram.

15 Limit. in modico † impedimento conductori præstito, ne vtatur re conducta, etiam si id acciderit facto locatoris, nam nec obligatur ad mercedis remissionem, *Bero. conf.* 140. *in casu, lib.* 1. *num.* 7. & *n.* 8.

16 declarat, † quod dicatur isto casu modicum impedimentum, vel tempus.

17 Modicum autem, † quod isto casu dicatur declarant, *l. habitatores, ff. locat. Bero. conf.* 140. *lib.* 1. *num.* 8.

§. VII.

SVMMARIVM.

Adimplementum debet esse verum, & reale, nec sufficit oblatio, quoad cesset exceptio nõ adimplementi 6. *Ampl.* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

Adimplementum non præsumitur 19. *Amplia ibidem*, & 21.

Verba non sufficiunt, vbi facto est opus 1.

Emphiteota, quando excusetur à caducitate per oblationem Canonis 2. 10.

Verba inducunt circumuentionem potius, quã rei veritatem 3.

Fictio induci non potest ab homine 4. & *quare* 5.

Soluere qui promittit, non satisfacit promissioni offerendo, vel deponendo 7. *Ampl.* 8. 9. *Limit.* 11.

Deponere non est soluere 9. *Limit.* 11.

1 QVia vbi facto † est opus verba non sufficiunt, *Glos. in cap. pastoralis, de offic. ordin. Natt.* loquens de emphiteota offerente canonem, *conf.* 3. *num.* 4. concludens, si fuerit realis, & ve-
2 ra oblatio excusare † emphiteotã, quamuis illum non consignet, vel deponat; &
3 verba, † inducant potius circumuentionem, quam rei veritatem, nisi proferantur ab eo, qui realiter de actu disponere potest, *Bald. in proem. feud. num.* 43. *circa*
4 *fin.* nec fictio † induci potest ab homine, *l. si forte, ff. de cast. pecul. Rip. in rub. ff. de verb. oblig. num.* 9. *Crau. conf.* 134. *num.* 32. *Alciat. regul.* 1. *præsumpt.* 1. *num.* 2. eam re-
5 ferens rationem, quia † effectus iuris est in potestate legis, non autem hominis:

Ideò cum supra hoc *cap. nono, num.* 30.
6 dixerim implementum † debere esse verum, & reale, hinc ad plura infertur, pri-
7 mò, vt qui promissit † soluere, non sat est, vt offerat, vel deponat, *Ias. conf.* 216. *vol.* 2.
8 *num.* 2. addendo præsertim, † si promissio de soluendo sit iurata, quia iuramentum obligat præcise ad factum, & deponere
8 † vel offerre non sit soluere nisi accedat contumacia eius, cui fit oblatio, & solu-

tio dicitur facta, vbi illa fit in numerata pecunia, *vt idem Iaſ. ſubdit, num.* 3. *& ſeq. concordat, Natt. conſ.* 3. *num.* 4. vbi docet
10 cautelam, vt euitetur realis † oblatio Canonum ad effugiendam caducitatem, *& conſ.* 131. *num.* 6. *& dixi ſupra cap.* 2. *§.* 3. *& ſeq. Maſcard de probat. concluſ.* 1387. *n.* 52. *& ſeq. & num.* 56. addendo non ſufficere
11 depoſitum, vbi eſt ſoluendum, † ſi fuit factum abſque auctoritate Iudicis.
12 Ampl. præſertim, † ſi is cui fit oblatio, excipiat, quod ſit paratus recipere, *Bart. in l. creditor, ff. de diſt. pign. in fin. Alex. l. ſi mora; ff. ſol. mat.* nam tunc verba verbis compenſantur, & pro verbis verba reportantur, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1387. *num.* 54. *in fin.*
13 Ampl. etiam, † ſi pecunia offeratur in marſupio, vel non numeretur coram teſtibus, & deinde repoſita in marſupio, *Bart. l. cum ſeruus, ff. de cond. & dement. ſequuntur Alex. in l. ſi mora, ff. ſol. mat. col.* 3. *& alij relati à Rolan à Val. conſ.* 53. *viſo, lib.* 1. *nu-*
14 *mer.* 36. *& ſeq.* † addendo procedere, etiã quod creditor præſens oblationi non cõtradixerit, ſed tacuerit, *& dixi ſupra cap.* 2. *§.* 3. *& ſeq. Maſcard. de probat. concl.* 1387.
15 *nu.* 52. *et* 56. addendo † procedere etiam ſi deinde fiat depoſitum ſine prætoris auctoritate.
16 Ampl. præſertim † ad effectum actionis acquirendæ, *Alex conſ.* 21. *viſo, lib.* 1. *nu.* 7. exemplum referens eius, qui eſt obligatus ſatiſdare, & dicat ſe paratum dare fideiuſſorem, ſequitur *Maſcard. de prob. concluſ.* 1387. *num.* 54. addendo idem dici, ſi quis offerat, vt pœnam euitet, vel moram purget.

Contrarium tenent *Milanenſ deciſ.* 4. *lib.* 2. *num.* 102. *relatis Bald. in l. accceptam, C. de vſur. et Lup de vſur. cõment.* 2. *l.* 2. *C. de pact. int. empt. §.* 4. *n.* 107. *diſſentientibus.*
17 Ampl. præſertim, † ſi talis oblatio non ſit facta de tota ſumma debita, ſeu integra *Surd. conſ.* 101. *num.* 5. *et conferunt dicta ſupra §. proximo, et præcedenti, et dicam §. ſeq. illatione.*
18 Ampl. vt nec ſufficiat † confeſſio eius, qui fatetur recepiſſe adimplementum nomine eius, cui erat adimplendum, *Lupus in l.* 2. *C. de pact. int. empt. Com.* 2. *§.* 4. *n.* 108. *et ſeq.* & comprobatur ex his, quæ dixi in *meis Collect. ad §. vendita, verſ. ſed ſi is, inſt. de rer diuiſ.* de ijs qui non poſſunt ſequi fidem emptoris circa pretium rei venditæ, vt dicam *cap. ſeq. §.* 1. *et comprobatur ex dictis eodem cap. §. ſeq.*
19 Ampl. vt adimplementum † non præſumatur etiam concurrente actu contrario in eo, qui debet adimplere, niſi concurrat immemorabilis, *arg. dictorum Tuſc. concluſ.* 354. *pignus, num.* 38.
20 Ampl. vt non † ſufficiat cautio de adimplendo, quia opus eſt vero, & reali implemento, *Tuſc. concluſ.* 50. *implere, num.* 24.
21 Ampl. vt non ſufficiat † præſumptio adimplementi, ſeu tacitum adimplementum, *arg. dictorum Bal. l. ſi vxorem, C. de reſcind. inſ. rt. nu.* 3. *Iaſ. l. licet, C. de procur. num.* 10. *verſ. nemo, Bal. l.* 1. *l.* 2. *§. voluntate, ff ſol. mat. vbi Rip. numer.* 3. *Guid. Papa deciſ.* 40.

---

§. VIII.

SVMMARIVM.

Factum alienum qui promiſit, ſi agat, repellitur exceptione non adimplementi 2. *Ampl.* 3. 5. 8 9. 10. 11. 12. *Limit.* 13. 15.

Maritus promittens vxorem renuntiaturam bonis maternis, ſi petat dotem, repellitur exceptione non adimplementi, ſi non docet vxorem renuntiaſſe 4. *Ampl. ibid.*

Princeps in contractu promittens ſuum ſubditum ratificaturum, repellitur agendo ex cõtractu, niſi doceat de ratificatione 6.

Dominus promittens factum ſui ſerui, repellitur, ſi agat ex reciproco contractu, niſi doceat ſeruum feciſſe 7.

Factum alienum promittens ſub pœna, vel intereſſe, quando excuſetur 14. 15.

1 FActi alieni promiſſionem † non eſſe promittentis obligatoriam, etiam in modico, notiſsimi iuris eſt, *l ſtipulatio iſta, verſ. nemo autem, ff. de verb. obligat. §. verſa vice, inſtit. de inutil. ſtipul. Mantic. de Tacit. lib.* 14. *titul.* 33. *num.* 1. *et ſeq.* latè refert rationem, ſicuti *et Ruin. conſil.* 67. *lib.* 4. *num.* 5. *et* 6. *Gabriel. de pactis, concl.* 2. Si quis tamen agat ex contractu, in quo factum

ctũ alienũ promissit, excluditur ab agẽdo,
nisi probat fuisse facta, quæ promissit aliũ
facturum, *Dec. in l. cum proponas 2. C. de
pact. num. 4. sequuntur Rol. à Val. cons. 69.
lib. 4. num. 6. Rota in Romana pallatij coram
Vbaldo relata per Marches. de commis. par. 1
fol. 746. num. 5. Marescot. resolut. 88. lib. 1.
num. 14. et 15. Gomes. var. resol. tom. 2. c. 10.
num. 23. Barzia* loquens de conductore,
qui sublocauit, & malè est versatus in re
subconducta, *decis. 17. numer. 11. et seq.
pluribus.*

3 Ampl. vt non audiatur † etiam quod
actor adhibuerit omnem diligentiam, vt
cuius factum est promissum, adimpleat, si
concurrat verisimilitudo, vel coniectura
aliqua, qud vicissim contrahens non se
obligasset, nisi sibi esset adimpletum, vt
in exemplo dotis promissæ mox dicam,
*arg. l. cum te, C. de pact. inter empt. vbi Sal.
Socin. cons. 26. lib. 3. Alciat. in §. Cato, n. 135.*
quos refert, & sequitur *Couar. in c. quam-
uis de pact. par. 2. §. 5. numer. 7. vers. vndeci-
mo*, Rota *coram Caualerio decis. 64. num. 2.*
vbi firmat maritum, qui promisserat vxo-
4 rem † renuntiaturam bonis paternis, non
posse agere ad dotem, quamuis curasset
omni diligentia, vt illa renuntiaret, nisi
soluat reo interesse, qnod ob non præsti-
tum adimplementum, pati posset, *Gabr.
de pact. conclus. 2. num. 15. Aldobrandin. con-
sil. 44. num. 9. & seq. lib. 1. Mantic. de Tacit.
lib. 14. titul. 33. num. 3. in fin. Vinc. de Franc.
decis. 624. num. 14. & seq.* qui loquitur de
promissione dotis cum obligatione, quod
mulier renuntiabit.

5 Ampl. præsertim, † si quis promissit fa-
ctum eius, quem potest cogere ad facien-
dum, vel prohibere ne faciat, *l. fluminũ,
§. quamquam, ff. de damn. infect.* per quem
textum ita firmat, *Alex. in l. stipulatio ista
38. ff. de verb. oblig. num. 6. in fin. & num. 10.
& seq. Ruin. cons. 67. casus, lib. 4. nu. 5.* pro-
pterea si Princeps promitteret factum sui
6 subditi † nõ posset agere ex reciproco cõ-
tractu, nisi doceret suum subditum fecis-
se, vt subdit idem *Ruin. ibid. iuxta opinio-
nem vtriusque Imol.* an autem idem dicẽ-
7 dum de † Abbate promittente factum sui
Monaci, cogitabis, de seruo autem non est
dubium, *Gomes. var. resolut. tom. 2. cap. 19.
num. 23.* vbi loquitur de promittente fa-
ctum sui filij, vel serui.

8 Ampl. † vbi præcessisset contractus, de
cuius natura est, vt quis teneatur ex facto
alterius, *l. emptorem, §. qui autem, ff. de act.
empt. l. inter stipulantẽ, in princ. ff. de verb.
oblig. Alex. in l. stipulatio ista 38. ff. de verb.
oblig. num. 3. vers. tertio.*

9 Ampl. etiam, † vbi quis promissit factũ
alienum, non vt personæ alienæ, sed vt
casum rei in contractum deductæ, *l. si ita
quis, ff. de euiction. Alex. in l. stipulatio 38.
ff. de verb. oblig. num. 3. in fin.*

10 Ampl. vbi alienum † factum tendit ad
conseruationem eius, quod ipse promit-
tens est obligatus præstare, *l. qui autem,
ff. de constit. pecun. vbi Bart. notat Alex. in
l. stipulatio 38. ff. de verb. oblig.*

11 Ampl. vbi factum † alienum respicit
obseruantiam eius, quod quis est obliga-
tus præstare, quia est promissio facti pro-
prij, effectu, *Mantic. de Tacit. lib. 14. tit. 33.
num. 7.*

12 Ampl. vbi factum alienum † promitti-
tur, non provt est in fieri, sed provt est fa-
ctum, veluti tradere librum scriptũ ab N.
*l. continuus, §. si ab eo, ff. de verb. oblig. Bar. in
l. nemo est, qui nesciat, ff. de duob. reis, nu. 2.
& 6. Mantic. de Tacit. lib. 14. titul. 33.
num. 6.*

13 Limit. vbi cum † promissione facti alie-
ni, promittens, se obligauit ad omnia dã-
na, & interesse, nam facta diligentia pos-
sibili, agere potest præstando interesse,
Afflict. decis. 295. num. 3. Ruin. *cons. 967. in
fin. lib. 4.* & illos sequendo censuit, *Rota in
Rom. palatij coram Bubalo, relata à Mar-
ches. de commis. appel. in caus. Cam. obligat.
fol. 746. num. 1. & 3.* vbi aderat clausula
ita quod faciendo omnem diligentiam, &
promittendo factum alienum se excusare
non posset.

Vincentius tamen *de Franc. decis. 224.
Ex. num. 1.* affirmat aliud regium consiliũ
censuisse, verum si considerentur dicta
Afflict. non potest redargui de mendacio,
vel contrarietate, quia in discursu eiusdẽ
decis. testatur aliquos consiliarios contra-
rium censuisse, sed relata causa Regi, man-
dasse ne molestaretur, qui alienum factũ
promisserat.

Quando autem promittens factum alie-
14 num † sub pœna, vel interesse, excusetur

 à pœ-

à pęna, vel interèsse, si adhibuit diligentiam, vt fieret, *latè examinant Gabriel.de Pactis concluſ.2. ſi aliquis, num. 1. vſque in fin.Ruin conſ.67.lib.4.Vincent.de Franc. deciſ.624.Vrſil.ad Afflict.deciſ.295. Capic. deciſ.93.numer.6.& ſeq. addentes ad Ludouiſ.deciſ.241.num.8.Purpurat.conſ.561.n.2. Ripa l.quod te.ff.ſi cert.pet. num.44.& ſeq. Couar.cap.quamuis.de pact.par 2.§.5.nu.1.& ſeq.* vbi agit, si præterea promissio fuit iurata, *Mantic.de Tacit.lib.14.tit.33.*

15 Limit. vbi promittens factum † alienũ, si illud nõ fuerit præstitum, se obligauit ad damna & interesse, nam salutis damnis, & interesse agere potest, *Dec.conſ.2.numer.8. Pariſ.conſ.110.numer.24.& ſeb.lib.1. Purpur.conſ.561.num.2.Ripa in l.quod te, ff. ſi cert.peta, num.46.in fin.Mareſcot.reſol.88. lib.1.num.17.* & ratio est, quia non solùm dispositione iuris, sed etiam ex forma contractus, solutio, interesse succedit in iure facti alieni nõ præstiti, & interesse reputatur idem cum ipso facto, *l.ſi quis ab alio, ff.de re iud.Dec.conſil.2.nu.7.in fin.& n.8.*

---

§. IX.

SVMMARIVM!

Adimplementi exceptio obstat agenti ex contractu reciproco, in quo actor quid facere promiſſit 1.Ampl. 2.5.7.8.9.15.16.17.18.19. 20.21.22.23.24.25.26.Limita 27.

Factum proprium præstare obligatus, quando illi obstet exceptio adimplementi 3. non excuſatur, ſi vellit ſoluere intereſſe 12. Limita 13.

L.ſi quit ab alio, §.final.ff.de re iudicata, Limitatur 4.

Rota Rotauit.6.

Venditor eſt obligatus tradere rem venditam 10.Ampl.ibid.& 11.

Retrouendere qui promiſſit, an excuſetur, volens ſoluere intereſſe 14.

Maritus, qui promiſſit vxori habitare Romæ, ſi inde recedat, an poſſit petere dotem 28.

Vaſſallum, qui promiſſit inueſtire, an domino obſtet exceptio adimplementi 29.

Promittens facere ſub pœna, an obſtet exceptio adimplementi 30.

Factum proprium promittēti cum obligatione camerali, an obſtet exceptio implementi 2.

POst ea, quæ dixi de facto alieno, agendum est de facto proprio, quod quis
præstare promisit in contractu reciproco, & dicendum nisi probetur ab actore
1 præstitum † repelli actorē in sua petitione, *Socin.conſ.90.lib.4.num.9.& conſ.17.
lib.3.num.13.Rolan.à Val.conſ.6.lib.1.n.6.
Mantic.de Tacit.lib.14.titul.32.numer.26.*
concludentes excipiendo posse cogi præcisè ad factum promissum præstandum,
Soccin.conſ.17.lib.3.num 13.Frant.Ecc.conſil.45.num.38.
2 Ampl. præsertim; † vbi actor iurauit factum præstare, *Gloſ.l ſi pecuniam, verb.
neceſſe habeas, ff.de cond.cauſ.dat.Mathesil.
ſing.54. Nota quod, & ibi addentes, Ant.
Trigon.ſingul.18.ſi aliquis, nu.2.& ſeq. Iaſ.
in l.ſi conuenerit, ff.de iuriſd.omn.Iud nu.3.
et in l.ſtipulationes non diuiduntur, ff. de
verb.oblig.num.33.Rol.à Val.conſil.6.quoniam.
lib.1.num.32 et conſ.68.nu.33.lib.4.
Enriquez.conſ.16.Ioannes, num.12.* cum
alijs infinitis congestis *à Gabriel.de iuram.
concl.8.Seraſin.de iuram.priuil.74.nu.166.
et ſeq.Mancin.eod.tract.par.4.effect.12.* qui
præterea addunt rationem, quia iuramētum obligat iurantem præcisè ad præstādum factum iuratum, & extensionem
3 istam ampliant, † & limitant, *Mantic.de
Tacit.lib.14.tit.32.num.4.et ſeq.* vbi refert
rationem quare, ratione iuramenti recedatur
4 à regula, *l.ſi quis ab alio*, † *§.fin.ff.de
re iud.Gomeſ.var.reſol.tom.2.cap.10.n.22.
verſ.quartus caſus*, vbi pluribus probat,
*Iaſ.§.actionum, inſtit.de action. num.47.in
fin.Pet Prat. reg.438. Lim.1.relatus, lib.9.
regul.iur. §.intereſſe ſoluendo, Mantic. de
Tacit.lib.14.tit.32.nu.4.et ſeq.* vbi respondet obiectis.
5 Ampl. etiam, si actor † sit hæres iurantis, & de hærede non sit facta mentio in
promissione, *l.2.vbi gloſ.verb.hæredes*, C.
*de pact.int.empt. et vend. Tiraquel. de retract.conuention.§.1.gloſ.6.num.1.Seraſin.
in terminis* vbi quis promisserat alteri nõ
vendere nisi N. *deciſ.805. num.1 circa fin.
lat? Mantic.de Tacit.lib.14.tit.33.num.8.
et ſeq.* vbi refert dissentientes, & in hoc
arti-

articulo, vt loquitur *Crescent. decis.8. de ap-*
6 *pellat. num.1.* Rota † *rotauit vt dixi supra hoc capit. §.1.*

7 Ampl. præsertim, † vbi promissor habet facultatem, factum præstandi, *Serafin. decis.805. num.7.*

8 Ampl. præsertim † stante statuto, vt in Vrbe, *lib.1. cap.164.* vt promittens factum, si illud præstare possit cogatur Iudicis imperio factum præstare, *Serafin. decis.805. num.7.*

9 Ampl. præsertim,† vbi factum consistit in dando, vel tradendo, nam si promissor habet facultatem dandi, vel rei tradendæ, debet præcisè dare, vel tradere, *l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. oblig. Bart. l. stipulationes non diuiduntur, ff. eod. num. 14. vbi Ias. nu.35.* ampliat, & limitat, si quis est obligatus tradere, *et in prælud. feud. numer.37. Iser.* loquens de promittente tradere feudum, *in cap.1. qui success. teneant, num.2. in fin. Menoc.* loquẽs de eo, qui promissit donare, *cons.92. nu.61. et seq. Bursat.* loquens de eo, qui promissit vendere, *cons.100. numer.36. et seq. Tiraquel. de retract. lignag. §.1. glos.2. num.56 in fin. Serafin. decis.805. num.8. et seq.* qui loquitur de eo, qui promisserat non vendere, nisi N. etiam si alteri vendiderit, sed non tradidit, vel alias venditio sit integra, vt cogatur vẽdere N. nec liberetur, si vellit soluere interesse, quod sufficeret si res nõ esset integra, vt idẽ dixerat, *ibid. num.2.* & generaliter de quo-
10 cumque venditore, † vt obligetur ad traditionem rei venditæ, nec excusetur soluendo interesse, *Mantic. de Tacit. lib.14. tit.32. num.24. et seq. Bald. in l. Aemilius, in repet.39. ff. de minorib. nu.54. et seq.* vbi re-
11 fert omnes casus, † quibus quis est obligatus præcisè tradere, *Gomes. var. resolut. tom.2. cap.10. num.22. vers. septimus casus,* qui loquitur de venditore, qui permissit tradere, vbi refert casus, in quibus quis co-
12 gitur factum præstare, † nec excusetur soluendo interesse, *Vasq. illust. controuers. cap.25. num.36. Bero. cons.15. lib.3. num.63.*
13 vbi limitat, si agatur ex contractu † innominato, quia sufficit soluere interesse, *Mantic. de Tacit. lib.14. tit.32. num.24. et seq. Ias. in prælud. feud. num.37.* qui loquitur, vbi quis dare promissit.

14 Quid autem de eo, qui se obligauit † retrouendere, *Crauet. cons.12. numer.1. Socin. cons.253. lib.2. num.6. et seq. Pinel in rubr. C. de rescind. vend. par.2. cap 2. num.25. & in l.2. par.2. cap.3. n.22. C. eod. Franc. Zoan. ibid. num.81. & de empt. et vend. num 71.73. 75.78. Corn. cons.256. repetito, lib.4. num.1. et seq.* latè agit, si talis obligatio sit iurata, *Gabriel. cons.66. quæst. lib.1. num.20. Surdus cons.52. num 78. Mathia Berlic. practic. conclus. par.2. conclus.2. num.36. et seq. Domin. Aruma, decis.13. lib.1. num 8. et seq. et 42. et seq. Facbin. illust controuers. lib.2. c.8. Bero. cons.15 lib.3. num.59. 62. et seq. 67. et seq. Crau. cons.12. num.1. Surd. cons.52. num.78. Socin. cons.253. lib.2. num.6. et seq. addentes. ad Alex. cons.10. lib.1. numer.1. vers. pro hac opinione.*

15 Ampl. præsertim, † vbi obligatio facti procedit ex testamento, *l. fideicommissa, §. si quis opus, ff. de legat.3 Bart. l. vxorem, §. agri plagam, ff de legat.3. numer.1. in fin. Euerard. in Topic. cap. à lege ad testam. n.3. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. num. 32. vers. secundo, Gomes. var. resol. tom.2. cap.10. nu.22. vers. tertius, Ias. §. actionum, instit. de action. nu.49. Ias. l. stipulationes non diuidũtur 6. de verb. obligat. num.32. vers. secundo. Bero. cons.15. lib.3 num.57. et num.64. et seq. limitat. Mantic. de Tacit. lib.14. tit.32 num.15.*

16 Ampl. etiam, † vbi agitur de facto promisso Reipublicæ, vel Vniuersitati, *l. fideicommissa, §. fin. ff. de legat.3. Roman. singul.635. in fin.* vbi per eum textum idem dicit, si promittatur factum suum piæ causæ, *Mantua. singul. 88. num.4. Petr. Prat. regul.438. relatus, lib.9. reg. iur. interesse soluendo*, examplum referens, si de pub. vtilitate agatur, *Ias. l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. oblig. numer.32. in fin. Bero. cons.15. lib.3. num.66.*

17 Ampl. præsertim, † si factum promissum facile præstari potest, *Io. And. ad Spec. de reb. eccles. non alien. §.1. vers. non fuerunt, Ias. l. stipulationes nõ diuiduntur, ff. de verb. oblig. nu.33. vers. quarto*, vbi refert dissentientes, quos non probat.

18 Ampl. idem dicendum, † si quis sit obligatus ad factum ex legis dispositione, *Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat. num.12.* vbi pluribus probat, *Euerard. in suis locis legal. cap. à lege ad testam.*

llam.decis.3.Gomes.var.resol.tom.2.cap.10. num.22.vers.secundus casus, Vasq. illustr. controuers.cap.25.num.34 Bald.l.nec patronis,ff.de oper.libert.Ias.l.stipulationes non diuiduntur,ff.de verb.obligat. num.32. in princ. vbi ratione refert, & pluribus exornat, *Mantic.de Tacit.lib.14.tit.32.num.12.* vbi ampl.etiā quod quis sit obligatus præter illius propositum.

19 Ampl. præsertim † fauore dotis, *l.final. C.ad Velleian.Bald. Nouel. tract. de dote, par.7.priuileg.4.Franc.à Pont.cons.10.n.24. Pet.Prat.regul 438.relatus lib. 9. regul. iur. §. interesse soluendo,* vbi idem ait dici de quocumque opere pio, vel Republica vtile, faciendo, *Mantic.de Tacit.lib.14 titul.32.num.20.Roman.singul.635.in fine, Bald.Nouel.de dote, par.7. priuil.4. Franc. à Pont. consilt.10.num 24.*

20 Ampl. præsertim † si factum sit præstādum in iudicio, vel iudicij occasione, ab eo qui sit condemnatus à Iudice, *l.sed & hæc, §.præter,ff.de procur.l.certum, ff. de confess. Gomes.var.resol.tom. 2.cap.10.nu.22. vers. primus est, Mantua.singul.88.numer.3. & sing.90.*dixi, *Ias.§.actionum, instit.de act. num.48.Bal.l.qui restituere, ff. de rei vendicat.Mantic.de Tacit.lib.14.tit.32.nu.13. Ias.l.si insulam,ff.de verb.obligat.num.35. vers.quid tenendum, Asin. de exequut. §.6. cap.32.num.27.Corn.cons.256.lib.4.n.5.*

21 Ampl. præsertim, † si factum promissum non versatur in commodo pecuniario, sed in facto, quod æque per alium præstari non potest, vel non confidit quis posse præstari, vt puta publicè, vel priuatim adolescentes docere, *Gomes. var. resol.tom.2.cap.10.vers.sextus.*

22 Ampl. præsertim, † vbi de puro puto facto præstando agitur, *l.stipulationes non diuiduntur,ff.de verb.obligat Petr.Prat.regul.438.relat.libr.9. regul.iur. §.interesse soluendo,* exempla referens, si quis promittat fossam facere, rem tradere, dare, rem restitui, & similia:

23 Ampl. præsertim, † vbi stipulanti interest etiam secundario, præstari factū promissum, *Petr.Prat.d.reg. 438.* exemplum referens, si quis promittat manumittere filium, *Mantic. de Tacit. lib.14. titul. 32. num.19.*

24 Ampl. præsertim, † vbi ad faciendum est electa industria personæ, *Ias. l.stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat. numer.32. in fin.* vbi refert dissentientes, *Mantic.de Tacit.lib.14.tit.32.num.22.*

25 Ampl. præsertim † de iure Canonico, & si agatur inter Ecclesiasticos, vel foro ecclesiastico, *Ias.l.stipulationes non diuiduntur, ff.de verb.oblig.num.33. vers.quatuor, Mantic. de Tacit. lib. 14. titul. 32. num.1.*

26 Ampl. præsertim, † quando factum potest momento, & facilè explicari, Bero. loquens de eo, qui promisit retrouendedere, vel aliter contrahere, & distrahere, *cons.15.lib.3.num.59. & nu.67. contrarium tenet, Mantic.de Tacit.lib.14.tit.32.n.23. vbi refert dissentientes, Surdus consil. 201. num.15.*

27 Limit. vbi factum † præstare est impossibile, vt dixi supra §.1.*Limit.2.*

28 Quid autem dicendum de marito, cui promissa est dos, & ille vicissim promisit habitare assiduò in Vrbe, & inde recessit, habitando in Villa, an excludatur à petitione dotis, *Gomes.var.resolat.tom.2.c.10. num.24.*

29 Quid dicendum † de Domino, qui promisit inuestire vassallum, *Ias. in l. præm. feud.opus est, nu.37. Math.Berlic.concl.54. nu.54 & seq.lib.4.Isern.in cap.1. qui sucus tenet, num.2. in fin.*

30 Quid si quis † promisit facere sub pœna, *Marsil.singul.341. ille qui.*

31 Quid si quis promisit † factum propriū, & de illo præstando se obligauit in forma Cameræ, *Corn. consil.256.lib.4. numer.5. & 10.*

§. X.

SVMMARIVM.

Adimplementi exceptio obstat locatori, vbi agit ad pensionem 1. Amplia 2. 3. 5. 6. Limita 8. 9.

Princeps ligatur contractu, sicuti quilibet suus subditus 2.

Conductori obstat exceptio adimplementi 4.

Locator quid probare debeat agendo ad pensionem 6.

Con-

Conductori impedito frui re conducta facto extranei, an sit satis illi solui interesse 7.

QVæ hic dicam de adimplemento præstando à locatore, dicent aliqui comprehendi sub extensione decima, quã dedi regulæ constitutæ supra *hoc cap. n.* 34. verum quia aliqua latius referam, dicas,
1 si conductor † conueniatur ad pensionis solutionem, vel alia promissa, vel præstãda ex natura locationis, quod excipiendo de adimplemento præstando, vel nõ præstito à locatore, repellatur ille ab agendo, donec adimpleuerit, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. Menoc. conf.* 55. *num.* 1. *& seq. Corn. conf.* 106. *num.* 5. *lib.* 1. *& conf.* 208. *lib.* 2. *num.* 33. *Cæsal. conf.* 407. *num.* 18. *Soc. Iun. conf.* 77. *num* 142. *lib.* 1. *Gozad. consil.* 9. *num.* 26. *Aret. conf.* 14. *num.* 18. *Bero. conf.* 15. *num.* 14. *lib.* 1. *Franc. Bec. conf.* 45. *n.* 6. *Bursat. conf.* 101. *num.* 14. *in fin. Rol. à Val. conf.* 69. *lib.* 4. *num.* 1. *& seq. num.* 9. *Carroc. de locat. par.* 4. *S. de euictione, num.* 29.

2 Ampl. etiam, si locatio facta † sitã Principe, *Rolan. à Val. conf.* 68. *pro. nu.* 15. *& seq. lib.* 4. vbi latè probat quoad obseruantiam contractus, non fieri differentiam inter Principem, & subditum, & idem repetit *Decian. conf.* 11. *lib.* 3. *num.* 2.

3 Ampl. præsertim, † si à conductore excipiatur rem locatam non fuisse traditam, si locatio sit facta extra rem locatã, vel illius conspectum, nam donec locator probauerit tradidisse, & præstasse patientiam vtendi successiuè, non potest agere ad pensionem, *l. ex conducto, ff. locat. vbi Bart. in l. si quis domũ ff. eod. sequitur Natt. conf.* 360. *num.* 1. *& seq.* † ampliando etiam si instrumento dictum fuerit, quod prædium quatenus opus sit locator conductori tradidit, quia ista verba important tantùm datam fuisse licentiam intrandi rem conductam, non autem, quod illa sit tradita, *Magon. decis. Lucens.* 11. *num.* 4. *in princ. & num.* 5. vbi refert omnia dicta, *Nat. & numer.* 7. *& seq.* & rationes huius extensionis, *Osasc. decis.* 51. *num.* 10. eam afferens rationem, quia idem dicitur in venditione, cui assimilatur locatio, *& dicti cap. seq. §.* 2.

4 Ampl. idem è contra † conductorem agentem contra locatorem, si ipse non adimpleuit, quæ promisit, vel debet, *Bursat. conf.* 101. *num.* 14.

5 Ampl. vt non sit † satis soluere interesse, quod ex non seruata locatione est debitum, *Enriquez conf.* 16. *numer.* 9. *& seq. vers. per quæ verba, & num.* 12. addit præsertim procedere, si interuenit in instrumento locationis stipulatio, vel iuramentum, *& num* 15. *vers. item.*

6 Ampl. præsertim, si tale † adimplemẽtum versetur circa facultatem vtendi re conducta, & percipiendi illius fructus, patiente ipso locatore, *Bart. l. si quis domum, ff. locat. Osasc. decis.* 51. *Georgius, nu.* 12. concludens locatorem agentem ad pensionẽ, debere ponere in Libello, quod præstitit patientiam, vt conductor vteretur re locata, & probari vnico actu vsum rei locatæ sine interruptione subsequuta, vt idem subdit *nu.* 14. *& seq.* an autem locator debeat probare præstitisse talem patientiam; dicam infra §. 2. vbi agam quis debeat probare adimplementum, *Rol. à Val. conf.* 68. *lib.* 4. *num* 22.

7 Quid autem dicendum, † vbi conductor impeditur facto extranei, vel tertij, vel hæredis, vbi de suo tantùm locator voluit obligari videndus, *Alex. in l. stipulatio* 38. *ff. de verb. obligat. num.* 10. *& seq. Barzia decis.* 17. *nu.* 30. *Franc. Bec. conf.* 45. *num* 20. *& seq.*

8 Limit. vbi conductor rem † conductam vendidit, *Magon. decis. Lucens.* 11. *numer.* 6. *Carroc. de locat. cap. de euictione. num.* 84. *relato ab vtroque Plot. de in litem iurand. §.* 4. *nu.* 57. *seu iuxta Nouariens. impressionem, nu.* 174. *relato Papiens. in Libel. ad facti præstationem, §. recusauit, num.* 3. *vers. quaritur, Cornezan. decis.* 60. *num.* 2. *Plot. de in litem iurand. num* 174. *in princ.*

9 Limit. vbi adesset Statutum, † quo disponatur præsumi rem fuisse traditam à die locationis, *vt Lucæ, teste, Magon. decis. Lucens.* 11. *num.* 14. *& seq.* 21. *& seq.*

§. XI

SVMMARIVM.

Contractus nominatus non rescinditur ex non adim-

adimplemento 1. & quare 2. Contrarium 2. Amplia primam opin. 3.4.6.7.8.9.10.11.12. 13.14.16.17.20. Limit. 21.23.24.25.28.29. 30.31.33.34.35.36.37.38.41. Sublimita 42 Sublimita 43.

Venditio an rescindatur, si fuit vendita res tamquam libera, & deinde detegitur non esse talem 19.

Causa quando dicatur finalis contractus 22. 44. ea deficiente rescinditur contractus, etiã facto Principis.

Locatio rescinditur, si facto, & culpa locatoris conductor nõ potest frui re conducta 25. Amplia ibid.

Conductor qua cautella liberetur à solutione pensionis 26. Et quando à conductione 27.

Exceptione rescinditur omnis contractus nominatus 30.

Pacti resolutiui, contractus concepti verbis directis, vel conditionalibus, quæ sit vis 32.

Venditio rescinditur non soluta minima parte pretij 36. Contrarium 37.

Locatio rescinditur ob non adimplementum promissorum 37. Contrarium 38.

Decis. Pirouani, & Ludouis. contrariæ concordantur 38.39.

Conductio an rescindatur, si conductor non potest frui re conducta facto tertij, vel hæredis locatoris 40.

DIfficultas est & non leuis, an minimè ab actore præstito, quod præstare debebat, rescindatur contractus, vel concedatur tantùm actio, ad petendum sibi adimpleri promissa, & quia adimplementum est debitum, vel ex cõtractu nominato, vel innominato, dicam de nominatis prius, & deinde de innominatis, & licèt supra in regula cõstituta hoc *cap.* 9. *num.* 25. generaliter dixerim exceptione adimplementi repelli actorem, siue agat ex contractu nominato, siue innominato, agendo prius quid dicendum de contractibus nominatis, quia plures numero sũt, quam innominati, & istis frequentiores,
1 constituam generalem regulam, † quod in illis non sit locus resolutioni, sub prætextu non adimplementi, sed agendum sit, vel ad illorum adimplementum, vel ad interesse *l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. l. sicut. C. de act. & obligat. l. in commodato, § sicut, ff. commod. l. 1. vbi Cast. præcipuè, C. de act. empt. Rol. à Val. cons. 69. pro, lib. 4. num. 31. l. in ciuile, C. de rei vendicat. & ibi Bald. Bart. l. si pecuniam, locat. n. 17. & seq. Ruin. cons. 128 num. 9. lib. 5. Afflict. decis. 180. num. 6 Natt. cons. 171, nu. 1. & seq. Ludouis. decis. 130. num. 2. Franc. Bec. consil. 45. num. 1. Mandel. cons. 626. nu. 4. Surd. cons. 52. numer. 36. Marescot. resol. 90. lib. 1. num. 3. Gabiel. cons. 51. Camilla, lib. 1. nu. 11. Fed. Scot. cons. 21. tom. 2. lib. 4. num. 12. Surd. cons. 52. num. 36. Serafin. decis. 1275. num. 1. l. ab emptione, C. de pact. Ias. l. si pecunia, num. 12. ff. de cond. caus. dat. Curt. Iun. consil. 337. num. 20. Rota in Romana domus seu nullitatis 5. Iunij* 1595. *coram Serafin*, & *in Romana non adimplementi de Iustinis 17. Nouemb.* 1597. *coram eodem*, præsertim quando contractus cęptus est exequi, *Bal. l. in ciuile in princ.* vbi limit. regulam frãgenti fidem, *C. de rei vend. Alex. l. cum propoonas, la 2. num 4. vbi Rimin. num. 3. C. de pact. Rota in Imolen. bonorũ 5. Iunij* 1592
2 *Orani*, & ratio † est euidens, quia cum adimplementum sit quid facti, agendum est ad factum promissum, & conuentum, & in contumatiam obligati, ad præstandum factum, succedit obligatio ad interesse, *l. si quis ab alio, § fin. ff. de re iud Bart. l. stipulatio, §. siue, ff. de nou. oper. nunc. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 56. in fin.*

2 Contrarium tenent † relati à *Giurba loquente de venditione, decis.* 100. *D. Antonia, num. 23. Magon. decis. Lucens. 61. agebat, num. 10. & seq. Gratian. discept. 307. num. 3.*

3 Ampl. præsertim, vbi is cui † est debitum adimplementum perseuerauit in cõtractu, seu non est protestatus nolle illi stare, *Bero. cons. 140. in casu, lib. 1. num. 30. & seq. & 39.* & illius dictis addenda est cautella tradita *à Boss. de remission. merced. num. 51. & seq. Bero. cons. 143. lib. 1. num. 13. & 23. Franc. Bec. cons. 45. num. 2. circa fin. & num. 4. Ludouis. decis. 88. num. 2. in fine & num. 3.*

4 Ampl. etiam, vbi adimplementum est † debitum, seu conuentum ex alia causa, quam finali, quia tunc agi potest tantùm ad adimplendum, vel ad interesse, *Crauet. cons. 192. num. 22. in fin.* secus si adim-
5 plementum † esset causa finalis, *Franc. Bec.*

Bec.conſ.45.num.29. & dixi num.21.

6 Ampl. etiam, quod contractus † ſit cõditionalis, & pendeat conditio; ſi modò ille ſit validus, *l.hæc venditio,ff.de cont.emption.l.3.vbi gloſ.ff.de ſeruit.ex part. Alex. conſ.40.lib.5.num.2.Ludouiſ.deciſ.420. numer.3. & 4.*

Contrarium tenet *Gratian.diſcept.307. num.3.*

7 Ampl. etiam, † quod adimplementum verſetur circa ſubſtantialia, *Franc Bec.cõſil.45.reuocatur, num. 1. ſeu eſſentialia, vt loquitur Rol.à Val.conſ.68.pro.lib.4.nu.31. Gratian.diſcept.307.num.23.*

8 Ampl. præſertim, † vbi à non implente ſoluitur pœna conuenta, *Fel.in cap. 3.de iur.iur.num.5.verſ.quartus caſus.*

9 Ampl. præſertim, † ſi inſtrumento in. ſit Clauſula, quod etiã non ſequuto adimplemento, contractus reciprocus firmus remaneat, *Fel.in cap.3.de iur. iur. num.5. verſ. quintus caſus.*

10 Ampl. præſertim, † ſi non fuit adimpletum in modico per errorem, *Alex.in conſ 105.magnific.lib.3.n.19.in fin.Crauet. conſ.151.num.10.Bal.l.pacta conuenta, §.iuriſgent.ff de pact.num.1. Menoc. conſ.1.numer.163.& conſ 55.num.6.*

11 Ampl. vt neque agi † poſſit condictione ob cauſam, ſed agendum ad intereſſe, *Gabriel.conſ.51.Camilla, lib.1.num.11.*

12 Ampl. vt neque detur † remedium aliquod poſſeſſorium, niſi prius reſoluto cõtractu, nam tunc datur condictio poſſeſſionis, *Gabriel.conſ.51.Camilla, lib.1. numer.13. & ſeq. vbi rationem refert.*

13 Ampl. vt neque agi † poſſit de nullitate contractus, ex quo adimplementum eſt debitum, *Oldrad.conſ.165. Innoc. Hoſt. & Compertel.in cap.Dudum 2. verb. inualidã, de elect.*cum alijs cumulatis *à Creſent. deciſ. 18. clauſula de præbend. num.2.* Limi-
14 tando † ſi adſit clauſula annullatiua contractus, non ſequuto adimplemento.

15 Ampl. vt non adimplens † non cadat à beneficio contractus, ſed conuenitur ad implendum, *Fed.Scot.conſ.21.tom.2.lib.4. num.11. & ſeq.*

16 Ampl. etiam, † ſi reus cum iuramento promiſiſſet, nam actori obſtat exceptio, ſi non adimpleuit, *Menoc. con.55.Credo, num.10.*

17 Ampl. etiam, vbi † contractus fuit conceptus ſub modo, ſi tamen modus non fuit finalis cauſa, *Surd. conſ.369.num.22.*
18 *& 27.* vbi declarat quando modus † dicatur reſpicere finalem cauſam, *Mareſc. obſeruat.90.lib.1.num.7.*

19 Quid dicendum, † ſi vendantur bona tamquam libera, & deinde detegantur obnoxia fideicommiſſo, vel alteri oneri, *Mareſcot.reſol.90. lib.1. numer.5. & 6.* vel actor non poteſt adimplere, *Ceſal. conſil. 589.in cauſa,num.4.& tribus ſeq. Mareſc. reſol.90. ſed, num.9. Menoc.conſ.55.Credo, num.5. & 6.Iaſ.conſ.216.lib.2.col.2.*

20 Ampl. præſertim, † vbi ab vno ex contrahentibus fuit exequutus contractus, *Franc.Bec.conſ.45.num.35. & ſeq.*

21 Ampl. ſiue adimplementum ſit circa ſubſtantialia, ſiue accidentalia contractus, *Becc. conſ.45.num.6. Magon.dec.Lucenſ.11.num.8.Oſaſc.deciſ.50.nu.10. Alex. conſ.49.num.4.vol.2.*

21 Limit. vbi adimplementum † non præſtitum fuit finalis cauſa contractus, ſiue vbi quis, ſine tali adimplemento præſtando, non erat contracturus, vt notatur in *l.cum te, C.de pact.int.empt. & vend. l.fin. ff.de condict.cauſ.data, l.ea condit. C de rei vendicat.Rol.à Val.conſ.69.pro, num.31.& ſeq. & 38. & ſeq* declarando, quæ dica-
22 tur † cauſa finalis, *lib. 4. & ſeq.* vbi ampliat, etiam ſi ageretur de locatione facta à Principe, ſeu illius miniſtris Cameralibus, & fuiſſet iuramento firmata, *Franc. Bec.in eiſdem terminis conſ. 45.num. 2. in princ.Crauet.conſ.246.Iacobus, num.2. & ſeq.* vbi loquitur, ſi emantur plures res vno pretio, & vna ſine alia non fuiſſet empta, *& conſ. 192.num.22. et conſ.299.Antonius, num.1.*vbi conſentientes refert, ſicuti, *et Surd.conſ.68.quia D. nu.21. et conſil.381.Dam.num.6.* addendo procedere etiam, quod tale finale adimplementum impediatur præſtari facto Principis, illud interdicentis, & qui aliud ſentiunt, intelligi debere de contractu, qui per ſe conſtat, nec ab alio habet dependentiam, *Ludouiſ.deciſ.130.num.4.vbi addentes n. 7.* alios referunt *Crauet.conſ.192.nu.22. Mareſcot.reſolut.90.lib.1.nu.7 .Surd. conſ.369. num.27.* concludens idem dici, ſi adimplementum ſit præſtandum ſub modo,

23 idem † repetit *Marescot. resolut.* 90. *lib.* 1. *num.* 7. addendo aliud dici, si modus non fuit finalis causa, *Grat. discept.* 307. *nu.* 24. addendo *num.* 27. *et seq.* non esse opus aliqua sententia super rescissione, sed sat esse excipere de inobseruantia contractus etiam circa tempus præstandi adimplementi.

23 Limit. concurrente † mora, vel culpa debentis adimplementum præsertim cõditionale, *Gratian. discept.* 307. *num.* 31. *et seq. Crau. cons.* 233. *in proposito*, *numer.* 3. *circa fin. vers. quarto*.

24 Limit. vbi non † adimplementum respicit totam rem deductam in contractũ, vel contractum ipsum, vel ipsius contractus, vel rei de qua est contractum maiorem illius partem, *l. domum* 57. *ff. de cont. empt. l. habitatores* 30. *ff. locat.*

25 Limit. vbi exceptio adimplementi obijcitur ab alio, quam ab eo, cui est adimplendum, *Alex. cons.* 127. *lib.* 5. *num.* 7. *Dec. cons.* 452. *num.* 10. *vers. solum superest.*

26 Lim. vbi facto, & culpa † debents adimplere, impeditur adimplementum, veluti si quis ab inimicis locatoris impediatur frui re conducta, etiam si inimicitia fuerit causata absque facto, & culpa domini rei conductæ, *Ruin. cons.* 65. *circa*, *lib.* 1. *num.* 2. *in fin. et nu.* 3. *et seq.* secus autem, si alio casu impediretur, in quo nullam causam habeat, quia tunc agit tantùm ad mercedis remissionem, quæ compensatur cum sequenti vbertate, vt firmat idem *Ruin. ibid. num.* 1. 2. *et num.* 4. *et seq. vers. nec obst. Bero. cons.* 140. *in casu, lib.* 1. *num.* 1. 2. 3. 9. *et num.* 32. *et seq.* declarat, quæ dixi ex Ruin. de sequenti vbertate, docet tamen *Bossius tract. de remiss. merced. num.* 51. *& seq.* cautellam † qua conductor liberetur perpetuò à pensione domus, si illa non potest frui insolentia militum, quæ erat maxima in Ciuitate, & Statu Mediolani tempore, quo ille scribebat, & nunc quo eadem repeto, facta est plus quam maxima, & idem quod Ruin. latè prosequitur, *Bera. cons.* 140. *in casu, lib.* 1. *num.* 15. *& seq.*

27 quando † conductor liberetur à contractu locationis.

28 Limit. vbi adimplementum † non præstitum alterat totam substantiam contractus, *Bald. cons.* 375. *lib.* 1. *Franc. Bec. cons.* 45. *reuocatur*, *num.* 2. *circa med. vers. vel alteratur.*

29 Limit. vbi res † aliena fuit vendita, & tradita, *Surd. decis.* 253. *quem refert Grat. discept.* 113. *num.* 46. *& seq.*

30 Limit. excipiendo † nam indistinctè rescinditur quiuis nominatus contractus ex capite non adimplementi, *Corn. cons.* 121. *in fin. lib.* 1. *& cons.* 291. *in fin. lib.* 2. quem refert, & sequitur *Crauet. cons.* 192. *casus, numer.* 22. *& cons.* 246. *num.* 1. *in fin. Rol. à Val. cons.* 69. *lib.* 4. *numer.* 18. *Franc. Bec. cons.* 45. *num:* 38. *&* 39. vbi addit non requiri sententiam rescissoriam, sed satis esse excipere de adimplemento, idem sentit *Crauet. cons.* 127. *num.* 14. *Cardin. Mantic. de Tacit. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 53. *Surd. cons.* 52. *num.* 36. *& cons.* 563. *num.* 4. *Neuiz. cons.* 49. *num.* 1. asserens excipientem restitui ad primam actionem, sequitur *Bursat. cons.* 72. *num.* 3. *circa princ. & cons.* 101. *num.* 16. *Gratian. discept.* 307. *num.* 25. *& seq.*

31 Lim. vbi contractui † nominato appositum fuit pactum resolutiuum in casu nõ adimplementi, *Alex in l. si insulam, ff. de verb. oblig. num.* 43. *& Ripa num.* 16. *Grat. cons.* 93. *num.* 61. *lib.* 1. *Cæsal. cons.* 25. *nu.* 26. *cum alijs cumulatis à Marescot. resol.* 90. *sed lib.* 1. *num.* 1. *addendo num.* 2. si tale pactum
32 † fuit conceptum verbis directis, & sub conditione, ipso iure resolui, purificata cõditione, *Gratian. discept.* 307. *num* 3. *in fin. &* 4. *&* 5. addendo isto casu rem reduci ad primum statum, & liberare partem, cui erat adimplendum ab obseruatione contractus, *Gratian. discept.* 307. *num.* 3. *& seq.* addendo, cui debitum est implementum, liberari ab obseruatione contractus, addẽdo, *num.* 34. non admitti purgationem moræ, *Peregrin.* loquens de donatione cũ pacto, vt donatarius daret vicissim certam quantitatem, *cons.* 77. *lib.* 3. *num.* 7. *& seq.* addendo etiamsi donatio facta fuisset patri & filijs, & pater non obseruasset promissa, vt reuocetur etiam quoad filios, qui non contrauenerunt, & latè id probat, & conueniunt, quæ dixi *in meis singularibus, §. acquirens primus.*

33 Limit. vbi adimplementum † est præstandum per modum contractus, seu vt dixi adimplementum est causa finalis contractus, *Marescot. resolut.* 90. *lib.* 1. *num.* 7.

34 Li-

34 Limit. vbi exceptio non † adimplemēti opponitur ad effectum recedendi à contractu, præsertim si agatur de contractu innominato, vt pluribus probat *Magon.decis.Lucens.61. agebat*, *num.* 10. *& seq. Bursat.cons.* 101.*num.*16.

35 Limit. vbi adimplementum † est conditionale, nam illo deficiente contractus ipso iure resoluitur, *l.si hominem*, *ff. de vsucap. Menoc.cons.*26.*num.*33.*Gratian.disceptat.* 307.*num.*3.

36 Limit. vbi præcessit monitio ad adimplendum, & non adimpletur, vel intercessit culpa eius, qui debet adimplere, *Crauet.cons.*204.*circa fin. quem refert*, *& sequitur Cæsal.cons.*48.*in causa num.*43.

37 Limit. in venditione, † quæ ob minimam partem pretij non solutam rescinditur, *Alex.cons.*105.*lib.*3.*num.*19.*in fin.Gonzal.ad regul.*8.*glos.*27.*nu.*6. *Rol. à Val. consil.* 48.*lib.*4.*num.*8. *Marescot.resol.*90.*lib.* 1. *num.*5. *Mancin.d. iurament.par.*5.*effect.*11. *num.*10. *vbi refert Dec. & Ruin. ita consuluisse*, *& addit ita decisum à Rota.*

38 Contrarium tenent *Gabriel. cons.*51.*Camilla, lib.*1. *num.*12. *Surd. cons.*52. *num.* 35. *circa med.*

39 Limit. in contractu † locationis, nam ob adimplementum in illa promissum, & non præstitum, agi potest ad illius rescissionem, *Gabriel.cons.*75.*lib.*1. *Bart. in l. si quis ad.C.de agricol. & censit. lib.* 11. & ita censuit *Rota coram R.P.D. Pirouano in Romana pensionis domus* 16. *Nouembris* 1611. *Franc.Bec.cons.*45.*num.*8.10.20.

40 Contrarium tamen † tenuit *Rota coram Ludouis.* reprobando, & declarando, *Gabriel.decis.*130.*num.*3. cuius dicta credo vera, quia ibi aderat pactum de præstando interesse, vbi conductor impediretur frui re conducta, quare cessante pacto, adhærerem *decis. Pirouani* volente conductore recedere à contractu, non aliter ac receditur, vbi adimplementum est finalis causa contractus, vt dixi supra *limit.*1. & coligo *ex Rol. à Val.cons* 68.*lib.*4.*num.*31. Conci-

41 liari † præterea possunt, an conductor impediatur frui re conducta facto locatoris, vel ipsius conductoris, vt priori casu rescindatur locatio, & liberetur conductor à solutione pensionis, secundo autem secus, *Roland.d. cons.*68.*num.*22. Si autem

42 conductor † impediatur facto tertij, vel hæredis, vbi quis de suo tantùm promisit, videndus, *Alex.in stipulatio* 38, *ff. de verb. num.*10. *& seq. & Barzia decis.*17. *num.*38. Aliter conciliari potest *ex Becio consil.* 45. *num.* 2. 29. *& seq. &* 35. *& seq. &* 40. *& seq.*

43 Limit. vbi adimplementū † promissum fuit in cessione, nam illo non præstito resoluitur cessio, *Bart. in l. si pecuniam, ff. de condict.ob caus. & in l si pecuniam*, *C.eod. Bald.cons.*219 *pepres col.*2.*lib.*2.*Corn.cōs.*121. *in fin.lib.*1.*& cons.*102 *col.*4.*lib.*2.*quos refert Crauet.cons.*127.*in contractu, num.*13.

44 Limitationes tamen † omnes intelligas, cum temperamento, si abeo, qui de rescione contractus agitur, restituantur, quę accepit, quia non debet gaudere duplici speciali, nempè rescissionis contractus, & commodo retentionis acceptorum, *Cagnol. in l.*2. *C.de pact.int.empt. & vend.numer.* 164.*vers.obijciens*, *sequitur Gratian. discept.*307.*num.*11.*& seq.* Limitando in pacto legis commissoriæ, & datione arræ non soluto pretio die conuenta, secus si de die solutionis faciendæ non fuisset pactum.

45 Quid si constitutus † sit terminus adimplendum, & illo lapso non fuit adimpletū, *Cephal cons.*48.*num.*46. *& seq.*

46 Finalis causa † contractus dicitur, de cuius radice manat obligatio, *Mantic. de Tacit.lib.*3.*tit.*12.*num.*11. vel sine qua quis non erat aliàs contracturus, *Mantic. ibid. num.*17. *&* 22. vel quæ agentem præcipuè mouit *Mantic.ibid.num.*20. vel quæ in consequentiam imponit quasi necessitatem, ita contrahendi, *Mantic. ibid. num.*24. vel quæ respicit totum contractum, & influit in omnem effectum, *Mantic.ibid. num.*25. vel quæ remouet agentem ad contrahendum, ita vt sine illa, non esset contracturus, vel saltem non eo modo, *Mantic.ibidem, num.* 26. *&* 55. vel quæ ita cohæret dispositioni, vt ea cessante, cesset dispositio, *Mantic. ibidem num.*27.*cum alijs cumulatis in meis Collectaneis ad cap. cum cessante de appellat.*

§. XII.

SVMMARIVM.

Contractus innominatus rescinditur ex non adimplemento 1. 3. *& quare* 2. *Ampl.*4. 7.
Transactio rescinditur ex non adimplemento conuento 5. 8. *Ampl. ibid. Contrarium* 10.
L. si quis maior, C. *de transact. limitatur* 6. 9.

INter reliquas differentias, quæ referũtur à Doctoribus inter contractus nominatos, & innominatos, ea est præcipua,
1 vt ex † non adimplemento non præstito in contractu innominato rescindatur cõtractus, vbi aliud dixi de contractu nominato, in præcedenti §. *Ias. in l. iuris gentium, ff. de pact. num.* 1. *Pinel. in rub. C. de rescind. vend. par.* 2. *cap* 2. *num.* 1. *&* 24. qui ambo re-
2 ferunt rationem † differentiæ, quare innominati rescindantur, nominati autem nequaquam; sicuti & *Dec in l. filia licèt, §. de collat. num.* 3. loquens de transactione, *Mascard. de probat. conclus.* 1387. *num.* 1. *& seq. & num.* 18. *et seq.* rationem refert, *Surd. decis.* 173. *Cum num.* 16. generaliter conclu-
3 dens rescindi ob non † adimplementum omnes contractus innominatos, *Casal. consil.* 48. *num.* 45. *Natta conf.* 17. *num.* 2. *Rol. à Val. cons.* 8. *num.* 39 *lib.* 1. *Magon. decis. Lucens.* 61. *num.* 12.
4 Ampl. etiam si †, qui debebat adimplere, probet adimpleuisse pro maiori parte, *Bal. l. fin C commod. Ias cons.* 3. *col. penul.* quos loquens de transactione refert, *Veral. decis.* 316 *par.* 3. *num.* 2. *et seq. addendo decis. seq.*
5 agentem † ad rescissionem transactionis, non obligari ad restitutionem acceptorũ, nisi lite finita, etiam quod esset iurata, sequitur *Mascard de probat*, *concl.* 1387. *n.* 3. *et seq. et* 27. *et seq. Gratian. discept.* 246. *nu-*
6 *mer.* 14. concludens † cessare pœnas, *l. si quis maior*, C. *de transact.* vbi volens gaudere beneficio illius legis, non adimpleuit ex parte sua, *Veral decis.* 316.
7 Ampl. etiam, vbi adimplementum † nõ durat, quia paria sunt, non fuisse adimpletum, & adimplementum non durare, *l. non quocumq. in princ. ff de legat.* 1. *Alciat. l. si pro fundo*, C. *de transact. n.* 5. *Franc. Bec. consf.* 83. *num.* 5. *et* 9. qui loquitur de permutatione & distinguit an detur res exposita venalis, vel non.
8 Ampl. præsertim † in transactione, *Nat. conf.* 133. *num.* 4. Limitando, si interposita sit stipulatio, *Veral. decis.* 317. *par.* 3. addendo contra non adimplentem transactionẽ
9 agi etiam non restitutis ab illo datis † *iuxta l. si quis maior*, *C. de transact.* nec excipientem de transactione iuuari prætextu adimplementi maioris partis, sequuntur, & ab illo relati, *Mascard. de probat. conclus.* 1387. *num.* 1. *et seq.*
10 Contrarium firmat † *Casal conf.* 48 *in causa*, *num.* 45. concludens fauore transactionis illam sustineri, quamuis reus sit in mora adimplendi, quid quid secus sit in cæteris contractibus innominatis.
11 Limit in transactione, *Casal. conf.* 48. *in causa*, *num.* 45.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Exceptio adimplementi impedit processum ad vlteriora 1. *et quare* 2. 4. 6. *Contrarium* 3. *Concorda* 7. *Amplia primam opin.* 8. 9. 10. 11. 14. 14. *Limit.* 12. 15. 16.
Mora an purgari possit post oppositam exceptionem adimplementi 12.
Exceptio non adimplementi est litis finita 6.
Promissio qualibet etiam iurata habet annexã conditionem, si fides seruetur promittenti 5.

1 EXceptione adimplementi impediri litis ingressum, † seu vlteriorem processum, dixi supra in principio huius capitis noni, & firmarunt *Franc. Bec. et ab illo*
2 *relati, cons.* 45. *num.* 12. *et* 51. *in fin.* † eam afferens rationem, quia qui non adimplet pro parte sua, videtur contractui renuntiare, *et ab Asinio in praxi*, §. 13. *cap.* 9. *num.* 20. *et* 21. *et à Carroc. de locat. par.* 4. *de euictione*, *num.* 42. *in fin. Mascard. de probat. concl.* 1387. *num.* 42. *Rolan. à Val. cons.* 68. *lib.* 4. *n.* 13. *Bursat. cons.* 196. *n.* 13. *Crau. cons.* 192. *num.* 16. *Intriol. cas. consc.* 14. *nu.* 112. *vbi plures congerit Menoc. cons.* 1. *num.* 365. *in fin. et cons.* 55. *n.* 2. *Viu. opin.* 802. *num.* 10.

Con-

3 Contrarium † *ex Alciat. consf. 394. nu. 9. voluit Asinius in praxi, §. 13. cap. 9. num. 21. vers. verum, & post illum Carroc. testans de com. obseruantia, de loc. par. 4. de euict. n. 44.* Sequendo tamen priorem opinionem,
4 dicas illam probari, quia † exceptio adimplementi est exceptio litis finitæ, nam cũ nemo fine actione agere possit, *l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest. Surd. consf. 214. Contentio, num. 9. & seq.* & quælibet pro-
5 missio etiam iurata, tacitam † habeat annexam conditionem, si fides promittenti seruetur, *cap. peruenit de iur. iur.* si quis agat ex contractu, quem non obseruauit, dicitur carere actione, *Franc. Bec. consil. 45. num. 12. in fin.* vbi plures refert testantes
6 † exceptionem non implementi esse litis finitæ, sicuti est exceptio carentiæ actio-
7 nis † concordat, *Mascard. de probat. conclus. 1387. num. 42. Rol. à Val. consf. 68. lib. 4. num. 13. Casal. consf. 586. num. 5. & 9. Crauet. consf. 127. nu. 14. Intriol. cas. conscient. 14. num. 112. Gonzal. ad reg. 8. glos. 27. num. 10. Marescot. resol. 88. lib. 1. num. 1. Tuscus conclus. 394. exceptiones num. 20.*
8 Ampl. quod si reus † opposita adimplementi exceptione instet absolui, non possit ad vlteriora procedi, nisi absoluto reo, *Cast. in l. Iulianus, § offerri, ff. de act. empt. quem sequuntur Socin. consf. 108. visis actis, lib. 2. col. penul. in fin. Cartar. decis. Ianuen. 98. in instrumento, num. 10. & seq.*
9 Ampl. vt opposita † adimplementi exceptione, condemnandus sit agens non adimplemns adimplenda, *Cast. in l. Iulian. §. offerri, ff. de act. empt. quem sequũtur relati in proxima, & antecedenti extensione.*
10 Ampl. vt opposita † adimplementi exceptione, non possit inuito excipiente adimpleri sed absoluendus excipiens, saluo actori iure melius agendi, *arg. tex. in l. fin. ff. si cert pet. per quem ita firmat Cast consil. 70. quia frustra, lib. 1. col. 5. in fine, vers. nec sufficit Regi Poloniæ, & consilio 337. si prima, col. 2. circa med. vers. sed aduertendum est, lib. 2. sequitur Crauet. relatis Alex. Corn. & Io. Bolog. consf. 192. casus, num. 16. addo Magon. decis. Lucens. 61. agebat, num. 10. Franc. Bec. & ab illo relati, consf. 45. num. 50. Mascard. de probat. concl. 1387. num. 60. & seq.* vbi rationem refert, quia iudicium fuit cœptum fine actione, *relati ab Intriol. cas. consc. centur. 1. casu 14. num. 122. Marsil. singul. 489. Milanens. decis. 4. par. 2. num. 11. & 14. & seq.* vbi dein-
11 de limitat † *cum alijs cumulatis à Carol. de Gras. de exception cap. 13. num. 56. Crauet. consf. 192. nu. 16. relati à Caroc. de loc. par. 4. de euiction num. 50. & de mora, numer. 28.* adimplementum retrotrahitur, *Lancel. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 11. num. 24.*
12 An autem in casibus trium † præcedentium Ampliationũ admittatur moræ purgatio, videndi sunt, *Seraphin. decis. 591. Domini, num. 1. & seq. Crauet. consf. 246. nu. 5. Bursat. consf. 196. num. 13. Natta consf. 133. quidam, num. 2. & seqq. Milanens. decis. 4. par. 2. num. 10. And. ab exc. de pact. nu. 437. vsque ad 442. vers. vlterius, Casal. consf. 112. num. 20. & seq. & consf. 586. num. 1.*
13 Ampl. præsertim, † vbi reus negat præstare, quæ ab illo petuntur, & vicissim non instat sibi adimpleri, sed non vult stare contractui, *Casal. consf. 586. conductores, num. 22.*
14 Ampl. præsertim † ad consequendam actionem, & implementum consistit in dando, vel faciendo, id quod factu non est dificile facere, *Card. Mantic. dec. 270. num. 12.*
15 Limit. vt concedatur † restitutio in integrum ad implendum ex generali clausula, si qua mihi, *Rota rec. decis. 403. par. 1. num. 6.*
16 Limit. vbi adimplementum † consistit in facto successiuo, & difficile ad præstandum, seu perficiendum; accedente præsertim impedimento, nam mora purgari potest ad implendo post cœptum iudicium etiam ad effectum actionis aquirendæ, vt *post Bened. de Plombin. Roman. Alex. in l. si insulam, ff. de verb. obligat. num. 44. quos refert, & sequitur Mantic. decis. 270. num. 12. & seq.* addendo procedere, etiam si adimplementum consistat in dando, vel faciendo, quod dare, & facere, est facile, & agatur de conseruanda actione.

---

§. XIV.

SVMMARIVM.

Negatiua est probanda à negante, si fuerit con-

tinue.

damentum intentionis illius 1. *Ampl.*2. *Limit.in excipiente de adimplemento* 3.4.5. *& quare* 4. *Ampl.limitationem* 6.7.8.9. 10.11. 12.13.14. *Limit.*15.16.17.18.19.

1 NEgatiuam esse probandam à negante,† communiter est receptũ, si in illa sit positum fundamentum negantis, *l.optimam,C.de cont.& commit.stipul. l.*1.*C de repud.hæred.Bald. in l.*1. *C. qui admit.num*:40.*Alex.conſ.*37.*lib.*2.*numer.*13. *Natta conſ.*569.*num.* 1. *Vinc. de Franc.deciſ.*241.*frater.num.*2.*Peregrin.conſ.*98.*ſentio,lib.*3.*num.*12.*Puteus deciſ.*380.*par.*2.*n* 1. *Card.Mantic. deciſ.*230. *num.*6.*Oſaſc. de-*
2 *ciſ.*51.*num* 18. & ſiue † negans agat, ſiue excipiat,*Peregrin.conſ.*64.*lib.*3. *numer.*20. *Bal.in l.penul.§.docere,ff.ne quis in ius vocat.num.*2. *Franc.Bec.conſ.*45.*num.*18.*Crauet.conſ.*248.*num.*6.*verſ non obſt. Surd. deciſ.*64.*num.*29.

Si quis tamen aduerſus actorem agentem ex contractu reciproco excipiat de nonadimplemento , non ipſe excipiens,
3 ſed actor † docere debet fuiſſe adimpletum , *Ripa l.in illa,ff.de verb.oblig.num.*15. *Corn.conſ.*11.*lib.*2.*nu.*8.*verſ. & hoc niſi allegetur,Crauet.conſ.*1.*num.* 10.*in princ. & conſ.*192. *num.* 15. *Rota recent. deciſ.* 362. *num.*2.*par.*1. *& deciſ.* 361. *par.* 4. *& fuit dictum coram Gipſio in Calaguritana capellæ relata à Marcheſ.de commiſ.tom.*1.*f.l.*122. *Magon.deciſ.Lucenſ.*11. *num.*10. *& ſeq.* vbi
4 rationem refert, quia † hæc exceptio reſultat ex natura contractus,ſed illam prius conſiderauerat , *Oſaſc.deciſ.*51. *num.*18. *& ſeq. Burſat. conſ.*72. *num.*3. *Maſcard. de probat.concluſ.*1387. *num.* 45.*Rimin. Iun. conſ.*52.*num.*11. *Decian.conſ.*60.*lib* 2. *n.*45. *Neuiz.conſ.*37.*num.*1.*Surd.deciſ.*64.*nu.*29. *vbi plures refert Crauet.conſ.*248.*numer.*6. *verſ.non obſtat , & conſ.*151.*num.*8. *Neuiz. conſ.*37.*num.*1. *Mantic.deciſ.*1.*nu.*8. *Corn. conſ.*110.*lib.*1.*num.*4. *& conſ.*25.*vol.*2.*n.*18. *Graſ.de except cap.*13. *num.* 51. *Gratian. diſcept.*307.*num.*2. *Barzia loquens de conductore , deciſ.*17. *num.*5. *&* 6.*Surd. conſ.*101. *num.*1.*Zachias de obligat.Camer.quæſt.*17.
5 *num.*49. addendo excipientem † non grauari genere aliquo probationis,*Franciſcus Bec.conſ.*45.*num.*18.*Menoc. conſ.*1. *nu.*369. *Gonzal.ad reg.gloſ.*27.*n.*5.*Decian. conſ.*60. *vol.*2.*num.*45.*Crauet.conſ.*192. *caſus ita , num.*15.

6 Ampl.etiam † ſi negans implementum, habeat tantùm intereſſe ,quod illud fiat , licèt ipſi principaliter non ſit adimplendum , *Ripa in l.in illa, ff.de verb.oblig.n.*15. *verſ.& iſta fallentia.*

7 Ampl.præſertim , † ſi actor contractui reciproco innitatur, *l.Iulianus , §.offerri, ff.de act.empt.Crauet.conſ.*248.*num.*6.*circa med.verſ.vnus autem,Ludouiſ.deciſ.*261. *num.*5.

8 Ampl. vt probatio † adimplementi debeat eſſe concludens, adeò quod non ſit locus iuramento ſuppletorio, *Borgnin.deciſ.*43.*par.*1.*num.*40. *Intriol.caſ. conſc.*14. *num.*98.

9 Ampl.etiam ſi excipiens † de adimplemento , aſſumpſerit onus probandi , non fuiſſe adimpletum , & in probatione ſuccubuerit, *Carroc.de locat.par.*4.*de euictiõn. nu.*67.*verſ.ampl.*22.dubito tamen de veritate huius extenſionis præſertim cum Alex. & alij ab illo citati id non dicant.

10 Ampl.vt neque † ſufficiat probare adimplementum fuiſſe ab alio præſtitum ſine conſenſu eius, qui debebat adimplere , ſecus ſi illo conſentiente , *l.*2.*ff.de cundit. & demonſt.Bald. l.acceptam , C. de vſuris , quæſt.*25.*Parſeman.quæſt.*19.*nu.*56.*& ſeq, par.*1.

11 Ampl. præſertim, † vbi dubitari poteſt, an fuerit adimpletum , *Mandel. conſ.*591. *nu.*6.*relato Corn.conſ.*345.*col.*2.*lib.*1.*Graſ. de except.cap.*13.*num.*41.

12 . Ampl.vt debeat † eſſe factum in cauſã, ob quam erat faciendum, *Crauet.conſ.*171. *num.*15. ſubdens quid dicendum ,ſi dubitetur an fuerit factum in eam cauſam,qua fieri debebat.

13 Ampl. præſertim † ad effectum , vt excipienti concedatur retentio, *Bero. conſ.* 144.*lib.*1.*num.*2. *& ſeq. Surd.conſ.*101. *nu.*6. *Rol.à Val.conſ.*69.*lib.*4 *num.*9. *circa med.*

14 Ampl. præſertim,† ſi agatur de adimplemnto conditionis, *Seraſin. deciſ.* 952. *num.*8. *Gozadin. conſ.*31. *num.*4. *Graſ.de except.cap.*13.*num.*39.*in fin.*

An cenſeatur remiſſum adimplementum, vbi actor petit ſibi adimpleri, *Crauet.conſ.*151.*neminem, nu.*8. *Ruginel.pract. quæſt.cap.*41.*num.*15.*in fin.*

15 Li-

15 Limit. vbi agitur † contra conductorem, vt relaxet rem conductam, quia pensionem conuentam non soluerit, nam negatiua probanda non est ab actore, sed à reo, *l. quæro*, *§. inter locatorem*, *ff. locat.*

16 Limit. vbi implementum † non est debitum neganti, sed tertio, *Crauet. conf. 1. num. 10. Corn. conf. 11. lib. 2. num. 8.*

17 Limit. vbi adimplentum † non est debitum ex conuentione partium, sed extra, *Mascard. de probat. concl. 1387. num. 64.* vbi exempla refert, si facta fuerint meliora menta in fundo debito ex transactione.

18 Limit. vbi constat excipientem † debere prius adimplere, nam regula nostra procedit in dubio, quo casu non consideratur, quis primo non adimpleat, sed qui prius agat, *Alex. conf. 49. num. 4. lib. 2. Crauet. conf. 151. num. 10. in fin. Neuiz. conf. 37. num. 1. Marescot. resol. 89. lib. 1. nu. 8. Mantic. decis. 1. num. 8. Serafin. decis. 1059. nu. 9. Crauet. conf. 246. nu. 5. Marsil. sing. 50. Rub. ad Oran. decis. 276.*

19 Limit. in conductore excipiente † locatorem non fuisse passum, vt frueretur re conducta, *Ofasc. decis. 51. num. 17. Barzia. decis. 17. num. 27.*

§. XV.

SVMMARIVM.

Exceptio adimplementi cessat, si fuit adimpletum per æquipollens conuentis 1. *& quare* 2. *Contrarium* 3. *Ampl. priorem opin.* 4. 5. *Limit.* 7.

Ex æquipollentibus non refert quid fiat 4. *fieri quæ possint per æquipollens* 6.

Inter cœteras limitationes, quæ dantur regulæ constitutæ supra hoc capite nono, illa est, vt cesset adimplementi
1 exceptio, † si non in modo, vel re præstanda, de qua fuerat conuentum, fuit adimpletum, sed per æquipollens, vt sæpe censuit, *Rota teste Serafin. decis. 1243. fuit resolutum, num. 1. Mantic. decis. 270. num. 3. Afflict. decis. 295. numer. 3. Eugen. conf. 12. Ruin. conf. 67. num. 10. in fin. lib. 4. Gratian. discept. 113. num. 38. & seq.*

2 Et ratio † est, tum quia non refert quid ex æquipolentibus fiat, *Glos. in l. si mater, verb. sua causa, C. de instit. & substit. cap. licet ex quadam, de testib. Gail. obseruat. 2. lib. 1. num. 3.* ac etiam, quia non curamus de modo, si sequatur effectus, qui præsertim fuit conuentus, vel cogitatus, *l. iam seruus, ff. de verb. oblig. l. si mater, C. de inst. & subst. l. natura liter. ff. de vsucap.*

3 Contrarium † tenet *Milanens. decis. 4. lib. 2. num. 100.*

4 Ampl. præsertim, † vbi ex non implemento non agitur ad resolutionem contractus, sed tantùm, vt excipiens sit tutus à molestijs illi impendentibus, *Gratian. discept. 113. vnica, num 38. in fin. & n. 39. & seq.* vbi agit præterea an sufficiat cautio pro molestijs, vel susceptio litis, *Serafin. decis. 1243. num. 2.*

5 Ampl. etiam, † si agatur de adimplemento præstando ex contractu emptionis, *Afflict. decis. 171. Alex. conf. 65. num. 5. lib. 5. refert, et sequitur Marescot. resol. 90. lib. 1. num. 4.*

6 Multa per æquipollens † adimpleri refert, *Asin. de exequut. §. 7. cap. 193. & seq.*

7 Limit. vbi id quod † est implendum, consistit in facto possibili, & quis cum iuramento se obligauit facere, *Couar. cap. quamuis de pact. par. 1. §. 4. num. 6. Crauet. conf. 12. num. 1. Gabriel. de iur. iur. conclus. 8. in fin. Rota in Romana pallatij coram Bubalo, relata à Marchesi. de commiss. in caus. oblig. Cameral. par. 1. §. 1. fol. 747.*

§. XVI.

SVMMARIVM.

Adimplementi exceptio cessat, vbi quis agit ex separato, seu non connexo capitulo, seu contractu 1. *Ampl.* 4. *&* 5.

Contractus, quando dicatur connexus, vel separatus 2. 3.

Capitulum, quando dicatur connexum, vel separatum 2. 3.

Regulam constitutam supra hoc capite nono dixi limitari, vbi excipi-
1 tur de adimplemento † præstando ex separa-

parato, seu non connexo contractu, seu capitulo, quo actor agit, *vt volunt Felin. in cap 3. de iur.iur.num.5. in princ. Natta cons.133.num.5.Cesal.cons.48.n.42.Mantic.decis.238 nu.2.et de Tacit.lib.3.tit.26. num.22.Gras.de except.cap.13.nu.50.Barz. decis.17.num.4.circa fin.Mantic.decis.238 num.2. Surd.cons.101.nu.25.Casal.cons.48. in causa, num.42. Rota Ianuens. decis.15. Thomas, num.18.*

2 Connexus autem † contractus, seu Capitulum, quando dicatur videndi sunt, *Felin.in cap.3.de iur.iur.numer.5. in princ. vers sed ista*, Rol.à Val.cons.69.lib.4.n.44. *& seq. Franc.Bec.cons.45. num.31. Surdus cons.101.num.25.Gras.de except.cap.13.numer.43. in fin. Barzia decis.17.num.4.circa med.*

3 Separatus contractus, seu Capitulum diuersum quomodo cognoscatur, videndi sunt, *Felin.in cap.de iur.iur.num.5. circa princ. vers. quomodo autem cognoscantur, Natta cons.133.num.6. Surd.cons.101. num.31.vers.& ratio, & num.33. Gras. de except.cap.13.num.50.Barzia decis.17.n 4. circa med.*

4 Ampl. etiamsi idem † capitulum separatum contineretur eodem instrumento, quo quis agit, *Natta cons.133.num.5.Surdus cons.101.numer.25.Mantic. decis.238. num.2. Rota diuers.recent.decis.389.par.2. num 3. & decis.286.num.1.apud Pacific.de Saluiano, & coram Buratto in Roman. de Cangijs 25.Iunij 1621. Mantic.decis.238. num.2.*

5 Ampl. idem, si adimplementum † petatur circa ea, quæ veniunt extra contractum, licèt illa accedant contractui, veluti si ex transactione debeas mihi fundum, & conuentus ad dandum, excipias de melioramentis factis post transactionem, *Alex.in l.filiæ licèt, C de collat. n.3. Paris.cons.33.nu.64.vol.1. Mascard.de probat conclus.1387.num.64.Intriol.cas.consc. centur.1.num.123.*

Ampl. è contra, *Surd.cons.107.num.13.* concludens quod qui in alio separato capitulo non adiuit, non impediri petere adimplementum sibi debitum ex alio capitulo.

§. XVII.

SVMMARIVM.

Adimplementi exceptio est introducta fauore eius, cui est adimplendum 1.

Fauori suo quilibet potest renuntiare 2. Amp.3 Limit.4.

Adimplementi exceptione quis renuntiare potest 5. Ampl.6.

Renuntiatio adimplementi tacita qualiter fiat 7.

1 CVm exceptio † adimplementi sit à iure introducta fauore eius, cui est adimplendum, *l.Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt.* dubium non est, posse illi renuntiari ab eo, cui est adimplendum, quia vnusquisque potest renuntiare fauo-

2 ri † pro se introducto, *l.penul.C.de pact. l. potest, ff. ad leg.falcid. Tiraquel.de retract.*

3 *lignag.§.36.glos.2.num.59.* ratione † contractus præsertim, *Vinc.de Franc.decis.164. contra, num.14.* nisi sit concessus pro for-

4 ma actus, vel lex † concedens non habeat clausulam decreti annullatiuä actus secus facti, *Christoph. Anguian.de legib.lib.3.controuers.4. generalis, num.1. & seq. & controuers.6.quæstionem, num. 1. & seq.*

5 Ideò cessare beneficium exceptionis adimplementi non est dubium, si illi fuerit renuntiatum minimè dubitandum est. *l.de lege, ff.de leg.commiss.l.commissoria, C. de pact.int.empt.& vend.Rom.cons.27.n.3 vers.quarto, Aret.cons.150.num.11. vers. sed quæritur, Ruin.cons.155.num.5.& seq. lib.5.*

6 Ampl. non solùm, si renuntiatio sit † expressa, sed etiam si sit tacita, argum. eorum, quæ tradit, *Crauet.cons.106. n.2. & 3. Rota recent.par.1.decis.577. num.10. & decis.68.par.1.num.2.Ludouis.decis.75. num.2.sequendo dicta Crauet. Mantic.decis.270.num.14. circa med. Caroc. de locat. par.4.de euictione.num.67. vers.limita primo, Franc. Bec.cons.45.num.4. vbi plurib. probat, Gratian.plures referens discept.302 num.20. & seq.*

7 Tacitæ autem renunciationis † exemplum

plum est, si donator cui à donatario quid erat vicissim præstandum, petat quod sibi dandum erat, *Crauet. conf. 151. num. 8. in fin. relatis Corn. & Alex. idem sentientibus, & dixi supra in regula constituta hoc cap. 11. in finali b. limit.*

Contrarium tenuit *Bald. conf. 250. lib. 3.*

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Pace facta sub pœna, si vnus deinde offendat alium, offensus potest alium offendere, & petere pœnam 2.

Exceptio adimplementi, quando obstet ei, qui prius contractui reciproco contrauenit, si conueniatur adimplendum 1. 3. 4.

Interitus rei debitæ ex reciproco contractu, ad quem spectet 6.

Adimpleri an possit lite pendente 7. *Amplia* 8. *Lim.* 9. & 10.

PRomisi in principio huius noni Capitis, hoc finali §. addere plura præcedentibus communia, ex quibus, cum aliqua prædixerim, veluti an non præstito adimplemento sit locus rescissioni cōtractus reciproci, vel potius agendum ad implementum, vel ad quantum interfuit non fuisse adimpletum, siue contractus sit nominatus, siue innominatus, *vt dixi supra* §. 11. *& seq.* & an negatiua non præstiti adimplementi sit probanda ab excipiente de illo non præstito, *vt dixi supra* §. 14.

Addo hic probabiliter posse dubitari an
1 sit † adimplendum reo, qui contractui reciproco contrauenit, seu illum minime obseruauit, & quamuis affirmatiuam probet commune illud assumptum, vt facta
2 † pace sub pœna, liceat secundo illam frangenti, seu offendenti eum, qui prius illam fregerat, & offenderat, pœnam petere, *l. cum pater, §. libertis, ff. de legat. 2. vbi Bald. vers. & facit, Bart. num. 7. Imol. num. 14. Alex. conf. 32. num. 9 vers. Immo pœna, lib. 2.* & ratio sit, quia stante inobseruantia primi, secundus non dicatur cōtrauenire, vt considerat *Alex. in l. cum proponas 2. C. de pact. num. 6. vbi Curt. n. 3.* dubitat an idem possit prætendere pœnam conuentam in casu inobseruantiæ.

Distinguendum tamen est, an agatur
3 ex contractu † reciproco iurato, & tunc secundus adimplens, potest agere contra primum, non adimplentem adimplendū, *Mathesil. sing. 50.* An verò agatur de contractu reciproco non iurato, & tunc secus, *Socin. conf. 273. lib. 2 num. 2. Marescot. resolut. 89. lib. 1. num. 5. & seq.*

4 Limit. quæ dixi in primo capite † relatæ distinctionis quoties pro obseruantia contractus apposita fuit pœna, & contrauenjens illam soluit, *Curt. in l. cum proponas, C. de pact. num. 3. in princ.* eam afferens rationem, quia solutio pœnæ habetur loco obseruantiæ contractus.

5 An autem emptor excusetur † ab vsuris, seu fructibus compensatiuis, *iuxta l. curabit, C. de action. empt.* pro rata pretij non soluti, si tota res vendita non fuit tradita, dicam exceptione sequenti, §. 8.

Exceptio adimplementi non secuti respectu vnius contractus non excludit petentem adimplementum alterius contractus, *Cæsal conf. 48. num. 42.*

6 Cuius periculo † pereat id quod est ex reciproco contractu dandum, distinguit *Gratian. discept. 307. ex instru mento, numer. 36. & seq.*

8 An lite pendente † super reciproco cōtractu liceat tam reo, quàm actori adimplere, negatiua videtur vera, quia affirmatiuæ obstat regula, nè quid lite pendente fiat, & in medio litis non fieri sacras iussiones, & ita firmant *relati à Milanens. decis. 4. lib. 2. num. 11. 14. 15.* Contrarium tamen firmauit, *Lancel. de attentat. 2 par. cap. 4. de attent. lite pend. limit. 11. num. 18. 19. 20.* concludens, quod licet qui non adimpleuit, agere minime possit, si tamen pendente iudicio fiat implementum, iudicium fieri validum latè, *Crau. conf. 327. quamquam, numer. 22. post med. Milanens. decis. 4. opponebatur, lib. 2. num. 10.* qui plures consentientes referunt.

8 Ampl. vt quis agere possit ad præstandū, quæ lite pendente sunt debita, veluti si agatur contra emphiteotem super deuolutione ob canonem non solutum, qui debet soluere decursum tempore durantis litis, *Lanc. de attēt. p. 2. cap. 4. lim. 11. n. 22.*

Rr Ampl.

Ampl. vbi quod adimpletum dicitur lite pendente, esset deductum in iudicium tamquam adimpletũ, & superuenit adimplementum, *Milanens. decis. 4. opponebatur, num. 12.*

9 Lim. vbi fuit exceptum in iudicio de non adimplemento, & qui debet adimplere constitutus fuit in mora, *Crau. consil. 192. casus, num. 16. vers. nec audiretur, relato Cast. cons. 70. Quia frustra, col. 5. versic. nã sufficit Regi Poloniæ, lib. 1. & cons. 337 si prima, lib. 2. vers. sed aduertendum, idem repetens cons. cons. 327. quanquam, num. 22. circa fin. Lancel. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 11. num. 24. & 25. Franc. Bec. cons. 45. reuocatur, num. 50.* vbi alios, & rationem refert.

10 Lim. vbi statutus † fuisset terminus ad implendum, *Crauet. cons. 192. casus, n. 16. vers. nec audiretur, & cons. 327. quamquã, num. 22. circa fin. Lancel. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 11. num. 24.*

Limit. vbi quid est adimplendum stat in modo, *Gabriel. cons. 5. statutum, lib. 1. num. 12. & seq. & 17.*

Adimplementum, si fuerit præstandũ à pluribus, vno adimplente cęteris videntibus, vel negligentibus adimplere, ille solus consequetur commodum subsequens ex adimplemento, *l. penul. C. de condict. infert.*

CAPVT X.

SVMMARIVM.

Venditor est obligatus rem venditam tradere 1. Ampl. 2.

Retractus ius re non tradita cessat 3.

Emphiteota non cadit, si rem vendidit, sed illam non tradidit 4.

Gabella soluitur, vbi res vendita traditur in loco non exempto, licet venditio sit facta in loco ab illa exempto 5.

Dominium rei non transfertur sine traditione, & quare 6 & 7.

Executio suspenditur per exceptionem, quod res ob quam relaxata est executio, non fuerit tradita 8. Contrarium 12. & quare ibid. Amplia priorem opin. 14.15.16.17.19.20.21.22.23.24.25.26.28.29.30.31.32.33.34.35.36.37.38.39. Limit. 27.40.41.42.43.46.

Exceptio omnis non impugnans sententiam, potest quandocumque opponi 9.

Exceptio oriens ex ventre contractus, quo agitur, potest quandocumque opponi 9.

Exceptio, quando dicatur non impugnare sententiam 11.

Exceptio oriens ex natura actus gesti numquã censetur exclusa 10.

Bart. reprobatur 13.

Renuntiatio exceptionis rei nõ traditæ an debeat esse generalis 45.

EXceptionem adimplementi, sequitur exceptio rei non traditæ;
adimplementi enim quędam species est, vbi quid ratione præcedentis cõtractus est tradendum, veluti in emptio-
1 ne, in qua inter alia venditor † est obligatus rem venditam tradere, seu illius dominium in emptorem transferre, *l. ex empto, ff. de act. empt. Surd. cons. 19. nulla, n. 1. & cons. 36. num 4. circa med. & nu. 19. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. glos. 2. nu. 46.*
2 *& seq.* concludens rem † non dici perfectè venditam, nisi fuerit libera emptori
3 tradita, inferens ideò interim cessare † ius
4 retractus gentilitium, pęnam † emphiteotæ, & aliam personam impositam vendenti rem emphiteoticam, vel aliter vendi interdictam, & si fiat venditio † in
5 † loco exceptp à gabella, traditio verò fiat in non exempto, illam esse debitam, quia venditio, & quiuis alius contractus tam bonæ fidei, quàm stricti iuris, & tam nominatus, quàm innominatus, ex quo res
6 fit debita, dominium † illius sine traditio-
7 ne non transferri, quia traditio † est titulus, seu proxima, & immediata causa trãsferendi dominij, *l. traditionibus, vbi Bald. C. de pact. §. per traditionem, instit. de rer. diuis.* & de venditione est, *Textus in l. si ager, ff. de rei vendic., l. seruum, C. eod. leg. quintus., ff. de act. empt. de donatione, l. quoties, C. de rei vend. de permutatione, l. ex placito, C. de rer. permut.*
8 Exceptione itaque rei non † traditæ retardari vlteriorem rei iudicatæ sententiã volunt, *Canar. de exequution. instrument. quæst. 17. num. 60.* vbi id latè probat, *Gratian.*

tian.

tian.discept.411.num.10.Surd.cons.36.n.9. in princ.vers & ideò, & cons.38.Reuerend. num.17.Vrsil.ad Afflict.decis.283.numer.4. Guid.de Suzar. de inst.guarantig.numer.10. Dec.testans de communi, cons. 119.num.1. & ante istos, Cast. in l.1.C.de iur. & fact. ignor.num.5.in fin. relati à Viuio opin.802. statutum, numer.4. Caldas.quaest.48. lib.2. num.1.

9 Et ratio † est, quia omnis exceptio non impugnans sententiam, vel oriens ex ventre contractus, ex quo quis conuenitur, potest quandocumque opponi, *Bart. l.in fundo, ff.de rei vend.num.16.Alex.cons.85. lib 5.Rip.l.qui tribunali, ff.de re iud.num.9. vers.sexto, Tuscus conclus. 381. exceptiones, nu.14.18.& seq.21.& seq. plurib.Canar. de exequut.inst.quaest.27.num.60.Mandos. ad Roman.cons.244.nu.5.Surdus cons. 246. num.25.* Ac etiam, quia hæc exceptio ori-
10 tur † ex natura actus gesti, & tamquam illi inhærens, & cohærens non censetur vllo modo exclusa, *Bal.l.ex placito, C. de rerum permut.in fin.& in auth.præsente, C.de fideius num 4.Alex.cons.95.num.2.& cons.119.num.2.lib.1.*

Quando autem exceptio non dicatur
11 † impugnare sententiam, *Signorol.con.146. in fin. Tuscus conclus. 381. exceptiones, num.75.*

12 Contrarium, quod exceptione † non soluti pretij, vel rei non traditæ, minimè retardetur exequutio, voluit, *Spec. de exeq.sent.§.fin. num.8. in fin.& post Spec. Bart.in l.si duo patroni, §.si quis iurauerit, ff.de iur.iur. n.3. relato Spec. & illius opin. comprobatur ratione*, quod cum sententia sit pura, exceptioque opposita sit facti, & ideò non præsumatur, *l.in bello, §.facta, ff de captiu. & postlim. reuers.* videtur relata probatione in aliud tempus exequenda sententia, *Cast.in l.1. C. de iur. & fact. ignor. num.5. vers.sed in exceptione*, Verùm prima opinio est verior, & illam latè comprobat; *Alex.in d.§.si quis iurauerit,*
13 *num 4. & Bart.* † *reprobat Coler. de process. par.4.cap.1.num.83. & seq.*

14 Ampl. præsertim, † si de re non tradita opponatur ab emptore, *l.qui pendentem, vbi glos.de act.empt.l.ex empto, ff. eod. & dixi §.1.*

Contrarium tenent relati à *Canar.de exequut. instrum.num.59.*

15 Ampl. præsertim, † si de re non tradita excipiatur à conductore conuento ad soluendum pensionem, *l. ex conducto, in princ ff.locat.vbi Bald.* inquit, Nota quod exceptio rei non traditæ obstat locatori petenti mercedem, *& dicam latius infra §.2.*

16 Ampl. etiam, † quod opponatur post sententiam, seu illius exequutioni, *& dixi infra §.2.*

17 Ampl. etiam, quod † Statuto generaliter disponatur, nullã admitti exceptionem contra instrumentũ, aduersus quod excipitur de re non tradita, vbi quid ab actore erat tradẽdum, *Alex.cons.119.vol.1. num.2. Natta cons.305.nu.1 Surd.cons.19. num.3. & cons.101 numer 4.Magon.decis. Lucens.11.num.3.Bald l.traditio, C. de act. empt.quaest.3. & in l.ex prædijs, C. de euictione Caldas.quaest.48.col.fin vers.Statutũ,* vbi rationem refert, *Bald.l.ex his, C.de euiction. nu.1.Canar. de exequut.instrum. quaest.27. Dec.cons.119.numer.1. & seq.& cons.190.num.2. Gratian. discept.411.n.10. & seq.Gras.de except.cap.13.nu.8. Ioseph. Ludouic.decis.Lucens.2.num.3.& decis.Perus.50.num.3.Dec.cons.421.num.2.& consil.119.num.1.circa fin.Surd.cons.19.num.3. Caldas.quaest.48. col 2. vers. tunc quemadmodum, & col.3.vers.statutum, vbi rationem refert Cornazan decis.168.num.3.*

18 Quæ autem exceptiones † non sint reiectæ à Statuto tali generali reiectione, recenset, *Carpan.ad Statut. Mediolani cap. 42.num.164. & seq. Tusc. concl. 525.Statutum.*

19 Ampl. vt agens ante † traditionem rei, quam tradere debebat, dicatur esse in dolo, & doli exceptione repelli, *l.si quis mancipijs, §.fin.17.ff.de inst. action. Natt. per hunc text.cons.305.nu.2.Surd.cons.101. num.3.& 4. l.ex his, C.de euict.num.1.*

20 Ampl. vt traditio † debeat esse realis, & non ficta, *vt dixi §.4.*

21 Ampl. etiam, quod † quis confiteatur recepisse, *Natta cons.360.num. 8.& seq. quem sequitur Gratian.discept.411.num.7.* et 8.exemplum referens Censuarij, & emphiteotæ, qui non longo tempore soluit Census, vel Canones, vt possit denegare solutionem, excipiendo sibi non fuisse

traditam rem, qua debeat soluere censũ, velcanonem.

22 Ampl.etiam si † excipiens adimpleuisset in parte id, cuius causa res debebat tradi, *Natta cons.360. num. 10. quem sequitur Gratian. discept.411. num.8. in fin. Caldas. quæst.48. vers. nec sufficit.*

23 Ampl. etiam, si agatur † de exequutione obligationis Cameralis, *Grat. discept. 411. num.11. relatis Crauet. cons.151. n.10. vers. alibi scribit, Canar. de exequut. instr. quæst.27. Corn. cons.297. lib.3. Gemin. consil.149. Zachia dissimulato Gratiano, à quo relatos, et alios descripsit. de obligat. Cam. quæst.17. numer. 58. Mangil. de euiction. quæst.98. num.6.*

24 Ampl. etiam, vbi res fuit † tradita, sed non libera, *vt dixi §.5.*

25 Ampl. etiam si † excipiens, cum iuramento prom isisset dare, vel soluere, quæ ab illo petuntur, *l. eum qui, §. fin l. sed et si possessori, §. item si iurauero in fin ff. de iur. iur.* per quæ iura ita firmat *Ias in l. siduo, §. si quis iurauerit, col.1. vers. tu adde, n.4. ff. eod.* eam afferens rationem, quia prouenit hæc exceptio à natura contractus, & ideò non excluditur per iuramentum, *et dixi cap. antecedenti, §.1. Gras. de except. cap.13. num.9. Magon. decis. Lucens.11. nu.4. vbi de communi Barzia decis.17. numer.1. circa med.*

26 Ampl. vt excipiens † non grauetur onere probandi exceptionem; sed actor debet docere de traditione, *l. actor. C. de probat num.6. Magon. decis.1. Lucens.11. num.9. et seq. Gras. de except cap.13. nu.17. et seq.*

27 Limitando, † si excipiens fateretur rem fuisse sibi traditã, sed deinde sibi ab actore ablatam, nam excipiens grauaretur onere probandi ablationem, *et dixi cap. antecedẽti, §.14. Caldas. quæst.48. col.2. vers. quam ob rem, Coler. de proces. par.4. cap.1. num.74. vers.10. et num.7.* Ampliando è contra, si petatur rem tradi.

28 Ampl. etiam, quod excipiens † sit confessus habuisse, & recepisse, quod dictum fuisse datum, & traditum, modo assumat onus probandi negatiuum, non obstante quouis temporis lapsu, ob dolum non tradentis, seu tradidisse asserentis, *Natta cons.105. nu.2. Gras. de except. cap.13. n.23.* præsertim procedere inquit, si dictum fuit recepisse à Banco, seu N. agentario, non constat de solutione, *et nu.24. et seq. latè probat.*

29 Ampl. vt sententia lata † non adimpleta exceptione, seu de illa non cognito, sit nulla, *Caldas. quæst.48. col.1. vers. aduerto,* ea ratione, qnia actum, & iudicatum fuit sine actione.

30 Ampl. è contra emptore petente rem sibi tradi, vt excipi possit de pretio non soluto, *vt dixi §.1. Ampl.4.*

31 Ampl. etiam, † quod non in actis, sed in allegationibus iuris opponeretur, *Bart. l. eum qui ita, §. qui ita, vbi Ias num.2. ff. de verb. oblig. Felin. cap. cum ordinem, de rescript. num.16. Paris. cons.33. nu.57. lib.1. Ias. §. omnium, instit. de action. num. 128. Magon. decis. Lucens.11. num.12. Gras. de except. cap.13. nu.13. et dixi cap antecedenti, Ampl. finali.*

32 Ampl. vt emptor numquam † dicatur morosus in solutione pretij, antequam res sibi tradatur, *Tiraquel. de retract. lignag. §.2. glos.1. num.16.* vbi plures citat, & ad multa infert ob non factam traditionem.

33 Ampl. vt Iudex † possit supplere parte non opponente, *Casal. cons.407. num.20. Ioseph. Ludouic. decis. Lucens.2. num.5. et dixi cap. antecedenti, §.5. Gras. de except. cap. 13. num.22. Gales. de oblig. Cam. quæst.17. num.11. Io. de Amic. cons.112. num.4.*

34 Ampl. etiam, † si tradiderit in parte etiam maiori, *Caldas. quæst.48. exceptio, lib.2. vers. nec sufficit, Surd. cons.101. nu.6. addendo num.7. et 8.* an emptor lucretur fructus pro parte pretij, quod soluit, *et num.23. et seq. pluribus.*

35 Ampl. etiam, † si lapsa sit dilatio data ad soluendũm pretium, *Surd. cons.78. Reuerend. num.14. in princ.*

36 Ampl. etiam, quod instrumento sit apposita Clausula dat, tradit, & dedit, & tradidit, *dicam infra §.1.*

37 Ampl. etiam, † quod in instrumento vẽditionis apposita fuerit clausula *Constituti, vt dicam §.4.*

37 Ampl. vt interim † reus conuentus habeat retentionem totius pretij, etiã quod in parte fuerit res tradita, *Surdus cons.101. num.6.*

39 Ampl. etiam, quod quis † ratione rei sibi traditæ constituat se debitorem pretij

tij illius, *Nat.conf* 360.*n*.5.*Surd.decis*.265. *Rot.Genuens.decis*.190. *num*. 6. *Gras. de exception.cap*.13.*num*.11.

40 Ampl: præsertim, † si agatur de venditione, *Alex.conf*.27.*viso libello, lib*.1. *in princ*.

41 Ampl. etiam, quod quis sit condemnatus ad solutionem Laudemij, *vt dixi de Laudem.lib*.2.*quæst*.2:

42 Limit. vbi illa fuit † opposita, & reiecta, *Canar.de exequut.inst.num*.61. *in fin. Fel.cap.cum Ioannes de fid.inst.nu*.34.*vers. subdunt*.

43 Limit. vbi excipiens prius † conduxerat rem, de cuius traditione excipit, & illa fruendo interim emit, *vt dixi cap.antecedenti*, §.10.*limit*.1.

44 Limit. vbi traditio fieri † deberet ex alio contractu separato ab eo, cuius virtute agitur, *Surdus consil*.101.*numer*.36. *&* 38.

45 Lim. vbi tacitè † renuntiatum fuit exceptioni rei non traditæ, *Vrsil.ad afflict. decis*.283.*num*.4. *quem sequitur Gras. de except.cap*.13.*num*.14.*& dixi cap.anteced*. §.7. *& dicam cap.seq*. §. 6. *& seq*. & ratio est, quia cum taciti, & expressi par sit virtus, *l.cum quid, ff.si cert.petet*, non differt an fuerit expressè, vel tacitè, renuntiatū exceptioni rei traditæ, *Masuer. in praxi de succes. & vltim. volunt. num*.51.*in fin*. cum à pari potentia procedat vterque actus, *Bald. in l.cum hi*, §.*si in annos*, *ff*.

47 *de transact.circa fin. vers. addunt*. † Exēpla autem tacitæ renunciationis refert. *Dalner. tract.de renunciat. cap*.3. *num*.11. *vsq. in fin*.

48 An autem renunciatio † debeat esse generalis, vel spetialis, vel sufficiat tacita, *dixi infra* §.6. *& seq*.

49 Limit. vbi pendente iudicio traditur, nam conualidatur, & sequi potest valida sententia, *Caldas. quæst*. 48.*col*. 1. *versic. aduerto*.

50 An autem sit locus rescissioni, *dixi cap. antecedenti*, §.11.

§. I.

SVMMARIVM.

Exequutio sententiæ retardatur opposita exceptione, quod res ob quam illa est relaxata non fuerit reo tradita 1.*Ampl*. 2.7.8.9.11. 12.14.16.17.18.19.20.21. 22. 23. *Limit*. 24. 25.

Clausula dat, tradit, quid operetur 3.

Notarius non potest rogari de ijs, quæ geri non possunt tempore confecti instrumenti 4. *illius assertio non probat ea, quæ tempore rogitus non potest videre* 5.

Emptor an consequatur fructus rei traditæ 25.

Adimplementum petens, debet prius adimplere 1[illegible].

Emptorem conuentum ad pretij solutionem, posse repellere venditorem † exceptione rei non traditæ, *dixi supra hoc cap.Ampl*.1. & id voluerūt, *Surd. conf*.101.*num*.3.*Natta conf*.305.*numer*.1: *Galles.de oblig.Camer.quæst*.17.*num*.10.*vbi Zacchias alios refert*, *Caldas. testans de approbata omnium calculo sententia*, *q*.48. *vers.nec sufficit*, *Ioseph.Lud.decis.Lucens*.2. *num*.2. *Fab. de Mont de emption. quæst*. 5. *num*.42. *Mangil.de euiction.quæst*.98.*n*.1. *&* 5.*Gail. & ab illo relati obseruat*.17.*n* 12 *lib*.2.*Coler. de processib par*.4. *cap*.1.*n*.83. *& seq. vbi reprobat dissentientes*, *Dec.con. sil*.119.*pro tenui, num*.1.*&* 2.*Fel.cap.cum Ioannes de fid.inst.num*.34. *Alex.conf*.119: *lib*.1.*num*.2.*Canar.de execut.inst.num*.60. *& seq*. 1

2 Ampl. etiam, si in instrumento † venditionis dixerit venditor, quod emptori rem venditam tradidit, & tradere, & dare, *Corn.conf*.245.*lib*.4.*num*.2.*Natta consil*.360.*Illis, num*.2.*& seq*.quem sequuntur *Gratian.discept*.411.*num*.4. *Mascard. de probat. conclus* 1387.*nu*.34. *& seq*. Eam

3 afferens rationem, quia clausula † dat, tradit, operatur tantūm licentiam intrādi possessionē rei emptæ propria auctoritate, & ob distantiam rei venditæ non

4 potuit illa transferri, & esse verba † Notarij,

tarij, qui non potuit rogari de eo, quod
geri minimè potuit tempore, quo fuit rogatus de instrumento venditionis, nec
5 Notarij † assertio probat ea, quæ tempore rogitus non potuit videre, vel audire, *Alex.conf.119.lib.1.num.4.* idem firmarunt *Magon.decis.Lucens.11.num.4.in fin.& n.5 Graf.de except.cap.13 num.10. & 47. Cornazan.decis.60 nu.7. Intriol.cas.conscient. 14.numer.104. & seq. Marta clausul.189. Caldas.de emption.cap.25.num.18.* adden-
6 do istam clausulam † apponi de consuetudine Notariorum, & per illam dari licentiam emptori intrandi possessionem sine vitio spolii, *Bertazol.clausul.16.glos.3 num.2.* vbi infinitos consentientes refert.
7 Ampl. siue agatur de re mobili, † siue immobili, *Corn.cas.245.lib.4. quem refert, & sequitur Mascard.de prob conclus.1387. num.35.* cum declaratione tamen an venditio sit facta in præsentia, vel absentia rei, *vt dixit Marta clauf.189. num. 4.* vt priori casu importet traditionem, secundo autem secus.
8 Ampl. vt emptori detur † retentio totius pretii, etiam quod pars maior rei venditæ sit tradita, *Surd.conf.101.num.6.& 7.* qui loquitur, vbi plures res fuerant simul venditæ, & vna non fuerat tradita, *Neuiz. conf.37.num.41.* Si tamen plures res
9 † vendantur simul cõstituto singulis pretio, quia plures sunt factæ venditiones, recederem à dictis *Surd. l. cum eiusdem, ff.de ædil.edict.l.si plura, ff eod.l.quod sæpe, §.in his ff. de cont.empt. Crauet. conf.221. emptores, num.16. circa med. Mantic. de Tacit.lib.2.tit.3.num.12.& latè prosequitur idem Surd.conf.101.declarauit, num.38. & seq. & conf.107.num.8.& latius Tiraq. de retract.lignag.§.23 glos.1. nu.20. & seq. Dec.conf.119. pro tenui, num.1.* Ampliando etiam, si fuit tradita maior pars.
10 Ampl è contra, vt † condemnato venditore ad rei venditæ traditionem, retardetur sententiæ exequutio, si excipiatur de solutione pretij non facta, *vt dicam infra §.8.*
11 Ampliari potest multis † casibus, qui colligi possunt ex capite proximo, & antecedenti.
12 Ampl. etiam si in instrumento † venditionis esset apposita clausula constituti, seu vẽditor cõstituisset possidere pro emptore, *vt dicam infra §.4.*
13 Ampl. etiam, si emptor se † obligauerit soluere in forma Cameræ, vel alio pacto executiuo, *Gratian.discept 411. posset, num.3. & seq. cum alijs cumulatis supra num.1. Caldas. quæst. 48. exceptio, col. 2. vers. cæterum.*
14 Ampl. vt retardetur † sententiæ exequutio; etiam si in processu non fuerit exceptum de rei traditione, *Butr. & Imol. in cap. cum Ioannes de fide instr.* quos refert, & sequitur, *Felin.ibid.num.34.vers. subdunt etiam, relati à Spec. de exequut. sent.§.fin.num.8.vers. sed pone*, vbi refert dissentientes, quibus ille adhæret, & illum sequitur, *Bart.in l.si duo 13. ff. de iur. iurand. num.3.* eam afferens rationem, quia exceptio peremptoria nõ potest opponi post sententiam, *Dec.conf 421.nu.7. quem sequitur Surd.conf.101.declarauit, numer.5.in fin.*
15 Ampl. vt si de ista exceptione † fuit cognitum, & nihil pronuntiatum, salua sint iura condemnati agendi ad traditionem, *Spec.de exequut.sent.§.fin. vers.pone.*
16 Ampl. idem dicendum † in locatione conuento, vel condemnato conductore ad soluendum pensionem, *vt dixi §.seq.*
17 Ampl. etiam, si adsit † statutum, quod contra instrumentum venditionis, vel venditionem ipsam, vel venditorem petentem pretium rei venditæ, nulla possit opponi exceptio, *Bal.l.si traditio, C. de action.empt.num.3.quæst.3. Simon. de præstest.de interpr.vltim.volunt.lib.5.interp.2. dub.3.num.120. Dec conf.119. nu.1. vers. ita ergo, Caldas.quæst.48. col.2. versic. & in statuto.*
18 Ampl. vt emptori † detur retentio totius pretii, etiam quod tradita sit pars aliqua rei venditæ, *l qui pendentem, ff. de act. empt. l. ex prædijs in fin. C. de euict. Surd.conf.101.num. 6. Neuizan.conf.37.n.1. Dec. conf.119. numer. 1. Caldas. quæst.48. in princ.*
19 Ampl. etiam, vbi fuit tradita, sed non liberè, *l qui rem in fin.C.de euiction.Alex. conf.119.viso processu, lib:1. num.2. circa med.Dec.conf.119.num.1.Galles.de oblig.Camer.quæst.17.num.10.* vbi Zachias limitat, si emptor aliquo modo fiat tutus, *& n.68.* late

latè comprobat exemplis, *Caldas. quæst. 48. in princ. Osasc. decis. 24.* qui loquitur si res erat grauata fideicommisso.

21 Ampl. siue actum fuit via ordinaria, siue executiua, *Dec. consf. 119. pro tenui, num. 2.*

22 Ampl. etiamsi excipiens non probet oppositam exceptionem, *Caldas. quæst. 48 exceptio, col. 3. in princ.* eam afferens rationem, quia oritur ex eodem instrumento, quo actum fuit ad pretij solutionem.

23 Ampl. etiam, si venditor esset excommunicatus, *Bald. in cap. cum inter, de except. num. 8. in fin.* eam afferens rationẽ, quia excommunicatus isto casu non agit, sed excipit, & traditio est onus contractus, seu vt ego addo excommunicatus excipiendo dicitur se defendere, *cap. cum inter, vers. legitima defensio de except. Mastril. decis 57. n. 11. 13. & seq. Surd. cons. 166. alia, num. 16. circa med.*

23 Limita, vbi res fuit vendita † in præsentia rei, vel instrumentum venditionis fuit, cum clausula dat, tradit, confectũ in re ipsa vendita, vt puta in fundo vendito, *Natta cons. 360. Istis, num. 1. in fine, Cornazan decis. 60. n. 7. Gratian discept. 411 num. 3. in fin. Marta Clau. Sal. 189 num. 4.* addendo præsertim, si addita sit Clausula Constit. *Bertazol. clausul. 16. glos. 3. num. 1. in fin. & num. 2. Tiraquel. de iur. Constit. par. 2. num. 2.*

24 Limit. vbi res fuit † semel tradita, nam venditor nõ est obligatus defendere emptorem in possessione, *Glos. in l factum cuique, ff de reg. iur. l. penul. §. fin. & l. fin. ff. de action. emp. Mangil. de euict. quæst. 33 num. 25.*

25 Limit. vbi in processu † fuit exceptum de traditione non facta, & tamen contra excipientem fuit lata sententia, *Fel. cap. cum Ioannes, de fid. inst. num. 34. Trentacinq. lib. 2. resol. v. de except. nu. 18.* addendo idem de alia simili exceptione dicendũ.

26 Limit. vbi venditor constituit nomine emptoris præcario se possidere, *Alex. consil. 27. viso libello, lib. 1. num. 2.*

27 Limit. vbi emptor † sciente, & patiente venditore ingressus est possessionem, & fructus percepit, *Alex. cons. 27. viso libello, lib. 1. num. 2.* suadet tamen, vt venditor offerat tradere.

28 An emptor consequatur fructus partis traditæ, *Dec. cons. 119. pro tenui, num. 12. vers. vltimo, Surd cons. 101. declarauit, n. 7. circa med. & num. 12. & seq. & 19.*

29 An fiat validum iuditium, si illo pendẽte super solutione pretij, venditor tradat rem venditam, affirmatiuam tenet, *Alex. cons. 27. col. 1. vol. 1. quem refert, & comprobat Caldas. quæst. 48. exceptio, vers. attamen si contingat.*

---

§. II.

SVMMARIVM.

Locatio similis est venditioni 1. *Ampl. ibidem & 2.*

Venditionis nomine etiam in Statutis continetur locatio.

Venditor debet exprimere omnes qualitates etiam malas rei venditæ 4.

Locator debet exprimere omnes qualitates rei locatæ 5.

Conductor conuentus ad solutionem pensionis, repellit à iudicio locatorem exceptione rei locatæ non traditæ 6. 8. *Ampl.* 9. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 22. *Limit.* 23.

Trado quandoque significat naturalem possessionem concedere 7.

Facto vbi est opus verba non sufficiunt. 10.

Conductor excipiens locatorem non fuisse passum, vt vtatur re conductor, an ipse grauetur onere probandi oppositam exceptionem 15. 16. 17.

Locator agens ad pensionem, quid debeat probare 20.

Conductor opposita exceptione rei non traditæ, an exeusetur à decursis 24.

Locationem similem esse † venditioni, & eisdem iuris regulis regi, inquit Imperator *in §. 1. inst. locat.* eadẽenim substantialia in ambabus sunt necessaria, vt subsistant, nempè rem † consensum, & pretium, seu mercedem, *Mozzius de Contract. de loc. & conduct. cap. de substantialibus, §. Venio;* & sicuti nemo rem propriam emit, ita nec conducit, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & nomine venditio-

3 nis † etiam in Statutis continetur locatio, *Tiraq.*

Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos.14.nu.83,
in fin.& ficuti venditor debet exprimere
4 omnes qualitates † præsertim malas rei
venditæ, *l.quaero si quis fundum, ff.de act.*
empt. Alex.cons.14.lib.5.nu.10. Surd.con-
5 *sil.145.num.8.* Ita & locator recensere de-
bet ea omnia, quæ deterrere possunt con-
ductorem, ne conducat, *Bero.quaest.61.*
cum alijs cumulatis à Surd.cons.150.n.126.
& seq. addendo debere explicitè, & non
per ambages, & quæ sint intra, sed etiam
extra rem.

Ideò quæ mox dixi de venditione, vi-
dentur esse generaliter dicenda de loca-
tione. Attamen quia gratæ sunt cunctis
spetiales decisiones, & habere auctorem,
qui in indiuiduo loquatur de casu, de quo
contingit dubitari, dicas conductorem
6 † conuentum ad pensionis solutionem,
repellere locatorem, si in illum excipia-
tur de re locata non tradita, idest illius
possessione non concessa frui, cum & ver-
7 bum † tradere designet, quandoque rei
naturalem possessionem concedere, *l.si*
8 *non tradi tam, ff.pro legat.* antecedens † as-
sumptum probat *Textus in l.ex conducto,*
in princ vbi Bald.*notat, ff. locat. & per il-*
lum textum notat, Natta cons. 360. Istis,
num.1.relato Bart.in l.si quis domum, ff.eod.
dicente, quod locator nō solùm est obli-
gatus rem tradere, sed etiam successiuè
pati, vt conductor re conducta vtatur,
fructusque percipiat, idem repetit *Magon.*
dec.Lucens.11.n.7.& seq.Ioseph.Ludou.decis.
Lucens.2.num.6.Marescot.resol.88.lib.1.
num.5.Osasc.decis.51.num.10. Plot.de in
litem iuran.num.174. Mangil. de euiction.
quaest.149.num.6. & seq.
9 Ampl. etiam si locator † in instrumen-
to locationis dicat dare, tradere, *Natta*
cons.360.Istis, num.1.in fin subdens num.2.
rationem, quia cum possessio sit quid fa-
cti, *l.denique, ff.ex quib.caus.maior.l.1.§.1.*
& §.si vir, ff.de acquir.possess.& vt ego ad-
10 do † sine facto non acquiratur, *Natta*
cons.518.num.3. non sufficit verbo illam
tradidisse, nisi facto probetur tradita,
quia vbi facto est opus verba non suffi-
ciunt, *l.Iulianus, §.offerri, ff.de action.*
empt.Bald.in proem.feudi num.43. circa
med. Natt.cons.3.num.4.vbi not. per hanc
rationem decidunt, *& dixi §. antecedenti,*

11 *Ampl.1.* † *Magon. decis.Lucens.11.num.4.*
in princ.& num.5. vbi refert omnia dicta,
Natt.Marescot.resol.8.lib.1.num.7.
12 Ampl. vt conductori excipienti † satis
sit excipere de re locata non tradita, *Ma-*
gon.decis.Lucens.11.num.9.& seq.Gras.de
except.cap.13.num.11.

Ampl. vt semper & quandocumque
13 † opponi possit; etiam in exequutione
sententiæ, *Ioseph. Ludouic. decis. Lcens.12.*
num.1. & dixi infra §.5.
14 Ampl. vt cum traditione † debet etiam
successiuè pati, vt conductor vtatur re
conducta, *Ioseph. Lud.decis.Lucens.2.n.7.*
si tamen conductor excipiat de patientia
15 non præstita, † ipse grauatur onere pro-
bandi, *Barzia decis. 17. numer. 27. Grat.*
cons.83.lib.1.num.1.& seq. docens cautel-
lam excusetur tali onere, *Mangil.de euict.*
quaest.149.num. 10.& seq.plurib. vbi ad-
dit quomodo probetur præstita patien-
tia.
16 Contrarium tamen circa onus probā-
di, non fuisse præstitam patientiam, te-
net *Marescot.resolut.88.lib.1.nu.6. Osasc.*
decis 51.num.10.circa med.
17 Concorda quod aut conductor semel
nactus est rei conductæ possessionem, aut
numquam est nactus. Primò casu verum
dixit, *Osasc.* Secundò verum dixit *Mare-*
scot. vt subdit idem *Osasc.decis.51 num.17.*
Mangil.de euiction.quaest.149. numer.11.
& seq.
18 Ampliari, & limitari † potest assum-
ptum nostri, *§. ijs omnibus modis, quibus*
dixi ampliari, & limitari assumptum
§.antecedentis.
19 Ampl. etiam, quod † instrumento lo-
cationis apposita esset Clausula Constitu-
ti, *vt dicam §.seq.*
20 Ampl. vt locator † agens aduersus cō-
ductorem, debeat exprimere præstitisse
patientiam successiuam, & conductorem
vsum fuisse re locata liberè, *Bal.l. condu-*
ctor, ff locat.Ias.§.actionem, inst.de action.
num.147.Franc.Bec.cons.45.n.19.Mangil.
de euict.qust.149.num.18.
21 Ampl. etiam si conductor † promisis-
set cum iuramento soluere, *Carroc. de*
locat.§.euictio.num.9.Mangil.de euiction.
quaest.149.num.20.
22 An excusetur à solutione pensionum
decur-

decursarum, *Mastril.decis.160. numer.15. & seq.*

23 Limit. vbi conductor † ex parte sua non adimpleuit adimplenda, *l.quaero, §.inter locatorem, ff.loca t.l.filiae licet, C.de colat.Crauet.cons.151.Gozad.cons.9.num.16. Decian.cons.102.num.9.& 17.lib.3. Franc. Bec.cons.144.n.11.Ioseph.Lud.decis.Perus.50 Rol.à Val.cons.57.num.17.lib.1. Natt. cons. 360.num.1.* etiam quod adimplementum stet in modico, *Natt.cons.679.numer.19. Cagnol.l.si quis maior, C.de trans.quaest.20.* addendo hanc esse frequentem cautionẽ in pallatijs.

§. III.

SVMMARIVM.

Exceptio rei non traditae potest opponi etiam in exequutione sententiae 1. & quare 2. Cõtrarium 3. Concorda 4. Amplia priorem opinionem 5.6.7.8.9. Limit. 10.11.13.

Statutum reijciens omnes exceptiones, de quibus intelligatur 12.

DIxi supra hoc Capite Decimo, Ampliat. secunda, exceptionem rei non traditae posse opponi quandocumque, &
1 etiam in exequutione † sententiae, & eius opinionis reperio fuisse, *Butr. in cap. cum Ioannes de fid.inst. vbi Fel. num. 34. Surd. cons.101.declarauit, nu.5. Corn cons.79.col. fin.lib.1. Alex.cons.114.& 119.lib.1. Cartar. decis.3.num.2.& seq.& 82.num.2.Caldas. quaest.48.col.2. vers.quod venditor, & col. fin.in princ lib.2.* reprobando tenentes cõtrarium, *Canar.de exequut.inst. num.60. circa med.Gratian.discept.411.num.11. & 16.& seq.* vbi plures refert testantes de cõmuni, *Gras.de exception.cap.13.num.19.& seq.Dec.cons.119.num.2.* vbi de communi
2 ea ratione, quia ista exceptio † non impugnat sententiam, sed illius exequutionem, *Cast. in l.1.C.de iur.& fact.ignor. numer. 5. in fin.*
3 Contrarium tenent † relati à *Caldas. quaest.48.col.fin.lib.2. vers. Nec obst. & à Cancer. de exequut.instrum.n.60.in princ. & à Fel.in cap.cum Ioannes, de fid.instrum. num.35.vers.subdunt, Gratian.discept.411. numer.13. & seq.* vbi refert testantes, de veriori.

4 Concorda, quod aut fuit † prius de illa exceptum, & cognitum, aut secus, priori casu vera est negatiua opinio. Secundò autem tenenda est affirmatiua, vt liceat excipere, ita colligo ex *Felin.in cap. cum Ioannes de fide instrum. num. 34. in princ.versic.secus aliter*, concordat, *Grat. discept.411. num.18.* quod si agatur de exequutione instrumenti, vera sit prior opinio; si verò de exequutione sententiae, vera sit seruanda *ante Gratian. idem dixerat Caldas.quaest.48.lib.2.in fin. Dec. cons. 119. num.2.circa med. Gras. tamen de except. cap.13.num.8.in fin.* indecisam reliquit.
5 Ampl. praesertim † per viam reconuentionis, *Cartar.decis.3.num.7.*
6 Ampl. è contra, † si actum fuit ad traditionem rei, & lata sententia excipiatur de pretio non soluto, vel alia re vicissim dãda, *Gratian.discept.411.num.15.*
7 Ampl. praesertim † implorato Iudicis officio, & ad effectum retentionis, *Grat. discept.511.num.20. & seq.*
8 Ampl. praesertim, † si in processu causae eadem exceptio nõ fuit opposita, *Grat. discept.411.num.22.*
9 Ampl. etiam, † si de ea fuit exceptum, sed non cognitum, an illa obstaret processui ad vlteriora, *Gratian. disceprat 411. num.22. relatis Butr. in cap. cum Ioannes de fid.instrum.nu.8.vers.quaero an emptor, & Felin.num.34.vers.subdunt, Imol.Spec. de exequut sent.§.fin.vers.item pone, Mangil.de euictiõn.quaest.33.num.28.col.3.in princ.num.12.Cast.cons.166.in fin.lib.2. Canar.de exequut.instrum.num.61. Cardinal. Tusc.concl.381. exceptiones, num.29.*
10 Limit. vbi de ista † exceptione fuit exceptum in processu causae, & de illa cognitum, & excipiens fuit condemnatus, vt colligitur à contrario sensu Doctorum, quos citaui in proxima, & antecedenti Ampliat. *But. & Imol.in cap. cum Ioannes de fid.instrum.* quos refert; & sequitur *Fel. ibid.numer.34.vers.subdunt etiam*, remanent tamen isto casu salua iura agendi ad rei traditionem, *Spec.de exequt.sent.§.fin. vers.item pone.*
11 Limit. vbi extaret † statutum aliud dispo-

sponens, vel generaliter reijciens omnem exceptionem, *Cardin. Tusc. conclus. 381. exceptiones, num. 32. citato Roman. cons. 76 numer. 7. & seq.*

12 Quæ autem exceptiones † non censeãtur reiectæ stante dicto statuto, *dixi supra hoc cap. 10. num. 17.*

13 Limit. vbi à Statuto † admittitur talis exceptio, si probetur infra certum tempus, & infra illud non fuerit probata; etiam quod testes iurauerint de veritate dicenda, illo durante, quia excipiens illi censetur renuntiare, & agitur de dilatione legali, cui est satisfaciendum illa durãte, licèt secus sit in dilatione data à Iudice, *Clauet. cons. 179. in causa, num. 2. & 4. Cartar. decis. 4 num. 5. & seq. & decis. 100. num. 1. & decis. 101. num. 7. & seq. & decis. 108. num. 4. & seq.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Tradere, qui est obligatus, sufficit, si fictè tradat per clausulam Constituti, vel aliam illi æquipollentem 1. *Contrarium* 2. *Concorda* 3. *Amplia negatiuam opin.* 4. 5. 6. *Lim.* 7.

Traditionis modi ciuilis, seu ficti 1. 8.

QVæ dicam hic addi possent dictis *cap. antecedenti*, §. 7. pugnantes tamen, an vbi res deducta in contractum est tradenda, sufficiat ficta traditio, per Clausulam Constituti, vel aliam, illi æquipolentem, sunt apud interpretes iuris nostri sententiæ contrariæ.

1 Affirmatiuam † namque amplexa est, *Gloss. in l. ab emptione, verb. constituantur, vers. sed quid, ff. de pact. quam commendat Ias. in §. omnium, inst. de action. num. 158. sequuntur Rol. à Val. cons. 51. & sequen., lib. 2. n. 12. Put. testans de communi decis. 49 lib. 3. relati à Dionys. Pontan. ad Consuet. Blesens. artic. 81. §. 6. vers. quæro duodecimo, & à Giurb. decis. 80. nu. 20. post princ. vsq. in fin. & ab Osasc. decis. 36. in causa, num. 1. Tiraquel. de iur. Constit. par. 1. num. 7. Neuiz. cons. 37. num. 19. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 153. in princ. & in fin.* vbi de veriori *Caldas. quæst. 48. lib. 2. col. 1. in princ. vers. quæ conclusio.*

2 Negatiuam tenent † relati *à Rol. à Val. cons. 51. & sequen., lib. 2. nu. 15. & ab Osasc. decis. 36. numer. 4 & seq. vers. contraria,* vbi de frequentiori, & veriori testatur, *& à Surd. cons. 13 num. 15. à Put. decis. 49 lib. 3. à Tiraquel. de constit. par. 1. num. 10. Alex. cons. 28. lib. 2. num. 7. vbi addentes alios referunt, relati à Cagnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. num. 153. circa med. relati à Mangil. de euiction. quæst. 149. n. 9. Caldas. quæst. 48 exceptio, in princ.*

3 Concordatur tamen, † quod aut agitur de traditione Iuris, & procedat affirmatiua, aut de traditione facti, & procedat negatiua, vt distinguit, & iudicatum refert *Cartar. decis. Ianuens. 82. Cum quidã, num. 6* relatis pluribus ita sentientibus, *Tiraquel. de iur. constit. par. 1. num. 10. Guid. Pap. decis. 101. num. 3. & decis. 501. Osasc. decis. 36. num. 4. & 5. Alex. cons. 28. lib. 2. n. 7. vers. Nec obst. vbi addentes Cornazan. decis. 168. num. 8. Marta clausul. 189. num. 5.*

4 Ampl. idem † dici, si apposita fuerit Clausula præcario, *Cartar. decis. Ianuens. 82. num. 5. Osasc. decis. 36. num. 4. Tiraquel. de iur. constit. par. 1. num. 10.* dum prius retulisset in eodem casu pugnantes opiniones, vt dixerat de clausula Cõstituti, prout retulerat etiam, *Cartar. dicta decis. num. 4.* subdit tamen, *Tiraquel. ibid. nu. 14. & seq.* quando pinguius consulatur Clausula Præcarij, quam Constituti.

5 Ampl. relata negatiua † præsertim si constituens, præterea se obligauit tradere rem liberam, & vacuam, *Tiraquel. relatis Corn. & Ruin. de iure constit. par. 1. num. 11.*

6 Ampl. præsertim † in casu, quo lex, vel statutum requirit veram, & realem traditionem, *Bart. l. Titia 134. ff. de verb. oblig. num. 9. vers. quid si do tibi, cum alijs cumulatis à Gratian decis. 138. num. 6. & seq.*

7 Limit. ijs omnibus casibus, † quibus Clausula Constituti, nihil operatur, quos refert, *Tiraquel. de iur. Constit. par. 3.*

8 Ciuiles alii modi rei † tradendæ sunt, traditio clauium in præsentia rei, *l. clauibus, ff. de cont. empt. Retentio vsusfructus tantum, l. quisquis, C. de donat. ingressus rei de licentia domini, l. 2. C. de acq. possess.* Traditio

ditio instrumentorum, *l.1.C.de donat. cum alijs relatis à Glos. & Doct. in l. possideri, ff.de acquir. poßes. l. traditionibus*, C. *de pact.*

§. V.

SVMMARIVM.

Traditio est modus acquirendi de iure naturæ, & gentium 1.
Traditum non dicitur perfectè, quod alteri est obligatum, vel casu aliquo potest euinci 2.
Factum non dicitur, quod non durat factum 3.
In obligatione rem tradi est mixta obligatio rem dari, idest dominium transferre 4.
Venditor vendens rem alteri hypothecatam, seu quæ detegitur non libera, si petat pretium repellitur exceptione, quod res vendita non fuit tradita 5. *exempla talis venditionis* 6.7.8.9.10.11.12.13. *Ampl.*14.15. 16. 17.18.20.21.22.23.27.*Limit.*28.29.30.31. 33.34.35.
à Satisdatione excusatur, qui est diues 3.
Creditor conditionalis, vel in diem non est propriè creditor 32.
Cautionis vicem habet litis susceptio 24.
Serafin.decis declaratur 25.
Theodosius Rubeus declaratur 26.

1 Traditionem esse † modum dominij acquirendi iure naturæ, & gentiũ, nemo est, qui nesciat, *l.traditionibus*, C.*de pact.* §.*per traditionem, instit. de rerum diuis.* *Caldas.quæst.*48.*lib.*2.*num.*1. *versic.* & *idem*, cum res alteri obligata, vel aliquo
2 casu ad aliquem relatura, † non possit dici perfectè tradita, quia ab alio quandocumque auocari potest, *Dec.cons.*177.*n.*3
2 nam factum minimè dicitur, † quod non durat factum. *Surd.*380.*num.*46.& *cons.*
3 436.*num.*13.& quia in obligatione, † rem tradi, est admixta obligatio rem dari, idest dominium transferre, §.*sic itaq. inst. de act.* *Serafin.decis.*321.*num.*9.

Ideò, si res fuit tradita, & ea comperiatur non libera, excipi potest aduersus
5 venditorem petentem pretium, quod res non fuit tradita, *Alex.cons.*65.*omissis,lib.*5 *num.*3.*vers.et si diceretetur*, *Gales.de oblig* *Cam.quæst.*17.*num.*10. *Serafin. decis.*321. *numer.*9.*Alex cons.*119.*lib.*1. *nu.*2. *in prin. Dec.cons.*119.*n.*1.*in princ.* *Caldas.quæst.*48. *col.*1.*vers.* & *idem*; exemplum erit, si res
6 † detegatur obnoxia canone emphiteotico, vt censuit *Rota teste Zachia de obligat. Cam.decis.*77.*n.*2.*circa med. Grat.discept.* 411.*num.*12.*circa med.* & de libertate rei dixi plura *de Laudem lib.*3 *quæst.*22.*artic. Neuiz.cons.*37.*nu.*2. *Mangil. de euiction. quæst.*98.*num.*5.*Surd.cons.*30. *num.*9. Vel
7 grauata † censu consignatiuo, *Ludouis.decis.*295.*ante num.*1.
8 Vel † fideicommisso, *Osasc. decis.*24. *numer.*2.& *seq.vers.in contrarium*, *Grat. discept.*411.*num.*12.*circa med.Zachias de*
9 *oblig.Cam.quæst.*17.*num.*70.Vel alteri † locata, *Angel.cons.*311.*numer.*3.*Rimin.Iun. cons.*94.*num.*25. & *cons.*366. *num.* 30. & *cons.*411.*num.*49. *in fin.* & *num.*97.
10 Ampl idem dici, † si non fuit tradita vacua, *Bart. l.ratio*, §.1. *ff.de action. empt. Cornazan.decis.*168.*num.*5.notandum tamen, quod si tradatur res à nemine occupata, quamuis illa alicuius debeat pati
11 † seruitutem, quod nihilominus dicitur tradita vacua, *l.mauius*, §.*in fundo*, *ff.de leg.*2.*vbi Bart.num.*5 *notat.l.*2.& 3. *ff. de act.empt.Fab.de Mōt tract.de empt.quæst.* 6.*num.*64.
12 Ampl. idem, † si non fuit tradita tota, *Dec.cons.*119.*num.*1. *in princ.* & *conferunt dicta supra hoc cap.in princ.Ampli.*19. *Caldas.quæst.*48.*lib.*2.*col.*1. *vers.Nec sufficit*, *Surd.cons.*36.*num.*9.*vers.Ita si venditor*.
13 Ampl. quod si † res tradita sit purè hypothecata, non solùm detur pretij retentio, sed etiam si solutum fuit, agi possit ad hypothecæ extinctionem, *l.ex his prædijs C.de euict.l.creditor*, §.*prædium*, *vbi Cast.ff. de act.empt.ripb in l.*1.§.*si hæres*, *ff. ad treb. num.*31. vbi refert, quomodo consulatur emptori, si pretium soluit, & detecta fuit hypotheca, *Serafin.decis.*321.*num.*8.
14 Ampl. idem † si comperiatur obnoxia alicui seruituti, *Capic.decis.*187.*num.*15.
15 Ampl. etiam † si venditor dederit fideiussores pro euictione, si tamen apparet rem non esse liberam, *Cuman l.cum quis*, §.*qui hominem*, *ff.de solution.sequitur Alex.in l.Iulianus*, §.*qui fundum*, *ff.de verb. oblig.num.*2.*in fin*, *Serafin. decis.*321. *n.*10.

16 Ampl. vt probato † rem venditam esse alteri hypothecatam; vel non liberam alio modo agente venditore ad pretium, possit illi opponi exceptio doli, *Alex.consil.65.comissis,lib.5.nu.3. circa med.Osasc.decis.24.num.4.in princ.& num.6.*

16 Ampl. vt interim † excusetur emptor à solutione pretij, vel alio reciproco adimplemento, *Bald.in l.ex his prædijs,* C.*de euiction.num.*1.*Serafin.decis.*1243. *num.*5. *in princ.*

18 Ampl. præsertim, † vbi venditor sciebat rem non esse liberam, & tacuit, *Osasc. decis.24.num.2.vers.prima.*

19 Ampl. etiã † nisi tradatur res eius qualitatis de qua fuit conuentum, *Alex.cons.119.col.penul.lib.1.Cartar.decis.3.num.5.*

20 Andonec † res facta sit libera, peti possint fructus compensatiui; *dixi cap. seq.* §.1.

21 Limit. quæ dixi de fideicommisso; † si ad illud vocati consentiant alienationi, *Ludouis.decis.295.num.3. vers.prout, Zachias de oblig.cam.quæst.17 num.70. Alex. cons.65 lib.5.num.3.vers.pone.*

22 Limit. vbi pretium † est inuestiendũ, vt sit cautum emptori, *Zachias de obligat. camer.quæst.17.nu.70 Serafin. decis.1243. num.2.in fin.*

23 Limit. vbi non † interest emptoris rem non esse liberam ab omni censu, & tamen erat alio grauata, si illa est capax vtriusque, addentes *ad Ludouis.decis.295.num.5.* vbi refert pluries Rotam censuisse, addendo idem dicendum, si dictum fuisset prædiũ censuatum esse liberum omni obligatione, *Serafin.decis.1243.num.5.& seq.Grat. alios referens discept.113. num.44. & dixi cap. antecedenti, limit.1.num.77.*

24 Limit. vbi pretium † remanet penes ementem mutatum in titulum census, *Serafin.decis.1243.num.2.in fin.*

25 Limit. vbi cautione † venditoris diuitis est emptori consultum, *Serafin. decis.*
1243.*num.3.relato Bald.in l.quicumque,*
C.de fund.rei priu.lib.11. & in l.ex his, in
fin.C.de euict.addendo,nu.4. susceptionem
26 litis habere vim cautionis, *Osasc.decis.*
24.*num.8 vers.non etiam, Gratian.discep.*
113.*num.40.& seq.* declarando, si lis sit ex
iure de futuro; secus si de præsenti, *& di-*
27 *cta decis.Serafin.* † 1243. declarari eiusdẽ
28 Serafin.*decis.321.annotauit Theodos.* † *Rubeus in suis singul.ad easdẽ de is.* quas alijs comprobat, tantùm profuit eius viri vigilis diligentia in aduertendis Rotæ placitis, quam cum iniuria notarunt aliqui sæpè vel pugnantia, vel ad placitum, vel seruiendo tempori, & dominantium votis, plura dixisse, iudicasseque.

29 Ampl. antecedentes limitationes † etiã si iuramento sit affirmatum rem esse liberam, & nulli obligatam, *Gratian.disc.113. num.43. & seq.*

30 Limit. vbi res † quæ petitur tradi, est aliena, & petens scit illam esse talem, *Bal. l.si familiæ,C.famil.hercis.num.8.Papiens. in libel.in caus.vend.§.promittens, in prin. Raphael.& Cast.in auth.qui res, C. de sacros. Eccles. vbi Salic. de communi opin. & practica, Dec cons.411.num.4.Roman. consil.396.num.3.Gozad.cons.24.num.7.vers. quarto, Crauet.cons.64.num.4. & cons.211. num.6.Natta cons 181.num.8.Franc.Bec. cons.24 nu.39.Tiraquel.de retract.lignag.* §.12 *glos.1.num.11.* addendo neque repeti pretium, nisi illud fuerit stipulatum restitui, re non tradita, vel euicta, *Menoc.consil.87.num.79.* & ratio esse potest, quia in pari causa turpitudinis deterior est petentis conditio, *l.4.ff.de cond.ob turp.caus.*

31 Limit. vbi res † est obligata pro quamtitate incerta, veluti euictione alterius rei, vel pro damnis, & interesse liquidandis, nã tunc sufficit cautio, præsertim si debitor principalis non sit is, qui rem tradidit, *addentes ad Alex.cons.65.omissis, lib.5.n.3. vers.liberam.*

32 Limit. vbi res † est obligata pro summa certa debita ab alio, quam à venditore, *addentes ad Alex.cons.65.omissis,lib.5.n.3. vers liberam circa med.*

33 Limit. vbi res est † obligata pro debito
conditionali, vel in diem remotam, vel
incertam, *addentes ad Alex cons.65.omis-*
sis, lib.5.num.3.vers.liberam, circa fin. Af-
flict.decis.241.num.5. & ratio est, quia
34 conditionalis creditor † vel in diem non
est propriè creditor, *Alex. cons.105.lib.5.*
Mangil de euiction.quæst.9.num.61. latius
tamen examinant *Neguf.de pignor.par.5.*
memb.1.num.24.& sequent.Osasc.decis.24.
num.1. & seq. & num.7. & seq.

35 Limit. vbi emptor † sciebat rem esse

alteri

alteri obligatam, *Bald. l. si fundum*, *C. de euiction.* & *in l. si domus*, *vbi etiam Bart. Angel. Imol.* & *Alex. ff. de legat. 1. Bero. consil. 2. num. 12. 15.* & *17. lib. 1. Surd. decis. 265. num. 26. Cast. in l. si in emptione 2. §. vacua, ff. de act. empt. in fin. Mangil. de euict. quæst. 27. num. 1. et seq.* addendo, si scie-
36 bat † rem esse alteri locatam, cogitare conductori, nec agere posse contra venditorem ad aliquod genus interesse, licèt talis scientia fuerit in genere.
37 Limit. vbi emptor † non molestatur in re empta, *Bald. in l. ex his prædijs in fin. C. de euiction. in fin.* cuius tamen dicta declara, vt per *Alex. conf. 65. omissis, lib. 5. num. 3 post med.*
38 Limit. vbi emptor † est tutus cautione bonorum venditoris, vel dedit fideiussorem de euictione, *Alex. conf. 65. omissis, lib. 5. num. 5. et 6. vbi Natta vers. adimpleuisse*, addit omni casu, quo ex dispositione legis, vel hominis, quis debet satisda-
39 re † excusari à satisdatione, si ille sit locuplex, & idoneus facultatibus, *Afflict. decis. 241. quidam, num. 5.* qui loquitur de marito, qui vendiderat fundum generaliter obligatum pro dote.

---

§. VI.

SVMMARIVM.

Exceptioni rei non tradita, vt sit renuntiatum, sufficit generalis renuntiatio omni legum auxilio 13. 8. 17. et quare 9. 11. Contrarium 18. 36. et quare 19. et seq. vsque ad 40. Ampl. hanc opin. 41. 42. 43. 45. Limita 48. 49. 50.

Generalis oratio continet omnia contenta sub regula 2. Ampl. 3. 4. Intellige 5. 6.

Generalia verba reduci debent ad casum honestatis, et verisimilitudinis 7. cautè illis vtendum 10.

Renuntiatio generalis, et spetialis differt 8. tantùm operatur in suo genere quantum spetialis in sua spetie 9

Renuntians generaliter, intelligitur voluisse remittere omnia, quæ sciuit, et potuit cogitare 11. Ampl. 12.

L. de ijs, ff. de transact. declaratur 14.

Renuntiatio generalis ad qua extendatur 14. 15. Ampl. 16.

Generalia verba tamquam obscura faciũt dispositionem dubiam 19. 20. sunt captiosa 25 Ampl. 26.

Generaliter quod est dictum, nulli censetur dictum 21.

Libellus generalis reijcitur 22.

Testes spetialiter deponentes præferuntur deponentibus generaliter 23. Ampl. 24.

Renunciatio est stricti iuris. 27.

Generalitas periculum generat, et sæpè est causa fraudis 28.

Renunciatio generalis non valet 29. 30. 31. 32. Limit. 33. apponitur potius ex conficto stylo Notarij, quam consensu partium 34. 35. 36.

Clausula codicilaris apponitur potius ex ficto stylo Notarij, quam consensu partium 37. idem dicitur de clausula non vi metu 35.

Notariorum clausularum congeries 39.

Ignorans non consentit 43.

Renuntiare ius suum, qui non possint 44.

Iuramentum non obligat extensiuè, sed intensiuè 46. Restringitur ad naturam actus, cui apponitur 47.

Renuntiationis generalis maxima est vis 51. Ampl. 52.

Emptionis naturalia quæ sint 53.

Soluere promittens, non censetur renuntiasse beneficium datum fideiussoribus 54.

Verba restringuntur ad ea, quæ sunt de natura actus 55.

Renuntiatio generalis non excludit, quæ sunt de natura actus 56.

DIfficultas non leuis est, an sufficiat generalis renuntiatio omni iuris, & legum auxilio, vel potius requiratur spetialis, & indiuiduo facta renuntiatio
1 exceptioni rei non traditæ, nam † affirmatiuam probat generalis regula, quod
2 generalis † oratio capit omnia contenta sub genere, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand. l. pluribus, ff de acceptilat.* etiam
3 † quod adsit maior ratio in vno, quam in alio, *l. 1. ff. de alea lus. et aleat. l. in fraudem in fin. ff. de testam. milit.* per quæ iura ita firmat *Veral. decis. 148. par. 2. num. 2.*
4 *Surd. conf. 270. vt malis, num. 8.* † & in quacumque materia, *Natta consil. 102. verissima, num. 1. post princ.* quamuis stricta,

ćta, & odioſa fuerit, *Crauet.conſ.447.n.1.*
Tiraquel.in præfat.l.ſi vmquam, C.de re-
*uoc.donat.num.*119. *& de retract.lignag.§.1.*
5 *gloſ.14.num.*102. *&* 107. modo † cadere
poſſint ſub genere expreſſo, *Sard.conſ.*131.
*tractatum, num.*20.*in fin. & numer.*21.*&*
*conſ.*267 *.num.* 1.*circa med.* & ſub illo ciui-
6 liter † comprehendi, quia verba genera-
7 lia debent † reduci ad caſum honeſtatis,
& veriſimiliter cogitatum, *Seraphin.de*
*iurament.priuileg.*148. *num.*7. *Surd. conſ.*
267.*num.*2.*in fin.* Ideò generalis renũtia-
8 tio † non differt à ſpeciali, ad effectum,
vt renuntianti ſit præiudicatum, *Bart. l.*
*ſed & ſi quis, §.quæſitum, vbi Alberic.n.*20
*ff. ſi quis caut.Crauet.conſ.*407.*nu.*17.*Surd*
*conſ.*431.*num.*4.*Decian.conſ.*39.*numer.*53.
*lib.*2. *& conſ.*44.*num.*139.*lib.*4. *Brun. con-*
*ſil.*38.*nu* 4. & ratio eſt, quia tantùm ope-
9 ratur † generalis renunciatio in genere
renuntiato, quantum operatur ſpetialis,
*Grat.conſ.*29.*nu.*10.*lib.*2. *Caſal conſ.*309.
*num.*41.*Crauet.conſ.*357.*num.*27. *Decian.*
*conſ.*39.*lib.*2. *num.*51. *& ſeq.* propterea
Doctores admonent cauendum eſſe à ge-
nerali renunciatione, & quod quiſque ſe
10 temperet, † ſeu ſe abſtineat à verbis ge-
neralibus, *Crauet.conſ.*447.*num.*1. *Burſat.*
*conſ.*286.*num.*13. *Decian. conſ.*39. *nu.*55.
11 *lib.*2. Nam renuntians † generaliter in-
telligitur voluiſſe generaliter remittere
omnia, quæ implicitè ſcire, & cogitare
potuit, *l.qui iure militari, ff.de milit.teſta-*
ment. l.ſub prætextu, C.de transf.vbi Bart.
*notat.Crauet.conſ.*875.*num.*11. *Riminald.*
*conſ.*595.*num.*9.*Menoc.conſ.*401.*num.*120.
cum alijs cumulatis à Gabriel. de reg.iur.
*regul.*4.*n.*1. *& ſeq.* præſertim ad tollendũ
12 † beneficium iuris renuntianti datum,
l.fin.C.quand.mul tutel. offic. Curt. Iun. in
in l. 1. *ff.ſi quis in ius vocat. non ierit.n.*12.
& ibi Angel. in fin. & Iacob. à S. Giorg.
*num.*7.
13 Ideò tutò dicendum videtur, † ne ex-
cipi poſſit de re minimè tradita, vt ſuffi-
ciat, renuntiaſſe generaliter omni legum
auxilio, ſicuti eodem caſu cenſeri renun-
14 tiatum † beneficio, *l.de his, ff.de tranſact.*
purgationis moræ, remiſſionis penſionis,
ex ſuperuenienti bello, ne quis conuenia-
tur, vltra quam facere poſſit; in uentarij,
iuris municipalis, cedendarum, excuſſio-
nis, ordinis, diuiſionis, reuocandi dona-
tionem, ſimulationis, & ſimilium, vt cõ-
cludit *Rol.à Val.conſ.*13.*viſa tranſactione,*
*num.*6. *& ſeq. plurib. Tiraquel. in præfat.*
l. ſi vmquam, numer. 121. *ex quibus Dec.*
*conſ.*452.*num.* 18.*& ſeq.Bertazol.clauſ.*41
*gloſ.*6.*num.*1.*& ſeq.* & reaſſumpſit *Maria*
clauſula 136.ea moti ratione, quia ea
15 clauſula † tantæ eſt potẽtiæ, vt faciat ceſ-
ſare omnem exceptionem renũtianti cõ-
petentem, vbi illa non fuiſſet contractui
appoſita, *Bald.in l.*1. *C.de conueniend. fiſc.*
*debit.lib.*10.*col.*4. *Marſil.de fideiuſ.nu.*35.
16 præſertim † vbi aliquæ exceptiones fue-
runt à renuntiante expreſsæ, *Alex.conſ.*11.
*lib.*2.*col.*5.*verſ.pondero illa verba, Natta*
17 *conſ.*145. *num.* 4.† *& in terminis noſtris,*
*Gratian. diſcept.*411.*num.*2.
18 Negatiua autem probari † poteſt, quia
quæ ſpetialiter alicui ſunt conceſſa, non
comprehenduntur ſub generali expreſ-
ſione, & de illis non cenſetur diſpoſitum,
vel cogitatum, niſi ſpecifica facta fuerit
mentio, *l.*1. *in fin. verſ. niſi ſuo priuilegio*
ſpetialiter, ff.ſi quis in ius vocat. non ierit,
l.ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut.
l.non ſolùm in fin l.qui duo, ff.de procur.l.il-
lud, §.talis, ff.de minor. l.negotium geren-
tes, C.de neg.geſt.§.ſoluto, auth.de nupt.
Et ratio poteſt eſſe, quia generalia
19 † verba tamquam obſcura, *l.ita fidei, §.*1.
vbi gloſ.notat. verb rerum, ff. de iur. fiſci,
l.in tradendis, vbi Bald. ff. commun. præd.
*gloſ.cap.fin.de teſtam.Gozad.conſ.*34.*nu.*9.
*Crauet.conſ.*33.*nu.*3.*Caſal.conſ.*524.*nu.*81
20 faciunt diſpoſitionem † ambiguam, &
obſcuram, *Gloſ. in l quoties inſtipulatio-*
*nibus, ff.de verb.obligat. Crauet. conſil.*70.
*num.*20. *vbi plura congerit, & conſ.*86. *nu-*
*mer.*6.*in fin. & conſ.* 162. *nu.*2. hinc quod
21 generaliter † eſt dictum, nulli cẽſetur di-
ctum, *Gloſ.cap.ex multa de voto*, quare
generalis ſermo reprehenditur, & non
releuat, *Gloſ l. ſi vehenda, §. ſi conduxiſti,*
vbi Alberic.ff.ad leg. Rhod.de fact.l.vbi au-
tem, §.qui illud, ff.de verb.oblig. l.cum in-
*certis, ff.de legat.*1.*cum alijs cumulatis à Ti-*
raquel.l.ſi vmquam, §.donatione, C. de re-
*uoc.donat.nu.*93. *Galarat. de renunc.lib.*4.
*cap.*2.*num.*17.*verſ. renunciatio.* Ideò li-
22 bellus † generalis reijcitur, *Gloſ.in l.*1.*§.ſi*
quis argentum, verbo iuranti, ff. depoſit. &
exa-

examinat. Iaf. in §. curare, instit. de action.
23 num. 8. & seq. & testium depositio † spetialis præfertur depositioni generali, Bero. cons. 94. lib. 3. num. 7. Dec. cons. 448. n. 37 Mantic. decis. 366. nu. 5. ampliando etiam
24 si essent † pauciores numero, & vt inquit, Boer. decis. 23. nu. 45. duo testes deponentes in spetie, præferuntur mille testibus deponentibus in genere.

Addi potest, quod verba generalia
25 tamquam captiosa, minimè prodesse debent ei, qui non curauit spetiali exprimi, l. si in emptione, ff. de cont. empt. l. 1. ff. de act. empt. Bald. cons. 4. lib. 1. in fin Barbat. cons. 16. lib. 2. nu. 10. propterea dicitur esse
26 in dolo, † qui verbis generalibus vtitur, Paris. cons. 42. quantum, lib. 4. num. 22. Ideò captionis euitandæ, & quia renunciatio
27 est stricti † iuris, Dec. cons. 551. num. 1. Natta. cons. 78. num. 5. nullatenus dicendum videtur sufficere generalem renunciationem, quia per illam renuntians, captus diceretur, non aliter, ac capiuntur pisces hamo, l. cum Aquiliana, ff. de transact. Bald.
28 cons. 4. lib. 1. generalitas † enim periculum generat, & sæpe est fraudis causa, l. fin. C. de dot. promis. l. 1. l. quæro, ff. de act. empt. Bal. cons. 187. in princ. lib. 4. Alberic. l. sed & si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. num. 3.

Ideò vera videtur opinio Accursij, qui in l. 1. glos. fin. ff. si quis in ius vocat. non ie-
29 rit, censuit † generalem renunciationem non valere, quia vt inquit, Bald. in cap. 1. num. 2. de controuers. feud. apud par. in ea deficit renuntiantis consensus, quo deficiente nihil dicitur renunciatum, vel male renunciatum, Roncagal. l. 3. ff. de duob. reis, num. 113. vers. nec quempiam, post Ac-
30 cursium idem † censuit, Masuer. in praxi de obligat. & renunciat. num. 20. & istam opinionem dicit æquiorem, Bald. cons. 4. quæritur, lib. 1. num 2. in fin. dum prius in ibidem, num. 2. in princ. retulisset Specul. de renunc. & conclus. col. 1. post multa fir-
31 masse generalem † renunciationem non valere, & si non validam saltem parum valere, affirmant Curt. Iun. in l. & hæredi, §. in ista, ff. de pact. num. 23. Roncagal. in l. 3. §. vbi duo, ff de duob. reis, num. 113. qua ratione inoleuit praxis, vt renuntietur le-
32 gi dicenti † generalem renunciationem non valere, Butrigar. de renunciat. in fin.
33 Vel quod enũtiatis aliquibus † exceptionibus subdatur deinde generalis renũciatio, Dyn. in cap. contractus, de regul. iur. n. 7. Guid. Papa asserens ita practicasse dũ esset aduocatus, decis. 367. in aliquo; Natta cons. 145. num 8. in fin.

Considerandũ est præterea, quod istæ
34 generales † renunciationes apponuntur communiter ex conficto Notariorum stylo, & Instrumentorum formulis, sibi confarcinatis, non autem de consensu, seu rogitu renuntiantium; vt in terminis
35 clausularum † renuntiuarum tradunt, Butr. & Abb. in cap. Quintauallis 23. de iur. iur. Barbat. cons. 48. num. 8. & cons. 48. n. 8. & cons. 58. num. 7. vers & licèt, lib. 1. & cõsil. 43. num. 7. & cons 52. num. 5. & cons. 60. num. 1. lib. 2. Dec. cons. 180. numer. 7. circa fin. vers. & primo; Curt. Iun. cons. 101. præsupponitur, numer. 10. & seq. Crauet. cons. 880. num. 17. Dec. cons. 350. num. 7. & 399. n. 8. circa med. vers. vbi loquitur de renunctionibus, Cornazan. decis. 168. num. 17. in ter-
36 minis nostris † de renuntiatione generali, quod non extendatur ad exceptionem rei non traditæ, & idem dicitur de
37 † clausula codicillari, Bart. in l. 1. ff. de iur. codicis, Curt. Iun. cons. 101. numer. 11. Dec. cons. 394 num. 9. Curt. iun. cons. 101. num. 10. & seq. Corn. cons. 150. lib. 3 num. 6. Barbat. cons. 48 num. 8. lib. 1. & cons. 68. lib. 2. nu. 1. Iuramenti, Serafin. de Iurament. priuileg. 49. num. 3. & seq. Constituti, Tiraquel. de iur. constit. par. 4. limit. 31. circa fin. Flau. Amendol. ad Vinc. de Franc. decis. 5. num. 3.
38 de clausula † non vi metu, Gras. de except. cap. 11. num. 33. & seq. Ideò plura conij-
39 ciuntur in † Notarios, & illorum inconculcationes verborum, Natta cons. 582. nu. 23 circa med. Dec. in l. 2. §. fin. ff. si cert. petat, num. 19. & in 2. lectur. num. 39. in fin. Ioan. Fab. in §. adeo, numer. 15. Ias. l. Centurio, ff de vulgar. num. 83. Surd. cons. 116. num. 60. Gail. obseruat. 77. lib. 2. n. 6.
40 Aplectendo itaque negatiuam, † vt nõ censeatur generali renunciatione renuntiatum exceptioni rei non traditæ, tam ex relatis, quam quia oritur ex ventre eiusdem contractus, & natura actus de quo agitur, Alex. cons. 119. lib. 1. numer. 3.
41 Dec. cons. 119. n. 2. circa med. & ideò † nec ab homine, nec à lege, vel statuto, cen-

setur

setur sublata, *Canar. de exequut inst. q.26. Gales. de oblig. Cam. quæst.17. numer.8. vbi Zachias, num. 59.* refert pluries ita decisum à Rota, quamuis talis exceptio altiori egeat indagine, & in terminis nostris ita seruari vidisse referat, *Vrsil. ad Afflict. decis.283. num.4. circa fin. & voluit Alex. cons.119. viso processu, lib.1. num.2. Cornazan. decis.168. num.13. & seq. Gratian. discept.411. num 9.*

42 Ar pl. præsertim, si talis † generalis renunciatio facta fuerit à muliere, rustico, vel aliàs imperito, & nescienti vim eius

43 renunciationis, quia † ignorans non consentit, nec quidquam de suo remittit, *l. mater 19. §. cæterum, l. eum qui 21. ff. de inof. testam. l. fin. §. fin autem nescius, C. de furt. Bald. l. vinum, ff. si cert. pe. num.17. l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. Iud. Surd. cons.7. num.36. in fin. & num.38. & cons.150. numer.42. & seq. & cons.349. num.14. Gail. obseruat.41. num.2. & obseruat.71. num.8. Menoc. cons.27. num 40. & cons.237.31. & cons.381. num.30. & cons.422. num. 50. & cons.731. num.10. Masuer. in prax. de oblig. & renunciat. num.25.*

43 Ampl. idem in quacumque † persona, quæ actui consentire non potest, quia, cum fundamentum renuntiationis sit renuntiantis consensus, *l. si quis iur iurandum, C. de iur. iur. cap. quam periculosum, 7. quæst.1. Decian. cons.39. num.45. lib.2.* qui non potest consentire, in necessariam cõsequentiam, neque potest renuntiare,

44 *Boer. decis.147. nu.7.* † renuntiare autem, vt refert *Dalner. in suo tract. de renunciat. cap.5. numer.5. et sequen.* Impubes, nisi fuerit pubertati proximus, & iuret; Furiosus, Prodigus, Ebrius, Ignorans, Dubitans, Errans, Dolo deceptus, Metu coactus, Mente captus, Iracundus, non possunt validè.

45 Ampl. quæ dicta sunt † in præcedentibus duabus extensionibus, etiam si renunciatio esset iurata, *Barbat. consil. 16. lib.2. num.9. Capol. cautel. 196. num.1. Menoc. cons.1. num.218. et cons.80. num.70. et cons.401. num.39. et cons. 731. num. 11. et cons.990. num.20. Gail. obseruat.41. num.3. et obseruat.41. num.3. et obseruat.48. n.12.*

49 *lib.2.* & ratio est, quia iuramentum † nõ extensiuè, sed intensiuè obligat, *arg. l. Titius, ff. ad trebel. firmat Oldrad. cons. Gail. obseruat.98. lib.2. num.13.* seu quia renunciatio iurata non capit casus, quos non iurata minimè caperet, *Roman. cons.472. in fin. Marsil. de fideius. num.33. Osasc. decis.112. num.11. Gail. obser.22. lib.1. numer.6.*

47 & iuramentum † restringitur ad naturã actus, cui adijcitur, *l. fin. C. de non. num. pecun. Serafin. de iurament. priuileg.49. numer.30. & seq. Rol. à Val. cons.6. num.37. et seq. lib.1.*

48 Limit. vbi excipienti † præfixus, & lapsus esset terminus ad opponendam omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas, *Ias. in l.1. C. de iur. et fact. ignor. num.19. vers. licèt, Alex. l. rei iudicatæ, §. fin. ff. sol. mat. num.4.*

49 Limit. vbi † renuntians generaliter, eodem tempore emit rem, quam prius conduxerat, & illius pensionem successiuè soluerat, *Cornazanzan. decis.60. n.2*

50 Limit. vbi de illa in processu † causæ fuit cognitum, & tacite, vel expresse fuit illa reiecta, *l. ex diuerso, §. fin ff. solut. mat. vbi Alex. ita declarat, Canar de exequut. instrum. quæst.27. n.61. Tuscus concl. 381. num.89. et seq. et 95. Fel. cap. cum Ioannes de fid. inst. num 34. circa princ.*

51 Quia negari non potest maximam † esse vim generalis renuntiationis, vt patet ex dictis, *Tiraquel. in præfat. l. si vmquã, C. de reuoc. donat. num.116. et seq. pluribus, Gallarat. de renunciat. lib.4. cap.2. num.15. vsque in fin. Crauet. cons.447. et cons.407. num.17. et cons.875. numer.11. et cons.964. num.10.* cum alijs cumulatis *in meis Collect. ad l.1. § generaliter, ff. de legat. præ-*

52 *stand.* præsertim, † vbi est spetialis, *Bacuer. de Iarament. num.8. et seq.* addendum præterea censeo, pro confirmatione regulæ supra firmatæ, quod cum inter cæ-

53 tera naturalia contractus emptionis, † & cuiusuis alterius contractus, vbi quid viciffim est dandum, fit ipsius rei dandæ traditio, *l. exempto, ff. de action. empt.* generali renunciatione, illam non comprehẽdi, quia ex natura emptionis est faciẽda, *l. si vno, ff. locat. l. si insulam, ff. de præscript. verbis, l. inter stipulantem in princ, ff. de verb. obligat.* Canar. *de exequut. instrum. num.60. in princ. Caldas. quæst. 48. col.3. vers. statutum,* Ideò promittens soluere

54 uere liberè † non censetur renunciasse beneficio dato fideiussoribus, *Marsil.singul.332. Credo, cum alijs cumulatis à Tiraquel.in præfat.l.si vmquam, n.121. vers. quamquam*, addendo idem dici de beneficio reuocandæ donationis, ob non factam illius insinuationem, conueniendi vltra quam quis facere potest, & cuiusuis similis exceptionis, quæ continetur sub natura actus, cui apponitur renunciatio, *Menoc.cons.256. num.24.* nam ab illa vires tam extensiuas, quàm restrictiuas sumit, *Bald.l.sed & si quis, §. quæsitũ, col.2.vers.septimo fallit, vbi Rom.num.3. ff.si quis caution. Cæsal.cons.76. num.87. Crauet.cons.964.num.39.* & est generale, vt etiam verba ipsa, quæ sunt notæ eorũ, quæ dicuntur, *l.labeo, §. idem Tubero.ff.*
55 *de suppel legat.* restringantur † ad ea, quæ sunt de natura actus, cui appnuutur, *l. l.qui habebat, ff.de legat.3.* & generalis re-
56 nunciatio quamuis ampla, & enixa numquam excludit ea, quæ sunt præstanda de natura actus, *Bart.l.1.§.& parui, ff.quod vi aut clam.Mendel. cons.328. numer.58. Crauet.cons.263.num.6.Neuizan cons.91. num.21.*

---

§. VII.

SVMMARIVM.

Exceptioni rei non traditæ dicitur renuntiatum per actum illi contrarium 1.*Ampl.*2.3 4.5.6 7.*Limit.*8.9.

Exceptioni adimplementi dicitur rénuntiatũ per actum illi contrarium 1. *Ampl.*2.3.4.5. 6.7. *Limit.*8.9.

Agendum est hic quomodo probetur fuisse renuntiatum exceptioni rei non traditæ, seu etiam non adimplementi, plurimum enim habent symboli istæ duæ exceptiones.

1 Dicas itaq. renuntiatum fuisse, † vel renuntiari per actum adimplemento, vel exceptioni rei non traditæ, contrarium, *l.de lege, ff.de lege commiss. l. commissoriæ, C.de pact.int.empt.Roman.cons.27.num.3 vers quarto, Corn.cons.110.lib.1. num.5.in fin. Ruin.cons.155.n.5.& seq.lib.5. Mantic.in terminis nostris decis.270.n.14.circa fin.& dixi sup.num.92.*

2 Ampl. vt hæc tacita † renunciatio, resultans ex actu contrario sit efficacior, & prosit plus, ei, cui erat adimplendum, quã expressa, *Tiraquel. de retract.conuent.§.1. glos.2.num.52.in fin.*

3 Ampl. siue ex eo actu † contrario expræssa, siue tacita resultet renunciatio; veluti si post lapsum temporis, is cui erat adimplendum in parte, vel in totum, recipiat adimplementum, *Crauet.cons.106. Honaratus, num. 2.& seq.* vbi pluribus exemplis comprobat, *sequitur Rot. rec. decis.577.num.10.par.1.*

4 Ampl. etiam, vbi † verbis contrarijs colligitur fuisse renuntiatum adimplemento, veluti si lapso termino ad implendum, fiat protestatio, quod quis non vult obseruare promissa, nisi sibi vicissim fuerit adimpletum, *Crauet. cons.106. Honoratus, num.3 Gratian.discept.302. nu.26.* concludens sufficere solam petitionem eius, per quam inducitur renunciatio adimplementi, *Carroc. de locat.par.4.de euiction.num.67 vers.limit.primo,* exemplum referens, si post contrauentionem petat sibi adimpleri.

5 Ampl. etiam, vbi quis † contractui reciproco quiescit, seu non excipit de adimplemento, *l.si domus, ff locat. Cast.in l.si merces, §.si vicino, ff. eod. l.si fundus, § eleganter. ff.de leg. commiss. Franc.Bec. cons.45.num.4.* vbi latè, cum alijs cumulatis *à Gratian.discept.303.num.13.& seq. & 20.& seq.*

6 Ampl. etiam, vbi quis † cum iuramento se obligauerat de adimplendo, iuxta congesta *à Gratian.discept.302. num.24.*

7 Ampl, vt recipiendo † partem adimplementi, quis censeatur quiescere, vt adimpleatur in residuo, *Surd. cons.104. num.8.vsquè ad 17.& cons.135 numer.42. & seq.cum alijs cumulatis à Gratian. discept.302.num.26.& seq.*

8 Limit. vbi actus † contrarius præstationi adimplementi fuit factus, seu acceptatus ab eo, qui verisimiliter ignorabat obligationem adimplementi sibi debiri, vt censuisse Rotam testatur, *Gratian. discept.302.num.22.* veluti si is actus fiat ab hærede, cuius ignorantia est probabilis,

Tt circa

ea, quæ erant præstanda auctori suo defuncto, *l. qui in alterius, ff. de reg. iur.*

9 Limit. vbi actus contrarius † præstationi adimplementi est limitatus, *Grat. discept.* 302. *num.* 12: exemplum referens si quis recipiat fructus societatis officij, vel censiis, cuius causa debitor promisserat dare fideiussorem, nam censetur tãtùm renuntiatum pro tempore præterito, non autem futuro dationi fideiussorum.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Pretij nõ soluti exceptione retardatur executio sententiæ prolatæ pro emptore, & quare 1. *Ampl.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. *Limit.* 24. 25. 26. 27.

Contrarium 11. *& quare ibid.*

Pretij non soluti exceptio est iuris, inest contractui, & in iure consistit 10. 20. *non est exceptio peremptoria, & quare* 18.

Pretij non soluti, & rei non traditæ sunt exceptiones peremptoriæ 11. *opponi non possunt in sententia, vel executione illius, si non fuerint oppositæ in processu* 12, *& quare* 14. 18. *Contrarium* 15. 21. *& quare* 17.

Exceptiones peremptorias opponere ante litis ingressum prouidum est consilium 13. *distingue* 19. 23.

Bart. nuncupatur modernus Doctor à Bal. 16.

Specul. defenditur à contrarietate 22.

Dictis §. antecedenti, aptè annectuntur dicenda, si contra emptorem, qui obtinuit vẽditorem condemnari ad rei venditę traditionem, obijciatur quod pretium conuentum non soluerit, & ideò

1 † sententiam non exequendam, vt volũt *Dec. cons.* 119. *pro tenui, num.* 1. *&* 2. *vbi plures refert*, addẽdo rationes huius assumpti, *Boer. decis.* 43. *num.* 16. *Galles. de oblig. Cam. quæst.* 17. *numer.* 10. *Canar. de execut. instrum. num.* 60 *& seq. Surd. cons.* 101. *declarauit, numer.* 6. *Caldas. quæst.* 48. *exceptio, num.* 1 *in princ & num.* 2. *versic. quod venditor, Fab. de Monte Tractat. de emption. quæst.* 5. *num.* 42. *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 43. *Gail. obseruat.* 17. *lib.* 2. *num.* 1. 5. 8. *& seq. Mangil. de euiction. quæst.* 67. *num.* 2. *& seq. plurb. & quæst.* 98 *nu.* 3 *& seq. Bursat. cons.* 305. *tam patens, num.* 7. *Coler. de process. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 86. *Ioan. de Amic. cons.* 112 *nu* 4. *Alex. cons.* 27. *viso, lib.* 1. *in princ. Caldas. quæst. Forens.* 48. *exceptio, num.* 1. *& col.* 2. *vers. quod venditor.*

2 Ampl. etiam, † si adsit statutum, quod contra instrumentum venditionis nulla possit opponi exceptio, *Dec cons.* 119. *pro tenui, num.* 1. *&* 2. *vers. idem tamen, Caldas. quæst.* 48. *exceptio, col.* 2. *vers. Cæterũ, Mangil. de euict. quæst.* 98. *num.* 3. *& seq. Ias. in l. si duo, §. si quis, el* 1. *ff. de iur. iur. numer.* 5. *Caldas. quæst.* 48. *exceptio, lib.* 2. *col.* 2. *vers. & hac.*

3 Ampl etiam si † emptor partem pretij soluerit, *l. Iulianus §. offerri, ff. de act. empt.* per quem textum ita firmat, *Dec. cons.* 119. *pro tenui, num.* 2. *addendo in vers. vltimo*, an faciat fructus suos pretio non soluto.

4 Ampl. vt si pars † sibi fuit tradita, faciat fructus suos pro rata, & sit obligatus ad interesse, si pars tradita excedat pretium solutum, *Dec. cons.* 119. *pro tenui, numer.* 2. *vers. vltimo, Surd. cons.* 38. *num.* 20. *& consil.* 52. *num.* 63. *vsque ad* 66. *& consil.* 101. *num.* 7. *circa med.*

5 Ampl. vt emptor, qui † pretium non soluit, sit obligatus restituere fructus perceptos, venditori, etiam quod non fuerit in mora soluendi, *relati à Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 42. *numer.* 19.

6 Ampl. etiam † si deficiat vnicus nummus, *Glos. l. res bona fide ff. de contrah. emption. Bal. in l. fin. C. commod. Baetia tract. de inope debit. cap.* 12. *num.* 4. *Surd. cons.* 101. *declarauit, num* 7. *in princ.*

25 Ampl. vt ius agendi † de nullitate notoria, ſeu quæ apparet ex actis, numquā præſcribatur, ſed perpetuò de illa dici poſſit, *Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. num. 279. circa med. verſ. quando, in fin. relatis Balb. de præſcript. in 4. par. prin. q. 32 & Peruſ. in cap. dilecto, de appel. col. final.*

26 Ampl. etiam, † ſi excipiens conueniſſet cum iuramento, & pœna de nullitate ſententiæ, *Roman. conſ. 42. & ibi Mandoſ. Curt. Iun. in l. vbi pactum, C. de tranſact. num. 83.*

27 Ampl. etiam, † quod Iudex ſuſpicaretur, exceptionem nullitatis obijci per calumniam, vel adeſſet calumniæ ſuſpitio, *Lancellot. de attentat. part. 2. cap. 17. numer. 136.*

28 Ampl. vt de facto reſiſti † poſſit Iudici volenti exequi ſententiam euidenter nullam, etiam quod non fuerit appellatum, *Claud. Scyſel. in repet. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur. nu. 52. in fin. Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. num. 53.*

29 Ampl. etiam, † quod ageretur de ſententia ſub nomine Principis de voto conſiliariorum, & auditorum illius, *Afflict. deciſ. 283. diueſt, num. 1. & ſeq.*

30 Ampl. vbi talis † nullitas admittitur à iure communi, licèt poſſit ſubeſſe cauſa, per quā oppoſita exceptio nullitatis notoriæ poſſit reddi falſa, *Aret. in l. in illa, ff. de verb. oblig. col. verſ. tertio, Tiraquel. de pœnis in præfat. num. 61.*

31 Ampl. etiam, † vbi nullitas reſultat ex notoria iniuſtitia, *Alex. conſ. 33. lib. 1. n. 9. in fin. & dixi infra §. 12. Crat. conſ. 72. pro reſolutione, num. 2.*

32 Ampl. etiam † ſi prohibitum eſſet dici de nullitate, & recurſu, *Brun. de conſtit. §. nullitas, col. penul. in fin.*

33 Ampl. vt ſtatim † perimat ſententiam, *Bald. l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recipiant, nu. 8. ſequitur Rom. conſ. 51. Attentis in princ. verſ. ſed etiam, Caldaſ. quæſt. 36. num. 1. verſ. Immo.*

34 Ampl. etiam, ſi lapſus ſit terminus datus à ſtatuto ad dicendum de nullitate, *Viuius deciſ. 220. ſtatutum, num. 3.*

35 Ampl. vt iſto † caſu exequutor poſſit expreſsè exequutionem denegare, *Rol. à Val. conſ. 37. omiſſo, lib. 1. num. 15. circa med. Cagnol. l. cum quædam, ff. de iuriſdict. omn. Iud. numer. 33. verſ. quinto, Surd. conſ. 405. longa, num. 16. verſ. quarto, & numer. 30. verſ. nec dicatur, Roman. conſ. 51. numer. 1. & ſeq.*

36 Ampl. etiam, † vbi de nullitate per publicum inſtrumentum, etiam non factum de actis, docetur, *Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 7. num. 65.*

37 Ampl. etiam, † ſi agatur de exequutione ſententiæ, quæ tranſiuit in iudicatum, *Marſil. in rub. C. de probat. num. 180.*

38 Ampl. etiam, quod nullitas ex actis reſultans non allegetur, ſeu de illa excipiatur,

tur,

tur, *Vant.de nullit.cap.4. num.*52. addendo isto casu limitari regulam, quod notorium, releuet ab onere proponendi, seu allegandi, nec Iudicem debere interloqui exceptionem oppositam esse notoriam:

Singulare vnum notandum, quod dis-
39 ferens † excipere de nullitate vsque in finem litis condemnatur in expẽsis, quia in eo præsumitur calumnia, *Neuiz. consil.*108.*num.*20. *subdens num.*19. idem dicendum, si culpa rei labatur instantia, vt sit condemnandus in expensis.

40 Limit. vbi nullitas, † quæ dicitur ex actis resultare, reuocaretur in dubium aliqua probabili dubitatione, vel exceptione, nam reseruata illius discussione fiet sententiæ exequutio, & deinde cognoscetur de releuantia exceptionis, *Neuizan.conf.*70. *num.*31. *Scacia de appellat. quæst.*19. *Remed.*1. *concl.*4. *num.*72. Limit. vbi agendo proponit nullitatem, *Soc.Iun. cons.*45. *lib.*1 *num.*20. *vers. vel secundo, & dixi infra* §. 19. *Ripa in l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iud.num.*17. *in fin.* & faciunt, quæ dixi de exceptione requirente altiorem indaginem infra, §. *Contard. de momentan.possess.limit.*7.*num.*56. *& seq. Bal. in l.ab exequutione, C.quor. appel.non recip.*
41 *num.*8. † sublimitando, si non suspensa exequutione sequitur præiuditium irreparabile, vel quando talis notorietas impugnatur collorate saltem, sed sine calumnia, *Surd.cons.*405.*num.*21 *in fin. & n.*22. *& seq. plurib.* vbi latè comprobat, & exornat.

42 Limit. vbi à statuto † non admittitur nullitatis exceptio, nisi quæ sit vera, & directa, *Contard. de moment.possess.limit.*19. *num.*48. *ita declarando decis.Afflict.*28.

43 Lim. vbi fuit † renuntiatum exceptioni nullitatis tacitè, vel expressè, *Lancellot.de attent.par.*2.*c.*4. *p.*17.*num.*141. *& seq.*

44 vbi aliquibus modis † sublimitat, *& dixi infra* §.24.

45 Lim. vbi aliud † seruatur de stylo, seu consuetudine, *Neuiz. cons.*70.*numer.*31. Euidens autem nullitas, quæ dicatur colligi potest ex dictis *infra* §.12. & notorium quando quid dicatur videndus, *Marsil. sing.*473.

46 Limit. vbi nullitas † non est euidens, sed velata, & altiori egens indagine, *Cuman.cons.*141. *num.*3. *vers. ad secundum, cum alijs relatis à Surd.cons.*405.*numer.*17. *Scac. de appel.quæst.*19. *Remed.*1. *concl.* 4. *num.*12.

47 Limit. vbi Iudex † aliud arbitratur, *Surd.cons.*405. *num.*26. *in fin. &* 27. *& seq. plurib.* addendo nõ licere appellare à tali arbitrio, *vide quæ dixi infra* §. 12. *limit.*5.

48 Limit. vbi de † tali nullitate excipitur post terminum datum ad excipiendum de nullitate, *Franc.Bec.cons.*40.*num.*5. vbi plures, & plura congerit, *& num.*8. sub-
49 limitat † in nullitate ex defectu iurisdictionis, *vt dixi infra* §.16. *& cons.*99.*n.*10. *&* 32. vbi eadem repetit reprobatis, *Alciat. & alijs*, qui relatam sublimitationẽ non sequuntur, *Grat.decis.*151. *De, nu.*20. *Ioseph.de Sesse.tract.de inhibition.cap.*1.§.2 *num.*24. ampliando tam agendo, quàm excipiendo.

Contrarium tenent relati *à Gabriel. de statut.concl.*3.*nu.*16. *& à Scaccia de appel. quæst.*19.*Remed.*1. *concl.*4. & deinde concordat.

Si à statuto, vel lege sit sublata facultas excipiendi de nullitate de qua intelligatur, *Brun. de constit.* §. *nullitas, col.*5. *vers. lex, & dixi supra num.*14.

§. II.

SVMMARIVM.

Incontinenti quantum tempus signat 1.

Executio sententiæ retardatur, vbi excipitur de nullitate illius incontinenti probanda 3.

4. *Contrarium* 5. *& ibidem concorda rationes primæ opin.*7.8. *& seq. Ampl.*11.13.14. 15.16.17.18.19.20.23.24. *Sublim.*21.22.

Exceptio nullitatis sententiæ, vt dicatur incontinenti probata quantum tempus requiratur 2.

Spec declaratur 4.

Exceptioni incontinenti probata exempla 6.

Incontinenti quæ fiunt, dicuntur inesse actui, qui fiat 8. *& quare* 10.

Probatio incontinenti facta æquiparatur probationi liquidæ 12.

Exceptio nullitatis sententiæ, quando dicatur opposita per calumniam 25.
Calumniæ ratione quæ negentur 26.

1 QVantum temporis designat vox ista
† incontinenti dixi latè *de laude-
mio lib.4 quæst.4.art.1. & latiùs Argil post
ea scripta editus in suo tract.de acquir. pos.
quæst.2.artic.2. vsque in fin. & Præpositus
in cap.dilecto 63.de appel.nu.*70.Sed quan-
do in casu nostro dicatur probata nulli-
tas sententiæ incontinenti, *Bartol. in l.4.
§.condemnatum, ff. de re iud.num.* 4. con-
2 cludit dici exceptionem † incontinenti
probatam, si probetur intra tantundem
temporis, quo summariè cognosci pote-
rat de exequutione sentētiæ, *& latè Alex.
ibid.num.30. & Ias.num.30. & 31. Cast.
num.2.circca med. Franc.Bec. & ab illo re-
lati cons.89.proponitur, num.19.*concludit
id remitti Iudicis arbitrio, vel saltem do-
nec duret instantia ad exequendam, *Tusc.
concl. 136. nullitas, nu.5. & latè examinat
Scaccia de appellat.quæst.19.Remed.1.con-
clus 4 num.65. & seq.* itavt non sit opus
illam prorrogare; Ego tamen habita ra-
tione causæ, & sententiæ, vt dixi *dicto
art.1.* censec arbitrarium esse Iudici, qui
possit longius, & breuius tempus, exci-
pienti præstituere, iuxta qualitates perso-
narum excipientium, & negotij, de quo
obijcitur exeptio, *Mysinger. obseruat. 4.
centur.6.num 4.& 5. argil.d.quæst.2.art.8
Bellug.in Specul.princ.Rub.41.§.leges, n.17.
circa med.vers & de iure,* declarat dici in-
continenti, quod fit infra triduum, *& la-
tè Coler. de proces.par.4.cap.2.num.1.vsq.
in fin. Galles.de oblig.Camer.quæst.3.nu.
in fin.*

His præmissis dicendum est generali-
3 ter, quod retardetur † sententiæ exequu-
tio, vbi excipiens offert velle sententiæ
nullitatem incontinenti probare, seu of-
fert probationes promptuorias, vt loqui-
tur *Grauat.ad Vest.lib.8.cap.1. numer. 28.
circa fin. Alex. in l. qui Roma, §. duo fra-
tres .ff.de verb.oblig num 42.l.iudicati, C.
si ex fals inst.l.si prætor, §. Marcellus, ff.
de iudic.* per quæ iura ita firmat *Bart. in
l.4. §.condemnatum, ff.de re iud.n.3. vers.
4 si vero incontinenti,* addendo ita † intelli-
geèdnm, *Spec.de sent.§.qualiter autem,*
*& Cast num.3.circa med.vers.secundus ca-
sus, & Ias,num.5.Oldrad.cons* 106.*num.4.
& 5. Rom.cons.323. num.7. vers.secundo,
num.4.vers si autem non requiret,* vbi præ-
terea ponderat, quomodo in hunc sensū
inducatur, *d.§.Marcellus, idem repetens,
num.5, Franc.capit.dilecto, de appel.nu.41.
& præposit.num.74. Alba.cons.44. num.3.
vol.1.Gabriel.alios congerens, cons.43.eius-
dem, lib.1 num.38. in princ. Menoc. & ab
illo relati præsumpt.47.lib.2.num.2. in fin.
Couar.pract.quæst.cap.25. ante, numer.1.*
vbi hinc refert intellectum, *l.4.§.condem-
natum, ff. de re iud. Capiv.decis.167.nu 3.
Bellug. in Specul.princip.Rubr.41.§. leges,
nu.17. in princ.vers.& hoc, & vers.si vero
continenti, Papiens.in libel. exequat. sent.
§. sapiens, nu.5.in fin. Cont ard. plures con-
gerens de Moment.possess. limit.7.num.25.
& 27. & seq. Caldas.quæst.36.num.1. vbi
dicuntur Rol. à Val.cons.97.lib.1. num.14.
circa med.* qui loquitur, vbi quis habet
probationes in promptu, seu paratas,
*Roman.cons.323.num.7.in fin. Mascard.de
de probat.conclus.686.num.1.* plures refert,
& probat *Soc regul.182. num.1. Lancel. de
de attent.par.2.cap.17.num.49.98.& 123.
Galles.de oblig Cam.quæst.3.num.4.*
5 Contrarium tenent † *Alex.cons.74.lib.4.
num.3. & seq & relati à Ias.in l.4.§ con-
demnatum, ff. de re iud. num. 15. Caldas.
quæst.36.num. 10. & à Grauat.ad Vest.in
pract.lib.8.cap.1.num.28.* qui tamen con-
cordari possunt, *ex Corn.cons.204. lib.2.
num.2. in princ. & à Ias.in d. §.condemna-
tum, num 15. in fin.*
6 Exempla exceptionum, quæ inconti-
nenti probatæ impediunt exequutionē
sententiæ, *refert Mysinger. obseruat.4.
diximus, num.5.Cent.6.*
Incontinenti, quando dicatur fieri pro-
bationem, *Capic.decis.167. num. 2. & 3.
Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3.
num.16.*
7 Rationes plures † supra firmati assum-
pti afferuntur, prima est, quia cum in
exequutione sententiæ summaria cogni-
tio sit adhibenda, *l.à Diuo Pio, §. si super,
ff.de re iud.* non est inconueniens, quod
admittatur exceptio, quàm condemna-
tus offert se incontinenti probaturum,
vt considerant *Bart. in l.4. §.condemnatū,
ff. de*

ff. de re iud. num. 3. circa fin. Alex. alijs plu-
ribus consentientibus relatis, ibid. num. 5.
8 Aliam ego considero † rationem, quod
cum quæ incontinenti fiunt dicantur in-
esse actui facto, l. lecta, ff. si cert. pet. cap.
officij de leg. Bal. cons. 250. lib. 1. num. 7. &
in l. 1. C. qui admit. num. 61. quare dicimus,
quod factum incontinenti post litem cō-
9 testatam † censetur factum ante litis con-
testationem, ut voluit Paul. Bellon. tract.
de potest. eorum quæ fiant incontinent. cap.
113. Qui ita, num. 5. quia in factis in con-
10 tinenti, † nec prius, nec posterius spe-
ctatur, nec minus in illis datur, quia si-
mul facta, & inuicem inesse censentur,
Galuan. cons. 23. num. 19. Mantic. de tacit.
lib. 11. tit. 22. numer. 3. quos refert, & sequi-
tur Bellon. d. tract. cap. 188. Non potest, n. 4.
in fin. Ideò fieri non debet differentia,
an de nullitate constet ex eisdem actis,
11 † vel de illa doceatur incontinenti, quia
probatio nullitatis incontinēti facta æque
12 perimit, sicuti † perimit liquida, Contard.
de moment. posses. limit. 6. numer. 28.
13 Ampl. etiam si adesset † statutum, quo
caueatur aduersus sententiam, nullam
obijci posse exceptionem, cap. litteras de
rest. spol. glos. in l. 1. §. hoc interdictum, verb.
fed & si falsum, ff. de tabul. exhib. Abb. cap.
scis ita ta, super glos. verb. effectum, de integ.
restit. quam glos. Abb. asserit consueuisse
allegare consulendo, & interpretādo sta-
tuta excludētia omnes exceptiones, Fer-
din. Vasq. illust. controuers. lib. 1. cap. 32. n. 2.
in fin. eam afferens rationem, quia alias
statutum conditum ad utilitatem populi
noceret, si subditis sublata esset legitima
hæc probatio facienda incōtinenti, Mād.
del. cons. 609. nu. 2. & seq. addendo etiam
si statutum omnino prohiberet dici de
nullitate, Menoc. & ab illo relati præsump.
47. lib. 2. num. 2. Caldas. quæst. 36. n. 7. vers.
quod si cum, cōcludens isto casu fieri exe-
quutionem, sed si antequam illa fuerit
perfecta, probetur nullitas, illam reuo-
cari, Dec. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. n. 43.
vers. & idem, Corset. singul. § exceptio 2.
Osasc. decis. 142. suprascripta, num. 33.
14 Ampl. etiam † si ageretur de exequu-
tione trium conformium, ut dixi infra
§. 18. in limit.
15 Ampl. etiam, † vbi per instrumentum
publicum, etiam non productum doce-
tur de nullitate, Contard. de moment. posses.
limit. 7. numer. 65. Scaccia latè alijs relatis
comprobans, de appellat. quæst. 19. Remed. 1.
conclus. 4. num. 61. & quatuor seq. addendo
procedere, etiam si contra instrumentū
opponatur valida exceptio.
16 Ampl. præsertim, † vbi exequutio sen-
tentiæ trahit secum irreparabile præiudi-
tiuim, seu vbi exequutio esset irreuocabi-
lis, Bald. l. ab exequutione, C. quor. appellat.
non. & in l. 2. ff. de ferijs, & in l. 1. C. restit.
in integr. postul. & in l. eum qui duas, C. de
adulter. & in l. si feriatis, ff. de ferijs, & in
l. 1. C. ne liceat tert. prouoc. Ripa l. 4. §. con-
demnatum, ff. de re iud. numer. 21. & seq.
exemplum referens, si agatur de exequu-
tione sententiæ capitalis, vel carceratio-
nis, vel amputationis membri, idem dixe-
rat ibid. Ias. num. 21. & seq. Caldas. plures
referens, quæst. 36. nu. 15. & seq. compro-
bans exemplo eorum, quæ dicuntur de
sententia interlocutoria, vel lata in pos-
sessorio, à qua licèt de iure non liceat ad
effectum suspensiuum appellare, tamen
si contineat præiuditium, quod in diffini-
tiua, vel in petitorio, non possit repa-
rari, admittitur appellatio, Scaccia de
appellat. quæst. 19. Remed. 1. concl. 4. nu. 70.
vers. primus.
17 Ampl. etiam, † quod lata sit in posses-
sorio, Contard. de moment. posses. lim. 7.
num. 30. & seq. latè comprobat.
18 Ampl. vt probata † statim perimat sē-
tentiam, Bald. l. ab exequutione, C. appel-
lat. non recipiant, num. 8. Caldas. quæst. 36.
num. 1. col. 2. vers. immo.
19 Ampl. vt si Iudex † procedat ad vlte-
riora, detur appellatio ad vtrumque ef-
fectum, Contard. de moment. posses. lim. 19.
num. 6. & 23. eam afferens rationem,
quia rejciēdo legitimas exceptiones Iu-
dex excedit facultates suas.
20 Limit. vbi exceptio † nullitatis incon-
tinenti probandæ objicitur aduersus tres
conformes, Cast. in l. 4. §. condemnatum,
ff. de re Iudic. num. 3. vers. secundus casus,
21 sublimitando, † si talis nullitas sit ex de-
fectu iurisdictionis, Ias. l. 4. §. condemnatū,
ff. de re iud. num. 19. Peregrin. cons. 73. lib. 1.
num. 15. & seq. Scaccia latè prosequendo de
appellat. quæst. 19. Remed. 1. conclus. num. 6.
subli-

22 sublimitando, † si talis nullitas sit euidens ex actis, & quod probabili dubitatione, seu exceptione in dubium non possit reuocari, *& dixi §. anteced. Ias. l. 4. §. condēnatum ff. de re iud. num. 15. & seq.*

23 Limit. vbi † nullitas † non obijceretur in modum exceptionis, *Camil. Borel. ad Bellug. in Specul. princip. §. tractandum, verf. euidentis, in inprincip.*

24 Limit. vbi † nullitas est dubia, seu velata, nam fit exequutio, data cautione de restituendo in casu succumbentiæ, *Casal. cons. 201. existimo, num. 10. & 11.*

25 Limit. vbi † sententia est confirmata à superiori, *Ias. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 16.*

23 Limit. vbi adest statutum, † quo reijciantur cuiuscumque generis exceptiones aduersus sententiæ exequutionem, nam tunc fiet exequutio, & si donec pendet terminus ad perficiendam exequutionem, probetur nullitas, tunc suspendetur exequutio, *l fin. C. si ex falsi. inst. per quem textum ita firmat* Caldas. *quæst. 36. num. 7. verf. quod si cum, & num. 9.*

24 Limit. vbi † apparet, vel Iudex suspicatur, quod causa differendæ exequutionis, seu per calumniam, excipitur de nullitate incontinēti probanda, *l. satis apertè, C. ad leg. Corn. de fals. per quem textum ita firmat Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. numer. 20. Mascard. de probat. concl. 676. exceptio, num 20. Menoc. præsumpt. 47. lib. 2. numer. 3. Rip. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 14.* addendo debere concurrere coniecturas calumniæ, *& Menoc.* respondet obiecto, quod sit arbitrarium Iudici, & facilè admitti exceptionem nullitatis aduersus rem iudicatam, vel negari, *Ias. d. §. condemnatum, num. 8. in fin. & num. 9. & seq.* latè comprobat; *licèt n. 12. & seq.* referat aliqua quæ videntur hanc limitationem destruere, *sed num. 14.* concordat si suspitio calumniæ sit vrgens, & non leuis, *Rip. d. §. condemnatum, num. 14. Calcan cons. 86. num. 3. verf. & quis,* con-

25 cludens dici per † calumniam opponi de nullitate sententiæ, si de illa ante decretam exequutionem fuit cognitum, *Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. num. 130. & seq.* vbi latè comprobat relatis multis, quæ

26 ratione † calumniæ negantur, *Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. nu. 133. & seq.* addendo nisi ex actis constet præsumi calumniam,

§. III.

SVMMARIVM.

Sententia lata à Iudice non habente iurisdictionem est nulla, & retardatur illius executio 1. 11. & quare 12. 13. Amp. 14. 16. 17. 18 21. 23. 24. 23. 24. 25. 26. 27. 32. 34. 35. 36. 38 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 56. 57. 58. 60. Limit. 28. 28. 33. 55. 59. 61. 63. 64. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 73. 75. 77. 79. 80. 81. Sublimit. 74.

Iudex est vna ex partibus integrantibus iudicium, seu basis, & dux iudicij 2. 3.

Iurisdictio omnis est penes Papam, & Imperatorem 4. qui illam exercere vult, debet docere sibi fuisse datam 7.

Papa, & Imperator sunt luminaria inferiorum 4. ab ipsis fluit, & refluit omnis iurisdictio 5. exercens iurisdictionem sine mandato illorum generali, vel speciali cōmittit crimen læsæ maiestatis 6.

Delegato Iudici non paretur, nisi scripto doceat de sua delegatione 8. Ampl. 9.

Sententiæ ex quibus dicatur nulla ex defectu iurisdictionis 10.

Statutū quod nulla exceptio possit opponi, quare liter intelligatur 19. 22.

Iuramentum nihil addit, vel detrahit naturalibus, vel substantialibus actus iurati, & non obligat, si actus non sit obligatorius 30. non facit, non reuocabile, & probatum quod est reuocabile, & non probatum 31.

Cap. ex parte 2. de appel. declaratur 60. in fine.

Superior competēs in casu iurisdictionis, quis dicatur 61.

Glos. in Clem. 1. de except. declaratur 72.

Ancar. improbatur 76.

Fori competentia quando cesset 78.

1 SEntentiam latam † à Iudice, qui nō habet iurisdictionem, seu facultatem de causa cognoscendi esse nullam, & inualidam, notum est cuicumque in iure parum versato; *l. 1. & toto titulo, C. si à non*

non compet. iudic. *tum alijs cumulatis à Mantic. decis.* 167. *num.* 2. *Mastril. decis.* 83
2 *in regno*, *num.* 2. Iudex † namquè cum sit vna ex personis integrantibus iuditium, *iuxta notata à Doctoribus in rub. ext. de iudic.* *ideò Bald. in rub. C. si à non comp. iud.*
3 *num.* 2. inquit, quod Iudex † est basis, & iudicij fundamentum, quia est Dux, & Imperator, vt ego addo, in illo inchoando, peragendo, & perficiendo, non aliter ac posita est victoria, & virtus militum in manu Ducis iuxta illud Mimi Publian.

Ducis in consilio posita est virtus militũ.

4 Nam cum omnis iurisdictio † sit penes Papam, & Imperatorem, ipsi enim sunt duo luminaria superiora, quibus inferiora omnia illustrantur, & fontes, vnde
5 fluit, & refluit omnis † subditorum potestas, *Bald. conf.* 300. *ad euidentiam, lib.* 5. *num.* 1. *& seq. Cels. Vgo. cons.* 60. *quamuis, num.* 7. *Alex. in l.* 1. *in fin. vers. vnde dicit*, *Bald. ff. de iurisdict. omn. Iud. & cons.* 24. *lib.* 1. *num* 5. *Gramat. decis.* 46. *num.* 1. *Menoc. præsum.* 14. *lib.* 2. *num.* 1. *& seq.* Si quis fine
6 illorum † mandato speciali, vel generali iurisdictionem exerceat, committit crimen læsæ Maiestatis humanæ, *l.* 3. *in fin. ff. ad leg. Iul. Maiest. Capic. decis.* 130. *primum*, *num.* 28. *&* 32. *circa med.* quia faceret se similem Altissimo. Ideò prouin-
7 tiarum † Præsides, & Rectores, Ingredientes Prouintiam, vel Magistratum, volentes exercere iurisdictionem, debẽt prouincialibus notum facere, sibi à Principe concessam auctoritatem, *Vant. de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 19. nec de-
8 legato † Iudici præstatur fides, nec illi obtemperatur, nisi scripto doceat de sua delegatione, *cap. cum in iure, de offic. deleg. l.* 1. *C. de mand. Princip. Nat. conf.* 96. *scripsi, num.* 6. *Puteus decis.* 240. *lib.* 3. *Alber. Brun.*
9 *conf.* 141. *lib.* 2, addendo posse † illi resisti, si requisitus non doceat de delegatione, & puniatur, si inde sequatur tumultus in populo.

Omisso itaquè ex quibus causis oria-
10 tur, † seu causetur nullitas sententiæ ex defectu iurisdictionis, quia id excedit argumentum operis nostri, & nimis in longum abiret oratio nostra, vt fatetur, *Vãt. de nullit. ex defect. iurisdict. num.* 7. & quis dicatur Iudex incompetens, cum id præstiterit, *Coler. de proces. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 52. *& seq. Guazin. tract. de defens. cap.* 1. *Marsil. de Bannit. §. sentent.* Firmando, quod opposita exceptione, quod sententia fue-
11 rit prolata à non habente † iurisdictionem, retardetur illius exequutio, *Clos. fin. vers. puto tamen, in Clem. vnic. de caus. possession. Alex. in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iud. num.* 22. *& cons.* 77. *in causa, lib.* 2. *num.* 8. *& ibi addentes alios referunt, Rom. cons.* 42. *num.* 2. *in fin. Gozadin. conf.* 72 *n.* 11 *in fin: Ruin. conf.* 14. *lib.* 2. *num.* 17. *Gabriel: de statut. concl.* 3. *regulare*, *num.* 1. vbi infinitos congerit, *Caldas. quæst.* 36. *num.* 10. *vers. limitatur*, *& num.* 11. *in fin. & nu.* 12.
12 *vers. & huiusmodi*, † vbi rationem assignat, *Dec. conf.* 8. *num.* 7. *Ripa d. §. condemnatum*, *num.* 23. *Fel. in cap.* 4. *de except. numer.* 11. *Mysinger. obseruat.* 4. *Centur.* 6. *num.* 6. *Neuiz. conf.* 70. *nu.* 2. *Mandel.* 609. *de primo*, *num.* 4. *Coler. de proces. exequut. par.* 4. *cap.* 1. *nu.* 48. *Io. Bapt. de S. Blas. tract. de arbitr. lib.* 7. *cap.* 11. *vers prima regula*, *Marsil. sing.* 10. *Tuscis*, *Soccin. regul.* 122.
13 *num.* 3. *Lancel. de attentat. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 106. *& seq.* latè † comprobat, *Bursat. conf.* 74. *num.* 29. *& seq. Brun de Confltib. §. nullitas*, *col.* 6. *vers. quinto*, vbi plura congerit, & comprobat, *vers. sexto.*
14 Ampl. etiam si discussio † nullitatis ex hoc capite, altiori egeret indagine, *Angel. l. fin. C. si ex fals. inst. Alex. in l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re iud. num.* 22. vbi refert
15 dissentientes, † & remissiuè concordat, & latius concordiam tentat, *Fel. in cap.* 4. *de except.*, *num.* 12. *in princ. versic. obsta*, *Angel. sequuntur Ias. in dicto §. condemnatum, num.* 19. *& comprobat*, *nu.* 20. *& Ripa num.* 23. *Mysinger. obseruat.* 4. *Centur.* 6. *num.* 7. *Vant. de nullit. cap.* 6. *num.* 33. *Marescot resolut* 121. *lib.* 2. *num.* 40. *Tuscus conclus.* 136. *nullitas*, *num.* 9. *Scaccia de appellat. quæst.* 19. *Remed.* 1. *conclus.* 4. *n.* 7 5. *vers. ampl. secundo.*

Contrarium tenet *Coler. de proces. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 49. *& seq.* relato *Alex.* vt dixi aliud sentiente, *Veral. decis.* 156. *par.* 3. *num.* 3.

16 Ampl. etiam, † si ageretur de exequutione trium conformium, *vt dixi infra §.* 18.

17 Am-

17 Ampl. etiam, † si à lege disponatur, de nullitate non licere icere, vel experiri, *vt dixi infra* vbi examinaui, *Clem. vt calumnijs, de re iud.*

18 Ampl. etiam, † si à statuto caueatur, non posse, vel minimè licere excipi de nullitate sententiæ, *Glos. fin. in Clem. vnic. de sequest. possess. & fruct.* quam singularē, & litteris aureis scribendam asserit, *Felin. in Rub. de foro compet. num. 2.* addendo *ex Ancar. cons. 271. de titulis*; procedere

19 etiam si dicatur, † quod nulla species nullitatis obijci possit, vt deinde latè probat *in cap. 3. de except. nu. 11. & seq. Aret. cons. 75. num. 10. vers. primo, Vantius de nullit. cap. 4. num. 37 & seq.* vbi latè comprobat *Alex. cons. 77. in causa, lib. 2. n. 9. Rom. cons. 42. num. 3. Gramat. decis 61. in fin. & dix infra §. 22. num. 6. Franc. Bec. cons. 40. viso, num. 7. & Dec. cons. 434. placet, num. 8.* eam afferens rationem, quia statuentes non censentur de ista nullitate cogitasse, *Paris. infinitis cumulatis, consil 24. lib. 2. num. 102 Caldas. quæst 36. n. 11. Gul. Mayner. latè comprobans in l. nemo qui condemnare, num. 1. & in l. qui iussu, ff. de reg. iur. num. 16. & seq. Soccin. consil. 83. lib. 4. num. 27. Gabriel. de statut. conclus. 3. num. 1. & 6.* vbi latè probat, idem repetens, *cons. 99 num. 32. Gozadin. consil. 72. num. 12. Brunus de constit. §. nullitas, vers. nullitatis appellatione,* non continetur nullitas ex defectu iurisdictionis.

Contrarium tenent relati à *Franc. Bec. cons. 40. num. 5. circa fin. & num. 8. in fin.*

20 *& cons. 99. num. 35.* † declarat qualiter intelligendum sit tale statutum, *sicuti & Lancellot. de attent. par. 2. cap. 17. num. 110. & Felin. in rub. de foro compet. num. 2. & in cap. 4. de accept. num. 12. Caldas. quæst. 36. num. 12. vers. vnde, Soccin. cons. 83. nu. 30. lib. 4. Tusc. conclus. 136. nullitas, num. 42. Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. nu. 113. dum*

21 *prius num. 108. & seq.* † declarasset qualiter sit intelligendum tale statutum, *Paris. cons. 109. omisso lib. 4. num. 4. Concorda, vt dixi infra §. 23. ampl. 1. Paris. cons. 109. omisso, num 4. & 5.*

23 Ampl. etiam, † si à statuto vniuersaliter disponatur sententiam exequendam, non obstante quacumque nullitate, *Rip. in l. 4 §. condemnatum, ff. de re iud. nu. 24. vers. ampl. secundo,* addendo idem dici, si disponatur, quod nullo modo dici possit de nullitate, vel aliqua species nullitatis opponi.

24 Ampl. etiam, † si in reliquis solemnibus sententia esset valida, *Ancar cons. 271 Gabriel. de statut. conclus. 111. num. 6.*

25 Ampl. vt hæc exceptio † non censeatur reiecta per processum ad vlteriora, sed vt dicatur reiecta expressa requiritur declaratio, *Glos. cap. dispendia, verb. processus in fin. de rescript. in sext. Marsil. l. si quis ne, ff. de quæst. num. 82. vbi plures congerit, & num. 8.*

26 Ampl. etiam, † vbi nullitas cumulatur cum causa appellationis, *Vant. de nullit. cap. 6. num. 34.*

27 Ampl. vt de tali nullitate † excipi, & cognosci possit, etiam quod Princeps inhibuerit Iudici, ne de validitate, vel interpretatione se intromittat, *Soccin. cons. 83. lib. 4. num. 17.*

28 Ampl. etiam, si partes † iurassent non dicere, seu excipere de nullitate sententiæ, vel laudi, *Angel. cons. 218. visa narratione in fin.* quem refert, & sequitur *Felin. in rub. de foro compet. num. 2. vers. secundo ampl. & in cap. 4. de except. num. 12. Gozadin. cons. 72. num. 6. & 11. in fin. Paris. cons. 24. lib. 2. num. 105. Gabriel. de statutis, conclus. 3. num. 7. Becius cons. 40. n. 8.* latè comprobans idem dici in laudo, vt

29 dicam infra, vbi limitat, † si spetialiter esset renuntiatum, & iuratum, *Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. num. 112. Scaccia de appel. quæst. 19. Remed. 1. concl. 5. num. 47.*

30 *& seq.* † *vbi examinat Contard. de momēt. possess. limit. 19. num. 10. Gratian. dec. 6. sententia, nu. 42. & seq.* referens rationem, quod cum iuramentum sit stricti iuris, non operatur vltra iurantis consensum, quem non est verisimile cogitasse de obseruantia sententiæ inualidæ, seu vt ego addo, carentis lapide angulari, supra quem fundatur iudicium, seu veriùs potest excipi de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis, quamuis fuerit iuratū generaliter de obseruantia sententiæ ferendæ, quia † iuramentum non alterat,

31 seu nihil addit, vel detrahit ex naturalibus, vel substantialibus actus iurati, & non obligat, si actus non sit obligatorius,

l. fin.

l.fin.C.de non. num.pecun. gloss.fin. in cap. si diligenti, de foro compet.glos.l.emptione,
31 *C.plus valor.* quod agit, nec facit † irreuocabile, vel probatum, quod est reuocabile, & non probantur, *Ias. in l. si conuenerit, ff. de iurisd.omn.iud. numer.6. & seq. relati à Surd. cons.264. diligenter, numer.39. in fin. & 40. Veral. decis. 190. par.1.nu.4. Ruin.cons.14. de pluribus,lib.2. num.16.17.& 18* concludens posse excipi de nullitate sententiæ, ex defectu iurisdictionis, quamuis partes iurauerint illi sta. re, & de nullitate non dicere, vel statutum reijciat exceptionem nullitatis, nec
32 requiri† absolutionem à iuramento, quamuis sit iuratum obseruare præfata omnia.
33 Contrarium tenet † *Ripa in l.4. §.condemnatum, ff.de re iud. num. 24. in princ. vers. sed istud mihi.*
34 Ampl. etiam, † vbi Iudex est incompetens, quia non poterat esse Iudex, *Fãc. Bec.cons.40.numer.7.Tuscus conclus.136. nullitas, num.10.*
35 Ampl. vt hæc † exceptio sit perpetua, & quandocumque illa opponi possit, *vt dixi infra §.16.ampl.1.*
36 Ampl. etiam, † vbi Iudex non penitus erat incompetens, veluti si iudicauit de summa centum librarum, vbi de quinquaginta tantùm poterat iudicare, *Dec. cons.8.num.7 circa med.vers.& ita est in casu nostro, Fel.in cap.4.de probat. num.12. vers.solue.*

Vel illius iurisdictio erat suspensa, *Franc. Bec.cons.40. viso, num. 7.circa med.vers.hoc etiam, & cons.99.numer.32 post med. Gabriel.de statut.concl.3.num.4. vbi refert disentientes, & concordat. n.11. Gratian.decis.6.num.39.*

Vel processit tamquam delegatus, vbi erat ordinarius, vel è contra, *Franc.Bec. cons.40.num.7.circa fin. Gratian. decis. 6. num.40.*

Vel latrunculator iudicauit de causa ciuili, *vt dixi supra de exequut.rei iudic.1. cap.3 vers.quarto.*

Vel non posset esse Iudex, nisi aliquid præstito, vel habito, *Ruin.cons.14.lib.2. num.15.* qui loquitur de monacho, qui non potest esse arbiter sine consensu sui superioris.

Vel factus Iudex fiat cæcus, nam cum ille retineat iurisdictionem sibi prius demandatam, licèt aliam non possit habere valida est sententia, quam profert in cæcitate corporali, *l.1.§.quamuis, ff.de postul.Vant. de nullit. ex defect. iurisd. delegat.num.42. & seq. vbi latè comprobat.*
37 Contrarium tenet, † *Ripa in l.4.§.condemnatum, ff.de re iud.num.25. vers.limita primo, Paris.cons.109.num.3. vers.non obst.lib.4. relatus à Gabriel. de statut. conclus.3.num.27.*
38 Ampl. idem in sententia† arbitri, qui iudicauit vltra facultatem sibi datam, *Dec.cons.434. placet, num. 7. & seq.* addendo procedere, etiamsi statutum tolleret exceptionem nullitatis, quia statuentes non censentur de illa cogitasse, *Gabriel.de statut.conclus.3. regulare, nu.2. Franc. Bec.cons.40.nu.8. & cons.99.n 32. in fin.* vbi latè hoc comprobat, & loquitur in laudo lato à regulari, qui non poterat esse arbiter, *Felin. de except. n.72.*
39 Ampl. etiam, si partes † conuenissent, de non excipiendo de nullitate sententiæ, vt latè probat, *Paris.cons.24.nu.103. & seq. Ruin.cons.14.lib.2.num.16.* & suadetur ex his quæ dixi supra, si partes iurarant de non excipere de nullitate.
40 Ampl. etiam, si à † statuto prohibitus esset omnis recursus, *Brun.de cons.§.nullitas, col.penul. vers.item quæritur pone.*
41 Ampl. etiam, vbi Iudex † non habebat facultatem procedendi eo modo, veluti si exequutiuè, vel summariè processit, vbi ordinariè, & seruatis solemnibus ordinarij iudicij procedere debebat, *Felin.in Rubr.de foro compet.vers.secundum fundamentum, Abb.cap.4.de sent.& re iud. num.1.* concludens non sufficere partem fouere bonum ius, quoad sententia ad illius fauorem lata sit valida, sed requiri etiam, vt ad illam deueniatur iuris ordine seruato, *& latè Vant. de nullit. cap. penul.num.1. & seq.*
42 Ampl. etiam, vbi † sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, quia Iudex erat incapax ad iudicandum, *Franc. Bec.* loquens de laudo lato à regulari, qui electus fuerat arbiter, *cons.40.num.8.& consil 99.num.32.*
43 Ampl. etiam, si non † possit probari incontinenti, *Angel. in l. fin. C. si ex fals.*

*instr.num.*4. quem refert, & sequitur *Cal-das.quast.36.num.*10. *vers.limitatur*, *& conferunt dicta supra ampliat.*1.

Contrarium tenet *Cast. in l.*4.*§.condemnatum*, *ff.de re iud. num.*3.*in fin.*

44 Ampl. etiam, si † talis defectus opponatur exequutori, vel coram exequutore, *vt dixi infra* §.7. *vers.dicendum secundo, ampliat.fin.vers.aliter, Soccin.cons.*83. *lib.*4.*num.*18. *& seq.*

45 Ampl. vt possit opponi † post executionem, *Marsil.singul.*10. *Gabr.de stat. conclus.*3.*num.*8.

46 Ampl. præsertim, si agatur † de captura, & carceratione, *Neuizan. consil.*52. *num.*14. *& seq.*

47 Ampl. vt Iudici volenti † exequi sententiam latam à non habente iurisdictionem liceat vi resistere, *Marant. disput.*1. *num.*35.

48 Ampl. vt nulla † maior sit nullitas sententiæ, quam ex defectu iurisdictionis, *Neuizan.cons.*52.*num.*15. *Claud.Saysel. in l.vt vim*, *ff.de iust. & iur.num.*57. *in fin: in* 2.*lectur.*

49 Ampl. etiam aduersus tres † conformes, *Ias.l.*4.*§.condemnatum*, *ff. de re iud. num.*20.

50 Ampl. præsertim vbi nullitas † opponitur coram exequutore, qui est incompetens ad cognoscendum, an nullitas verè adsit, nam debet interim supersedere, & consulere Iudicem prolatæ sententiæ, *Socin.cons.*83 *lib.*4.*num.*89. *& dixi infra* §.7.

51 Ampl. etiam in causis † criminalibus, seu vbi agitur de captura personæ, *Neuiz. cons.*52.*num.*15. exemplum referens si de mandato ecclesiastici Iudicis capiatur laycus in causa, vt ego addo layca in dominio layco, *Fel.in Rub.de foro compet. num.*1 *circa fin.*

52 Ampl. præsertim, † si agatur de sententia delegati, qui fines mandatæ iurisdictionis excessit, *Neuizan.cons.*52.*n.*15. *circa med.*

53 Ampl. etiam, † vbi talis nullitas causatur per abusum iurisdictionis, vt puta, si ordinarius pronuntiat tamquam delegatus, vel è contra, *Bart. in l.*1.*C.qui pro sua iurisdict. Franc.Bec.cons.*40.*viso*, *n.*7. *in fin.*

54 Ampl. vt hæc nullitas sit † insanabilis, nec valeret Principis rescriptum, vt Iudex procederet non obstante defectu iurisdictionis, *teste Rebuf.de sent.exequut.* §.3.*glos.*2.*hic ponitur, num.*8. *Gomez. in compend.signatur. num.*74. *Caldas. quast.*36.*num.*13.*in fin. Marsil.sing.*10. *numer.*4.

55 Limitat † quoties Papa de absoluta potestate illam ratificat.

Ampl. vt fatalia numquam currant,

56 vbi † sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, *Vantius de nullit.cap.quoties*, *& intra quod tem. num.*8.*in fin.*

57 Ampl. etiam † agendo, *vt dixi infra* §.19.*in limit.*

58 Ampl. vt de facto † resisti possit impune, *vt dixi de exequut.cap.*6.§.1.

59 Limit. vbi opposita † declinatoria, Iudex processit ad vlteriora vsque ad sententiam inclusiuè, *cap. ex parte* 2. *de appel.Dec.cons.*107. *in causa, in princ. vers. nec obst.* & dicam in sequenti limitatione, *Bursat.cons.*74. *num.*39. declarando modo is Iudex non penitus careret iurisdictione, *& num.*49. idem repetens *n.*140. *& seq. vt dixerat Ripa in l.* 4. §. *condemn. ff.de re iud.num.*25.*vers.vltra.*

60 Contrarium † tenet *Glos.in cap.*2.*& in cap.dispendia*, *verb.processus*, *in fin de rescript in sext. Innoc. in cap.*2.*de dilation.* quem *sequitur Abbas in cap. pastoralis*, *de except.col.*4. cócordat Ripa *in l.*4.§. *condemnatum*, *ff. de re iudic. numer.*25. hoc modo videlicet, quod aut Iudex penitus carebat iurisdictione, & procedat *opin. glos. & Innoc.* vt non sufficiat talis tacita pronuntiatio super reiectione exceptionis, aut verò non carebat, & procedat *opin. Dec.* & ita intelligatur textus *in d.cap ex parte.*

61 Limit. vbi opposita exceptione † defectus iurisdictionis, seu incompetentiæ, Iudex pronuntiauit se competentem, & non esset certum de incompetentia, & non ab excipiente appellatum, quia tunc acquiescens, videtur tacitè consensisse in Iudicem, *Felin.cap.pastoralis*, *de except. num.*12.*in fin.vers.limit.tertio*, declaran-

62 do † hanc limitationem veram, si incópetentia causetur ex defectu remissibili à parte, secus si contra, veluti si Iudex esset pupillus, vel furiosus, vel laycus in causa

causa

causa spirituali, vel alias quomodolibet
iurisdictio non esset prorogabilis,& idē
dixerat *in Rub. de foro compet.* in fin. *Fel.*
in Rub. de foro compet. num.3. in fin. Ga-
briel. de statut. concl. 2. num.21. Fel. in
cap.4. de except. numer.12. in fin. vers. li-
mita tertio, Bursat.cons.74. & seq. decla-
rando modo Iudex non esset penitus in-
competens, *idem repetens, numer.* 140.
& seq.
63 Limit. vbi Iudex † habebat iurisdictio-
nem, sed tantùm erat incompetens, nā
non opposita exceptione, si ferat senten-
tiam, erit illa valida, *Butr. & cæteri, c. cū*
dilecta, de rescript. Marsil. de Bannit. §. sen-
tentia 3. nu.8. addendo Bart. & alios cen-
suisse, si non fuit opposita declinatoria
incompetentiæ à principio non posse
deinde opponi.
64 Limit. vbi sententia † fuit confirmata
à superiore competenti, *Felin. in Rubr.*
de foro compet. num.3. relati à Gabriel. de
statut. conclus.3. nu.25. Grat. cons.82. lib.2.
num.6. Fel. cap.4. de except. num.12. vers.
retenta, Ias. l.4. §. condemnatum, ff. de re
iud. num.16. & seq.
Superior autem competens isto casu
65 est † suoremus Princeps, qui potest de
plenitudine potestatis supplere, seu sana-
re defectum iuris positiui, *Abb. cap. 4. de*
sent. & re iud. num.9. addendo præsertim
procedere in ijs, quæ sunt de absoluta
potestate Principis, qualis est Papæ in
beneficialibus, *Marsil. sing.10. nu.4.* con-
cludens Papam de absoluta potestate
posse ratificare sententiam latam à Iudi-
ce, qui non habebat iurisdictionem, po-
test etiam esse inferior à Principe, vt pu-
ta is, cui fuit commissa causa appellatio-
nis, & nullitatis sententiæ, & tunc quali-
ter possit confirmari, agit latè *Abb. in*
cap.4. de sent. & re iud. num. 3. & seq. &
Ias. d. §. condemnatum, num.17. limitando
66 † nisi à tali confirmante sententia sit ap-
pellatum.
67 Limit. vbi excipitur † de defectu iuris-
dictionis post terminum datum ei, qui
prius eamdem opposuerat exceptionem,
Felin. in Rub. de foro compet. num.3. vers.
tertio fallit, Gabriel. de statut. concl. 3. n.14.
vers. sed immo, & num.17. Socin. cons.83.
lib.4. num.28.

68 Contrarium † tenent relati à *Gabriel.*
de statut. conclus.3. num.18. vers. contra-
rium, vbi refert, qui concordent hanc
contrarietatem, & concordari etiam po-
test ex dictis, *Lancel. de attent. par.2. cap.17*
num.52.
69 Limit. vbi à statuto † reijcitur facultas
dicendi de nullitate, sed etiam tollitur
defensio, *Gabriel. de statut. conclus. 3,*
num.22.
70 Limit. vbi à statuto † requiritur in Iu-
dice certa qualitas, & omnes aliæ reijce-
rentur, nam censetur etiam reiecta nul-
litas ex defectu iurisdictionis, *Gabriel. de*
statut. conclus.3. num.24.
71 Lim. vbi à statuto † est præfixus termi-
nus ad dicendum de nullitate ex capite
incompetentiæ, & Iudex erat incompe-
tens, *Fel. in rub. de foro compet. nu.3. vers.*
tertio, & in cap.4. de except. num.12. vers.
limita secundo, latè hoc probans etiam,
quod tantùm præfixus esset terminus ad
opponendum dilatorias, & declinatorias
72 † *declarando glos. 1. in Clem. 1. de except.*
& ratio est, quia patiendo labi dilationē
datam, censetur in Iudicem consensisse,
si illius iurisdictio erat prorogabilis, vt
deinde reperi notasse, *Fel. in cap. 4. de*
except. num.12. in fin. ex cuius dictis addas
eam prorrogabilitatem considerandam
tam respectu personæ Iudicis, quam rei,
de qua est iudicandum, quam personæ
in quam ferenda est sententia, relatam
73 † limitationem tenent congesti à *Gabr. de*
statut. concl.3. num.14.15. & 18. & à Brun.
de constit. §. nullitas, col.10. vers. item quæ-
ritur, Lancel. de attent. par.2. cap.17. n.114.
74 † vbi sublimitat, si non fuit seruata for-
ma eiusdem statuti, *vt dixerat num.50.*
& seq.
Contrarium tenent, *Fulgos. Bald. Aret.*
Calcan. Gazad. relati à Gabriel. de statut.
conclus.3. num.17. Franc. Bec. con.40. n.6.
& seq. & cons.99. num.32. & seq.
Concorda per *Brun. de constit. §. nulli-*
tas, col.5. vers. lex, & statutum, & col.10.
vers. pro iuridica.
75 Limit. vbi exequutio † fit à Iudice in-
competenti contra debitorem suspectū
de fuga, *Petr. de Ancar. cons. 192. in auxi-*
lium, nu.3. quem sequitur Alex. cons.205.
ponderatis, lib.6. numer.7. & 8. addendo

procedere siue causa sit ciuilis, siue criminalis, & agatur etiam contra clericũ, modo fiat captura ad effectum illum cõsignandi Iudici ecclesiastico, & ibidem addentes alios referunt, *Alciat. cap. cum non ab homine, de Iudic. num. 73. Ancar. sequuntur relati à Dec. in l. 2. ff. de iurisdict.*
76 *omn. Iudic. num. 17.* qui † licèt improbetur à *Franc. Aret. cons. 95. respondeo, nu. 3.* asserens illius sententiam esse falsissimam, nec illam firmari iuridicè super firmam petram, & fortè fuisse deceptum, pecunia, & auro. Concedendo illum verum dixisse, si captus nullibi habet bona sufficientia, secus si habet alicubi bona, quæ sufficiant pro satisfactione crediti; addẽdo, quod licèt capiatur ab incompetenti Iudice, illum tamen non posse cognoscere de causa debiti, *Ancaran: opin. probatur ex dictis Angel. in l. nemo carcerem, C. de exactor. tribut.* dum firmat malè fuisse condemnatum perusinum, qui per sequendo debitorem suum fugientem, illũ Senis propria auctoritate repererat, *Angel. refert & sequitur, Caccial. tract. de debitor. suspect. quæst. 7. n. 3.* Nec non ex ijs quæ voluit, *Ias. in l. 2. ff. de offic. eius, n. 71. & seq.* vbi refert plura, quæ fieri possunt aduersus regulas iuris, vbi mora est periculum allatura, *Marsil. in praxi, §. constante, num. 7. & seq. pluribus.*

Quid si non fuit exceptum de defectu iurisdictionis, vel exceptio fuit tacitè, vel expressè reiecta, *Paris. cons. 109. omisso, lib. 4. num. 5. & 6.*

77 Limit. vbi à statuto † permittitur facultas dicendi de nullitate infra certum tempus, *Lancel de attentat. par. 2. cap. 17. n. 52.* concludens isto casu includi etiam nullitatem ex defectu iurisdictionis.

78 Quibus casibus esset † exceptio competentiæ fori, videndi sunt, *Barbat. in Rub. de foro compet. col. 3. & seq. Corset. in repert. ad Abbat. §. fori inconmpetentia.*

79 Limit. vbi per † calumniam opponitur hæc exceptio, & de illa summariè saltem non docetur, *Vantius de nullitat. cap. 8. num. 6. Peregrin. cons. 73. lib. 1. n. 18.*

80 Limit. vbi defectus † iurisdictionis poterat consensu partium purgari, veluti si citatus consentiat in non suum Iudicem, qui tamen poterat esse illius Iudex, *Bart. Bald. in l. 1. C. de iurisd. omn. Iud. Caldas. quæst. 36. num. 14.*

81 Limit. vbi Iudex † non erat penitus incompetens, *Lancel. de attent. par. 2. cap. 17 num. 109. & seq. qui præterea vsque ad numer 120.* alias refert limitationes cum *num. 113.* retulisset, qui latè hanc regulam examinant, ad quos erit confugiendum, si dicta à me non sufficiant.

---

§. IV.

SVMMARIVM.

Citatio est iuris naturalis, & diuini 1. est defensio 8.

Statutum disponens, quem condemnari posse sine citatione an validum 24. in fin.

Iudex punitur, si ferat sententiam contra non citatum 2. ampl. ibid.

Nullitas ex defectu citationis maior est, quã quæ ex defectu iurisdictionis 3. ampl. 4.

Sententia nulla ex defectu iurisdictionis potest à Principe confirmari, secus ex defectu citationis 4. ampl. 5.

Princeps sine citatione nihil validi pronuntiat contra suos subditos 6. ampl. 7. an possit ex causa tollere citationem 10. non est tutus in conscientia vtendo plenitudine potestatis 17.

Defendere se quisque debet, & peccat, si non se defendat, vbi se defendere potest 9.

Clem. 1. de probat. lim. 11.

Principis sententia sine citatione est nulla 12. ampl. 13. ampl. 14. 15. lim. 16.

Philippus II. Rex Hispaniarum nunquam rescripsit de plenitudine potestatis 18.

Princeps vbi rescribit cum clausula de plenitudine potestatis quid obseruandum.

Sententia qualiter probetur lata sine citatione 19.

Executio sententiæ retardatur, vbi excipitur illam esse nullam ex defectu citationis 20. ampl. 21. 22. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32. 33. 36. 37. Limit. 139. 140. 141. 142. 143. 144.

Citatio non est legitima, si fiat cum nimis breui termino, & non arctat citatum ad comparendum 28. 29. 35. 40. 42. quando dicatur generalis 44.

Sententia lata in termino nimis breui ad comparen-

Perem-

Peremptory effectus 109.
Citatio non est legitima, si citetur impeditus comparere 3. *exempla huius assumpti* 111. 112. 113 114.
Citatio per contradictas, seu ad valuas non est legitima, vbi aderat procurator citati 115.
Citatio non est legitima, vbi quis citatur extra territorium Iudicis citantis, vel alias est incompetens, vel careat iurisdictione 116. *qualiter fiat, vbi illa fieri potest* 117. *Item vbi non exprimitur nomen, & cognomen instantis fieri citationem* 118.
Vniuersitas, & aliud corpus qualiter citetur 119.
Citatio per contradictas vt sit legitima, quæ requiruntur 120.
Citatio executa à Notario nisi adhibeat duos testes, non est legitima, nisi aliud seruetur de stylo 121.
Citatio per affixionem si statim fuit ablata copia non est legitima 122. *Item exequuta sede Apost. vacante* 123. *Item exequuta in partibus sine testibus* 124. *Item quando quæ fit ad valuas* 126. *Item quando in illius exequutione non fuit obseruata forma data à lege, vel statuto* 127. *Item vbi fit ad diem non iuridicũ* 130. *Item vbi quis citatur coram vno Iudice, vbi erant plures* 131.
Citatio vnica an plures requirantur, vbi sunt plures causæ coram eodem Iudice 128.
Nuncius qualiter faciat relationem exequutionis citationis ab eo executæ 129.
Citatio non est legitima, si non est clara in indiuiduo, sed confusa 132.
Sententia nulla ex defectu citationis qualiter saluetur 133.
Citatio potest esse nulla vel facto Iudicis, vel exequutoris, vel citati 134.
Nullitas omnis citationis solet comparente citato 135.
Nullitas citationis quando sanetur 135. 136. 137. 138.

QVamuis grande sit vitium nullitatis sententiæ ex defectu iurisdictionis in eo, qui illam protulit, vt dixi in proximo, & antecedenti §. non minus tamen est illud, quod obijcitur adesse, ex defectu citationis ad illam au-
1 diendam, immo cum † citatio sit iuris naturalis, & diuini, *Clem. Pastoralis*, §. cæterum, *de re iud. cap. Deus omnipotens* 2. *quæst.* 1. *cap. qualiter & quando de accus. vbi Grat.* inquit Deum, cui omnia sunt nota, vsum fuisse citatione antequã Adamum & peccata Sodomæ iudicaret, vt admoneret Iudices seculi qualiter procedere debeant in ferendis sententijs,
2 quos † si dixi §. præcedenti, in principio puniendos, pœna læsæ maiestatis, abstineo referre, quibus mereantur affici penis, si absque citatione, vel minus legitime aliquem condemnent, vel etiam ab-
3 soluant, cum maius sit vitium † nullitatis ex citatione proueniens, quam ex defectu iurisdictionis; cum istud à Principe, vel statuto, expresse vel tacitè tolli pos-
4 sit. Sententia † autem nulla ex citatione nequaquam, *Clem. Pastoralis*, §. *cæterũ, de re iud. Socein. consl.* 121. *memini, lib.* 2. *num.* 3. & 13. *vers. sed præmissis*, adden-
5 do † Principem de plenitudine potestatis, non posse supplere defectum citationis, *nu.* 24. & *seq.* vbi limitat, dum prius, *num.* 13. & *seq.* retulisset dissentientes, & illos declarasset, vt deinde idem præstitit, *nu* 34. *Nelluf. de Bann't. prima parte* 1. *temp. num.* 8. *circa medium*, *Cassan. in Catalog. glor. mund. par.* 5. *Consid.* 24. *numer.* 158. *Vant. plures congerens de nullit. ex defect. citat. num.* 9. *Marant. in prax. par.* 6. *memb.* 2. *num.* 10. *Franc. Marc. dec.*
6 456. *num.* 46. Nec quidquam † validi decernere parte nõ concitata potest Papa, vel Imperator contra suos subditos, *Aretin. consl.* 163. *sicut, nu.* 14. *Neuiz. inter consil. Bruni consl.* 12. *num.* 151. addendo pro-
7 cedere etiam, † quod Princeps vtatur clausulis supplentes ex certa scientia, de plenitudine potestatis, & hanc esse opinionem antiquorum, & modernorum, omnium, *cum alijs congestis à Gabriel. de citat. concl.* 1. *num.* 9. *Abb. cap.* 4. *de re iudic.*
8 *num.* 10, quia citatio † est defensio, quæ iure naturali, & diuino nemini debet aufferri, & peccaret, qui patitur offendi,
9 † vbi se defendere posset, & carceratum iniustè posse sine pœna frãgere fores carceris, & fugere, & capite puniendum si id non faciat, & latè *Iac. de Leo. ab eodem Brun. relatus, consl.* 114. *numer.* 355. & *seq.* addendo, quod licet Princeps ex causa
10 † possit tollere citationem, tamen de tali

tali causa, debere apparere, nec standum
illius assertioni, quod subijt causa, & sic
11 singulariter limitatur, Clem. 1. † de pro-
bat. & quod sententia Principis sine par-
12 tis citatione sit † nulla, probant latè, Syl-
uan conf.63. Condomini, nu.21. Plot.conf.
88: in causa, numer. 15. & seq. Curt. sen.
conf.49. memoria, num.92. Aemil.conf.111.
num.24. Mar. Angus.conf.42. in controuer-
sia, num.8. & conf.135. num.7. vol.1. Pa-
cian. de probat. cap.35. num.32. vers. infer-
tur, lib.1. Clar. § fin quaest.31. vbi locus,
13 num.1. in fin. & num.2. & praecipuè † in
criminalibus, Marsil. l. vnius, §. cognitu-
rum, ff. de quaestion. num.58. vers. & ista,
14 Brun conf.114. nu.155. etiam quod † aga-
tur de delicto notorio, Peregrin. de iure
fisc. lib.1 tit.3. num.61. subdens Principes
de facto aliud seruare in grauioribus de-
lictis, quae tangant illorum maiestatem,
vel status perturbationem, seu quietem.
15 Quae tamen dixi de notorio † est contro-
uersum à Doctoribus, vt refert Gabriel.
de citation. conclus.1. num.2. & seq. plur.
subdens num.9 & seq. quando Principis
16 sententia † sit valida, vbi illam protulit
de plenitudine potestatis, qua vtendo
17 † non esse tutū in conscientia vult, The-
saur. quaest.100. adoptionem, num.17. & la-
tius Intriol. cas.30. in suis Centur. consc. &
18 illa numquam vsum fuisse † Philippū II.
Hispaniarum Regem testatur, Fontanel.
de pact. nuptial. cap.1. num.104. quia odio-
sa, & sine vrgenti causa non adhibendā
à supremo Principe, vt dixi in meo clau-
sulario cap. de plenitudine potestatis.
Cum itaquè adeò efficax sit actus cita-
tionis, vt actus sit nullus, si deficiat,
19 † quod probatur ex reuolutione acto-
rum, Natt. conf.45. requisitus, numer.3.
Dec. conf.483. pro. num.4. Surd. conf.88. n.1.
& conf.129. num.17. & conf.303. numer.7.
Vant. de nullit. ex defect. citat. num.14. &
seq. Neuizan. conf.70. num. 3. Rip. a l.4. §.
condemnatum, ff. de re iud. num.12. adden-
do quando excipiens debeat talem defe-
ctum probare, conclusiuè dicendum est
20 opposita † nullitatis exceptione, ex capi-
te defectus citationis, retardari senten-
tiae exequutionem, vt voluerunt Bart. in
l.4. § condemnatum, ff. de re iud. num.51 in
fin. Rip. a num.11. & Ias. num.6. & seq. re-
fert contradicentes, & concordat, si ex
actis constet talis defectus, Neuiz. conf.70
num.2. Ancar. conf.259. in princ. Rol. à Val.
conf.29. lib.1. num.46. Marescot. de resol.
121. lib.2. num.39. & 40. Mandel. conf.605
num.4. Cast. in l.4. § condemnatum, ff. de
re iud. num.2. in princ relati à Brun. de con-
stit. § nullitas, col.4. & col 6. vbiq. in prin.
Scaccia de appel quaest.19. Remed.1. concl.4
num.33.
21 Ampl. etiam in sententia † lata sub no-
mine Principis, de consilio sui Auditoris,
vel consiliariorum, nisi praecessit citatio
ad se defendendum, Afflict. decis.283 dici
est, num.5. in fin. & num.7. & ibidem Vr-
sil. num.15. comprobat, si non praecessit
citatio ad dicendum in iure, & in facto,
quae potest, seu ad se defendendum, vt
inquit, Gabriel. de citat. concl.1. num.34. &
seq.
22 Ampl. etiam, si † excussio nullitatis
ex isto capite, altiori egeret indagine,
Marescot. resolut.121. num.40. lib.2. cum
alijs relatis, § antecedenti, num.14. & §.2.
num.21.
23 Ampl. vt absque † alia probatione sit
supersedendum, si talis exceptio oppo-
natur coram Iudice, qui sententiauit, se-
cus si coram successore, vel alio Iudice,
quia est probanda statim, ab excipiente;
alias non supersedetur, Rip. a d. §. condē-
natum, num.12. in fin.
24 Ampl. etiam, † si statutum prohibeat
excipi de nullitate aduersus sententiam,
Marescot Resol.121. lib.2. num.41. relati à
Vant. de nullit. cap.4. num.49. Brun. de con-
stit. §. nullitas, vers. exceptio nullit. Scaccia
de appel. quaest.19. remed.1. conclus.4. n.34.
Marsil. de vnoquoque, & de re iudic. nu-
mer.32. Vest. in prax. lib.7 cap. final. n.38.
in princ. concludens statutum disponens
25 sententiam † valere parte non citata nō
esse validum, Marsil. tract. Bannitor. verb.
sententia, §.5. num.56. addendo idem
26 † dici de consuetudine contraria, Ga-
briel. de citat. conclus.1. num.37. & 62 sub-
dens num.197. quid dicendum, si statuto
disponatur, quod quis condemnari pos-
sit sine citatione, Alex. conf.225. lib.6. n 1.
vbi plures congerit, & num.6.
27 Ampl. etiam, † si partes paciscantur,
quod Iudex possit iudicare sine citatio-
ne,

ne, *Spec. de citat.* §. 3. *num.* 15. *Gabriel. de citat. conclus.* 1. *num.* 46. *& seq. plurib.*

28 Ampl. vt statim † reuocanda sit sententia, in qua non interuenit citatio partis, *Bald. l. ab exequutione, C. quorum appelat. non recip. num.* 7.

29 Ampl. etiam, † quod à statuto reiecta esset omnis exceptio, *Gabriel. de citat. concl.* 1. *num.* 62.

30 Ampl. etiam, † vbi sententia est lata per edictum non expectata competenti dilatione, vt potuerit citatio deuenire ad notitiam citati, *Veral. decis.* 263. *par.* 2. *num.* 8. *&* 10.

31 Ampl. etiam, vbi citatio non est legitimè facta, seu exequuta, *Neuiz. consil.* 70. *num.* 4. *& seq.* vbi exemplum refert, si nuncius non seruauit mandatum sibi datum ad citandum, *vbi deinde num.* 9. *& seq.* refert plura ad excusandum talem nullitatem; *Clar.* §. *fin. quaest.* 31. *nu.* 1. *Socc. tract. de dilation. artic.* 20. *num* 99. *Marsil. tract. Bannitor. verb. sententia,* §. 5. *n.* 40 *Scaccia de appellat. quaest.* 19. *remed.* 1. *con. clus.* 4. *num* 35. *Marsil. in l. de vnoque, ff. de re iud. num.* 47 *& seq. Vant. de nullit. ex defect. citat. num.* 22. *& seq. Rol. à Val. cons.* 41. *lib.* 1. *num.* 5. *& seq.* vel fuit citatus cu-

32 rator infantis, † qui habebat tutorem, *Mastril. decis.* 73. *num.* 1.

33 Ampl. etiam, † si sententia fuerit prolata in concistorio Principis, *Vrsil. ad Afflict. decis.* 283. *num.* 12.

34 Ampl. præsertim, † si agatur de priuando aliquem possessione à mero exequutore, *Oldrad. cons. cons.* 227. *num.* 3. *vers. alia est; Abb. cap. conquerente* 7. *de rest. spoliat. num.* 9. *circa med.*

35 Ampl. præsertim, † si quis sit protestatus velle citari, *Veral. decis.* 263. *par.* 2. *num.* 1.

36 Ampl. vt † hæc nullitas sit insanabilis, *Gomes. in compend. signat. num.* 74. etiam ex rescripto Imper. *Natta cons.* 502. *n.* 23. *& seq.* vbi latè probat.

37 Limit. vbi ex confessione † partis constet de iustitia sententiæ, *l. fin.* §. *fin. ff. quod met. caus. Ias. l. à diuo pio,* §. *in venditione, ff. de re iud. num.* 12.

37 Sed quia multis modis citatio potest esse minus legitima, vel minus legitime exequuta, & talis nullitas potest etiam facto citati sanari, subdam aliqua circa præfata, de quibus alijs relatis agit, *Spec. de citat.* §. 1.

38 Citatio igitur † erit minus legitima, nec obligat citatum ad comparendum, si facta fuerit cum nimis breui termino ad comparendum, vel audiendam sententiam, vel fieri alium actum, ad quem peragendum, quis citatur, *Bald. in l.* 2. *C. de episcopal. aud. num* 8. vbi etiam agit, an liceat appellare, *Vant. de nullit. ex def. cit.* 26. *& seq. & cap. fin num.* 106. *& seq. Bursat. cons.* 74. *nu.* 72. *& seq. Crescent. decis.* 6. *de dolo & contum.* addendo facta in vim

39 † talis citationis esse inualida, *Put. decis.* 150. *lib.* 3. *num.* 1. *& seq.* vbi etiam declarat opin. eorum, qui volunt isto casu esse appellandum, *Mantic. decis.* 13. *n.* 2.

40 addendo citatum † neque esse obligatum comparere lapso tali termino, vt dixerat *Glos. in cap. si episcopus* 3. *quaest.* 2. *verb. conuocare, Vantius de nullit. ex defect. citation.*

41 *nu.* 67. An autem valida † sit citatio non expresso certo tempore viden. *Soc. Rub. de dilation. art.* 19. *num* 17. *& seq. Marsil. tract. Bannit. verb. sententia,* §. 5. *num.* 45

42 *& seq.* terminus autem, † quando dicatur nimis breuis, *Gail. obser.* 53. *lib.* 2. *n.* 20. *Spec. de citat* §. 1. *num.* 10. *in princ. & nu.* 12. *Bursat. cons.* 741 *num.* 14. *&* 71. declarans procedere, si citatus non potest infra eum terminum comparere, addendo *n.* 133. arbitrarium est Iudici arctare dilationes ex causis relatis *à Menoc. de arbit. Iud. cas.* 92. *de quo ille non meminit.*

43 Item vbi est generalis, † *l. aut qui aliter,* §. *si quis denuntiauerit, ff. quod vi, aut clam. Rom. cons.* 369 *num.* 8 *Veral dec.* 274. *par.* 3. *num.* 2. *Put. decis.* 291. *n.* 2. *lib.* 1. quod tamen multis modis, *lim. vt dixi in meis Collect. ad d.* §. *si quis denuntiauerit,* &

44 præcipuè quod † sententia lata in termino citationis generalis sit nulla, *Vant. de nullit. ex defect. citation. num.* 5. *Marian. Soccin. de dilation. art.* 22. vbi examinat,

45 † quando talis citatio sit valida, *Surdus cons.* 173. *num.* 97. addendo talem citationem non arctare citatum ad comparen-

46 dum, & quando sit valida † citatio ad totam causam, *Soccin. tract. de dilation. artic.* 20. *num.* 39. *& seq. pluribus, Vantius de nullit. ex defect. citat. num.* 30. 36. 98. 57 *&* 107.

& 107. 109. & seq. & cap. fin. nu. III. latius
47 declarat, quando citatio † dicatur generalis.
48 Item vbi in illius † exequutione non obseruatur forma data à statuto, vt puta quod fiat personaliter, vel domi citati dimissa copia in manibus domesticorum, vel in aliquibus actibus simul cum principali citetur illius procurator, vt cauetur statuto Vrbis, lib. 1. cap. 51. & 53.
49 Item vbi fit die feriata, † vel illius exequutio confertur in diem feriatam, l. fin. C. de ferijs, Alex. in l. 1. §. nunciatio, ff. de nou. oper. nunc. num. 28. vers. quæritt etiam, vbi Io. Imol. num. 29. Fed. de Senis cons. II. num. 11. Rot. decis. 1. de ferijs in nou. late tamen hoc examinat, Soccin. tract. de dilationib. art. 19. sed an arctet citatum ad cōparendum, viden. Vantius de nullit. ex defect. citat. num. 66. & 119. Soccin. in Rub. de dilation. art. 19. num. 6. & seq. plurib. subdens nu. 16. an citatus debeat die sequenti non feriata comparere, Gail. obseruat. 53. lib. 2. num. 7. & seq. Spec. de citat. §. 1. n. 13. & seq.
50 Item si fiat ad locum † non tutum citato, Glos. Clem. Pastoralis, §. notorium, verb. notorio, de re iud. glos. in cap. fin. 319. § Afflict. decis. 289. num. 20. & 24. concludens citationem esse nullam, & citatum
51 non † arctari ad comparendum, Aretin. cons. 16 præsupponitur, num. 2. Fel. in cap. Cum. R. 35. de offic. deleg. num. 1. Vant. de nullit. ex defect. iurisd. numer. 165. Gail. obseruat. 52. lib. 2. num. 3. & seq. Spec. de citat. §. 1. num. 10. in princ. Gail. plures congerens obseruat. 52. quinto, lib. 2. num. 3. Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. nu. 179. concludens omnia banna, in contumaciam non comparentis in loco non tuto, esse ipso iure nulla; nullamquè mereri exe-
52 quutionem; † quia nemo debet, nec obligatur se exponere periculo vitæ, cap. 1 de Cleric. non resid. in sext. glos. in cap. cum personæ, verb. securo, de priuileg. in sext. & iudicium exerceri debet in loco tuto, securo, & idoneo, cap. venerabilibus, §. & hoc ipsum de sent. excom. in sex. Gail. obser. 52. lib. 2. num. 8. dum prius, num. 7. docuisset cautellam citato ad locum non tutum, vt excusetur ad comparendum, &
53 quod † bannitus citatus ad locum à quo exulat, non arctetur comparere, firmat Soccin. in Rubric. de dilation. art. 18. num. 7.
54 Locus autem minime † tutus omissis dictis, Gand. Tusc. concl. 28. Impedimentum, vbi plura refert, ex quibus locus minimè dicitur tutus, citato, dicitur, si ille in loco iudicij capitales habeat inimicos, vel si vt perueniat ille ad locum iudicij cogitur transire per hostiles ditiones, & cum magno discrimine peruenire ad Iudicem, cap. accedens, vt lite non contest. cap. ex parte de appellat. cap. accedens de procur. glos. cap. cum locum, de sponsal. Clem. Pastoralis de re iud. glos. & Felin. in cap. Cum. R. Canonicus de offic. delegat. concludens isto casu, vel ab eo, quo instãte emanauit citatio, vel à Iudice ex officio, eligendum esse locum idoneum & tutum,
55 & hac ratione † Henricus VIII. eius nominis Angliæ Rex, introducta causa appellationis solutionis matrimonij in Romana Curia per vxorem, quam duxerat, & prætendebat nulliter, ex causa publicæ honestatis, per copulam, quam ille asserebat carnalem sequutam, cum Arturo Rege, citatus, vt cōpareret, se excusabat non arctari ad comparendum, quia illi transeũdum erat per ditiones Principis, qui parti aduersæ erãt amici confidẽtes, & sibi suspecti, nec debere adhibere fi-
56 dẽ litteris illorum. † Salui Cõductus, quia illarum fragilis est cautio, Bald. cap. ex transmissa, in fin. de rest. spol. & in cap. constitutus de rescript. in fin. Gail. obseruat. 52 lib. 2. num. 6. Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. num. 165. circa med. Afflict. decis. 289. Serenissimus, num. 22. in fin. & num. 23. Aretin. cons. 16. præsupponitur, n. 3.
57 vers. & licet, declarat † decis. Rotæ, quæ aliud videtur innuere circa ea, quæ dixi de saluo conductu, nec debuisse † mitte-
58 re † procuratorem, quia causa erat ardua, Aretin. d. cons. 16. num. 5. vers. secundo, Fel. in cap. Cum. R. 35. de offic. delegat.
59 num. 2. vers. tertio, & causam † extra Curiam delegandam, sicuti delegantur generaliter causæ Principum spirituales, matrimoniales, & peccati, cap. non est nobis, de sponsal. cap. nouit, de offic. legat. cap. constitutis, de restib. cap. ex parte de foro compet. cap. sed et necesse, de donat. cap. nouit, de iudic. cap. consultationibus, de appel.

cap. siue de coniugij 33. quaest. 2, & exem-
60 plis pluribus hoc probauit le ron, † Praesides Bononiae legum professor. in suis tribus disceptationibus, quas coram Clemente Papa VII. habuit Romae an. 1532. pro dicto Rege, de quo volui meminisse ne tanti viri in singulari casu periret me-
61 moria; An autem † audiatur excipiens de loco non tuto, sine mandato, videdus, *Gabriel. de except. conclus.* 3. ideo subijcio aliud eiusdem notabile dictū, quod licet controuertatur, ancitatus ad locum non
62 tutum † sit obligatus mittere excusatorē, *ut tradit Menoc. cons. 100. qua nunc, n. 200.* Attamē quod subditus Regis sine aliquo
63 mandato erat audiendus † ad excusandū suum Regem, *iuxta glos. & dicta DD. in l. neminem, C. de ijs, qui notat. infam. Bal. de pac. Const. vers. quinec contra ciuitatē, & vers. debitam fidem.* Quo simili dicebam ego *in vna Corduben. decimarum coram R. P. D. Pirouano Ciue Mediolanen.* qui longa atauorum serie, & animi bonis egregiè cumulatus, munus potius decoraret, quā decoraretur, quauis illi collata dignitate, dum Regem Catholicum sine mandato in scriptis defenderem, quod tamquam illius subditus eram
64 audiendus, quia mutua † est domini, & subditi, etiam in iudicialibus, defensio, *Innoc. cai. dilectis de appel. cap consuluit, de appel.* vbi Rex Franciae appellauit pro suo subdito, quem textum dixit notandum, *Spec. de appellat. §. 1. in fin.* & faciunt quae
65 de magno † amico, *ex Gul. de Can. refert Cast. in l sed & hae personae, ff. de procur.*

Quae dixi de persona, cui non sit tu-
65 tum accedere † ad locum citationis, sunt repetenda, vbi subesset periculum ad eūdem locum mittere scripturas, iura, procuratorem, aduocatum, quamcumque personam habentem interesse, & testes examinandos, *c. accepimus de fide instrumenti, vbi Host. per illum concludit,* quod nihil difficile, vel periculosum debet imperari à Iudice litigantibus, *Gail. obseruat. 52. Quinto, num. 9. lib. 1. Marian. Soccin. de dilation. artic. 18. numer. 6. vers. & aduerte.*

67 Item incerta ratione † loci, vel temporis, *Marsil. l. de vnoquoque, ff. de re iud. num. 162. & seq.*

68 Item locus minimè dicitur tutus † citato, si in loco iudicij, vel vbi transeundum est, quoad illum perueniatur, grassatur pestis, *cap. 1. de Cleric. non resid. glos. Clem. 1. §. caeterum, verb. rationabili, de stat. Monac. Gail. obseruat. 52. lib. 2. num. 9. & seq.* ampliando debere esse tutum etiā quoad Aduocatos citati, & procedere etiam in ciuilibus, & in contractibus, *Vantius de nullit. ex defect. iurisdict. ordin. nu. 165 vers. & quod de bello,* idem dicendum de bello, & similibus, *Alex. in l. 2. §. si quis in iudicio, ff. si quis caut. numer. 2 Afflict. decis. 289. Serenissimus, num. 26. & seq pluribus,* vbi refert plures causas, quare locus iudicij non sit tutus, & quare
69 quis † non cogatur comparere, & inter caeteras, si quis se excuset ob aeris grauitatem, vel mutationem, vt in contingētia facti practicaui, dum ex Castris Iacobi Ducis Mutij in Sabinis de mense Augusti citati fuissent aliqui illius vassalli ad comparendum in Vrbe, quia non paruissent inhibitioni Aud. Cam. obtinui illos excusari durante sole sub Cane, & cum tres, vel quatuor comparuissent, sed latitassent, redeundo deinde ad suos, statim perierunt, adeò periculi plena res est estiuis diebus à Montanis in Vrbem venire, quae dixi de coelo Romano, idem dixit Gregorius XII. dum vocaretur ad concilium Pisanum, *vt ex Felin. & alijs refert Afflict. d. decis. 289. num. 27. Soccin. tract. de dilation. art. 18. num. 5. & seq* refert plu-
70 ra accidentia, † quibus locus iudicij non est tutus citato, sicuti *& Marsil. tractat. Bannitor. § expulsi, num. 1. Vant. de nullit. ex defect. citat. num. 165.*

Item citatio dicitur minus legitima,
70 vbi est incerta, † quae incertitudo causatur primo, vel ratione temporis certi in eadem citatione non expressi, vel nimis vago, veluti ad primam diem, & sequentes, nam si feratur sententia post primam diem † illa est nulla, *Put. decis. 148. par. 2.* & idem dicitur, si citatio facta fuerit sine die, *Mantic. dec. 155. nu. 2, Seraf. decis. 765. nisi stylus sit in contrarium, idem decis. 597. num 6.* vel ad effectum mulctandi contumacem, *idem decis. 597. nu. 8.* vel facta ad primam diem
71 & deinde † singulis diebus, & horis. Nā senten-

sententia lata non prima die est nulla, quia illa sola dies est certa, *Mantic.decis.* 243.*num.*1. *Rota diuers.decis.*311.*part.*1: *num.*3. & latè *Socin.Tract.de dilation art.* 19.*num.*17.*& art.*20.*num.*17.*& seq. Ludouis.decis.*71. *num.*3.*&* 6. vbi declarat,&
72 latè *Gail.obser.*53. *lib.*2. Si autem † non sit expressa dies,intelligitur de prima die iuridica immediatè sequenti. *Put. decis.* 207.*part.*2. *Mantic.decis.*155.*num.*2:*Ca-*
73 *ualerius decis.* 376. *num.* 5. & an valida† sit citatio sine termino viden. *Marsil.tractas Bannit. verb.sententia q.*5.*num.*45. *& seq.*

Secundò per non factam expresio-
74 nem † nominis iudicis, qui cum posit esse ordinarius, vel delegatus, certiorandus est citatus de qualitate persone iudicantis, nam si fuerit ordinarius, sat est in citatione exprimere illius nomen, vt puta in Vrbe, si quis citetur coram Auditore Cameræ vel Vicario S.D.N.vel Senatore, & illius Collateralibus. Si verò fuerit delegatus extra Vrbē debet iudex vltra expresionem nominis proprij, cū dignitate, si quam habet, ad exercendam iurisdictionem necessariam, prętereà ad-
75 dere copiam † rescripti Papæ super cō-
76 missione causæ transmissi, si verò sit † delegatus in Vrbe, sufficit in citatione exprimere nomen iudicis relatione facta ad acta notarij, vbi causa est introducta: *Cap.cum in iure de offic.deleg.vbi Innoc.n. n.*4.*Abb.& Felin. num.*5.*Guid. Pap.decis.* 445.*num.*5.*& decis.*450.*num.*2. *Vest.in prap.libr.*7.*cap.fin.n.*39.*Marant.in prax. part.*4. §. *Quinta principalis, n.*60.*& seq. Sociu.tractat.de dilation. art.*10.*n.*10.*vers. Quo verò ad secundùm,& n.*11.*&* 14.*Gail. obser.*48.*lib.*1.*nu* 20. vbi testatur de communi praxi, licet aliud esse de iure pro-
77 bet,& vitiari citationem, si fuerit † erratum in nomine iudicis firmat, *Gail.obser.* 48.*lib.*1. *num.*23. & quod sit exprimendū
78 nomen, † & cognomen citantis examinat *Gail.obseru.*50. *Tertio lib.*2.
79 Tertio nō expresso † loco vbi quis debet cōparere, si iudex sit delegatus, secus si ordinarius, qui non exprimendo locū censetur citasse ad locum solitum. Ideo ad validitatem procesius remissorialium extra Rom.Curiam requiritur, vt Iudex eligat locum vbi ius dicet *Sociu. tract. de dilation. art.*19.*num:*13: *& art.* 20. *n.*14. *vers.* Item debet. addendo citationem
80 † non valere, si expressus sit locus alternatiuè, vel locus æquiuocus, vt subdit *art.* 18. *num.* 14. Natta loquens de citatione cum alternatiua loci, vbi comparendum *cons.*18.*ris.num.*2. vel extra territoria citantis, vt dixi infra latè *Gail.obser.*52.*lib.*2 & quod à Iudice delegato sit exprimendus locus vbi ius dicet, secus in ordinario *Gail.obseru.*52.*lib.*2.*nu.*12.
81 Quartò ratione † nominis citati, vbi plures sunt eiusdem nominis; *Socin.tractat. Art.*20.*nu.*14. Exemplum referens, si citetur Titius Martini, vbi in eodem loco plures sunt eiusdem nominis, addendo si compareat is Titius, de quo actor non sensit, teneri parti reficere expensas, subdens *num.*16. *& seq.* quid dicendum in criminalibus. Si autem in litteris ci-
82 tatorijs adsit † clausula, quod citetur Titius, & quidam alij, vel similis alia clausula, notandum est, quod præter expressos possunt citari tres, vel quatuor, quorum nomina sunt exprimenda in prima citatione. *Cap.*2. *de rescript.in sext.*cuius materiam examinat *Socin. tract. de dilation. art:* 5. *num.* 63. *& seq: &* 65. *in fin.*
83 hinc nata praxis † A.C. apponendi in similibus citationibus clausulam. *Etiam*
84 *quod vltra tres*, & quod nomen † citandi sit exprimendum in citatione latè agit *Gail.obseru.*49 *secundum lib.*1.
85 Notandum quod si sententia † feratur alia die, quam ea, qua quis fuit citatus ad illam audiendam, quod illa est inualida, *Marsil. inl. de vnoquoque ff.de re iudic.n.* 58. addendo idem dici, si quis citatus fuerit ad certam horam; & feratur alia hora citato etiam procuratore, qni ad audiendam sententiam priori hora fuerat constitutus, & idem dici de loco, si in illo varietur. De stylo tamen Rotæ Roman. A.C.Cur.Capitolij obseruatur, vt die qua quis citatur ad audiendam sententiam, iudex differat illius prolationem, hac formula antiqua diffūdi, *Teste Gel.Noct. Atic. lib. cap.* & sequenti die illa profertur, Rota autem, & A. C. ea vtuntur formula. Seruato, cuius vigore Rota quandoque capit terminum mensis, etiā

post indictas ferias in vltimis audientijs, & quandoque decē dierum vltra quam. A.C. non solet sententiare nisi iterum parte citata, & sententia semper publicatur, & dicitur prolata ea die ad quam audiendam fuerat citatus, & ita obseruatum vidi, & ante reformationem Pauli V. in causis commissis prælatis annalis erat dilatio ad ferendam sententiam, quam meritò Pont. ille Opt. Max. cohibuit, cum plura sequerētur incommoda, quæ non refero *Gabriel. de citat. conclus.* 1 *num* 111. ampl. 23. vbi addit idem dici de hora, & *num.* 437. *& seq. Limitat.*

86 Item citatio dicitur illegitima † si nuncius in illius exequutione nō obseruauit formam mandati sibi dati *Vant. de nullit. ex defect. citat. nu.* 132. *&* 152. *Socin tract. de dilation. art.* 13. *nu.* 1. *& seq. & art.* 20.

87 *n.* 96. concludēs non valere citationem, † si nuncius non exprimat terminum assignatum citato ad comparendum, sed tātum dixit, quòd compareat *Neuizan. cōs.* 70. *num.* 3. *&* 4. concludens non valere citationem per affixionem copiæ ad valuas Ecclesiæ, non præcedente diligentia de reperiendo citatum personaliter, & citatione ad domū facta idem repetit, *Put. decis.* 207. *lib.* 1. *Veral. decis* 109. *part.*

88 1. *num.* 1. concludens † citationem per affixionem, vbi non fuit relicta copia, nō valere, *Vātius de nullit. ex defect. citation. nu.* 95. *& seq. &* 123. concludens, si iudex mandet, quem citari personaliter, seu do-

89 mi inualidam esse † citationem exequutam domui, nisi nuncius asserat præcedente diligentia de reperiendo personā citasse domi, quia illa admittitur in subsidium, vt dixerat idem ibidem *num.* 90. *Bursat. cons.* 74. *& seq.* idem repetit addendo quid dicendū, si simpliciter mādetur, vt quis citetur, & plures † modos re-

90 fert, quibus dicitur non seruata forma citationis, & *num.* 62. Omni casu, quo citatio malè demandatur exequutioni à

91 nuncio, est illa legitimè exequenda † illius sumptibus. *Gail. obseru.* 55. *nuncius lib.* 2. *num.* 8. & latè refert solemnia seruanda à nuncio in relatione, vt dicatur

92 legitimè † citasse *Bursat. cons.* 74. *num.* 10 *& seq. plurib. nu.* 60. *& seq. plurib. & nu.*

93 125. *& seq.* refert plura ad excusandam † nullitatem exequutionis citationis, non seruata forma mandati. idem repetens *nu.* 144. *vsque ad* 156.

94 Item vbi in citatione † nō exprimitur causa, seu actus ad quem quis citetur ad sententiam. *Gloss. cap. cum contumacia, verb. respondeat de sentent. & re iud. in* 6. *Alex. cons.* 109. *pauperatis lib.* 5. *nu.* 5. *Mantic. decis.* 5. *&* 84. *num* 1. Ita vt non suffi-

95 ceret clausula † æquipolēs verbis ad sententiam, *Marsil. tract. Banuit. verb. sententia* §. *num.* 42. *Caualerius decis.* 376. *nu.* 1 *& seq.* & idem dicitur, si producantur articuli, vel alia iura, si testes debent iurare, *Vant. de nullit. ex defect. citation. n.*

96 54. *dum. num.* 30. firmasset citationem † talem esse debere, vt per illā citatus certioretur de actu fiendo, & latè *Gail. obseruat.* 51. *lib.* 2. *Ludov. cons.* 93. *Bulitarunt. num.* 6. addendo exprimendam esse causam causæ, *Vant. d. n.* 55. *prius dixerat*.

97 Item vbi citatio † continet impossibile facti, vel iuris, *Vantius de nullit. ex defect. citation. num.* 68. *& seu. vbi plura exempla refert Bursat. cons.* 74. *num.* 14. *&* 77.

98 Item si fuerit concepta cum clausulis, & forma insolita, & Curiæ non consueta; nam non arctat citatum, vel saltem excusatur, si citatus, non compareat *Vant. de nullit. ex defect. citation. numer.* 67.

99 Item vbi exequuta † domi citati, non præcedente diligentia de reperiendo citatum personaliter in ciuitate, villa, & suburbijs, vbi citatus habitat, *Seraphin. decis.* 972. *num.* 6. *&* 1123. *Vantius de Nullit. ex defect. citation. num.* 63. 88. *&* 90. 94. 96. 123. addendo talem citationem domi fieri in subsidium, & faciendam publicè, alta voce, & affixa copia in ostio domus citati, vel data copia familiaribus licet *num.* 121. subdat non requiri affixionē, latiùs tamen examinaui quādo sit valida talis citatio in meis Collectaneis, *Ad l. aut qui aliter* §. *si quis denūtiauerit vers. vel ad domum ff. quod vi, aut clam, Marsil. tract. Bannitor. verb. sententia* §. 5. *num.* 71. vbi agit, an valida sit sen-

100 tentia citata parte domi † si autem nūcius referat citasse, & fecisse bene quæ habuit in mandatis; an præsumatur rela-

ta

ta diligentia, *Marsil. tract. Bannit. verb. sententia* §. 5. *n.* 73. effectus huius citationis est, vt non currat tempus ad appellandum, nisi sententia intimetur, *Marsil.*
101 *Tract. Bannit. verb. sententia* §. 5. *n.* 84. † Quomodo autem sanetur defectus citationis supra relatus refert *Seraphin. decis.* 858. *num.* 1.
102 Item vbi quis citatur per † edictum non præcedente citatione primo personali, secundo domi, vel in Ecclesia, nisi facto citati impediatur nuncius, nè personaliter, vel domi citetur. *Vantius de Nullit. ex defectu citat. num.* 123. *vsque ad* 143. addendo, quod extra casus, *Clemēt.*
103 *causam. de election.* iudicem † non posse aliquem per edictum citare sine mandato Principis, quia is modus citandi est rigorosus, & à iure multum exorbitans, *Seraphin. decis.* 1094. *num.* 3. Qui autem
104 † possint citari, vel citare per edictum, & qualiter exequutor talis citationis attestetur de exequutione illius, & alia singlaria circa modum hunc citandi, dixi in meis Collectaneis, *ad Clem.* §. *quia ve-*
105 *rò de iudic.* & condemnato † tali sententia non currit tempus ad appellandum, nisi sibi intimatur sententia, *Marsil. tractat. Bannit. verb. sententia* §. 5. *num.* 84.
106 Quæ autem † requirantur, vt sit valida talis citatio *Gail. obser.* 57. *lib.* 2.
107 Item citatio non est † legitima, si fiat à præcono non seruata forma mandati sibi dati à iudice, vel non fiat in locis publicis *Socin. in Rubr. de dilation. art.* 25. *n.* 4. *& seq. addendo num.* 6. qualiter præco debeat referre fecisse exequutionem, qui
108 sint effectus † præconiæ citationis, & an potius credatur præconi, quàm notario, si non conueniant in relatione. *Bursat. cons.* 74. *n.* 125. *& seq. plurib. &* 130
109 *& seq.* refert plura † ad excusandam nullitatem exequutionis citationis ex inobseruantia mandati.

Item citatio ad sententiam non est
110 legitima vbi non præcesit † peremptoria citatio *Socin. in Rubr. de dilation. artic.* 27. *numer.* 6. *vsque ad* 28. vbi enumerat casus, quibus talis citatio est de necessitate subdens *num.* 61. an omissio illius vitiet sententiam *& num.* 62. *& se-*
111 *quen.* addit effectus † peremptorij latè, *Marsil. tract. Bannitor. verb. sentent.* §. 5. *num.* 41. *& seq.* 71. 77. 79. Nisi citatus di-
112 xerit nolle † comparere *Spec. de litat.* §. 3. *nu.* 4. *subdens num.* 14. sententiam sine peremptoria citatione non valere. *Afflic. decis.* 346. *num.* 17.
113 Item citatio non est legitima † si citetur qui est impeditus cōparere, sed quia exemplis res sit clarior. Primum exemplum erit carcerati, & cuius vis alterius, qui loco recedere non potest impunis, & & distinguēdum est iuxta tradita à *Socin. in Rub. de dilation. art.* 5. *n.* 57. *& à Marsil. tract. Banniuor verb. Carcerati num.* 31.
114 Secundum exemplum † erit, si citetur exul ad locum à quo exulat, *Socin in Rub. de dilation. art.* 5. *numer.* 48. *qui loquitur de bannitis deportatis, & similibus.*
115 Tertium exemplum † erit in infirmo, & tunc si infirmitas est nota Iudici non valet sententia, vel alius actus ad quem fuit quis citatus, *Spec. de citat.* §. 1. *num.* 10. *princip. & fin.*
116 Quartum exemplum † esse potest eius qui aliquo genere impedimenti non potest esse in iudicio, & quia longus esset in hoc sermo, & hoc examinare spectat ad eum, qui conficeret tract. de citatione personali, interim sufficiat videre, *Socin. in Rub. de dilation.* §. 5. *num.* 5. *& seq.* veluti, si citatus est occupatus circa rem rusticam, & esset peritura, si illam desereret: *Spec. de citat.* §. 1. *n.* 10. *in princip.* vbi alia exempla refert.
117 Item facta per † contradictas, seu ad valuas vbi aderat procurator citati, qui mandatum acceptauerat. *Rota Recent. decis.* 486. *part.* 2. *nu.* 2. nisi ille recesserit à loco iudicij, vel substitutus ab illo addētes ad *Ludouis. decis.* 110. *&* 430.
118 Item si quis citetur † extra territorium iudicantis, seu citantis, *L. extra territorium ff. de iurisd. omn. Iud. Marsil. tract. Bannitor. verb. sententia* §. 5. *num.* 49. seu alias iudex careat iurisdictione, *Seraphin. decis.* 1018. *num.* 5. *& sit incompetens Gail. obseru.* 48. *lib.* 2. *num.* 7. si su-
119 mus in casu † quo citatio fieri potest extra territorium, quomodo fiat. *Gail obser.* 56. *lib.* 2.
120 Item citatio non est legitima † si in illa non fuerit expressum nomen, & co-

gno-

gnom n minantis cum titulo, seu causa citationis, quoad citatus certioratus possit deliberare, an debeat cedere, vel contendere, *Vantius de nullit. ex defect. citation. num.* 49. *Gail. latè obseruat.* 49. *lib.* 2. *Spe. de citat.* §. 1. *num.* 6.

121 Si citanda sit ciuitas, † vniuersitas, collegium, Capitulum Monasterium, vel aliud corpus, qui ex vniuersitate, vel corpore sint citandi, *Guid. Pap. decis.* 321. cócludit sufficere citasse Oeconomum Ecclesiæ, Guardianum Fratrum Minorum, Procuratorem Fratrum Prædicatorum, Consules Vniuersitatis, vel primiori vniuersitatis, vel Collegij, *Rom. Singul.* 763. *An citatio*, & ita seruari de stylo Delphinatus, latiùs tamen id examinant *Socin in Rub. de dilation. art.* 20. *nu.* 52. *Vantius remissiuè de nullitate ex defect. citat. num.* 144. *Nicol. Losæus, tract. de iur. vniuersit. part.* 2. *num.* 63. & *seq. Marsil. tract. Bannit. verb. Ciuitate, num.* 103. & *Tuscus nouissimè Conclus.* 251. *Citatio. latè Marant. in praxi part.* 6. §. *Rectè concipiatur citatio num.* 94. Quæ autem dixit *Guid. Pap.* sunt vera de stylo illius prouinciæ, nam de iure ista corpo a, qualia sunt Capitulum, Monasterium, & alia vniuersitas, debet citari capitulariter, & vniuersaliter congregata, quatenus non recusat congregari, si autem recusat, valet citatio executa contra aliquos ex vniuersitate, vt pluribus *Decis. Rotæ probant Addentes ad decis. final. Ludouis. Serafin decision.* 1027. *num.* 2 & *decis.* 1046. *nu.* 5. & *decis.* 857. *num.* 7. & 24. *Gail. obseruat.* 49. *lib.* 2 *num.* 6. & *seq. Bald. L. etiam C. de execut. rei Iud. n.* 14. *Luca Petus in Prax. Capit. lib.* 1. *cap fin. num.* 16.

122 Item citatio non est legitima † si fuerit facta per contradictas, id est tanquam contra contumacem, vbi quis prius non fuerat citatus personaliter, *Addentes ad Ludouis. decis.* 430. *num.* 5. *Seraphin. decis.* 1100. *num.* 5. & *decis.* 1352. *num.* 40. afferens idem dicendum, si pars sit præsens, vel non fuit doctum de absentia citati, *Cresent. decis.* 1. *de sent. & re iud. numer.* 1. vbi subdit sustineri, si non constat de bono iure citati, qui verè erat absens,

123 Item illa, quem asserit notarius fecisse, nisi adsint duo testes, vel agatur de citatione executa in loco, vbi notarij funguntur etiam officio nuncij, *Ludouis. decis.* 71. *num.* 2. & *decis.* 426. *nu.* 4. & *seq.* & *decis.* 453. *num.* 4.

124 Item quo † fuit affixa ostio citati, & statim ablata. *Marsil. in l. de vnoquoque, ff de re iud. nu.* 53.

125 Item quæ fuit † executa sede vacante, *Seraph. decis.* 1276 *num.* 5. quæ decisio intelligenda quoad iudices à Papa delegatos, quia illo mortuo expirauerat delegati iurisdictio, seu saltem dormiebat. Ideo in Romana Curia Sede vacante quiescunt omnia tribunalia in ciuilibus, excepto A.C.

126 Item executio † citationis in partibus, sine testibus non est legitima, sed nulla, *Seraph. decis.* 187. *num.* 1.

127 Item vbi fit contra personas capituli † vbi causa est cum capitulo, & non facta Capitulo congregato capitulariter. *Seraph. decis* 847. *num.* 7.

128 Item vbi citatio fit † ad valuas, si quis prius non fuit citatus personaliter. *Seraphin. decis.* 1276. *num.* 4. & præsertim, si is aberat ex causa necessaria, vt puta litis. *idem decis.* 1446. *n.* 6.

129 Item vbi in illius † executione non fuit seruata forma præscripta à lege, vel statuto. *Menoch. cons.* 746. *n.* 25. & *seq.*

130 Quid autem dicendum si plures sunt causæ vno processu, & coram eodem iudice, an vnica, vel multiplex requiratur citatio, viden. *Laderch cons.* 93. *dubitarũt num.* 3. & 5. *relati, Tiraquell. de retract. lignag.* §. 8. *numer.* 5. *Rom. cons.* 240. *vers.* 3. *Alex. in l. edita C. de edend. nu.* 17. & *seq. Dec. num.* 71. *Cagnol num.* 252.

131 Nuncius autem qualiter † debeat referre, vt dicatur legitimè citasse, dixi supra *num.* 90.

132 Item vbi fit ad † diem non iuridicam *Gabriel. de citation. Conclus.* 1. *num.* 229. *reuide.*

133 Item vbi quis citatur coram vno ex iudicibus pluribus deputatis, *Gabr. d. conclus.* 1. *num.* 230.

134 Item non est legitima, vbi non est clara † in indiuiduo, sed confusa, & in genere. *Barbat. cons.* 8. *col. penult. num.* 17. *in princip. Laderc. cons.* 93. *Dubitarunt num.* 6.

135 Qui-

Quibus autem modis sententia nulla
135 † ex defectu citationis excusatur à nullitate, videndus *Vant. de nullitate c. fin. n. 106. & sequen. pluribus Bursat. consil. 74. nu. 72. & seq.* concludit sustineri si citatio deuenit ad notitiã citati, relatis pluribus, quibus probetur talis notitia, idem repetens, *num. 134. & seq. pluribus. & 144. & seq. plurib. ad 156. & 164. & seq.*

Notandum est singulare vnum, quod
136 † citatio potest esse nulla, vel facto iudicis, vel executoris, vel citati nõ legitimè, vt prosequitur *Vant. de nullit. ex defectu citat nu. 26. & seq. & cap. fin. num. 106. & seq. plurib. Marsil. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. nu. 55. Spec. de citat. §. 1.* & omnibus casibus fieri legitimam, & tolli om-
137 nem illius defectum, si citatus † compareat *l. 1. ff. de ferijs Serafin. decis. 654. num. 1. Socin. latè in Rub. de dilation. art. 5. n 23. Gail. obser. 58. lib. 7.* & sic limitatur commune assumptũ, quòd is defectus sit insanabilis, vt tradunt, *Gomes in Compend. signatur. num. 68. & seq. vers. postremò*, sicuti etiam limitatur quibuscumq.
138 casibus, quibus non est necessaria † citatio, qualis est, si quis sit præsens actui, qui geritur in iudicio, vel si citato nulla competat defensio. *Vant. de nullitat. ex defect. citation. num. 17. 20 82.* vt latius dixi *in meis Collectaneis ad l. de vnoquoque, ff. de re Iudic. & ad cap. Tenor. de re iudic. Vant. de nullit. cap. fin. numer. 107. 109. & 13. & cap. de nullit. ex defectu ci-*
139 *tat. num. 21.* vel sit ex personis, † quæ citari non debent, quales sunt, quas refert *Socin. in Rubric. de dilation. art. 5 num. 24 & seq.*

140 Sanatur, & alio modo † nullitas exequutionis citationis, si citatus impediuit quo minus citaretur. *Gail. obseruat. 55. lib. 2.*

141 Limit. vbi quis habuit † notitiam citationis perperam exequutę, vt latè probat *Bursat. cons. 74. num. 125. & seq. pluribus, & 143. vsque ad 157.*

142 Limit. vbi fuit lata † parte præsente, vel legitimo procuratore, *Seraphin. decis. 388. num. 4.*

143 Limit. ijs omnibus casibus, quibus ferri potest sententia sine partis citatione, vt dixi *in meis Collectaneis ad cap. tenor. vers. muliere absente de re Iud. Bursat. consil. 74 num. 66. & seq. Marsil. in l. de vnoquoque ff. de re iud. n. 54.*

144 Limit. vbi † præcessit conclusio in causa, nam cum sit præclusa via quidquam deducere in sui defensionem, valida est sententia absque alia citatione. *Afflic. decis. 283. Diu est. num. 6. & seq.*

145 Limit. vbi exequutio † sententiæ fieret coram iudice, qui illam non protulit: *Rip. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iud. num. 12. in fin.* nam nisi probetur ab excipiente, nõ retardatur exequutio, *Ripam sequitur Coler. de processib part. 4. c. 1. num. 70. circa med.*

146 Limit. vbi à statuto præfixus est terminus ad docendũ de nullitate *Alex. cõs. 225. lib. 6. nu. 6 & seq.* vbi latè id probat.

---

§. V.

SVMMARIVM.

Sententiæ executio retardatur, si fuerit prolata, agente, vel defendente eo, qui non habebat mandatum 1, & quare 2. ampl. 7. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. Limit. 23. 24. 25. 26 27. 28.

Sententia lata agente, vel defendente eo qui non habebat mandatum est nulla. 2. ampl. 3. 4. 5. 6.

Persona legitimatio primò quæritur in quouis iudicio. 9.

Procuratoris reuocatio, vt faciat nullitatem sententiæ, illo citato, cui intimanda 17.

Sententia lata instante eo qui non erat procurator, an sustineatur si ratificetur ab eo pro quo est prolata. 29.

Procurator conuentus tamquam procurator, an ab illo exigi possit mandatum 30.

Sententia an valida sit interueniente procuratore, de cuius mandato non fuit exceptum. 31.

Mandati defectus qualiter probetur, & à quo sit probandus 32.

Procurator, qui egit sine mandato quibus pœnis afficiatur, & ad quæ sit obligatus: 33.

Mandatum quomodo probetur. 34.

Mandatum quando præsumatur. 35.

Procuratoris reuocatio quibus intimanda. 36

1 Re-

RErardari exequutionem sententiæ,
1 † si fuerit prolata agente, vel desê-
dente eo, qui mandatum ad agendum
non habebat indubitatum est, & dixere,
in l. 4. §. condemnatum de re Iudic. Bart. n.
2. Ripa num. 11. Bellug. in Specul. princip.
Rub. 41. §. leges Regni num. 17. in princip.
quem refert Tuscus conclus. 490. exequu-
tio num. 30. Bero cons. 104. illud lib. 3 nu.
3. 5. & seq. Milanens. decis. 2. part. 2. num.
144. Io de Anan: cons. 96. & 104. vbi Bolo-
gnet. Scaccia de appellat. quæst. 19. Remed. 1.
conclus. 4. num. 36. & dixi de execut. rei
iud. cap. 6. §. 4. cum duobus seq.

2 Ratio est, † quia talis sententia est nul-
la, *l. licèt C. de procur. cap. in nostra de pro-*
cur. quæ nullitas causatur ex defectu cõ-
sensus, tam actoris, quàm rei, & propte-
3 rea talis defectus † non potest sanari à
Principe, quia non potest supplere defe-
ctum consensus, seu facere, vt is dica-
tur consensisse, qui non consensit. *Go-*
mes. in Compend: signat. num. 72 & seq. ad-
4 dendo procedere † etiam refectis expen-
sis, *Vantius de nullit. ex defect. mandat.*
num. 60. & seq. addendo defectum man-
5 dati † prouenire à iure naturali, & in-
6 uentre habere † defectum citationis.

7 Ampl. etiam † quod princeps reijciat
omnem exceptionem, & in rescripto ad-
dat clausulam supplentes, *Rol. à Val. cons.*
71. Viso nu. 5. lib. 1. Vant. de Nullit. cap. 11.
nu.

8 Ampl. etiam † vbi agitur de executio-
ne sententiæ latæ in iudicio summario,
Rol. à Vall. cons. 71. viso lib. 1. n. 6. Vant. de
nullit. ex defect. mand. num. 3. eam afferens
rationem *ibidem, & num. 1.* quia in omni
9 iudicio, primum quæritur de habilitate †
personarum, cuius defectus, superat de-
fectum iurisdictionis in agente.

10 Ampl. etiam † quod ageret maiori in-
dagine, *Marescot. Resolut. lib. 2. num. 40.*
Obstant tamen dicta, *Crescent. decis. 1. de*
re Iud.

11 Ampl. vt hæc † exceptio sit perpetua,
siue excipiens dubitet, siue ignoret, siue
sciat carentiam mandati, *Ias. in l. licet,*
C. de procurat. num. 7. & num. 8. vers. Re-
gula, Vantius de Nullit. ex defect. mand. n.
29. Cassad. decis. 3. de procur. Marsil. l. si
quis ne 5. de quæst. n. 83. addendo etiam si
aliquando nihil sit exceptum.

12 Ampl. etiam † si à statuto reijciantur
omnes exceptiones aduersus sententiæ
exequutionem, *Rol. à Val. cons. 71. visol.*
lib. 1. num. 5. & idem dixi in antecedenti-
bus de exceptione defectus iurisdictio-
nis, & citationis, *Vant. de nullit. cap. 4. nu.*
41. & seq. vbi latè comprobat præsertim
concurrente inhabilitate personæ, *& cap.*
11. num. 2.

13 Ampl. etiam † vbi quis est procurator
constitutus cum clausula Ratihabitionis
quidquid per ipsum procuratorem legi-
timè actum fuerit, nã si de defectu mãda-
ti non sit exceptum, si quid ille faciat in
præiudicium domini nihil obest, *Vant.*
Vant. de nullit. cap. 11. num. 112.

14 Ampl. etiam † si procurator habeat ge-
nerale mandatum, & agatur de sententia
in qua requirebatur spetiale, nam cum
idem sit, ac si nullum habuisset, & dica-
tur procurator æquè falsus. *Vantius de*
nullit. ex defect. mandat. num. 91. pariter
retardabitur exequutio sententiæ.

15 Ampl. etiam † vbi is, qui interuenit
causæ non poterat esse procurator *Vant.*
de Nullit. ex defectu inhabilit. nu. 132. &
seq.

16 Ampl. præsertim † si fuit protestatum
de legitimatione personæ, cum clausula
Ita quod nõ sufficiat subsequens ratifica-
tio, vt dixi supra de *exequut. rei iudic. c.*
6. §. 4. vers. difficultas.

17 Ampl. præsertim, † si sententia lata fuit
citato procuratore, qui fuerat reuocatus,
quamuis reuocatio non esset nota ei, qui
sententiam obtinuit, *Cap. ex insinuatione*
de procur. Rot. decis. 2. de procur. in nou. n. 1.
Quod tamen intellige si aliàs non fuerat
mandatũ intimatũ parti, secus si intima-
tum *Vantius de nullit. ex defect. mandat.*
num. 159. addendo num. 162. Idem dicen-
dum, si procurator reuocatus contendat
de validitate reuocationis.

18 Ampl. vt hæc † nullitas sit insanabilis,
Gomes. in compend. signat. nu. 74.

19 Ampl. vt exceptio defectus † mandati
sit perpetua, tã ex parte rei, quàm acto-
ris, ac etiam ipsius procuratoris, quia
non potuerit esse procurator. *Vantius de*
nullit. ex defect. mandat. num. 59. & seq.
& num. 135. eam afferens rationem, quia
defi-

deficit censensus, & nemo ex facto alieno è grauandus *Natta cons.142. ante nu.1.*

20 & talem defectum † esse insanabilem, habereq. annexum defectum citationis, *Bero.cons.104.illud, lib.3. num.6 in fin.*

21 Limit. vbi fuit appellatum † à sententia lata instante eo, de cuius mandato dicitur non constare, nam tunc de nullitate minime excipi potest, *Bero.cons.104.illud, lib.3.num.10. in fin. Natta cons.142. num.19. Caldas.cons.11.num.17.*

22 Limit. vbi excipiens, † semel acceptauit procuratorem pro legitimo procuratore, *Ias.in l.licet, C.de procur. numer.8. vers. fallit nisi.*

23 Lim. vbi opposita † mandati exceptione de illa fuit cognitum, & interlocutum esse legitimum procuratorem, *Bero.consil.104. illud, lib.3. num.12. & seq. Ias.in l.licet, C.de procur. num.8. vers. secundo, Marsil.in l. si quis ne, ff. de quaestionibus, num.84.*

24 Limit. vbi ageretur de exequutione sententiae † decem ante annos latae, *Bero. cons.104.illud, lib.3.num.9.* concludens ex diuturnitate temporis praesumi mandatum eius, qui sententiã obtinuit, idem repetens, *num.14.*

25 Limit. ijs omnibus † casibus, quibus mandatum praesumitur, vel actus sustinetur sine mandato, quos referunt, *Boleg. ad Io.de Anan.cons.104.*

26 Limit. vbi re vera † erat procurator, & post sententiam docetur de mandato, *Cresent.decis.1. de sent. & re iud. num.3.* nisi tamen fuisset exceptum neminẽ audiri, nisi docto de mandato, ita quod nõ sufficeret, deinde docere.

27 Quid autem sit dicendum, † si is pro quo lata est sententia, vellit acta ratificare videndus, *Fel.in cap.1 de re iud.num.17 & dixi supra de exequut.rei iud.cap.6.§.4. num.3. & §.5.num.1. & seq.*

28 Quid si quis conuentus fuit † tamquam procurator, an ab illo exigi possit mandatum, controuersa est quaestio, sed affirmatiua communior, *Teste Cane. Var. resol.tom.1.cap.16.de tertijs opposit. nu.56. & seq.*

29 Quid si non fuit † exceptum de mandato, an valida sit sententia, *Marsil.l. si quis ne, ff. de quaest.num.87. & seq.*

30 Mandati defectus † quomodo probetur, & an ab excipiente sit probandus, videndi *Vantius de nullit.ex defect. Mand. num.62. & seq. & 74. & seq. & 115. & seq.* referendo omnes causas, quibus mandatum dicitur nullum, *num.121. & seq. & 155. & seq. Nat cons.142.num.8.*

31 Procurator falsus, † seu qui egit tamquam procurator, & non erat, quibus poenis, & ad quae obligetur, videndi sunt, *Vant.de nullit.ex defect.mandat. num. 67. & seq. & 72. Trentacinq.Var.Resol.lib.1. de procur.resolut.2.num.19.in fin.*

32 Mandatum probatur † instrumento publico, vel litteris, *§.litteris, inst. mandat. Marsil.l.si quis ne, ff.de quaestion.n.138 & plurib.seq.* vbi refert quomodo recognoscatur, & quando probet.

33 Mandatum, quando † praesumatur, *Marsil.l.si quis ne, ff.de quaest.num.142. & seq.*

34 Procuratoria reuocatio, † quando soli procuratori, quando etiam aduersario & Iudici intimanda, *Amator, Rodriquez tract.de modo videndi proces. cap.3. de procurat.num.39.& seq.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Exequutio sententiae retardatur exceptione nullitatis, quae oritur ex ventre sententiae, 1. & quare 3.4.5. *Ampl.*6.7.8.9.10.11.12. 13.14.15.

Testamenti exequutio retardatur, si illius scriptura sit rasa, vel cassa, vel aliter vitiosa 16.

Littera Apost. non mittuntur exequutioni, si fuerint rasa, vel aliter vitiosa 17.

Exceptio quae oritur ab eo fonte, vnde prouenit actio, seu petitio nunquam censetur exclusa 3.

Instrumentum cum guarantia nõ habet paratam exequutionem, vbi opponitur exceptio ex illius ventre orieos 5.

1 Exceptione nullitatis, quae oriatur ex ventre sententiae, quod sit retardanda eiusdem exequutio, dixere, *Roman.*

man.conf.51. Attentis, num.3.in fin. verf. non enim, Ruin.conf.7.visis, lib.4.num.3.
2 concludentes, si ex facie sententiæ † Iudex requisitus detegat illam nullam, posse pronuntiare illam tamquam inualidam, non exequendam, *& dixi infra §. 24. limit.1.*

3 Rationes autem † huius assumpti plures referuntur, vel quia generalis est regula, quod numquam censetur exclusa exceptio, quæ oritur ex illo fonte, vnde prouenit actio, seu petitio, *Roman.conf.244. pro euidentia, num.5. circa fin. vbi addentes, & conf.472. in eo quod, num. 2. circa princ. Gras.de except.cap.23. nu.1. & 2. vbi infinitos cumulat.*

4 Vel quia dum † actor proponit suam actionem ex sententia, vel alia dispositione, censetur etiam proponere exceptionem ex illa proficiscentem; seu quæ petitioni, & propositæ dispositioni inest, *Bart.l.lecta, ff.si cert.pet.nu.21. Ias.§.actionum, inst.de action.num.128.* & ibidem legitur exceptio, vbi scripta est actio, *Felin.cap.ex parte 2.de offic.delegat.nu.16. vers.decimonono*, & tacitè dicitur per eã exceptionem fauendo iuribus rei, se ipsũ excludere, *Bart.l.lecta, ff.si cert. pet.n.21. Bart.l.eum qui ita 56.§.quis ita, ff. de verb. oblig.num.5.*

5 Comprobatur ex his, quæ † dicuntur de instrumento cum guarantigia, cuius exequutio retardatur, per exceptionem ex eodem orientem, seu quam idem habet in ventre, vt loquuntur Romanæ Curiæ practici, *Rom.conf.472. in eo quod, relato Bald.in auth.præsente, C.de fideiuss. Milanens.decis.9.par.2. num.1. & sequen.* qui loquitur de instrumento census habente ex forma Ritus exequutiuam viã, *Foller.de Censibus, §. qua quidem exequutio, num.13. dixi infra ampl.*

6 Ampl. etiam parte † non excipiente, *Rom.conf.244.pro euidentia, num.5. circa fin.vers.quoniam tunc*, concludens exceptionem orientem ex ventre dispositionis, qua quis experitur, admittendam à Iudice ex officio; & supplere defectum partis, *Ias.§.actionum, inst.de action.n.128. Bart.l.lecta, ff.si cert.pet. num.21. Decian. conf.1.lib.3.num.69. Io.de Amicis, conf.112. num.4.*

7 Ampl. etiam si in sententia, † vel instrumento, de cuius exequutione agitur, non sit scripta; sed tamen ex illa colligi potest, adesse, veluti si instrumentum careat necessarijs solemnitatibus, & requisitis, vt dici possit esse in forma probanti, quæ retuli de *execut.rei iud.c.8.§.1.& seq.* vel sit stipulatum cũ minus legitima persona, vel necessarijs solemnibus, vt puta cum minore sine curatore, procuratore, absque legitimo mandato, vel agatur de censu vẽdito nõ seruata forma Bullæ Pij V. vel sentẽtia fuerit lata sine citatione, vel absq. alio requisito, vt sit exequibilis, *vt dixi de execut.rei iud.cap.6.§.3.& seq.* & in terminis censuit *Milanens. decis. 9. par.2.num.2.* Item si agatur ex instrumento, cui obstat præscriptio, *Tusc.concl.381. exceptiones, num.16. & 19.*

8 Ampl. etiam si à lege, † vel statuto sit reiecta omnis exceptio, *Decian. conf.1. vol.3.num.8.Canar.de exequut.inst.quæst. 26.num.57.& seq relati à Tusc.concl.381. exceptiones, num.14. & 19. Brun.de Cons. §.nullitas, vers.octauo in princ. vers.non enim, Barbat.late, conf. 18. mihi, lib. 1. num.1.*

9 Ampl. etiam, si talis † exceptio esset conditionalis, nam si non probetur purificata conditio, retardabitur actionis intentatæ exequutio, *Socin.sen.conf.51.lib.1. num.7. Turret.conf.91.num.14. vol.1. Ruginel.de appell.§.2.cap.3. num.144. Zacchia de oblig.Cam.decis.33. num.4. vel non venisse diem, vt idem tradit, decis.31.n.10.*

10 Ampl. præsertim, † si talis exceptio cõtinet liquidationem faciendam, veluti si quis condemnetur ad damna, vel fructus, vel expensas, & similia, nam ante factam liquidationem, non potest agi de exequutione, *Socin.conf.51.lib.2. num. 5.* qui loquitur de exequutione instrumenti guarantigiati, *vt idem subdit num.7.*

11 Ampl. etiam, vbi exceptio † oritur ex natura sententiæ exequendæ, *Nat. conf. 25. præsupono, num.2.* exemplum referens si damnetur fideiussor ad soluendum, nam poterit opponere exceptionem excussionis, vel cedendarum, vel quis damnetur, ne molestiam inferat, quod non intelligitur de molestia iuridica, & permissa à lege, *idem Nat.conf.123.numer.6.*

circa

circa med. Tuscus loquens de exceptione cedendarum, concl. 381. exceptiones, nu. 15. Dec. loquens de exceptione cedendarum, in cap. ex parte 2. de offic. deleg. num. 58.

12 Ampl quod sententia † sit nulla, si fuerit prolata, nulla habita ratione talis exceptionis, *Ancar. consf. 259. num. 3. & seq. vers. quinto*, refert & sequitur *Tusc. conclus. 381. exceptiones, num. 16.*

13 Ampl. etiam, vbi agitur de † exequutione obligationis Cameralis, *Gales. de oblig. Cam. quaest. 17. numer. 8. vbi Zachias plures congerit, & dixi supra vers. comprobatur, Tuscus conclus. 381. exceptiones, num. 18. Marescot. Var. Resol. lib. 2. cap. 121. Regulariter, numer. 33. vbi infinitos congerit.*

14 Ampl. etiam si altiori † egeret indagine, *Cassador. decis. 10. de rescript. num. 2. Gomes. in Compend. signat. num. 34. & censuit Rota in Recanaten. transactionis relata à Zachia, de obligatione Camer. decis. 8. Marescot. Resolut. 121. regulariter, lib. 2. num. 36.*

15 Ampl. etiam, si fuerit † renuntiatum facultati dicendi de nullitate sententiae, *Felin. in cap. de causis, de offic. delegat. n. 7. vers. fallit primo, & dixi infra §. 23. nu. 8. Bart. l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam, num. 5. Alex. consf. 95. numer. 2. & consf. 119. lib. 1. num. 2. Bal. consf. 397. lib 4. numer. 2. Marsil. decis. 63. num. 5. Surd. consf. 246. nu. 25. Paris. consf. 81. lib 3. num. 32.*

16 Ampl etiam, † si lata fuerit in possessorio, *Gul. Bened. cap. Raynutius, & vxorem, num. 443.*

17 Hinc infertur, † primo quod si scriptura testamenti sit rasa, vel cassa, vel vitiosa, quod retardanda sit illius exequutio, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*

18 Quae dixi de testamento † sunt repetenda, si agatur de exequutione litterarum Apost. in quorum exequutione cum procedatur iuxta dispositionem, *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian.* retardabitur illarum exequutio, si fuerint rasae.

§. VII.

SVMMARIVM.

Executor mixtus habet causae cognitionem 7. coram illo opposita nullitate sententiae retardatur illius exequutio 7. & quare 8. appellatur ad vtrumq. effectum ab illius sententia 9. debet admittere omnem exceptionem releuantem 10. Ampl. 12. 13. 14. 15. 16.

Iudex laycus potest denegare brachium Ecclesiastico, si requiratur ad exequendam sententiam aliquo modo nullam 22.

Executor iure ciuili propriè quis dicatur 1. 2. 3. Iure Canonico quis dicatur 4. illius species 5. Mixtus quis dicatur 6.

Appellare licet ad vtrumque effectum à sententia mixti exequutoris 9.

Executor quomodo quis cognoscatur esse mixtus 11.

Exequutor iuris merus nō habet causae cognitionem 17. Si coram illo opponatur de nullitate sententiae exequendae, debet supersedere 18. & quare 19. 20. an de illa possit cognoscere 18. 21. 23. Ampl. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 39. 41. 44. 45. 47. 53. 57. Limit. 32. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 58. 59. 60. 61.

Hostiens. reprobatur 20.

Nullitas euidens potest cognosci à mero exequutore 38. Ampl. 39.

Natta reprobatur 40.

Iniustitia euidens aequiparatur nullitati 42.

Iudex saecularis requisitus ab Ecclesiastico ad exequendum sententiam suam cognoscit taliter qualiter an iustum sit id, quod petitur 43. distingue per Vrsil. ad Afflict. citatum, num. 45. in fin.

Iudex requisitus ad exequendum alterius Iudicis sententiam, quam cognitionem habeat 48. 49. 50. qua poena puniatur, si nollit exequi 62.

Exequutorum tres species 63. quando habeant causae cognitionem.

Exequutor merus quis sit 65.

Stylus Rom. Cur. in petitione brachij saecularis 66. & seq.

Iudex exequens sententiam Iudicis incompetentis punitur 67.

QVamuis nomen exequutoris non videatur conuenire Iudici, qui de partium iuribus, ratione vniuersalis, vel spetialis demandatæ sibi iu-
1 risdictionis cognoscit, sed is propriè † executor sit, qui à prætore datur causa exequendi iudicata, seu sit, qui ad exitum perducit rem iudicatam, *vt volunt Brisſ. & Pratæ. in lexico verb. exequutor*, quare
2 † exequutorum munus est, mandata, & iudicum sententias, ad effectum perducere, *l. exequutorem, C. de exequut. rei iud. l. exequutores, C. quæ res pignor. oblig.*
3 *possunt*, iure nostro † executores negotiorum dicuntur viatores, apparitores, qui iussu magistratus, reos in ius vocant, & reliqua, quæ ad iudicium constituendum, exercendum, & perficiendum sunt necessaria, vel opportuna peragebant, *l. fin. ff. de testib. l. fin. ff. de iudic. l. eum Clericis 25. C. de Episcop. & Cleric. §. tripli. inst. de act.* In re tamen Canonico promul-
4 gato, receptum † est, vt nomine executoris comprehendatur etiam Index, qui suis apparitoribus, seu armata familia, superiorum suorum mandata, vel pariũ; ac etiam inferiorum sententias, requisitus, exequutioni mandat, quare non esset absurdum asserere, omissa distinctione, *Host. in cap. quoad consultationem 15. de re iudic. col. penul. vers. sciendum est ita-*
5 *que*, quod † exequutorum, nunc quo dignitas latini sermonis euanuit, si non cõtemnitur, quod alij sint exequutores iuris, alij facti, & horum vnica tantùm sit species, illorum autem duæ sint, ratione qualitatis annexę iurisdictioni sibi demã-
6 datæ, nam † si alicui demandetur exequutio sub conditione aliqua, quæ cognitionem causæ admittat, dicetur is mixtus exequutor, si verò committatur simplex exequutio, erit merus exequutor, de singulis ergo agendo in hoc §.

Dicendum primò, quod cum mixtus
6 † exequutor habeat causæ cognitionem, *Bald. consſ. 359. lib. 1. num. 1. vers. item non est merus, Bart. l. à Diuo Pio, ff. de re iud. num. 4. & 9. Veral. decisſ. 286. par. 2. num. 4.* quod opposita nullitatis exceptione corã illo retardetur sententiæ exequutio, quia
8 ille est Iudex † actorum & agendorum, & in exequendo debet partes Iudicis assu-
9 mere, & datur appellatio † ad vtrumque effectum ab illius sententia, *Mantic. decisſ. 424. num. 3. Stafil. de litter. gratiæ, c. de nona form. mandat. de prouid. num. 3. Surd. consſ. 334 num. 1. Host. cap. quoad consultationem 11. de re iud. col. fin vers. quod si sit exequutor mixtus. Guid. Papa decisſ. 70. n. 4.*
10 concludens exequutorem mixtum † debere admittere exceptionem quamcumque releuantem, *Bellam cap. quoad consultationem 15. de re iud. numer. 10. vers. de mixto*.

Quomodo cognoscatur, quod quis
11 † sit constitutus mixtus exequutor, videndi sunt *Felin. in cap. de cætero, de re iud. num. 1. & seq. pluri b. & in cap. fin. de præsumpt. num. 23. Rota decisſ. 30. de rescript. in nou. Calcan. consſ. 86. n. v. Serafin. dec. 1031. num. 4. & decisſ. 1045. num. 1. & dec. 1056. num. 2. & decisſ. 817. num. 1. & decisſ. 1383. num. 2.*
12 Ampl. quod si oppositam † nullitatis exceptionem non admittat, liceat ad vtrumque effectum appellare, *Host. in cap. quoad consultationem, de sentent. & re iud. col. penul. in fin. vers. de his igitur quæro*, addendo procedere, etiamsi eidem rescribatur, quod exceptiones reijciat, vel exequatur.
13 Ampl. etiam, vbi Papa, seu Princeps cõstituit mixtum exequutorem ad exequendã sententiam alterius Iudicis, *Host. in cap. quoad consultationem 15. de re iud. col. penul. vers. Quod si sententia lata sit*, exemplum referens, si Papa mandet A. vt exequatur sententiam B. si iusta sit.
14 Ampl. etiamsi illi præcise † rescribatur, vt exequatur, *Host. cap. quad consultationem, de re iud. col. final. vers. quod si sit exequutor mixtus*.
15 Ampl. præsertim, vbi nullitas † opponitur ex capite, quod an sit releuans, exequutor, non potest cognoscere, veluti si coram layco exequutore opponatur de nullitate sententiæ latæ in spiritualibus, nam exequutor debet supersedere, & cõsulere Iudicem, qui sententiam protulit, *Socin. consſ. 83. lib. 4. num. 29.*
16 Ampl. etiam, si Papa † mandet exequi sentẽtiam ab alio Iudice latam tamquam iustam, *Bellamer. cap. ad consultationem*,

nem 15. de re Iudic. num. 7. circa finem.
Intellige, vt possit cognoscere ad effectum non vt pronuntiet sententiam exequendam ratione nullitatis, sed vt remittat ad iudicem, qui illum requisiuit, *Bart. l. à D. Pio ff. de re iudicat.*

17 Dicendum secundò, quòd coram † executore facti nullatenùs excipi potest de nullitate, quia illius munus est tantum executioni mãdare iudicum iussa, & caret penitus iurisdictione, *Rebuf. de sent. exacut. art. 7. glos. 11. num. 19. vers. Quero si mandatur.* & de isto dixi *de execut. rei rei iudic. cap. 16. §. 7. & seq. & cap. 26. §. 1.* vbi præterea dixi, qui sit legitimus executor, an possit exequi mandata non sui iudicis, & quibus pœnis plectatur, si delinquat in suo munere; & quid præterea fuerit constitutum à Paulo V. in sua Bulla reformationis tribunalium Vrbis, ad comprimendam horum apparitorum, seu lictorum sordes sæpè conueniendo cum debitoribus de dilatione faciendi executionem realem, vel personalem auarissimum, & vile est genus horumhominum.

17 Dicendum tertiò, quod quamuis merus † iuris exequutor non habeat causæ cognitionem, *L. si vt proponis. C. quomod. & quando Iudex Spec. de exequut sentent. §. 2. num. 5. & seq. Bart. l. si prætor. ff. de iudic. num. 1.* tamen quia, idem non debet tanquam bos, vel equus, de bono, & æquo, seu velo leuato currere ad metam, vt inquit *Cagnol. in l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. cum Iud. nu. 33. vers.*

19 *Quinto colligitur,* si coram † illo excipiatur de nullitate sententiæ exequendæ, *& Bellamer. num. 7. 8. 11. & 16.* supersedere debet in exequutione, & remittere causam ad superiorem, *Bartol. l. à D. Pio, ff. de re iudic. num. 9. Gail. obseru. 113. post quam num. 7.* addit, si modo ille videat non malitiosè excipi de nullitate, *& nu. 8.* subdit si non tangat merita, & non impugnent sententiam, *Host. in c. Quoad consultationem 15. de re iudic. col. fin. vers. Consilium,* concludentes summariè examinandam esse oppositam doli, falsi, aut quamcumque aliam similem exceptionem, qua demonstretur iudicium retro actum fuisse nullum, vel condemnato, aliud non dari remedium, grandi præiudicio illi illato, & si examinatione facta, iudicet malitiosè fuisse oppositam exceptionem, procedat ad executionem, sin secùs, suspendat illam, & partes ad superiorẽ remittat, dũ prius *n. 8. in princi.* eam suæ opinionis rationem reddidisset, quia

20 † non admittendo quamcumq. legitimã exceptionem, per quam sententia demõstratur nulla, dicitur excedere modũ, *Ale. l. qui Romæ, §. duo Fratres, ff. de verb. obligat. num. 42. in princ. vers. sed secundum,*

21 *Io. de Imol.* vbi † reprobat Host. qui vult esse arbitrarium exequutori audire excipientem de nullitate, *Bart. in l. à D. Pio, ff. de re iud. num. 9.* concludens posse co-

22 gnoscere de † opposita nullitate, non ad effectum pronuntiandi, sed exequendi vbi cognoscit non releuãtem, vel remittendi causam ad iudicem suum, si nullitas adsit, idem dixerat, *Spec. de execut. sentent. §. 2. num. 5. in princ. & nu. 6. Bart. sequitur Angel. ibidem num. 4. circa med. Bero cons. 104. lib. 3. num. 5. & nu. 14. vers. Non obst. Ancar. cons. 357.* Retento, vbi loquitur de sententia Episcopi, quam prætor non exequitur, si detegit illam nullam, vel iniustam, *Surd. cons. 405. Lõga. num. 1. Natta cons. 529. num. 4. vsque*

23 *ad 20.* concludens iudicem † laicum posse denegare brachium sæculare pro exequtione sententiæ Episcopi, quæ sit aliquo modo nulla, quia plus grauat executor sententiæ inualidæ, quem iudex, qui illam protulit, quia ille facto, iste verbis nocet, & æquè facit litem suam, *Vantius de nullit. cap. 3. Hæc est nu. 22.*

24 Contrariũ tenet † *Angel. in l. à D. Pio, ff. de re iudic. num. 4. in fin.* concludens, quòd coram mero executore nulla exceptio sit opponenda, quia caret iurisdictione, subdens *num. 5.* quòd executor Papæ, vel Cæsaris non potest exequi sententiam cum violentia, nisi specialiter sit illi data talis facultas, & comprobatur *ex Marant. disp. 1. n. 2. & seq.*

25 Ampl. etiam † vbi dubitari potest de malitia exeipientis, *Host. cap. quoad consultationem 15. de sent. & re iud. col. final. vers. idem faciet semper,* admonendo executorem ne in litteris, seu decreto remissiuo, exprimet causam, quia vt

dubitet; quia vt ego addo argueret se fatuum exprimẽdo causam suæ sententię, *Cap. sicut de re Iudic. Ias. in l. vinum, ff. si cert. pet n.34.*

26 Ampl si cum nullitate concurrat † violentia executoris, etiam quod sit executor Papæ, vel Cæsaris, quia sine eorum spetiali mandato non potest exequi, faciẽdo violentiam, *Angel. in l. à D. Pio ff. de re*

27 *iud. num. 5.* & hinc iustificatur praxis † Rom. Cur. dum in mandatis executorum illis concedit facultatem aperiandi portã per vim, ne impediatur realis executio.

28 Ampl. præsertim † si quis sit constitutus exequutor ab alio, quàm à Principe, *Host. in cap. Quoad consultationem 15. de sent. & re iudic. col. penult. vers. Attamẽ dixit, quod si sit exequutor.*

29 Ampl. præsertim † si excipiens non habeat copiam iudicis, seu superioris, coram quo nullitatem deducat, *Alex. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. n.42. circa med. vers. & ideo.*

30 Ampl. etiam si ageretur † de executione sententiæ superioris executori, si nullitas pateat ex actis, & princeps præcepisset non aliter fieri, vel interpretari, *Socin. cons. 83. lib. 4. n. 17. & 23.*

31 Ampl. etiam vbi executor † est subditus mandanti exequutionem, nam si ille verisimiliter credit sententiam nullam ex defectu iurisdictionis, pot est supersedere, & consulere mandantem, et expectare secundum mandatum, *Innoc. in cap. cum in iure de offic. deleg. n. 3. circa med.*

32 Ampl. præsertim † si de nullitate ab excipiente doceatur incontinenti, *Alex. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. num 42. circa med. vers. & ideo dicit Io. de Imol. Gabriel. cons. 43. eiusdem lib. 1. num. 38. Contard. tamen de moment. possess.*

33 *limit. 19. num. 25.* vult secus † esse si offeratur probatio facienda incontinenti.

34 Ampl. præsertim † si de nullitate constet ex confessione partis *Io. And. & Host. relati ab Alex. in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. n°42. in princip.*

35 Ampl. vt iudex † requisitus recusans exequi sententiam nullam, non sit obligatus rescribere requirẽti, quare nollit exequi. *Rom. cons. 51. vbi apostil. verb.* Florentinum vbi rationẽ, & plura similia refert.

36 Ampl. etiam si testibus † doceatur de nullitate sententiæ, *Gloss. l. prætor §. Marlus, ff. de Iudic.* quam sequuntur relati ab *Alexand. reprobato Host. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. num. 42. in princip.*

37 Ampl. etiam † si ageretur de sententia lata sub nomine principis, si nullitas sit euidens *Afflic. decis. 283. Diu. n. 1. & seq.*

38 Ampl. præsertim vbi nullitas est euidens, nam quamuis exequutor possit de nullitate cognoscere, non vt pronuntiet sententiam exequendam non esse, quia sit nulla, sed vt remittat causam ad iudicem, qui pronuntiauit, *l. si prætor in princip. & §. Marcellus. ff. de iudic.* & per eum textum firmat *Bartol. in l. à D. Pio, ff. de re iud. num. 9. Lancellot. de attent. part. 2. cap. 17. num. 125. & seq. & n. 146. & seq. Gabriel cons. 43. eiusdem lib. 1. num. 37. & seq. Ripol. resolut. 1. num. 39.* Tanta tamen

39 est vis † nullitatis accidentis, vt possit executor de illa cognoscere, & pronuntiare sententiam non esse exequendam, & *num. 2. in fin. Rom. cons. 51. Imol. cons. 127 n. Fel. cap. de cætero de re iud. num. 4.* concludens merum exequutorem non obligari parere mandatis superioris, visa notoria nullitate sententiæ, quia nullitas, si sit notoria præualet sententiæ, etiam latæ super exequutione, *Surd. cons. 405. nu. 16. vers. 4. & nu. 30. vers. nec dicatur,* vbi concludit veram esse, *Rol. à Val.* loquens de exequutione iudicis ecclesiastici delegata laico *consil. 37. num. 14.* concludens illi nõ parendum isto casu, quia ex lectura processus exhibiti à condemnato patebat

40 nullitas sententiæ, & hæc est optima † cautela, vt euitetur executio, exhibendo acta, ex quibus detegatur nullitas sententiæ latæ, tradit *Natta cons. 529. iudex concludens num. 4.* iudicem secularem cognoscere posse de nullitate sententiæ iu-

41 dicis Ecclesiastici, à Natta dissẽtit † Marta Relatus à *Ripol. var. Resol lib. 1. cap. 1. num. 39.* sed vterque declarari potest ex *Surd. cons. 405. Longa n. 29. & seq.*

42 Ampl. idem dicendum † vbi excipitur de euidenti iniustitia, *cap. pastoralis §. quia vero de offic. delegat. Abbas cons. 100. ad claram. num. 4. num. 1.* vbi loquitur de iudice laico requisito ab Ecclesiastico, & ratio

ratio

43 ratio est, quia euidens iniustitia † æquiparatur nullitati, & sententia euidenter iniusta est nulla, *Gloss. inter cæteras, verb. manifestũ, de re iud. Mant. dec. 211. n. 6. Crau. cons. 474. n. 41. & 44.* ante Abb. idem dixerat *Angel. in l. à Diuo Pio ff. de re iud. n. 4. in princip. repetit Surd. cons. 358. num. 14.*

44 concludens iudicem secularem † à quo Ecclesiasticus implorat brachium, posse admittere qualem, qualem cognitionem, an iustum sit id, quod ab illo petitur, *Cagnol. in l. cum quadam puella, ff. de iurisd. omn. iud. num. 33. vers. 5.* vbi refert Senatum Pedemontanum denegare exequutionem trium conformium alibi prolatarum, quia nullæ, & iniustæ, vt dixi infra §. 12.

45 Ampl. præsertim † vbi exequutor habet in genere suo parem iurisdictionem: *Natta cons. 529. Episcopus num. 34. & seq.*

46 Ampl. etiam si executor sit deputatus † à iudice Ecclesiastico, qui imploret brachium seculare, *Rol. à Val. cons. 37. omisso lib. 1. nu. 14.* eam afferens rationem, quia obediendum non est Ecclesiastico iudici contra iuris dispositionem, & ante *Rolan.* idem dixerat, *Abb. cons. 100. lib. 1. num. 4. & Vrsil. de Afflict. decis. 24. quidam nu. 10.*

47 *& seq.* vbi † alia addit aduertenda à laico iudice requisito ab Ecclesiastico iudice, pro exequutione *Angel. in l. si vt proponis, C. quomod. & quando Iud. Felin. in cap. postulasti de for. compet. col. penult. vers. si iudex coram quo Cagnol. in l. cum quadam ff. de iurisdict. omin. iud. nu. 33. vers. 5. circa med. & vers. limitant,* Et hic addendi essent casus, & causæ negandi Ecclesiasticis brachium seculare, sed hæc non est materia nostra, & difficile esset omnibus placere, & latentes syrtes euitare. *Vide tamen Natta cons. 529. num. 1. & seq. Marant. disput. 1. Cancer. variar. resol. part. 1. de litter. requisitor.*

48 Ampl. præsertim † vbi iudex in subsidium, seu auxilium iurisdictionis alterius iudicis, requiritur pro exequutione, nam is potest cognoscere circa res, & exceptiones, quæ opponi possunt post sententiam, nõ vt de illis iudicet, sed vt exequatũ, si videat ab illo peti iusta, vel remittat ad suum iudicem, si credat iniusta, *L. à Diuo Pio §. in veneitione §. si super rebus, &* *§. seq. ff. de re Iud. Rot. 1. in cerf. decis. 33. conclus. sum. part. 2. num. 1. Surd. cons. 358. Lata num. 15. subdens num. 17.* posse, si vult cognoscere de exceptionibus oppositis, *& cons. 405. Longa num. 1.* referens tenentes hunc iudicem subsidiarium non debere, nec obligari exequi sententiam nullam, vel iniustam; plures referens idem sentientes: *Bero. cons. 104. illud. lib. 3. n. 5. Peguer. decis. 206. n. 3. Caldas. quæst. 36. nu.*

49 *12. vers. Vnde predicta,* declarãdo † modo nullitas sit euidens, & notoria, vel incontinenti potest probari talis, non tamẽ vt exequutor cognoscat, sed vt differat.

50 Contrarium tenent *Surd. & ab illo relati cons. 405. Longa num. 6. & seq.* concludens iudicem subsidiariũ debere exequi absque inquisitione, an sententia sit iusta; & cogi possit à suo superiore, vt exequatur, obligatusque sit ad damna passa à requirente; idem dixerat *Cagnol. in l. cum quadam ff. de iurisdict. omn. iud. num. 38. vers. 5.* Subdens, si viderit acta pro informatione suæ conscientiæ, sententiam esse nullam, vel iniustam posse pronuntiare non esse exequendam, & cõprobari posset ex dictis *Marant. disp. 1. n. 1. & seq.* qui loquitur vbi ordinarius laicus requiritur à delegato Papæ, *Zabarel. tamen in Clem. 2 de re iud. tenet contrarium,* si agatur de sententia iudicis ecclesiastici, requirentis laicum, secus si ecclesiasticus requiratur à laico.

Cõcorda, vt sit arbitrariũ iudici requisito, exequi, vel non, sententiam nullam, vel iniustam; *Surd. cons. 405. Longa n. 28. & seq.* vt quod prior opinio sit vera, si dicamus iudicem posse, si velit ignoscere de nullitate, & iniustitia, secunda verò si dicatur iudicẽ debere cognoscere. *Surd. num. 30. & sequ.* latius tamen examinat *Menoch. de arbitr. iud. quæst. 38.*

Aliter cõcordat *Mysinger. obseruat. 69. insignis Centur. 3.* constituendo quatuor casus, quorum primus est, si talis cogni-

51 tio versetur † circa res capiendas in exequutione, & procedat prima opinio, *Peguer. decis. 206. num. 6. Rota diuers. decis. 33 conclus. sum. part. 2. num. 1.* Secundus est, si exceptio sit ex his, quæ opponũtur post sententiam, & si sit ex illis, quæ respiciunt merita causæ, & vera est secunda opin.

l. pe-

l. penult. ff. de confess. si verò tangat executionem, nec impugnet sententiam, veluti, quod sententia lata sit ab incompetenti iudice, vel agatur contra fideiussorem, qui excipiat, vel de diuisione, vel de epistola D. Adriani, & de istis executor cognoscere, & pronuntiare potest *n.* An verò exceptio opposita directè sententiam impugnet, veluti, si dicatur sententiam nullam, vel latam ex falsis instrumentis, & tunc exequutor audire excipientem potest, & exceptiones admittere, sed non super illis pronuntiare, etsi cognouerit illas veras, remittit causam ad iudicem suum. *cap. de cætero de re iud. l. si prætor: §. Marcellus ff. de iud. Peguer. decis. 206. n. 7. in princip.* vbi refert tenentes posse exequutorem cognoscere, sed illos reprobat, & tenet præcedentem opin. aliter conciliat *Scaccia de appellat. quæst. 17. limit. 10. n. 37. & sequ. plurib. & quæst. 19. Remed. 1. cõ conclus. 5. num. 13.* si eas falsas, vel non releuantes delegat exequetur, *l. satis, C. ad leg. Corn. de fals.* & istam distinctionem desumpsit ex *Guid. PaPa decis. 419. & 574. Lancell. de Attent. part. 2. cap. 17. num. 127. & seq. & 146. & seq.*

Ampl. etiam vbi tertius excipit de nullitate. *Spec. de exequut. sentent. §. fin. num. 11.* quem refert, & sequitur *Lud. Peguer. decis. 206. super num. 1.*

52 Limit. vbi de opposita † nullitatis exceptione fuit cognitum, antequam decerneretur exequutio, *Caldan. cons. 86. n. 1. addendo talem exequutorē,* nec in citationibus, nec in alijs debere seruare ordinem iudiciarium, sed vno, & eodem cõtextu facere sententiae, & processus, & *num. 3.* subdit tales exequutores esse quodammodo compulsores, & ideo reijciendam exceptionem falsitatis instrumenti, & nullitatis, si de illa fuit prius cognitum, vel reiecta, etiam iniustè, si non fuit appellatum. *Surd. cons. 405. num. 14. & sequi vers. 3.* vbi latè id probat, *& nu. 30. circa fin. Natt. cons. 329. nu. 39.*

53 Limit. in exequutore † deputato à delegato principis, nam de nullitate sententiæ exequendæ cognoscere non potest, si tamen suspicatur illam esse nullam, debet consulere delegatum principis, & expectare secundum mandatum. *Cap. de cætero de re iud. Alex. relato Innoc. & aliis in l. à D. Pio de re iud. num. 22. & Angel. ibidem, nu. 4. vers. sed tu adde,* relati à *Socin. cons. 83. proclariori lib. 4. nu. 4. & seq. Mascard. de probat. conclus. 686. num. 22. Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. nu. 127.*

Contrarium tenet *Socin. cons 83. lib. 4.*

54 *num. 13. & seq plurib.* & ampliat † quod possit cognoscere etiam, quod princeps inhibuisset; ne inferior de mandato cognoscat, præsertim si excipiatur delegatum excessisse fines sui rescipti, subdens *numer. 23.* idem dici si nullitas sit patens, & ageretur de sententia delegati Papæ;

55 Limit. in exequutore facti † videlicet, vbi iudex lata sententia committit illam exequendam suo apparitori *Bart. in l. à D. Pio ff. de re iud. num. 10. Host. in cap. quoad consultationem de re iud. col. fin. vers. vbi vera simplex,* addendo talem exequutorem esse tamquam picam, *Natta cõs. 329. num. 33. Camban. de clausul. Si ita tibi nu. 8. in fin. Natt. cons. 529. nu. 33. Bellamera cap. quoad consultationem de re iudicat. n. 1.*

56 Limit. vbi † princeps in præsentia partium causa examinata protulit sententiã, quam alicui committit exequendam, *Hostien. in cap. quoad consultationem 15. de re iudic. col. penult. vers. vbi autem princeps, Bellamer. ibidem num. 7. vers. Ato.*

57 Limit. vbi iudex † non solum cognouit de causa, sed etiam de illius exequutione, & alteri per litteras committit executionem suæ sententiæ, quia cum is sit merus exequutor, non potest de nullitate cognoscere, *Surd. cons. 405. Longa nu. 15. in fin. & num. 16. Cagnol. in l. cum quadam, ff. de iurisd. omn. iud. num 33. vers. 5.*

58 Contrarium † tenet *Natta* in laico requisito de brachio ab Ecclesiastico, *cons. 529. n. 33. & seq. plurib.*

59 Limit. vbi ageretur † de exequutione sententiæ in causa hæresis, nam laicus iudex non debet, nec potest de causa, vel condemnatione cognoscere, vel quidquã in ea facere, vt puta commutando pœnam, vt pluribus probat *Cagnol. in l. cum quadam, ff. de iurisd. omn. Iud. nu. 33. ve. ipsis magistratus, sublimitando in crimine mixti fori.*

Limit.

59 Limit. vbi exequutor † merus est subditus, seu inferior mandanti exequutionem, nam si sententia sit nulla ex alio capite, quam defectus iurisdictionis, vel sit iniusta, debet ille exequi sententiam, *Innoc. in cap. cum in iure, de offic. delegat. n. 3 circa med.* Declarat tamen *Soccin. consf. 83 lib. 4. num. 21.* hoc esse verum, si principaliter secus si incidenter, *Nat. consf. 529. num. 34. Marant. disput. 1. num. 2.* qui loquitur de ordinario, quem Iudex delegatus Principis requirit pro exequutione.

60 Limit. vbi statuto disponitur, quod coram Iudice exequente non possit de nullitate excipi, vel dici, sed coram Iudice appellationum, *Soccin. conf 83. lib. 4. num. 8. in fin. & num. 9. & 12.*

61 Limit. vbi sententia † non est notoriè, & euidenter nulla, *Angel. in l à Diuo Pio, ff. de re iud. col. 2. vers. in hoc tamen, Fed. de Sen. consf. 163. super inuocatione in fin.*

62 Pœna Iudicis † requisiti, & nolentis exequi sententiam alterius Iudicis, refert *Couar. pract. quæst. cap. 10. num. 2. vers. sed & apud*, vbi refert præterea praxim Hispaniæ, *& Gail. praxim Germaniæ obser. 113. post q. lib. 1. num. 14.*

63 *Hostiens. in cap. quoad † consultationẽ 15. de re iud. col. final. vers. si verò sit*, tertiam speciem exequutorum refert, quos conseruatorios vocat, vide illum qui præterea refert, quando possint, & debeant exceptiones oppositas admittere, & retardare exequutionem sententiæ, *Host. sequitur Bellam. ibid. n. 9.* alias excutorum species referens.

64 Executor antem, † quando habeat causæ cognitionem, *latè Menoc. de arbitr. Iudic. quæst. 38. Natt. consf. 529. Iudex n. 1. & seq.*

65 Exequtor quomodo † cognoscatur merus, *Surd. consf. 334. num. 3. & seq. vers. nam.*

66 Stylus Rom. Cur. † circa inuocationẽ brachij secularis, *Calcan. consf. 119. sanctissimus, num. 2. 3. vsq. in fin.*

67 Iudex exequens † sententiam Iudicis incompetentis punitur, *Calcan. consf. 119. Sanctiss. num. 6.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Instrumenta publica paratam nõ habent exequutionem 1.
Reus conuentus actione reali, vel personali vincendus est tribus conformibus sentẽtijs antequam ab illo exigi possint, quæ debet 2.
Appellare tertio, & quarto quando liceat 3.
Appellare vbi non licet, suplicare licet Principi 4. *Item restitutionem in integrum petere* 5. *Item dicere de nullitate.*
Appellatio iuste introducta 7.
Executiua actio quare introducta 8. 9. 10. 11. 14. 20. & 22.
Membrorum suorum nemo est dominus 12. *Ampl.* 13.
Contractus ex conuentione legem accipiunt 15. *Ampl. ibid. non sunt sub potestate Principis* 16.
Guarantigia obligatio Cam. & similia sunt decipula, quibus in cauti capiuntur 17.
Debitorum corpora deficientibus bonis scindebantur in frusta inter creditores 18.
Obligationis Cam. rigor, in quibus moliendus 19.
Ius positiuum est ad libitum vtentium 21.
Nullitatis exceptione opposita aduersus instrumentum cum obligatione Camerali retardatur illius exequutio 23. *& quare* 24. *Ampl* 25. 27. 28. 29. 30. 31.
Substantialia instrumenti quæ sint 32.
Obligatio Cameralis quando non habeat paratam exequutionem 26.

1 Certi iuris est instrumenta † publica paratam non habere exequutionẽ *l. minor annis 41. ff. de minorib. Thesaur. decis. 26. num. 1. Franc. Bec. consf. 17. num. 1 Serafin. de iurament priuil. 77. n. 1. Cæsal. consf. 507. lib. 4. nu. 4. Surd. consf. 173. n. 114. & consf. 263. num. 14. Ruginel. pract. quæst. cap. 1. nu. 1.* qui omnes plures concordantes congerunt.

2 Nec dubitatur quin conuentus actione † reali, vel personali cogi minime possit, magistratus imperio, ad dandum, faciendum, præstandum, vel dimittendũ,

quæ ab initio petuntur, antequam victus fuerit tribus conformibus, si credat litigando iustam fouere causam, vel per calumniam vellit actorem; diutius fatigare, *l. t. C. ne liceat in vna*, eademq. caus. tertio prouocar, possitq. condemnatus eisdem conformibus tertio, & quarto
3 appellare, si ex posteriori sententia nouũ illi inferatur grauamen, *Crauet.consf.*183. *num.4.Rota diuerſ.deciſ.*100.*ex nouem*,
4 *par.1.num.*8. & postremo † liceat eidem Principi supplicare, *Surd.conſ.*277.*nu.*8.
5 in † integrum ex generali Clausula si qua mihi aduersus rem iudicatam restitui, *l.1. C.in integrum, reſtitut.poſtul. ne quid no-*
6 *ui*,& demum † millies de nullitate dicere eorum, quæ fuere iudicata, *Vant.de nullit.cap.*8. *num.*3. asserens hanc esse cautellam faciendi lites immortales, quæ
7 omnia videntur iustè sancita, † nè victus vnica sententia, tamquam arbor semel excisa, pereat penitus, vt latè demostrãdo iustam causam introducendi appellationem, *dixi de Laudem lib.1.quæſt.final.*

Vnde autem factum sit, vt centenis aliquot annis, post publicatum ius Iusti-
8 nianeum,& Decretalium libros, quos ius Pontificium, seu Canonicum, nuncupamus, in quolibet Regno, Prouintia Ciuitate, condita sint Statuta, promulgati Ritus, Pragmaticæ, nouæ Constitutiones, vt publica instrumenta paratam habeant exequutionem, adinuenta, & recepta fuerint pacta, quibus sublato beneficio dilationis fatalium trium cõformiũ, cogitur reus satisfacere petitis à creditore, veniente ad iuditium cum sacco parato ad recipiendum, semel horrida præconis voce vocato reo, ad soluendum, præstandumuè promissa: sæpe indebita, & quandoque repetita non eadem facilitate, sed antiquo iure trium sententiarum, quæ sint concordes.

9 Alij alia dixere cẽsentibus † aliquibus id factum ex publica causa, quia Reipub. vtile sit lites, & litium anfractus amputare, *Surdus conſ.*271.*vu.*15.*Hondad.conſ.*
10 20. *lib.* 1.*num.*34. alijs † volentibus excogitatum fuisse modum procedẽdi ex abrupto, ad sedandam ingeniorum scabiẽ, quæ talis, & tanta est facta, vt non sufficiat vicisse ordinario iure, litigãtes, *Maur. Burg. tract. de modo proceden. ex abrupt.*
11 *quæſt.7.& ſeq.* Alijs censentibus † postquam in ingratitudinem contumatium debitorum, nulla fuit à Legislatoribus constituta pœna, nec prodita actio aliqua, sed vindices Deos habeat tantũ, qui immemor datæ fidei, & promissorum paria non refert, vel referre differt, *vt dixi de Laudem.lib.4. quæſt.* 8. *art.*8. §.13. Ideò excogitatam viam, qua creditores assequantur breuius fugientes debitores, propterea quamuis membrorum suorũ
12 † nemo sit dominus, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquil. cap. contingit el* 1 *de ſent.excom.* nullusq. detur casus, quo liceat citra di-
13 uinam † iussionem sibi violentas manus inferre, *D. Auguſt.de ciuit.Dei lib.1.cap.*19 23.*& latè tradit Gomez.de Amuesca tract.de poteſt. in ſe ipſum,lib.1.cap.*8. exco-
14 gitata fuerunt pacta, quibus † per obligationem cum Guarantigia, vel in forma Cameræ Apostol. vel facultate capiendi, vel arrestandi, licet quodam modo creditoribus sæuire in bona, corpus, & animam debitoris, *Cæſ. Barzia tract. de Guarantig.par.2.quæſt.1. & ſeq. Galleſ. de oblig. Cam.quæſt.12.& ibid.Zacbias, Mauſon. tract.de Cauſ.execut.quæſt.2.num.*28. *& ſeq.*

Verùm cum contractus ex partium
15 † conuentione, legem accipiant, *l.1.§.ſi conuenerit, ff.depoſit.* præsertim in naturalibus, vel accidentalibus illorum, *Mantic.de Tacit.lib.1.tit.13.numer.*30.*& tit.14.num.*5. *Franc.Bec.conſ.*94. *num.* 28.
16 Nec sint † sub potestate Principis, vel Imperatoris, *cap.1.de probat. Brun.conſ.*1. *num* 24.*Crauet.conſ.*291.*numer.*12.*Cæſal. conſ.*302. *num.*18 *Surd.deciſ.*43.*numer.*12. Ideò quiscontrahendo potest nolle pacisci cum Guarantigia, vel obligatione Camerali, vel apud acta in iudicio, vel ex-
17 tra, talesq. † obligationum formulæ sint potius nescientium laquei, & decipulæ, quibus incauti capiantur, quare sicuti
18 Iustiniani † legibus sublata fuit crudelitas legũ 12.tab.quibus licebat corpora debitorum deficiẽtibus bonis in frusta scindere, *vt dixi de Laudem.quæſt.*1.ita nunc
18 † cogitandum esset, vt mitius ageretur cum eisdem, saltem sublata praxi interdicendi à diuinis eum, qui quandoque non

non persoluit minimam pecuniarum sūmam, cum antiquissima sit cantio, quod raro sua die præstet quis libenti animo, quæ promissit, vt legitur *Ecclesiastic.c.29. & apud Plaut. in Trinum.*

Vt vt sit postquam extra propositum nobis argumentum contigit sermo, de causa pacti executiui, & processuum ex abrupto, vt aliquid de nostro adamus,

20 crediderim † præcipuam causam executiuorum processuum fuisse, quod cum modus agendi ex tribus conformibus sit

21 iuris positiui, quod † dominantium, & vtentium iure, potest fingi, & refingi, *cap.1.de constit.in sext. l. non est nouum, ff.de legib. Cagnol.in l.vbi repugnantia, ff. de regul.iur.num.6.Franc.à Pont. decis.37.*

22 *num.5. & seq.* quod imperantes † vtilius esse crediderint subditis, experiri de iure suo, potius vnica, quàm tribus sententijs, cum in rebus nouis constituendis euidens vtilitas esse debeat, *l. in rebus, ff. de constit.princ. nam teste Liuio,Decad.4. lib.3.* Nulla lex abrogari debet, nisi quam vsus coarguit; aut status Reipubl. inutilem facit.

Opposita itaque aduersus actorem exceptione nullitatis instrumenti, vallati obligatione Camerali, vel alias habētis paratam executionem, quod retardetur il-

23 lius † exequutio, si ab excipiente nihil sit præterea probandum, voluerūt *Galles. de oblig.Cameral. quæst.3. num. 3. & seq. Canar.de instrum.execut.quæst.11. & 26 Gabriel.conf.142. in tractatu, lib 2.nu.21,* addendo ita vsu esse receptum, *Crauet. consi.207.num.7. Corn.conf.93. lib.4.nu.2,*

24 Ratio est, quia † cum actus nullus nihil operetur, *l.non putauit, §.non quauis, ff.de bon.pos.cent. tabul.Cottà in suis Memoral.§.actus nullus,* sublata probatione, quæ ex instrumento nullo, & inualido emergere non potest, nullatenus agendum est de exequutione obligationis Cameralis, de qua non constat, *Galles. de obligat.Cameral.quæst.3.num.5.& ibidem Zachias num.9.*

25 Ampl. etiam, si eadem † obligatio non scripto, sed probetur testibus, qui examinari possunt aliquibus casibus lite non contestata, *Gales. de obligat. Cam.q.27. num.6. & seq. & ibi Zachias, num.7.* qui exempla referunt, *Scaccia de appel. lib.3. cap 2.quæst.17 limit.9. numer.63. & seq. Castracan.de socte tat.offic.cap.11.num.10. vers.contrarium.*

26 Ampl.etiam, vbi nullitas † instrumenti causatur per inobseruantiam solemnitatis inductæ à iure communi, vel à Statuto, *Ant. de Canar.de exequnt. instrum. quæst.11.num.23.*

27 Ampl. etiamsi statuto † caueatur, nullam admitti exceptionem contra instrumentum Cam. obligatione vallatum, *Angel. in l.non erit 9 dato, ff.de iur.iur.nu.3. Alex.conf.59. viso titulo, lib.4. num. 15, & 17.Abb cap.super eo de offic.delegat.n.5. & 6.Corset.singul. 92.§. exceptio. Coler. de processibus par.4.cap.1.num.69.*

28 Ampl. † vbi nullitas instrumenti probari potest incontinenti, *Hondad.conf.17 Dubitatur, lib.2.num.5 Gabriel.conf.142.* In tractatu, *lib.2. num.21.* addendo ita vsu esse receptum, & comprobari potest ex his, quæ dixi supra §.4. *Canar.de exequut.instrum.quæst.11. numer.21. & seq. Galles.de obligat.Cam.quæst.3.nu 4.vers. vero,* vbi plures consentientes refert, *& Zachias num.7.*

29 Ampl.etiam, si ageretur † de nullitate, quæ egeret altiori indagine, *Bal.l.ex prædijs, C.de euict.num.1.Rom.conf.42.nu.3. Dec.conf.8.num.7.Cassad. decis. 10.de rescript.Gomes.in compend.signat. num. 85. & 89. quos refert, & sequitur Marescot. Var.resol.lig.2.cap.121.num.36. & nouissimè Zachias ad Galles. de obligat. Camer. quæst.3.num.6.*

30 Ampl. præsertim, vbi nullitas detegitur ex ventre instrumenti, vt pote quia in eo deficiat aliquod substantiale inductum à lege, vel statuto, *Zachias adGales.de obligat. Cam.quæst.3.num.4. & seq.* vbi refert plura exempla, *Ruginel. quæst. Forens.cap.19.instrumenta,num.5.*

31 Ampl.præsertim, si nullitas instrumēti sit circa illius substantialia, *Canar.de exequut.instrum quæst.11.num.21.23.in fine, Galles.de obligat Cam. quæst.3. num.3. Io. Bapt.de S.Blas.tract.de arbitr.lib.7 cap.11. in fin.* concludentes, si instrumentum non sit publicum, vel in eo non dicatur qua die, anno, mense, loco, Indictione fuerit stipulatum, retardari illius execu-

 tionem

tionem, quia vt ego addo obligatio Cam. sicuti & iuramentum est accessoria principali actui, qui si corruit, vel non subsistat, corruit, & non subsistit, & obliga-
32 tio. Quæ autem sint † substantialia instrumenti, quorum aliquod si in illo deficiat, corruat eius fides, *dixi supra de execut. rei iud. cap. 8. §. 1. & seq.*

33 Limit. vbi quis promisit, & se obligauit non opponere nullitatem sententiæ, quæ contra illum ferri possit, modo promittens sit habilis ad se obligandū, nec dubitetur de illius habilitate, *vt ex Alex. cons. 32. lib. 2. concludit Gallef. de obligat. Cam. quæst. 3 Tertio, num. 6.*

§. IX.

SVMMARIVM.

Nullitatis exceptione retardatur exequutio sententiæ, si præiuditium irreparabile sequetur, seu illud non posset alia sententia reuocari 1. *Ampl* 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. 15. *Limita* 7. 13.

Bannitus an pendente cognitione nullitatis banni possit impune occidi 9.

Præiudicij irreparabilis auertendi causa, quæ concedantur 1. 2.

REgulam constitutam hoc duodecimo capite extensiue esse veram, dixi vbi non retardata exequutione per oppositam nullitatis exceptionē inferetur excipienti irreparabile præiudiciū, †
1 seu vbi exequutio non potest per aliam sententiam retractari, seu reuocari, *Bald, l. ab exequutione, C. quorum appellat. non recip. num. 8. in princ. Roman. singul.* 291 *vers. secundo*, addendo hoc fuisse dictum, *Bald. in l. si feriatis in lectur. antiq. ff. de ferijs, cum alijs congestis supra hoc cap. num* 77. vbi exempla retuli, *Cast. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. num. 2. Ripa num. 21. Menoc. de arbitr. Iudic. quæst. 98. num. 7. Alex latè cons. 17. Requisitus, n. 6. & 7. & ibi addentes alios consentientes cō-*
2 *gerunt*, & plura refert, quæ ratione † irreparabilis præiudicij auertendi conceduntur, vt refert etiam *Caldas. quæst. 36. num. 16. & seq. Tusc. concl. 135. nullitas, num. 9.* qui loquitur de sententia lata in criminali, *Soccin. regul. 182. num. 2. Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. num. 54. & seq. & 101. & seq. Giurba decis. 4. num. 25. 29. & 33.* vbi plura exempla refert exequutionis irreparabilis in ciuilibus, & dixerat *Lancel. de attent. par. 2. cap. 17. num. 81. Scaccia de appel. quæst. 19 Remed. 1. conclus. 4. num. 71. circa fin. Ias. l. 4. §. condemnatur, ff. de re iud. num. 21.* effectus plures præiudicij irreparabilis, *Fel. cap. si quando, de offic. de leg. num. 2. vers. tertio facit.*

3 Ampl. etiam, si nullitas non † esset liquida, vel dubia, *Bal. l. ab exequutione, C. quorum appel. non recip. num. 8. circa fin. asserens idem dici à Bellapert. & Cyn.*

4 Ampl. etiam, si non † offeratur probatio in promptu, *Cast. in l. 4. § condemnatum, ff. de re iudic. nu. 3. in fin.* asserens id placuisse, *Bald. in l. vnic. C. restitut. in integrum postul. ne quid, Scaccia plures cumulans de appellat. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. num. 84.*

5 Ampl. etiam, si exceptio † nullitatis egeret altiori indagine, *Ias. in l. possideri, § si seruus quem, ff. de acquir. poss. num. 9 Menoc. de arbitr. Iud. quæst. 98. num. 7. Lancel. de attent. par. 2 cap. 17. num. 56. & 101. & seq. Scaccia de appellat. quæst. 19. Rem. 1. concl. 4. num. 71. circa fin. & num. 75. vers. amplia secundo, Coler. de proces. par. 4. cap. 1. num. 129.*

6 Ampl. etiam, si contra † excipientem adesset suspitio cuiusuis calumniæ, *Marsil. singul. 686. Calumniose, num. 1. & 3.* quod
7 tamen non haberet locū, † si ageretur de exequutione sententiæ capitali, *idem Marsil. in prax. §. opportune, num. 76. & ità seruari in Rom. Cur. dolet Scaccia de appellat. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. num. 79. in fin.*

8 Ampl. etiamsi ageretur † de exequutione sententiæ exequendæ in corpus alicuius, in pœnam delicti, modo exceptio opposita non habeat præsumptionem calumniæ, *Marsil. in prax. §. opportune, n. 31. & 76. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 17. n. 79 & seq. Scaccia de appellat. quæst. 19. Rem. 1. conclus. 4. num. 75.*

9 An autem † bannitus excipiens de nullitate banni, donec cognoscitur de allegata

gata nullitate, occidi possit, & excommunicatus, prætendens nulliter fuisse excommunicatum, sit vitandus, *videndi sunt Cast. in l. 4. §. cor demnatum, ff. de re iud. n. 2. Iaf. in l. possideri, §. si seruus quem, ff. de acquir. possess. num. 8. & seq. Vant. de nullit. cap. quoties, & intra quod temp. numer. 44. & 45. Scaccia de appellat. quæst 19. Remedi. 1. conclus. 4. num. 83.* concludens puniendum tamquam homicidam, qui occidit bannitum pendente actione, vel exceptione nullitatis banni, quamuis illa non sit euidens, & latius agit *Lancel. de attent. par. 2 cap. 17. num. 79. & seq. 83. & seq. & 57. & seq. & 101. & seq.*

10 Ampl. etiam agendo, tam, † si principaliter agatur de nullitate sententiæ, si illius exequutio sit irretractabilis, retardanda est illius exequutio, etiam quod opposita exceptio altiori egeret indagine, *Franc. cap. dilecto 63. de appel. num. 28. Card. num. 71. Alex cons. 17. requisitus, n. 6 lib. 1. Lancellot. de attent. par. 2. c. 17. n. 79. & seq. & 105. Scaccia de appel. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. num. 74. & seq.* vbi latè probat admonendo Iudices *num 82.* vt sint cauti in exequutione sententiarum opposita illarum nullitate, quia illa comperta, possunt puniri iuxta casus contingentiam, *Lancel. de attentat par. 2. cap. 17. num. 54. & seq. & 79. & seq.*

11 Ampl. etiam, si † ageretur de executione trium conformium, *Lancellot. de attent. par. 2. cap. 17. num. 104. & seq. & dixi infra §. 18. in limit.*

12 Ampl. vt de facto † resisti possit Iudici volenti exequi sententiam nullam inferentem irreparabile præiudicium, præsertim si fuit appellatum, *Claud. Seysel. in rubr. C. vt vim, ff. de iust. & iur. numer. 58. & dixi de execut. rei iud. cap. 6. §. 1.*

13 Ampl. etiam, † si ageretur de execut. sententiæ Principis, *Coler. de proces par. 4. c. 1. num. 131. & seq. vbi relato Io. de Imol.* dat consilium quomodo se gerat Iudex, si fuerit oppositum de innocentia condẽnati, & quod Iudex debeat se abstinere ab executione; etiam si Princeps certior factus de opposita exceptione, iterum rescribat, vt exequatur, alias peccat mortaliter, non tamen Iudices, qui non expectata secunda Principis iussione sentientes voluntati, seu genio illius, morte damnarunt reos, in quos nec etiam inquiri poterant de delicto, quo perierunt, non tamen diu illi fuere super terram.

14 Limit. vbi quæstio nullitatis † fuit per calumniam mota, *Innoc. in cap. post electionem de concess. præbend. num. 3. Bal. l. 2. C. sent. rescind. non posse, num. 42. Marsil. in prax. §. opportune, num. 82. in fin. & n. 88. Scaccia de appellat. quæst 19. Remed. 1. conclus. 4. numer. 77. & seq.* vbi comprobat, addendo hanc opinionem esse sanctam, *Marsil. singul 686. num. 1.* concludens ratione calumniæ, multa negari, quæ alias sunt concessa, *Lancel. de attent par. 2. c. 17.*

15 *num. 58.* † *addendo num. 59. idem dici si ignoratur pendere iuditium nullitatis.*

16 Contrarium volunt, † *Marsil. & ab illo relati, singul. 685 calumniose, numer. 3:* concludens, si agatur de præiuditio irreparabili, non repelli excipientem ex præsumpta calumnia; præsertim vbi species, seu caput nullitatis ab agente, vel excipiente exprimitur, vt aduerto, *ex Scacc. de appel. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. num. 81. circa med.*

---

§. X.

SVMMARIVM.

De exceptionibus edictum est generale prohibitorium, & continetur sub edicto de actionibus 1.

Ab excipiendo, & agendo nemo est exclusus 2.

De nullitate sententiæ quilibet potest excipere 3. *Ampl.* 4. 5. 6. 7. 8. 18 21. 23. 24. 25. 32. 33. 35. 37. 38. 40 42. 44. 45. 46. *Limit.* 47. 50. 64 68. 69. 70. 71. 72. 75. *Sublimita* 64. 67. 73.

Sententia popularis, quæ dicatur, & illius effectus 8. *qui pro illa instare possit, & super quibus ferenda* 9. *exemplum huius sententiæ* 11.

In Religione peccatum si fuerit in omnium sit iniuriam 12.

Prælatus, si concedat in perpetuam emphiteusim, quæ consueuit concedi ad tẽpus quilibet de populo, potest dicere de nullit. cõces. 13

Emphi-

Emphiteusis solita cõcedi ad tẽpus, si cõcedatur in perpetuam, non sustinetur concessio, in perpetuum, sed an pro tempore solito 14.

Prælatus, si est negligens in defendendis iuribus Ecclesiæ, quilibet de populo potest assumere defensiouem 15.

Legatum relictum pauperibus quilibet de populo, potest vrgere hæredem, vt soluat, & quare 16.

Exilium esse nullum quilibet de populo excipere potest, & quare 17.

Clausula appellatione remota non extenditur ad Tertium 19.

Clausula omni nullitate remota non extenditur ad Tertium 19.

Princeps rescribendo non intelligitur alijs voluisse præiudicare, quam nominatis 20.

Hæres institutus præterito filio non potest dicere de nullitate testamenti 21.

De simulatione non excipit cedens, nec cessionarius 2.

Defensor litis, an possit causam trahere ad forum suum, affirmatiua 26. negatiua 27. concorda 29.

Emphiteuta, Colonus, Clerici an coram Ecclesiastico, vel seculari Iudice defendendus 28.

Fiscus defensor litis an trahat causam coram Iudice suo 30.31.

Victoria vnius in sententia nullitatis prodest alteri, secus in sententia nullitatis contractus 34.

Dominus potest ponere custodes Castri tempore belli inuito vassallo 36.

Custos potest apponi à domino, si timeat decipi à Colono in collectione fructuum 35.

Citatus sit legitimus contradictor, vbi alias non erat talis 39.

Sententia inter alios lata, quando alteri præiudicet, 42. Principis quando faciat ius 43.

Exceptio tua non interest, quando opponi, & illius effectus 48.

Interesse alicuius in lite, qualiter probetur 49.

De errore non exipit, qui fuit causa erroris 51.

De nullitate non excipit auctor nullitatis 51.

Attentata committit, qui nulliter citauit. 52.

Corripere alium eo vitio quo quis laborat, male corripit 53.

De Mandati nullitate non excipit, qui simili vti vellit mandato 54.

De Simonia non excipit, qui fecit instrumentum simoniacum 55.

Cedens nulliter auditur excipiendo de nullitate cessionis 56.

Beneficia plura possidens, non potest excipere de pluralitate beneficiorum 57.

De Attentatis non excipit, qui dedit causam attentandi 53.

A Pœna quando nullitas excuset 59.

De Nullitate non potest excipere successor auctoris nullitatis 60. nec qui sine solemnibus contrahit cum Ecclesia, & similibus priuilegiatis 62.

Contrahens nulliter cum priuilegiato cogi potest ad declarandum an vellit recedere, vel stare contractui 63.

Renunciatio beneficij facta in manibus Iudicis layci est valida 65.

Glos. reprobatur 66.

L. cum à matre, C. de rei vindic. Limitatur 77. in fin.

1 GEnerale edictum † de exceptionibus contentũ sub edicto de Actionibus, *l. 1. ff. de exception.* prohibitorium est, propterea sicut nemo excluditur ab
2 agendo, ita nemo est † exclusus ab excipiendo, cum onere probandi oppositam exceptionem, *l. in exceptionibus, ff. de probat.* si illa est affirmatiua, *Osasc. decis. 51. num 13. vers. & si enim.*

Ideo constituendo generalem regulã,
3 † quod quilibet excipere possit de nullitate sententiæ latæ, *Fel. in cap. 1. later. de iud. quem refert Serafin. decis. 356 num. 16 Lancellot. de attent. par. 3. cap. 31. numer. 15* Quid autem sit obseruandum, vbi tertius excipit de nullitate, *Surdus cons. 381. numer. 28.* & an interim retardetur executio sententiæ, *Couar. pract. quæst. cap. 25. num. 3.*

4 Ampl. præsertim, si excipiens fuerit principalis reus, vel actor in iuditio, in quo lata est sententia, quæ asseritur nulla, *l. 1. C. de liberal. caus. l. si tibi, C. de euict. l. 2. C. si aduers. rem iudic. per quæ iura ita firmat Alex. cons. 123. lib. 1. num. 6. lib. 2.*

5 Ampl. præsertim, si nullitas sententiæ sit inducta fauore, seu commodo eius, qui de nullitate excipit, *l. 1. & toto titul.*

C. de

C. de prædijs minor. l. iubemus 2. §. *sanc*, *C. de Sacrosf. Eccles. cap. si quis præsbyterorum, de reb. Eccles. non alien* per quæ iura ita firmat *Alex. cons.* 103 *lib.* 2. *nu.* 14. *Aretin. cons.* 77. *num* 6 addendo idem dici de
6 facultate † dicendi contractum nullum, *vt post Aret. probat Testai. allegat.* 2. *n.* 143. *& Gras. de except. cap.* 20 *num.* 26. *& Serafin. decis.* 256 *num.* 3. *&* 4. *Crauet. cons.* 179. *num.* 5. *Cancer. var. resol. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 44. *& seq.* vbi plura congerit, *Scaccia de Iud. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 390.

7 Ampl. etiam, vbi nullitas † respicit fauorem, vel commodum omnium contendentium in iudicio, quia quiuis ex illis excipere potest, de nullitate sententiæ in quemuis ex ipsis latæ, *Scaccia de Iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 396. *in fin. & seq.* exemplum referens, si feratur sententia ad fauorem minoris sine citatione, nã quamuis iudicium factum cum illo sine curatoris consensu, si in cœteris est validum, sit nullum illo volente, *l. non eo minus*, *C. de procur. vbi Cyn. Bartol. & reliqui*. Attamen si lata fuerit sententia sine citatione, cessat talis libertas, & condemnatus potest dicere de illius nullitate, quia illa causatur ex defectu solemnitatis, quæ à iure est constituta fauore vtriusque partis conuentæ in iuditio.

8 Ampl. præsertim, † si sententia lata fuerit in actione populari, nam cum illa afficiat omnes de populo, etiam nõ citatos, constituatq. statum rei perpetuum, quoad omnes de populo, *l.* 3. *ff. de popular. action. l. eum qui*, §. *in popularibus*, *ff. de iur. iur. glos. per hæc iura in l.* 2. *C. quib. res iudic. Alex. in l. sæpe*, *ff. de re Iud. n.* 33. *glos. in cap. cum dilecti*, *verb. iudicatum*,
9 *de electiõ.* cuilibet † de populo, licet dicere de nullitate sententiæ, per quam, principaliter, vel secundario læditur ius populi, tam quoad sacra, quàm quoad profana, modo is non sit interdictus, & per se ipsum, non autem per procuratorem,
10 † nisi plures simul excipient, & seruata fori distinctione, vt sacra coram Ecclesiastico Iudice, profana verò coram seculari tractentur, *Benincas. in* §. *superest*, *Instit. de action. num.* 481. *& seq. Hotom. in* §. *pœnales*, *inst. de action. num.* 4. *& Io. Oinotom. num.* 18. *& seq. & Ias. numer.* 2. *& sed. Galganet. de iure publ. lib.* 4. *tit.* 49. *num.* 1. *vsque in fin. Azo Cuiac. & rel qui*
11 *in rubr. digest. de publ. c. is action.* † exemplum referentes, si agatur de remouenda statua, vel inscriptione eius, qui sit bene, vel male meritus de Patria, vel quod alicui liceat in loco, vel flumine publico, facere aliquid, vel viam publicam occupare, *l.* 1. *&* 2. *ff. de locis pub. l.* 1. *&* 2. §. 1. *ff. de interd.* vel quid fiat, vel non in loco sacro, vel quod factum fuit non restituatur, aut in illa agatur de mortuo inferendo, vel sepulcro edificando, de magistratibus, & illorum perpetuis edictis defendendis, de tutela Sacerdotum, vel bonorum Ecclesiæ, nam quod tales defendantur publici iuris est, *l.* 1. §. 1. *ff. de iust. & iur. l.* 2. *ff. de interdict.* Quod enim
12 † in religionem peccatur in omnium cõmittitur iniuriam, *teste Lypsio Politic. lib. . cap.* . Ideò si prælatus concederet bona in perpetuam emphiteusim, quæ
13 erant solita † concedi ad tempus, quilibet de populo posset dicere de nullitate talis concessionis, & idem dicendum de infeudatione, *Afflict. & ibidem Vrsil. dec.* 107. *in causa*, *num.* 2. *& seq. vers. maior*,
14 addendo nec † etiam sustineri talem cõcessionem pro tempore consueto, *Rota diuers. decis.* 160. *par* 2. *num.* 9. licet in hoc vltimo dissentiant, *Surd. & ab illo relati*, *cons.* 249. *nu.* 19. *Caldas. latè cons.* 33. *n* 47. *Marta decis.* 81. *partes*, *num.* 11. *vers. prætereà affirmantes sustineri pro tempore*
15 *solito.* Vel idem esset † negligens in defendendis iuribus Ecclesiæ, potest, quilibet de capitulo sine mandato illa defendere, & quilibet de populo potest agere
16 ad solutionẽ legati † relicti pauperibus, quia tale legatũ videtur relictum ad ornatũ Ciuitatis & fauore publ. vt latè probat *Fel. in cap. cum olim* 34. *de testib.* Idem dicendum esset, si quis exciperet, vel
17 ageret de nullitate † exilij, quo aliquis etiam non affinis, vel consanguineus esset mulctatus, nam quia publice interest Ciuitates repleri liberis hominibus, *l.* 1. *ff. solut. mat.* quilibet admittendus est ad agendum, vel excipiendum de nullitate exilij, *Bart. l. vbi pactum* 40. *C. de transact. num.* 10. *vbi Alex. num.* 7. *& seq. Fel. in cap. cum super* 17. *de sent. & re iud. numer.* 14. vbi

vbi alia similia refer, *Vantius de nullitate cap.4 num.12.& seq.*

18 Ampl. etiam, quod † causa fuisset cõmissa nullitate omni reiecta, si tertius de illa excipiat pro suo interesse, nam cum talis Clausula, sicuti etiam, vbi causa

19 est commissa appellatione † remota, non extendatur ad tertium, *Menoc de adipisc. possess. Remed.4 num.846. & seq. Marant. in prax. par.6 §. & quandoque appellatur, num.33. Hondad.cons.25.dub.num.3. lib.1.* Couar.*var.resolut.cap.15.numer.5.Corset. singul.§.clausula,el 1.* tertius excipiens de nullitate auditur, *Gloss.cap.super eo, verb. intentionis, de offic. delegat.* Quacumque enim formula rescribat Princeps, num-

20 quam † censetur voluisse alteri, quam eis, inter quos rescribit, praeiudicare, *l. 3.§.si quis à Principe, ff. ne quid in loco pub.l.rescripta,* C.*de precib.Imp.offer. & probatur ex dictis supra cap.2.*

21 Ampl. etiam vbi is, in quem † lata est sententia de iure, non potest dicere de nullitate actus confirmati per sententiã, nã tertius pro suo interesse excipere potest de nullitate actus, & sententiae, veluti si haeres institutus praeterito filio conueniatur ad solutionem legatorum, nam licet ille non possit dicere de nullitate testamenti, si tamen iuditio adueniat filius, potest de illa excipere, *l.ita tamen.§.quoties, vbi Bart.ff.ad Trebel. Afflict dec.235 An tertius,col fin.Vantius de nullit. cap. 4. num.18. & seq.* addendo idem dici de si-

22 mulatione opposita à tertio, † quam non potest opponere, nec cedens, vel cessionarius, & de tribus conformibus, quae à tertio redargui possunt de nullitate, & dicam de hoc postremo latius intra 8.

23 Ampl. etiam, si cum † sententia nulliter lata concurreret confessio, vel renũciatio condemnati, modo excipiens non sit haeres confitentis, vel renunciantis, *Bald.auth.nunc si haeres,C.de litigios.col.2. num.4. vers. quartum corrolarium, Alex. cons.188.viso processu,lib.2,num.9. Afflict. decis.354. in causa,num.21.Vant.de nullit. cap.4 num.20.*

24 Ampl. vt excipienti † de nullitate sententiae, non obstet exceptio attentatorũ, spolij, & alia similis, modo excipiens non sit is, qui attentauit, vel spoliauit, vel ab attentante, & spoliante non habeat causam, *Vantius de nullit.cap.4.num.20. in princ. vers.prout etiam.*

25 Ampl. praesertim si excipiens † de nullitate sit necessarius defensor condemnati in sententia nulla, nam cum sua intersit, aeque principaliter sententiae executionem suspendi, audietur excipiendo de nullitate sententiae, ex his quae dixi, in prima, & sequenti Ampliatione, *Vant. de nullit.cap.4.num.20.vers vel etiam, addendo numer.21. circa fin.* quod si ille dubitaret de collusione defensi, quod posset illum à causa remouere ex decreto Iudicis.

26 Si autem is defensor † sit Clericus, seu qui gaudeat fori aliquo priuilegio, & cõdemnatus sit laycus, an possit causam defensionis trahere ad forum Ecclesiasticum, controuersa est quaestio, nam affirmatiuam sequuntur relati à *Rimin. Iun. cons.422.Dominus, num.6. & seq. plurib. Io.Igneus, & ab illo relati in l.necessarios, §. nec aliam, ff. ad Silanian.num.512.Bal. in auth. nunc si haeres, C.de litigios.num.4. in princ.realati à Vant.de nullit.cap.4. numer 20 in fin.vers.vel etiam, & à Gama decis.332.citato, numer.1.relati à Couar. pract qu.ast.cap.8.num.3.*

27 Negatiuam † tenent, *Gul.Bened.in cap. Raynutius,§. & vxorem, decis.2. nu.125. Corn.cons 78 nu.12. vol.4. Gail. obseruat. 37 Clericus,lib.1.nu.7.Couar pract. quaest. cap.8.num.3.relati ab Aretin.in rub.inst.de except.num.20. Peregrin.decis. Patau.60. statutum, num.4.& seq. Gama. decis.332. citato; num.2 & seq.* qui ambo loquuntur vbi Ecclesiasticus assumit defensionẽ

28 † sui emphiteotae, aliud volentes, si assumat defensam coloni, conductoris, & alterius, qui nomine Ecclesiae possideat, *Iohnes Stefan. Duran. quaest. 74. videtur, num.1.*

29 Contrarietas ista † concordari potest ex dictis, *Aret.num.20. Boer.decis.69. numer.27. & seq. Mangil. tract. de euictione quaest.6. & seq. Carol.de Graffis tract. de effect.Clericat. effect.1. num. 261. & seq. Iass in l.fin.C.de sacros. Eccles.num.40.*

Quae dixi controuerti in Clerico defe-

30 sore † pariter controuertuntur in Fisco, an ille possit causam reassumere coram suo

suo Iudice, vel potius, *iuxta l. venditor. ff. de rei vend.* debeat sequi forũ emptoris
censuit Senatus Pedemontanus teste Thesaur. decis. 213. priuatus, num. 3. vers. contrariam opin. & numer. 4. relati à Couar.
pract. quæst. cap. 8. num. 3.

31 Contrarium tenent † *Bart. sing. 127. debitor fisci, num. 3.* Couar. *pract. quæst. c. 8. num. 3. Soccin. cons. 91. casus, lib. 3. num. 14.*
qui quinque argumentis hoc confirmat,
relati à Thesaur. decis. 213. num. 3.

32 Ampl. vt iste necessarius † desẽsor possit cum exceptione nullitatis cumulare
exceptionem recusationis Iudicis, qui
sententiam tulit, *Corsetus singul. §. recusatio*, eam afferens rationem, quod cum
illi denegari non possit audientia, est in
omnibus suis defensionibus audiendus,
Vantius de nullit. cap. 4. num. 20. vers. & in summa, addendo idem dicendũ de quacumque exceptione illi competenti ex
persona sua.

33 Ampl. etiam quod † condemnatus ex
sententia inualida recusaret, vel prohiberet excipi de nullitate, *l. principaliter 2. C. de liberal. caus. cap. 1. & 2. vt lite pend. in sext. Bald. in l. vnic. C. si vnus ex pluribus*
34 *appel. num. 6.* addendo victoriam † vnius
in causa nullitatis sententiæ prodesse alteri, secus in nullitate contractus.

35 Ampl. vbi aliquo † modo interest excipientis de nullitate sententiam tanquã
nullam reuocari, *Bal. cons. 122. lib. 3. n. 5.*
addendo procedere etiamsi principalis
non posset dicere de nullitate, & confirmatur argumento eorum, *quæ notat Bart. in auth. nunc si hæres, C. de litigios. num. 1. in fin. & num. 2.* concludens Clericum habentem ius decimandi, posse assistere collectioni fructuum inuito collectore, si vereatur decipi. Dominum
36 tempore † belli posse ponere Custodes
Castri, quod in feudum concessit, vt factum fuit à Carolo Emanuele Duce Sabaudiæ in obsidione Castri Verrucæ anno 1626. De interesse autem docetur sũmarie per iuramentum, vel vnico teste,
Doct. in l. à Diuo Pio, §. si super, ff. de re iud. Vant. de nullit. cap. 4. num. 24.

37 Ampl. vt opposita nullitatis † exceptione à quouis, tam ratione sui præiudicij,
quàm publici, vel alterius, pro quo quis
sit audiendus, retardanda ut sententiæ
exequutio in condemnatum, si illa fieri
non possit sine prǽiuditio oppositæ exceptionis, *Bald. loquens de tertio appellante, auth. nunc si hæres, C. de litigios. numer. 5. vers. secundum Innoc. exemplum erit, si exequutio sit irreuocabilis, vt dixi in finalibus extensionibus huius cap. 15.*

38 Ampl. præsertim vbi excipiens † de
nullitate fuit in lite nominatus, vel ad
illam vocatus, *Bald. auth. nunc si hæres, C. de litigios. num. 4. in princ.* addendo tali
casu nominatum, vel citatum excusari
onere legitimandi personam suam, vel
docere de suo interesse, quia vt ego addo
39 † citatus, qui alias inhabilis erat ad iuditium, fit ex citatione habilis, & approbatus, *Fel. in cap. cum inter, de except. numer. 11. Ias. l. fin. C. de edict. Diu. Adrianus num. 24.*

40 Ampl. præsertim, † vbi excipiens ignorauit causam agi, *l. sæpe, ff. de re iud. cap. quamuis ext. eod. Vantius de nullit. cap. 4. num. 26. vers. & intellige, addentes ad Mathesil. singul. 26.* concludens duo correla-
41 tiue requiri, vt sententia † inter alios lata, alteri præiudicet, vt is sciat causam agi
& ius sibi competere, excepto casu, *l. ingenuum, ff. de stat. homin.* latius tamen
de istis requisitis agit, *Peguer. decis. 205. num. 10. relato* Couar. *practic. quæst. c. 13. num. 7. & 8.*

42 Amp. præsertim, † si excipiatur de nullitate sententiæ latæ in contumacem, seu
absentem, vel non defensum, *Mathesil. singul. 26.* addendo quod licet alias sen-
43 sententia † Principis faciat ius, tamen secus est, si fuerit prolata in contumaciã,
Marsil. singul. 4. vbi plures consentientes congerit.

44 Ampl. præsertim, † si excipiatur de
nullitate, quæ causetur ex defectu citationis, *Nellus tract. de Bannit. in 1. par. 1. temp. num. 8. circa med.* addendo posse
excipi de tali nullitate, etiam quod à Statuto reijciatur.

45 Ampl. etiam, si excipiens † consensum
præstitisset actui nullo, veluti si quis consentiat pensioni ad fauorem incapacis,
Cassad. decis. 4. de pension. Seraphin. decis. 356. num. 21. addendo aliud dici in faciente actum nullum.

46 Ampl. etiam, si † reus conuentus non posset dicere de nullitate, si tamen excipiens habeat aliquod interesse, *Bald.consf. 122.lib.3.num.5.*

47 Ampl. præsertim † ad fauorem Ecclesiæ, cuius bona fuerint nulliter alienata, *Afflict.decis.107. in causa, num.3.*

An quis excipere, seu allegare nullitatem contractus minoris, *Surd.decis.108. fratres, num.10. vsque in fin. vers. ad ea, & ibi addentes.*

47 Limit. vbi excipientis † nullo modo intereſt, tam publicè, quàm priuatim, seu in vniuersum, vel vt singulis, *l.1.ff. de appel.recip.cap.non solet 2.quæst.6.cap.cum*

48 *inter, de electtion.* exceptio † enim tua nō intereſt, cum impediat litis ingressum, *vt notat Bart in l.si pupil. §. videamus, ff. de negot.gest.* opponi poteſt etiam post litem conteſtatam, *Dec.consf.302. num.4. vers.non obst. Scaccia de Iudic.lib.2.cap.2. num. 83.* concludens de nullitate eum tantùm excipere posse, qui habet interesse, *Crauet.consf.179.num.6. Surd.consf.181. nu.28.* Ideò non docto ab excipiente de iure suo, seu interesse repellendus eſt ille à limine iudicij, quod sine actione inchoari non poteſt, & in culpa eſt, qui immiscet se rei ad se non pertinenti, *l. culpa est, ff.de regul.iur.* Quomodo autem pro-

49 betur † sua interesse videndus, *Mascard. de probat.concl.929.*

Sublimit. vbi agitur de validitate testamenti, nam tertius pro tertio dicere poteſt, licet filius non dicat de illa, *Put.decis.16.iterum, par.2. num.7. vbi de communi.*

50 Lmit. vbi excipiens † de nullitate eſt auctor, seu particeps, vel causa efficiens nullitatis, *l.1.§.si omnes, in fin.ff.de venti. inspic.per quem textum ita firmat Crauet. in quæst. quam posuit post suum tract. de antiq.temp.num.33.* asserens idem dicendum de illo, qui fuit causa erroris, vt nō

51 possit † excipere de errore, *& Crauet.* dicta extendit ad acta iudicij, *Passetus consf.66.num.5.in fin.* quem refert, & sequitur *Lancellot.in præfat. de attent.lite pend.num.102.* concludens committi attentata post citationem inualidā in præ-

52 iuditium † eius, qui nulliter citauit, *& de Lancel. & Pasct:* non facta mentione latè, *Menoc.consf.367. num.16.& seq.* referens plures actus iudiciales, qui ideò non possunt impugnari ex capite nullitatis, & in illum conijci poteſt illud Dauid, *Psalm.7.Incidit in foueam quam fecit, & quod legitur Ecclesiastic.cap.27.* facienti iniquissimum consilium super ipsum deuoluitur. Quod enim, quod quisque fecit illud expectet, *l. 3. C. de Epis. aud.* & quæ seminauit, hæc & metet, inquit, *Apostol.ad Galat cap.5.* Neque poteſt quis

53 † alium Canonice corripere in ijs, quæ ipse commisit, *cap 1.dist.21.cap. iudicet 3. quæst.7.* propterea exemptione non gaudet, qui fuit causa interdicti, *cap. licet 11. in fin.de priuileg. in sext.* Nec excipit de

54 † viribus mandati, qui simili vti vult, *Veral decis.182.par.2.num.4.* Nec Notarius

55 conficiens instrumentum † simoniacum excipit de nullitate instrumenti, ex simonia, *Mohedan.decis.2.de simonia, Achil.de Gras decis.2.de procur. Rota decis.4. de renunc.num 19. & Rota diuers.decis.13.lib.2.*

56 qui nulliter † cessit, nō auditur excipiēdo de nullitate cessionis, *Lancel.de attentat. par.3.cap.31.num.17.* Sicuti nec qui plura

57 † possidet beneficia, excipit de pluralitate, *cap.3.de except.* & qui dedit causam attentandi, excipit de attentatis, *Lancel. de attentat.par.3.cap.25. num. 44. & cap. fin. num.14. & 289.vers. vigesima quinta sit pœna,* notum eſt enim illud commune prouerbium

Nil Iudacus Iudæo, Nil Catelina Cetego, &
Paria delicta mutua compensatione tolluntur.

58 Et quamuis nullitas † excuset à pœna actus non concessi, *Bald. l. 2. C. de Epis. aud. Ripa l.4.§.condemnatum, ff. de re iud. num.5. Cotta in Memorial.§. actus nullus, & §.vidua, Menoc.consf.38.num.24.* non non tamen excusat eum, cuius culpa, & facto actus eſt nullus, *Bald l. ea quidem, C.si mancip. ita fuere alienat. num.3. Fel. cap.ex tenore, de rescript.num.9. Molin.de Iur primogen.lib.2.cap.16. nu. 19.* & idem

59 dicēdum † de Iudice, qui nullā sententiā tullit, & Procuratore, qui pro illa interuenit, si vterque succedat ei, qui de nullitate dicere poterat, *Vantius de nullitate cap.4.num.32.*

60 Sub-

61 Sublimita primo, † vbi exceptio nullitatis, vt concessa à lege, vel statuto fauore excipientis, si vellit stare actui, vel sententiæ nullæ, vt puta, si excipiens sit minor, vel Ecclesia, quia cum ijs iuditiũ claudicare potest, & sustinetur, quamuis nullum, si nollint illud impugnare, *Tiraq. ad saturitatem in l. si vmquam*, *§. reuertatur, num. 13. & seq. Surd. conf. 1. num. 84. & de aliment. tit. 8. quæst. 56 num. 81. & seq & decis. 70. num. 23. & seq. & decis. 108. fratres, num. 3. & seq.* vbi ampliat etiamsi nullitas causetur ex dolo, & exemplum refert Ecclesiæ nulliter alienantis, & alia similia, & *nu.* 14. & de contrahente cum

62 Ecclesia † sine solemnitatibus necessarijs tradunt, *Glos. in cap. 1. verb. sede vacante, ne sede vacent. quam ibidem probant Abb. & Butr. Innoc. Host. Io. And. Zab. & Abb. num. 6. in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat. sine cõs. Guid Papa decis. 156. & 159. Surd. decis. 108. fratres, num. 7. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 44. & seq.* addendo idem in muliere minore & similibus, quorum fauore inducta est nullitas, vt sit in illorũ arbitrio talem actum approbare, nequod fauore illorum statutũ est in odium vertatur, *addendo num. 49. & seq.* posse cogi

63 eum, † qui actum improbare, vel approbare potest, ad alterutrum declarandum, vellit ne, stare cum quo contraxit, ne quasi perpetuo sit in suspenso, & ea declaratio fiat cum necessarijs solemnitatibus, exemplo eius qui litigauit cũ minore sine curatore, *Castr. l. non eo minus C. de procur. in fin. Afflict. dec. 262. n. 8.* idem reperit alijs consentientibus relatis, *Gras. de excep. cap. 20. num. 27. & seq.* aduersus quam declarationem solemniter factam minor non restituitur, *Bart. Bald. Fulg. in l. Iulianus, §. si quis, ff. de act. emptor. Crauet. conf. 325. col. 3. vers. secundo*, vbi exempla plura referunt singularia.

64 Sublimit. secundo, si nullitas causetur ex inhabilitate personæ, quæ tulit sententiam, vel rei, de qua lata sit sententia, vt puta, si laycus tulit sententiam de re quæ sit Ecclesiastici fori, instante, vel consentiente, excipiente nunc de nullitate sen-

65 tentiæ, vt in simili de renũciatione † beneficij Ecclesiastici in manibus laici, *Host. cap. quod in dubijs de renunciat.* quem sequuntur ibid. *Butr. col. 2. numer 9. Io. And. in cap. quanto, de translat. prælat. num. 11. & 12. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 5.*

66 *num. 6. in fin.* reprobando † *Glos. in d. cap. quod in dubijs aliud sentientem*, sequitur *Ferret. conf. 133. oritur, num. 5. vol. 1.*

67 Sublimita tertio, † vbi nullitas fuit causata per expressionem non factam ab excipiente, etiamsi concurreret dolus non exprimentis, secus si illa causata fuisset per falsam expressionem, *Serafin dec. 356 num. 22. Bisignet. decis. 11. de rescript.*

68 Limit. vbi excipiens † de nullitate, ipse eamdem commisit contra excipiẽtem, ex regula Quod quisque iuris, *Rota teste Farinac. decis. criminal. 205. num. 3.*

69 Limit. vbi excipiens † de nullitate sententiæ sciuit causam agi, & tempore exceptionis oppositæ lapsum esset tempus datum à statuto ad excipiendum, vt in Vrbe post annum à die latæ sententiæ, ad dicendum de nullitate, *Vant. de nullitate cap. 4. num. 25. & seq. & dicam infra §.*

70 Limit. vbi per calumniam † excipitur de nullitate, seu vt excipiens faueat reo condemnato, non autem, vt suam tueatur causam, & sua iura principaliter, vel secundario, *Bald. auth. nunc si hæres, C. de litigios. num. 4. vers. quartum Corrolarium Vantius de nullit. cap. 4. numer. 27. & 28.* addendo idem dicendum, si contra excipientem subesset, suspitio malitiæ, vel calumniæ, *vt dixi supra hoc cap.*

71 Limit. vbi excipiens † est inhabilis ad excipiendum, veluti si esset excommunicatus, seruus, Monachus, Filiusfam. & reliqui, qui legitimam personam non habent per se standi in iudicio, *Vantius de Nullit. cap. 4. num. 29. & seq.* & ratio est, quia cum excipiens sit actor, in opposita exceptione, *l. 1. ff. de except. Peregrin. conf. 64. lib. 3. num. 22. & conf. 98. numer. 10. eod. lib.* non auditur, nisi posset stare in iuditio.

72 Limit. vbi nullitas † est inducta fauore alicuius, nam nemo alius de illa excipere potest, *Aret. conf. 77. num. 6. Gratian. discept. 175. nu. 15. Lancellot. de attent. par. 31. cap. 31. num. 16. Surdus decis. 70. num. 26. Osasc. decis. 93. num. 24. Put. decis. 36. Gratian. lib. 2. num. 2.*

73 Sublim. in hærede, † *l. heredes, C. ad Velleian Gabriel.conf.*125. *lib.* 1. *numer.*6, addendo isto casu cessare,*l.cum à matre, C. de rei vend. Lamberteng. de Contract.* §.*fin.num.*267.

74 Sublimit. vbi excipitur de nullitate testamenti etiā filio de illa non excipiente, *Put.decis.*16 *iterum, par.*2.*num.*7.

75 Limit. vbi quis † excipit de nullitate ad fauorem Fisci, nam nisi excipiens doceat de mandato, non auditur, nec retardatur exequutio sententiæ, *Soc. Iun. conf.*130.*lib.*3.*num.*10.

76 Limit. in eo qui sententiam nullam, vel iniustam obtinuit, *Surd. decis.*108.*fratres, numer.*10.vbi ampl. etiam si succedat condemnato.

§. XI.

SVMMARIVM.

Incertitudinis effectus 1.
Sententia incerta est nulla 2.
Sententia incerta opposita illius nullitate, retardatur illius executio 3. *Ampl.* 4.5.7.8. 9.10.11,12.13.*limit.*14.
Instrumentum non liquidum non habet paratam executionem 5. *Ampl.ibid.*
Sententia lata sub conditione an sit valida 9. *lata cum clausula detractis detrahēdis, vel saluo iure faciend. verum,& certum calculum* 15.

QVos actus, quasuè hominis dispositiones vitiet incertitudo, longum esset referre, plures † tamen
1 referunt, *Marsil in rub. de prob. numer.*384.*& seq. Afinius de exequut.* §. 6. *cap.*270.*num.*8.*vsque in fin. cum alijs cumulatis in meis Collectaneis ad l.sed & si ita, vbi Glos.verb.inutilis, ff.de stipul.seruor. & ad l.duo sunt Titij, ff.de testam.tutel.* incertitudinis tamen is est præcipuus effectus, vt faciat sententiā † à quouis Iudice prolatam esse nullam, *§.curare, instit.de action.l.*1. *& seq C.de sent. quæ sine certa quant.it.profer.l.in summa, ff.de re iud.Spec.de sent.§.qualiter, vers. item debet esse certa,& de locat.§.nunc aliqa, versic Quinquagesimo nemo, Surd conf.* 323. *num.*22.*in fin.Crauet.conf.*819.*n.*10.

3 Ideò opposita nullitate sententiæ ex capite † incertitudinis, quod retardetur illius executio volunt, *Crauet.conf.*802.*iussus, num.*14. *& seq.* addendo si fiat † esse

4 reuocandam, *& conf.*819.*de annot. nu.*9. addendo idem dici de sententia, quod

5 dicitur de instrumento non liquido, † cuius exequutio retardatur, non obstante pacto exequutiuo, vel obligatione Cam. vel statuto, vt exequutioni demandetur, non obstante quauis exceptione, *vt dixi supra de exequut.rei iud.cap.*5. *idem repetit conf.*840. *vtrum, num.*5.

6 Ampl. etiam si † sententia lata fuisset ad fauorem spoliati, *Marsil. de probat. in Rubric.num* 364. *quem refert & sequitur Surd.conf.*168.*dubitat.num.*29. *in fin.*

6 Ampl. etiam in casu, † quo incerta proferri potest sententia, vt puta in iuditio vniuersali, petitionis hæreditatis, negotiorum gestorum, restitutionis dotis, expensarum, interesse, melioramentorū, & similium, *Glos.magna in l.*1. *ff.de edend. post princ. Roman. conf.*211. *allegationes, num* 5, in quibus lata generali sententia ad fauorē actoris, suspenditur illius executio, donec illa fuerit liquidata, & an quid sit de hæreditate detrahendum ratione legitimæ, vel Trebellianicæ, *Bal. in l. filiū quem habentem, C.famil.hercisc. num.*36. *cum alijs cumulatis à Purpurat. conf.*104 *num.*8.*Marzar.de fideicom q.*70 *Simon.de Pratis de interpr.vltim.vol.lib.*5 *interpret.tertia, seu final.dub.*1.*num.*114. *& trib.seq.Bald.* loquens de sententia cōdemnatoria expensarum, *in l.*1.*C.de iur. & fact ignor.nu* 4. *vers quadam opponuntur, & ante Bald Inno.in cap.finem* . §. *de dolo, & contum.num.*5. *in fin. & latè Cancer.Var.resol.de sent. & re iud.num.*105. *& seq. Ias* loquens de sententia condemnatoria ad interesse, *in l.*1.*ff.de edend. n.*32. *in fin. subdēns num* 34. idem dici in sententia administrationis negotiorum, *Simon.de Pratis de interpr. vltim. vol. lib.*5. *interpret.*3.*dub. nu.*171. qui loquitur de sententia cōdemnatoria refectionis melioramentorum, & interesse, ac damnorum, *Surd.* loquens de sententia condemnatoria restitutionis rei cum fructibus, & in-

& interesse, *cons. 293. numer. 21. & seq. pluribus*.

7 Ampl. præsertim, si sententia † sit incerta, quia alternatiue fuerit contra condemnatum prolata, *Gloss. in cap. latores, de Cleric. excom. minist.* attamen fieri non potest exequutio in vno ex alternatis, nisi vel electio post quadrimestre sit deuoluta ad eum, qui obtinuit sententiam, vel condemnatus interpellatus ad eligendũ, in illius contumatiam electio sit ex Iudicis decreto eidem victori instanti concessa, *Alberic. in l. eum qui certarum 138. §. 1. ff. de verb. obligat. num. 6. & seq. limit. num.* 11. vbi deinde in vno ex alternatis fieri potest exequutio, vel electio à iure est data victori, *Ripa. in cap. inter cæteras de rescript. num. 31*.

8 Ampl. etiam, vbi sententia † est incerta ratione verborum, quibus est concepta, & puta quia sunt apta comprehendere plura, vel pauciora, vel habent plures sensus, & intellectus, nam ante declarationem Iudicis, non potest fieri executio, *Cast. in l. si ex testamento, in fin. ff. de except. rei iud. Simon. de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib. 5. interpret. fin. dub. 1. n. 106. in fin. & num. 107*.

9 Ampl. præsertim, si sententia † lata fuit sub conditione, nam quamuis controuersa sit quæstio, an sit valida, vt patet ex dictis, *Alex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud. num. 16. vsque ad 21. Demauder. tract. de subhast. cap. 2. n. 30 & seq.* Attamen si sequamur opinionem illorum, qui volunt illam valere, siue condito sit intrinseca, siue extrinseca, retardanda est illius exequutio, donec conditio fuerit purificata, vel probatum illam fuisse adimpletam ex natura conditionis, quæ est suspendere eà quibus apponitur, & formam designate, quà non seruata actus est nullus, *Alex. à Diuo Pio §. in venditione, ff. de re iud. num. 17. vers. sed Bart. Bal. l. 1. C. de iur. & fact. ignor. n. 4 vers. concludo ergo*, addendo † idem dici

10 si lata fuit sub modo, *sequitur Soc. Iunior. cons. 67. numer. 8. vol. 1. Surdus cons. 186. num. 18*.

11 Ampl. etiam, vbi sententia † est incerta ratione qualitatis rei de qua lata est, veluti si Iudex pronuntiet, quem restituendum ad possessionem, qualem habebat ante litem motam, vel de tali tempore, donec enim fuerit probata qualitas, suspenditur sententiæ exequutio, *Ias. l. ait prætor, §. si Iudex, ff. de re iud. nu. 24. & seq.*

12 Ampl. idem in sententia, † quæ ex se ipsa est incerta, sed certificari potest ex relatione ad alia, ad quæ Iudex se refert, nam donec non constat de relato, non potest fieri executio sententiæ, *Ias. in l. ait prætor, §. si Iudex, ff. de re iud. num. 3.* exemplum referens, si testator grauet hæredem ad dãdum Titio quidquid ipse testator scripsit in schedula sua manu scripta, & ex istante penes guardianum fratrum Minorum, quod supersedetur in executione legati, donec exhibeatur dicta schedula, ad quam testator se refert, & fuerit probatum esse scriptam manu testatoris, *Fel. loquens de sententia lata à Iudice, prout in iuris responso Ioannis Antonij Nigri in cap. cum venerabilis, de exception. num. 43. & seq.* vbi præterea refert, quod sit attendendum, si plura sint illius responsa conformia, vel contraria, & Iudex debeat illud legisse, vel si idem consultor nondum dedit responsum, quomodo esset iudicandum, vel responsum esset iniustum, aliud exemplum est, si condemnetur aliquis ad dandam certam summam, nisi infra quindecim dies probet illam soluisse, *Ias. d. §. si Iudex num. 31*.

13 Ampl. etiam, quod statuto † caueatur nullam contra sententiæ executionẽ admitti exceptionem, *Angel. cons. 200. Bald. & Angel. in l. tale pactum, §. qui procurauit, ff. de pact.* quos refert, & sequitur *Brun. de Constit. §. Nullitas, col. 2. vers. nullitas ratione*.

14 Limit. vbi ex actis † certificari potest, *Serafin de iuram. priuileg. 77. n. 46. & seq.*

15 Quid de sententia lata † cum Clausula saluo iure faciendi verum, & certum calculum, vel detractis detrahendis, *Giurba decis. 60. num. 21. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 50. num. 81. & seq. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 17. de sent. exequnt. numer. 499. & seq.*

§. XII.

§. XII.

SVMMARIVM.

1 Sententiam euidenter † iniustam esse nullam, nulla dubitatio est, *Glos. c. inter cæteras, verb. manifestam, vers. & ipso iure, de re iud. Alex. cons.* 77. *lib.* 3. *n.* 3. *Cæfal. conf.* 610 *num.* 10. *Crauet. cons.* 474. *num.* 41. *&* 44. *Card. Mantic. decis.* 211 *n.* 6 *Surd. cons.* 324. *num.* 10. concludens non
2 † dari sententiam iniustam, quæ non sit nulla, vt prius dixerat *Contard in l.* 1. *C. si de moment. poss. Limit.* 9. *num.* 41. *& seq.* pluribus latè hoc comprobans, & ipso iure teste, *Marsil. singul.* 473. *numer.* 1. *circa med. Curt. Iun. cons.* 170. *numer.* 8. sed quomodo probetur talis euidentia, notandum eam probationem fieri multis modis, & discordare Doctores circa requisita eius probationis. Dicunt enim aliqui sententiam dici, & esse euidenter manifestè, seu notoriè iniquam, seu iniustam.
3 Primò vbi Iudex † in sua sententia absolutoria, vel condemnatoria, refert se ad acta, ex quibus asserit, ideò absoluere, vel condemnare, si ex eisdem actis probatur absoluendum esse eum, quem condemnauit, & condemnatum esse absoluendum, *l. penul. C. de sent. quæ sine cert. quantit. l. ait prætor, §.* 1. *vbi glos. ff. de re iud. Afflict. decis.* 39. *per binas, num.* 6. *relati à Surd. cons.* 373. *de eo. num.* 41. *circa med. vers. quibus in locis, Crau. cons.* 373. *de eo, num.* 41. *& seq. Villagut. decis.* 5. *num.* 51 *in fine, Gabr. de sent. concl.* 10. *numer.* 6. *&* 11.
4 Contrarium, quod sententia sit euidentèr † iniqua, etiam quod Iudex iudicando non referat se ad acta, sed satis sit, quod ex actorum lectione detegatur iniquitas, tenent *Innoc. Bald. Imol. Abb. Cast. Rom. & alij relati à Surd. cons.* 324. *in fauorem, num.* 4. *in fin. & num.* 5. *& n.* 7. vbi rationem refert addendo contrariã opinionem esse periculosam, concludẽs Doctores indistinctè tenere, quod notoria, & euidens iniustitia irritat sententiã,
5 siue illa sit in ea expressa, siue relata generaliter, siue specialiter, quia si inspectis actis apparet iniustitia illius, æque est reuocanda sententia, ac reuocaretur, si facta esset expressio, per quam demonstratur illius iniustitia, *Gozadin. cons.* 2. *num.* 14.

num. 14. circa med. relati à Gabriel. de sent. conclus. 10. num. 11. relati à Crauet conf. 373 de eo, num. 41. in princ. subdens circa fin.
6 posse concordari, † vt minime necessaria sit relatio ad acta substantialia, vt puta, ad libellum, litisuè contestationem, ad quæ citra expressionem necessariò habetur relatio. Quo verò ad acta probatoria, sufficere generalem relationem. Ali-
7 ter † conciliat Caldas. quæst. 37. est in. n. 5.
8 Secundò sententia dicitur † euidenter, & manifestè iniusta, quæ non iustificatur ex actis, vt puta, si pronuntiatum fuerit Titium esse creditorem, vel absoluendū fore à summa petita, vbi ex actis non iustificatur creditum, vel non probatur solutio, & ita de singulis dicendum, tam in possessorio, quàm petitorio, Cæsar. de Graf. decis. 17. sententia, de sent. & re iudicat. num. 9. Mautic. decis. 211. numer 6. Gabriel. de sent. concl. 10. num. 8. & refert disentientes, quos deinde concordat, Contard. de momentan. possess. limit. 9 n. 59. vers. non puto.
9 Tertiò sententia dicitur † euidenter iniusta, seu iniqua, vbi illius iniustitia, seu iniquitas demonstratur ex eisdē actis, Crauet. conf. 373. de eo, numer. 41. in princ. Bursat. conf. 305. tam patens, num. 1. & 2. Contard. in l. vnica, C. si de moment. possess. limit. 9. 19. & 22. & 34. vbi plures consentientes refert, & num. 23. & seq. declarat procedere postquam est conclusū in causa, nam ante conclusionem, acta
10 † iudicij faciunt notorium commutabiliter Veral decis. 120. par. 3. Crau. conf. 474. num. 4 1. Surd. conf. 324. num. 2. addendo an talis iniqutias resultet ex actis probatorijs, vel ordinatorijs sequendo, Gabr. conf. 28. lib. 2. num. 5 Gabriel de sent. conclus. 10. num. 5. vbi refert disentientes, & deinde concordat, & examinat.
11 Quarto sententia dicitur † euidenter iniusta, vbi ex instrumentis productis, redarguitur de iniustitia, Bursat. conf. 305. tam patens, num. 2. addendo procedere vbi nihil contra instrumenta producta opponitur, vel si quod fuit oppositum est in coloratum, limitando, si Iudex in sententia exprimat causam, quare aliter iudicet, non obstantibus instrumentis idem repetens, num. 8. in fin. Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. limit. 9. n. 29. vers. tamen.
12 Quinto, vbi non est conformis † libello circa personam actoris, vel rei, vt puta, si nomine Titij petantur à Caio, & condemnetur Sempronius, instante Stico, Surd. conf. 324. num. 3. in fin. & n. 4.
13 Sexto, vbi lata fuit † præcedente inepto libello, Fel. cap. cum ordinarij de rescript. num. 12. Alex. conf. 77. col. penul. lib. 2. Menoc de req. poss. f. Remed. 4. num. 851. refert & sequitur Contard. in l. vnic C. si de moment. possess. limit. 9. num. 20. Surd. conf. 324. n. 4. in fin. vel libello iniusto, Contard. de moment. possess. limit. 9. num. 45. in fin.
14 Septimo sententia dicitur euidenter iniusta, † quam Iudex protulit ex ijs, quæ deinde probantur falsa, vt refert fuisse decisum coram Veral. Contard. de momen. possess. lim. 9. nu. 59. in princ. addendo idem dici, si Iudex dicat, quia actor concludēter probauit intentionem suam, vt patet
15 ex actis, ideò † fatuus est Iudex, qui causam in sententia exprimit, quia illa non iustificata ex actis, nulla & euidenter iniqua est illius sententia, cap. ex parte, de concess. præbend. Bart. l qui testamento, §. item, ff. de excus. tut. nisi tamen
16 † talis causa fundetur in accidenti arbitrario Iudici, vt puta, si dixit, quia testibus non est probatum, absoluo, nam cū testium fides sit arbitraria Iudici, l. 3. ff. de testib. quamuis ex depositionibus testium probetur aliud fuisse iudicandum, non ideò sententia dicenda est euidēter iniusta, si modo Iudex exprimat causam quare ita iudicauerit, Surd. conf. 324. n. 7. in princ. Contard. de moment. possess. limit. 9 num. 60. subdens aliud dicendum, si reus aduersus actoris probationem concludēter probasset testibus, vel instrumentis.
17 Octauo sententia dicitur † euidenter iniusta, si ex actis non constet de aliqua probatione, quæ fuerit facta ab actore, pro quo est prolata, Soc. conf. 134. lib. 1. n. 1. Contard. de moment. possess. limit. 9. numer. 60. circa med. quod tamen limita, si sententia lata fuisset pro reo, qui nihil probauit, l qui accusare, C. de edend. Mantic. decis. 211. num. 5.
18 Nono euidens est iniustitia † sententiæ, quæ

quæ fuit lata aduersus confessionem partis, *vt dixi infra* §. 9.

19 Decimo vbi fuit prolata † contra legẽ, *Surd.conf.*324 *num.*8. *in fin. & dixi* §. *seq;*

20 Vndecimo, vbi per illam † quis condemnatur ob non adimplemẽtum, quod erat positum in voluntate condemnati adimplere, *Serafiu.decis.*641.*num.*2.

21 Duodecimo, si fuerit prolata † contra opinionem receptam à Curia, licet sit controuersa, *Serafin decis.*166. *num.*1.

22 Decimo tertio, † si feratur contra cõstitutionem synodalem, *Seraph.decis.*712. *num.*3.

23 Sententia autem non dicitur † manifestè iniusta, vbi concurrit dubietas facti, vel iuris, vel Doctores non conueniunt in eamdem opinionem, *Castil.decis.* 199.*num.*13.

His præmissis constituo generalem re-
24 gulam, † quod retardanda, & reuocanda sit exequutio sententiæ, quæ euidenter, seu notorie est iniusta, *Innoc. Ancar. Felin. & reliqui relati à Couar. Var.resol. lib.*1.*cap.*1.*num.*10.*in princ.* addendo idem
25 dici, si † illa contineat intollerabilem errorem, *Crauet. conf.*373. *de eo, num.* 44. *& seq. Marsil.sing.*473.*Alex.conf.*33. *lib.* 1.*num.*8.*& seq.Rom.conf.*323.*nu.*7. *vers: Ant. Grat.conf.*80. *num.* 11. *lib.*2.*Menoc.de acquir.poss.remed.*3.*num.*853. *Surd.consil.*324.*in princ.Contard.de momentan.poss.limit.*9. *num.*43. & conferunt quæ dixi supra §.1.*&* §.7.*vers.dicendum secundo, ampliat.*9. *&* 10. *Surd. conf.* 405. *longa, num.*17. vbi plures congeri, *Natta conf.* 529.*num* 7. *Barbat.conf* 1.*vol.*2.*num.*4.*& seq.Gabriel.de sent.conclus.fin. num.* 1. vbi vbi plures refert.

26 Contrarium volunt Calcan. † & ab illo relati, *conf.*86.*num.*5. ordinarium debere exequi sententiam delegati Papæ, siue illa sit valida, & iusta, siue secus, *Caldas. & ab illo relati quæst.*37. *est in.num.*3.*relati à Gabriel.de sent.conclus.fin: numer.* 2. *relati à Surd.conf.*354.*peracut. numer.* 16. *&* 17.

Comprobatur hæc regula ex his quæ
27 dicuntur † de appellatione, quæ ratione euidentis iniquitatis admittitur ad vtrũque effectum, vbi illa vel rescripto Principis, vel dispositione statuti, vel ratione inditij, vel rei de quo lata est, erat prohibita, *Alex.in l.*4. §.*condemnatum, ff. de re ind.num.*8.*Contard.de momentan.poss. lim.*9.*num.*3.*& seq.plurib. Menoc. de adipiscend.poss.Remed.*4. *num.* 850. *& seq.*

28 & ratio est, vel quia † notoria nullis iuris regulis sunt alligata, *cap. ad nostram* 3. *de iur.iur.* in omni materia, & præsertim vbi tractatur de exceptionibus, vel defẽsione rei, numquam est exclusa exceptio, vel defensio, quæ sit notoria, *Crauet.consil.*3.*num.*18. concludens, quod generalis dispositio non trahitur ad ea, in quibus adest euidens iniquitas; & licèt pro iusti-
29 tia † sententiæ præsumatur, *l.* 2. §.*solet, ff.de hared. vel action. vendit.* cessat talis præsumptio, vbi vitium est patens, *l.qui testamento, ff.de excus.tutor.* & notorium facti extinguit notorium iuris ex facto oriens.

30 Ampl. etiam, si causaliter, seu casu aliquo posset esse iusta; nisi is casus sit in sententia expressus, & in eo prolata, *Fel. cap.*1.*de re iud. n.*7. *in princ. vers. & adde.*

31 Ampl. etiam, si adesset † statutum, quod sententia mittatur exequutioni, etiam si deducatur iusta causa impediendi exequutionem illius, *Ruin. conf.* 138. *omissis, lib.*5.*num.*21.argumento eorum, quæ dicuntur de nunciatione noui ope-
32 ris, quæ † non spernitur, siue iustè, siue iniustè fuit facta, attamen vbi euidenter constat esse iniustam, impune spernitur, vt in contingentia facti defendi causam propriam, vbi ab incompetenti Iudice mihi fuetat facta, ne superædificarem in pariete communi cum vicino laborante hæreditario vitio litigiosi.

33 Ampl. etiam, vbi exceptio † iniustitiæ opponitur corã Iudice requisito ad exequendam sententiam, nam si videt, vel vehementer suspicatur de iniustitia sententiæ, remittit partes ad Iudicem requirentem, *Angel.in l.à Diuo Pio, ff. de re iud.num.*4.*circa med.*

34 Ampl. etiam in casu, † quo duæ conformes ex statuti dispositione essent exequendæ, *Ruin.conf.*138.*omissis, lib:*5. *n.*22. addendo procedere, etiam quod statutum disponeret, quod mittantur executioni, siue fuerint iustæ, siue iniustæ, *Bursat.conf.*305.*num.*1.

35 Am-

5 Ampl. si de iniustitia † excipiatur corã executore dato à lege in defectum iurisdictionis eius, qui iudicauit, vt si agatur de sententia arbitri, *Angel. l. à Diuo Pio, ff. de re Iud. num.4. in princ.*

36 Ampl. etiam in sententia, † vel decreto Principis, *vt ex Innoc. Abb.* & alijs cõcludit *Contard. de momentan. possess. lim.9. num.64.*

37 Ampl. etiam, quod † executor deputatus, vel requisitus sit inferior deputantis, & requirentis, *Socin. cons.* 83. *lib.* 4. *num.16.*

38 Ampl. etiam, quod † essent tres conformes, *Surd. cons.324. in princ. & num.* 5. *in fin. & dixi supra* §.1. *ampliat.* 5.

Ampl. vt sufficiat prima facie appare-
39 re, † quod ius stet pro eo, qui excipit iniustitiam sententiæ esse notoriam, licet aliquid replicari possit, *Fel. cap. significauerunt, de testibus, num.4. Dec. cons.423. num.12. & in cap. insinuatione, de appelat. num.7. Contard. de moment. possess. limit.9. num.29.* addendo procedere etiam respectu eorum, quæ ex eo indirectè probantur, *Surd. cons.324. num.7. in fin.* eam referens rationem, *ex Bart. in l. quoties, ff.*
40 *si quis caution.* quia illa † qualitas dicitur notoria, quæ ex aspectu, & primo intuitu creditur talis, *Fel. cap.* 1. *de re iud. n.* 9. *circa fin. vers. ex cuius dicto*, subdens in fine idem dici, si talis credatur iuxta regularem cursum.

41 Ampl. præsertim in sententia lata † in criminali, *Alex. cons.77. visis, nu.3. vers. item cum contineat, lib.3. Tusc. concl.136. nullitas, num.2.*

42 Ampl. vt non solùm † sit retardanda executio sententiæ manifestè iniquæ, sed etiam si fuit facta executio, sit reuocanda, nec vmquam transit in iudicatũ, quamuis ab illa non sit appellatum, *Barbat. cons.1. vol.2. num.6. & duobus seq. cum alijs plu-*
43 *ribus cumulatis à* † *Coratio* amico meo, & in Romana Curiæ causarum patrono inter primos, *Tract. de Commun. opinion. lib.3. tit.12. num.19. & 20. Gabriel. testans de stylo Rotæ*, vbi sententia est euidenter iniusta, *cons.28. lib.2. num.6. & 7. Bursat. cons.505. num.4.*

44 Ampl. etiam, vbi sententia † lata est contra communem opinionem, nam non solùm non est exequenda, sed illius facta exequutio reuocanda, *Coratius de commun. opin. lib.3. cap.13. num.* & *dixi etiam* §. *seq. in ampliat.* intelligas tamen, vt dixi *infra* §. *seq. vers. ampliat.* idem dicendum.

45 Ampl. etiam vbi sententia † esset notoriè iniusta, quia lata contra casum legis, *vt dicam infra* §. *seq.*

46 Ampl. etiam in sententia † censurarũ, *Gabriel. de sent. concl. fin. num.3. vbi refert dissentientes, & num.7.*

47 Ampl. vt ei in quem † lata sententia notoriè iniusta, succurratur remedio appellationis, & remedio, *l. si me & Titiũ, ff. si cert. pet. Contard. de moment. possess. limit.9. num.62.*

48 Ampl. etiam, si non fuerit † ab illa appellatum, *Marsil. plures congerens singul. 473. num.1.*

49 Ampl. etiam, quod in sententia † non exprimatur causa, ex qua probetur euidens, seu notoria iniustitia, modo illa colligatur ex actis, *Surd. cons.324. num. 4. in fin. & num.5. refert dissentientes*

Ampl. etiam, si à statuto disponatur
50 † aduersus sententiam non posse dici de nullitate, *Brun. de constit.* §. *nullitas, col.4. vers. statuto tollente, Osasc. decis.142. n.33. in fin.*

51 Ampl. quod vbi sententia † est notoriè iniusta possit de facto resisti, nè exequatur; & licèt condemnato resistere de facto, *cap. non debet* 11. *quæst.3. vbi Archid. l. nec magistratibus, ff. de iniur.* præsertim si sequatur damnum irreparabile; vel fuerit appellatum, *Felin. in c. si quando de offic. delegat. nu.2. vers. quarto fallit*, & comprobatur ex late deductis *à Marsil. in praxi,* §. *diligenter, num.* 51 *& seq. pluribus*, dum loquitur de iniustè carcerato, vel torto, *Marant. disput.1. nu.35. & seq. plurib. vbi latè agit, & numer.* 39. addit procedere, siue agatur de sententia Iudicis ordinarij, siue delegati, *Tuscus concl.587. eximens captum, num.* 33. *& seq. & conclus.413. Iudici, num.* 10. *& seq. plurib. Marsil. l.1. ff. de quæst. numer.17.*
52 concludens † iniustè carceratum, si aliter non potest exire carcere, posse impunè occidere custodem, & clericos posse eximere eomdem natum iniustè ad mor-

 tem

cessu videat sententiam iniustam, non tamen notorie, nec euidenter debere illã exequi, Rom. cons. 323. n. 7. vers. aut ipsa

67 Limit. vbi talis iniustitia † est disputabilis, vel dubia, seu quæ per aliqualem impugnationem fit dubia, seu offuscatur, & turbatur exceptione eius, pro quo lata est sententia, Contard. de momentan. possess. limit. 9. num. 34. & similia sunt, quæ dixi supra de nullitate euidenti §. 1. lim. 1. & dicam infra §. . de sententia lata contra expressam iuris dispositionem, Gabr. cons. 28. quando, lib. 2. nu. 7. in princ. Surd. cons. 405. num. 24. & seq. plurib. addendo tali casu notorium amittere vim suam, Marant. disput. 1 num. 37. in fin.

68 Limit. vbi talis iniustitia † est latens, seu occulta, Natta cons. 529. episcopus, num. 8. in fin. concludens laycum Iudicẽ requisitum ab ecclesiastico, debere exequi illius sententiam, & è contra, si iniustitia sit latens, Surd cons. 405. numer. 17. relato Couar. Var. resol. lib. 1. cap. 1. num. 10. vers. sed si Iudex, concludens, si executor viso processu videat sententiam esse iniustam, non obligari ad exequutionẽ, si iniustitia sit notoria, & euidens, aliàs secus. Subdens in fin excipientem de iniustitia sententiæ, debere duo copulatiuè probare, nempè iniustitiam, & illã esse euidentem.

69 Lim. vbi Iudex aliud arbitratur, † Surd. cons. 405 num 26. vers. quinto, & num. 27. & seq. plurib. addendo non dari appellationem, vbi procedit ad exequutionem, quia non dicitur grauare, & idem dicitur de nullitate, de qua statutum prohibet excipi, Alex. cons. 77. lib. 3. num. 20.

Dubito tamen de veritate huius limitationis ex his quæ tradit Fel in cap. de cætero, de re iud. num. 4. Natta cons. 529. Episcopus, num 11. quod Iudex æque faciat litem suam iniuste iudicando, vel exequendo, & licet appellare ad vtrumque effectum, vbi Iudex exequitur sententiam notoriè iniustam, Gutierz pract. quæst. lib. 1. quæst. 120. n. 3. & seq. & idem Surd. eodem cons. num. 30. vers. nec dicatur, admitti veritatem regulæ nostri, §. tacite confitens eius limitationem procedere, vbi iniustitia non est euidens, & notoria.

70 Limit. vbi is, contra quem † est iudicatum, fuit citatus, & in illius contumaciam lata fuit sententia, & non appellauit relato Menoc. cons. 100. num. 15. Surd. cons. 405. num. 18. in fin. & numer. 19. & seq. Dubito tamẽ de hac limitatione, si simus extra casum, quo sententia non fuit prolata in pœnam contumatiæ.

71 Limit. vbi sententia † est iniusta, sed non tali spetie iniustitiæ, quæ causet nullitatem sententiæ, Marant. disp. 1. num. 36. circa fin.

72 Limit. vbi iniustitia probatur † ex iuribus de nouo productis, Rot. diuers. dec. 479. num. 1. & 2. par. 4. & in Auximana census coram Ghislerio 10. Martij 1626. Caualer. decis. 597. num. 3.

73 Limit. vbi sentẽtia non fuit parti intimata, Surd. cons. 354. peracuta, num. 17. vers. addo.

74 Probanda quæ sint ab allegante † notoriam iniquitatem, seu iniustitiam sententiæ videndi, Surd. cons. 405. num. 17. in fin. Scaccia de appel. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. num. 71. circa med.

75 Iniustitia euidens † dicitur, quę nullã admittit disputationem, vt de euidenti nullitate dixi supra §. 1. in princ. Surd. consil. 405. num. 25. in fin.

76 An autem de facto † resisti possit executori sententiæ euidenter iniustę, Roman. in l. 1. ff. de re Iud. num. 16.

§. XIII.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra casum legis est nulla 1.

Executio sententiæ retardatur, vbi excipitur illam esse nullam 2. *& quare* 3. *Ampl.* 4.6.7.9.10.11.13.14.16.21.22.23.24.25. 27.28.31.32.33.34.35.36.37.38. *Lim.* 35. 37.39.40.41.42.43.45.45.46.47.48.49.50 51.52.53.54.55.

Sententia lata contra legem non habentem clausulam annullatiuam quando nulla 5.

Iudex quando exprimere debeat causam quare sic iudicet 12.

Legis ratio idem est, quod lex 14. *Ampl.* 15.

Cõsuetudo quid, & quãtũ possit 16. *Amp.* 17 19

Iuri diuino an liceat Papa, vel Imperatori derrogare 18.

Iudex facit litem suam iudicando contra consuetudinem rationabilem, & sententia est nulla.

L. præses, ff. de re iud. declaratur 26.

Sententia lata contra communem, quando nulla & non exequenda 29.

Pœna Iudicum, aduocatorum, & Procura*torum, qui respectiuè iudicant, vel patrocinantur contra communem 30. 31.*

Lex habens plures intellectus, non potest allegari ad decisionem causarum 36. 38.

Regulæ Cancellariæ Apostolicæ an æquiparētur statutis 39.

Sententia lata contra decis. Rotæ, an nulla 44 an lata contra extrauagantem 46.

1 SEntentiam latam contra † casum legis esse nullam, & inualidam, *textus est expressus in l. 2. C. quando prouoc. non est necess. cap. 1. & ibidem glos. fin. de sent. & re iud.* propterea opposita exceptione
2 quod illa † sit lata contra legis dispositionem, necessario sequitur suspendi illius exequutionem, vt tacitè disponitur *in d. cap. 1. Gabriel. de sent. conclus. 7. num. 1.* vbi plures concordantes refert, *Tuscus concl. 140. sententia, nu. 26. Matesil. sing. 19. Nota Vant. de nullit. ex defect. process. num. 18. & seq.* qui plura exempla referunt, *Vant. de nullit. ex defect. process. numer. 118. Butr. cons. 27. in princ. vbi apostil. Verb. Casum legis, Cast. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. in princ. Osasc. loquens de Constit.* Regis *Franciæ decis. 142. nu. 28.*
3 *in fin. num. 29. & 30.* Ratio est, quia facta contra legem pro infectis habentur, *l. non dubium, C. de legib. l. iubemus, §. sane, el 1. C. de sacrosanct. Eccles.* idē si erratum in iure, *Ancar. cons. 372. pro declaratione in princ. addentes ad Mathesil. singul. 19. n. 6.*
4 Ampl. si lata fuit contra † legem prohibitiuam, vel quæ vlterius irritat factum contrarium, *Dec. cons. 502. ex. nu. 1. Surd. cons. 360. positiones, num. 46. Cencius tract. de* Cens*ib. par. 2. quæst. 1 art. 4. num. 9. Alex. cons. 24 lib. 4. num. 3. Si* verò lex non
5 habeat clausulam † annullatiuam, non conueniunt Doctores, an sententia sit nulla, vt patet *ex Puteo decis. 330. num. 1. & seq: quos idem concordat ibid. n. 6. & seq*
6 Ampl. præsertim, vbi is error fuit expressus in sententia, *l. 1. §. 1. ff. quæ sent. sine appel. l. 2.* C. *quand. prouoc. non est necess. Aret. cons. 75. diligenter, num. 1. vers. Quinta, & num. 2.* declarat quando error iuris dicatur expressus in sententia, *addēdo num. 3. & 4.* pariter esse nullam sententiam, quæ confirmat primam nullam ob expressum iuris errorem.
7 Ampl. etiam, vbi profertur † contra statutum, quo litigantes ligantur, siue illud sit ordinarium, siue decisorium, *Bart. & Angel. in l. cum prolatis, ff. de re iud. Felin. in cap. 1. de re iud. nu. 2.* limitando du-
8 pliciter, *num. 3.* nempè si statutum † sit extrauagans, idest non registratum in volumine statutorum, veluti si esset declaratorium, vel extensiuum alterius statuti ragistrati in volumine statutorum, *Bart. l. cum prolatis 32. ff. de re Iud. num. 1. Ioan. de Imol. cons. 85. circa fin Tusc. concl. 140. sententia, num. 13.* ampliando etiam
9 si fuisset † renuntiatum statuto, addendo procedere, vbi lata est contra formā datam à statuto, *& ibid. num. 14. & seq.* plura exempla refert, *& num. 22. & seq.* refert plures casus, quibus sententia lata contra statutum valet, *& num. 46.* ratio autem primi assumpti est, quia debilior est illius dispositio, nisi reformantes dedissent eidem reformationi parem vim. Vel statutum antiquum non vsitatum, idest cuius casus nūquam euenerit, quā tamen secundam limitationem reprobat *Aret. in l. 1. ff. de appel. sed illam saluat Fel. ibid. num. 3. in fin.*
10 Ampl. etiam in † sententia censurarū *Gabr. de sent. conclus. 7. numer. 10. Ancar. cons. 372. pro declarat. in princ.*
11 Ampl. etiam si sententia † contra casum legis, vel statuti, posset aliquibus casibus esse valida, nam si non fuerit prolata in casu validitatis, & cum expressione, quod eo casu sic profertur sententia, illa est nulla, & retardanda illius exequutio. *Fel. in cap. 1. de re ind num. 7.* eam afferens rationem, quia faciens actum in casu permisso, vbi generaliter erat prohibitus, debet exprimere quod facit in casu per-
12 misso, exemplo Iudicis, qui pronuntiare debet testamentum filij familias valere, quia testatus est de peculio castrensi

& cita-

& citationem pro die feriata non obligare citatum ad comparendum, nisi in illa exprimatur casus, qui die feriata possit expediri, veluti causa excarcerationis, & similium non patientium moram, *Gabriel. de sentent concl. Contard. de moment. possess. lim. 0. numer. 60. Matesil. singul. 17. Soccin regul. 254. Fel. in cap. si ut de senten. & re iud. num. 11. & seq. Gail. de pace pub. lib. 2. cap. 8. quoniam, num. 13. in fin.*

13 Ampl. etiam in decreto † interposito ex voluntaria iurisdictione, nam si fuit interpositum ex causa à iure reprobata, vel non probata est ipso iure nullum, *Felin. in cap. 1. de re iudic. num. 16.*

Ampl. idem si sententia fuit prolata

14 contra rationem † legis loquentis in aliis terminis, nam cum ratio legis idem sit quod lex, *Gloss. l. 2. verb aut legem, C. quæ sit longa consuet Scrader. de feud. 2. par. 9. par. section. 2. numer. 84.* quare ratio-

15 ne † legis, correcta dicitur correctu ipsa lex, *Bart. in l. 1. ff. de leg. tut.* pariter nulla est sententia lata contra rationem legis, sicut quæ profertur contra legem, *Fel. in cap. 1. de re iud. num. 1.* quia contra legem facit, qui illius mentem offendit, licèt illius verba obseruet, *l. contra legem, ff. de legib. Archid. cap. plerique 14 quæst. 3. n. 2. Gabriel. de sent. concl. 7. n. 22.* Contrarium tenet *Abb. in cap. cum spetiali 61. de appel. num. 10. & relati à Gabriel. de sent. concl. 7. num. 22.*

Ampl. etiam, si prolata fuit contra

16 † consuetudinem notoriam, nam cum illa fingat, & refingat, quæ sunt iuris positiui, *l. de quibus, ff. de legib. l. venditor, § si constat, ff. commun. præd. l., §. diuus, ff de sepul. violat. Bald. cons. 318. in fin. lib. 2 Rimin. Iun. cons. 51. dubitatur, num. 2 & seq.* & concurrente † publica vtilitate,

17 derroget etiam iuri naturali, & diuino, vt voluit *Curt. in c. cum tanto de consuet. caus. 1. num. 8. & section. 1. num. 8.* quem refert & sequitur *Ioseph. de Sesse, tract. de inhibition. cap. 8. §. 3. numer. 148. & seq.*

18 subdens an idem liceat † Sum. Pont. & Principi supremo, relato *Couar. practic. quæst. cap. 31. num. 4. vers. primum, & in epitam. de sponsal 2 par. cap. 6. §. 9. num. 4.* tenente negatiuam, & *Grat. cons. 1. nu. 31. vol. 2.* testante de communi affirmatiua.

19 Consuetudoq. † particularis præferatur legi vniuersali, *l. semper, §. legem, ff. de iur. immunit.* quare dato Iudice, vt causam decidat iuxta legem, & consuetudinem, potius in iudicando sequi debet ille, quæ sunt consuetudinis, omisso quod lege fuerit sancitum, *Dec. in repet. cap. 1. de constit. num. 38. & seq. vers. in gloss. fin.*

20 & propterea sententia lata contra † consuetudinem notoriam sit nulla, & æque Iudex faciat litem suam, iudicando contra consuetudinem rationabilem, sicuti si iudicaret contra legem, vel statutum, *Felin. in cap. 1. de re iud. numer. 4. & seq. & num. 15. vers. limita 8.* pariter suspendi,

21 & † reuocari debet facta exequutio sententiæ, quæ sit lata contra generalem, & consuetudinem notoriam, ex his quæ fuere decisa coram *Mantic. dec. 115. placuit, Gabriel. de sent. conclus. 7. n. 16. dum num. 15.* aliud dixisset, si non esset notoria, *Cast. l. 4. § condemnatum, ff. de re iud. num. 3. & Ripa num. 11. & 13.*

Ampl. etiam, si agatur de exequutione

22 † sententiæ arbitri, cum distinctione tamen, quod si quis simpliciter sit electus arbiter, vera sit extensio nostra, si error iuris fuerit in sententia expressus; si verò sit arbiter iuris, idest vt de iure arbitretur, corruit sententia lata contra casum legis, statuti, vel consuetudinis, quamuis error non sit expressus, quia ille in iudicando excessit fines compromissi, *Felin. in cap. 1. de re iud. num. 6. Gabriel. de senten. concl. 7. num. 4.*

23 Ampl. etiam in sententia † lata contra stylum Curiæ, *Gabr. de sentent. conclus. 1. numer. 17. Tusc. concl. 141. sententia, n. 43.*

24 Ampl. etiam, vbi sententia † fuit prolata à Iudice, qui ad illam proferendam nitebatur lege, quæ re vera non conueniebat casui deciso, *Abbas. cap. cum ex os. ficij de præscript. num. 29.* addendo limitationem, si alia lege ita erat is casus decidendus.

25 Ampl. præsertim, si in sententia † fuit facta expressio eorum, quæ sunt contra legem, veluti si feratur sententia condẽnatoria vsuræ vsurarum, nam cum illæ sint indebitæ, *l. si non sortem, ff. de cond. indeb*

indebit. l.praesf. 27. *ff. de re iudicat. vbi*
gloss. 1. *l.fin. C. de vsur.* ratione nullitatis
sententiae retardari debet illius executio,
secus si error iuris esset tacitus,nec colli-
gibilis,nisi ex altiori discussione actorū,
vt puta si cōdemnatio esset facta de cer-
ta summa,quae excederet debitum com-
26 putatis vsuris vsurarum † *d. l. praesf.*
quam ita declarasse reperio , *Caldas. q.*
37. *est in num.* 2. & 3.

Ampl. etiam vbi sententia lata fuit
27 contra † legem , vel constitutionem ex-
trauagantem , *Bart. in l. cum prolatis* 32.
ff. de re iudic. num. 1. *& Imol ibidem in*
principio Gabriel de sentent. conclus. 7.
num. 11.

Contrarium voluit *Gomes. in prooem.*
Regul.Cancell.q.2.n.15.

Concorda per *Rom.cons.270.in propo-*
sito num.2.& seq. Abb.cap.pastoralis 8.de
fide instrum.& Felin.nu.6.& seq. Caldas.
quaest. 37.*nu.1.Felin.in cap.1 de re iudicat.*
num.12. Gomes.in prooem.reg.Cancell.q.2.
num.15.& seq. Felin.in cap.1. de re iud. n.
12. *Gabriel de sentent. conclus.* 7. *num.* 12.
*& seq. Tuscus conclus.*140. *sententia.num.*
25 .& 141. *nu.*47. *& seq.*

28 Ampl. idem dicendum si sententia †
lata fuit contra communem opinionem,
quae non habet contradictorem , *Qualis*
est Martini in l.dos à Patre C. solut. matr.
Bartoli, Baldi,& aliorum,quae ab omnibus
reperiuntur receptae , nam cum habeant
vim legis, *l. athletas, ff. de ijs qui not. in-*
*fam. Afflic.decis.*1. *& ibidem Afflic. Caro-*
lus à Kebirben tract. de feud. ex pact. &
prouid. cap.4.num.25.& seq. Abb.c.pruden-
tiam 21. de offic. deleg. num. 4. qui hoc as-
sumptum latè comprobant quod sentētia
29 lata contra communem † ipso iure nul-
la sit, ac etiam iniqua , & non solum non
exequenda,sed facta executio reuocan-
da , *Coratius tractat. de communi opi-*
nion. lib.3.cap.12. num.18. Gabriel.conclus.
7.nu.20. Si autem communis sit contro-
uersa, secus est , vt latè tradunt idem *Co-*
rat. eod. tract cap.9. & Contard.de momē-
tan possess.limit.9 n.50.& seq plurib.Surd.
cons. 405. *num.*21. Notandum praeterea
30 quod in Iudices,aduocatos, † & procu-
ratores,sint suae constitutae poenae, vbi illi
iudicant , & isti patrocinantur contra
communem opinionem , vt tradit idem
Corat.d.tract.lib.3.cap.10.& duobus seqq.
sed heu quam inutiliter isthęc scripsit bo-
nus ille vir,cum illa recesserint ab aula,&
caula,sicuti & alia praetorum edicta,qua-
le est illud de magistratibus conuenien-
dis, quod si renouarētur verendum non
esset,quòd tam frequentes non essent re-
uocationes trium conformium,saepe ex
eisdem actis, vel ex defectu solemnium ,
vel ratione excessus in iudicando, vel e-
xequendo , cohibereturque fames auri
eorum iudicum , qui non deterriti quod
sint prohibiti habere honoraria ex inter-
locutorijs , vel prouisionalibus decretis,
instar galli, qui bene cantat , & male ru-
spat, pretio iudicant, quod gratis decer-
nere deberent, subdam tamen quae refert
Leonclauius in suo Cod. Graeci, & Roman.
*Iur. Ciuil. & Canon. lib.*2. aduersus Iudi-
ces, qui sententias praeter leges ferunt
Imper. Leo, & Alexander .

Equidem arbitror , neminem ex ijs,
qui Iudicum nacti sunt officium, ad tā-
tam improbitatem vnquam exorbitatu-
rum , vt praeter leges scriptas existimet
ferundas sententias . Si tamen aliquis ad
31 eam † temeritatem prorueri̇t , depre-
hensus quidem statutam legibus poenam
luet ; sin autem clam nobis id fecerit,mi-
nimè oculum illum insomnem latebit .
Nihilominus valde nos prudenter factu-
ros existimauimus, si hanc rem execra-
tionibus etiam cohiberemus . Itaque
Deum hic sibi aduersantem inueniat , &
caelestes, ac incorporeas potestates infe-
stas. Ante diem de hac praesenti vita
migret , atque etiam futurae iacturam fa-
ciet ; Aedium ipsius fundamenta consu-
mat ignis,& semen eius perpetuam igno-
miniam sentiat, ac panem mendicet :
quandoquidem legum libertatem cor-
ruptis sententijs seruire coegit .

32 Ampl. etiam si iudex in conscientia †
crederet iudicare iuxta leges, vel legisla-
tor consentiret ita iudicari , *Vantius de*
*nullit. ex defect process num.*118.

33 Ampl siue sententia † sit diffinitiua,si-
ue interlocutoria. *Matesil.sing.*19.

34 Ampl. etiam in sententia † lata contra
regu-

regulam iuris, etiam quod habeat plures exceptiones, & possit in vna illarum saluari, nisi exprimatur is casus à Iudice. *Dec. cons.8. in princip. Ruin. cons.41. n. 16 lib.1. Matesil. singul.20. Oldrad. cons. 422. in fin. relati à Tusc. conclusione 141. sententia nnm. 34. & seq.* videndus tamen Gabriel *de sentent. Conclus.7. n.7. & seq. & 21.*

35 Ampl. vt in tantum sit nulla † vt non sit ab illa appellandum & si confirmetur à iudice, confirmatio sit nulla, relati *à Tusco conclus. 147. sententia. num. 41. & seq. Felin. in cap. quoniam contra de probat. n. 25. & seq.*

36 Ampl. etiam vbi profertur contra † bonum ius partis, nam cum tertium sit iuris præceptum, suum vnicuique tribuere, *§. iuris præcepta inst. de iust. & iur* lata sententia contra bonum ius vnius dicitur illa tacitè lata contra ius, & legem, *Abb. cap. cum inter de re Iud. nu. 9. Ioseph de Sesse tract. de inhibition. cap. 1. §. 2. n. 27 & seq.* vbi refert effectus prouenientes ex tacita, vel expressa sententia lata contra ius, seu legem.

37 Ampl. etiam si fuerit † prolata contra formam datam à lege *Socin. Reg. 182. n. 6.*

38 Ampl. etiam si partes † conueniunt, quòd Iudex ferat sententiam expresso errore iuris *Felin. in cap. 1. de sentent. & re iud. num. 8.* & ratio est, quia non possunt facere partes esse validum, quod est nullum, *Fel. cap. cum causam 36. de testib. nu. 19. circa med.*

39 Ampl. vt liceat exequenti talem † sententiam de facto resisti, *Marant. disput. 1. num. 36.*

40 Ampl. etiam vbi fuit prolata per falsas allegationes iurium, & Doctorum *Mascard. de probat. conclus. 686. exceptio n. 21. relatis Bart. Alex. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Coler de process. part. 4. cap. 1. nu. 145.* difficile ad praxim reduci potest hæc extensio, ideo alia non addam.

41 Ampl. etiam si talis sententia † sit lata per errorem, *Barbat cons. 1. vol. 2. num. 9. & seq. addendo n. 12. & 16.* idem dicendum si fuerit prolata per errorē facti ad quod iudex se referat, *Gabriel de sentent. conclus. 7 nu. 3.*

42 Ampl. etiam vbi lata † est super simile legis *Imol. in l. cum prolatis, ff. de re iudic. ante nu. 1. Bald. in l. 2. C. quando prouo. non est necess.* quem sequuntur, & referunt addentes *ad Abb. cap. cum spetiali 61. de appell. n. 10. & ibidem Dec. col. 2. vers. 2. num. 17. & seq. Gabriel. de sentent. con l. 7. num. 21.* vbi refert dissentientes, id. in repetit latè *Tuscus conclus. 141 sententia num. 45. 54. & seq. & 59.*

43 Ampl. etiam vbi sententia lata est † ad fauorem eius pro quo iura vetant pronuntiari, vt puta pro exule, vel excommunicato, excepto casu quo per illum absolueretur ad exilio, vel excommunicatione *Imol. in l. cum prolatis de re Iud. in fin.*

Contrarium tenet *Felin. in cap. 1. de re iudic. n. 15. limit. 9.*

Limit. vbi sententia lata fuit contra

44 legem † habentem plures intellectus, seu lecturas, *Bart. l. cum prolatis 32. ff. de re iud. n. 2. exemplum referens l. dos à à patre C. solut. matr. & auth. ex causa C. de liber. præterit.* nam quidquid sit de ea, quæstio-

45 ne, an lex plures habens intellectus † possit ad decisionem causarum allegari, & ne gatiuam firment *Soc. iun. in l 1. ff. sol mat. nu. 126. Surd. cons. 9. num. 44. & cons. 311. num. 33. & cons. 379. num. 13. & seq.* vbi pluribus exornat, & Affirmatiuam sit amplexus *Cassador. decis. 1. de acquir. rerum domin. num 15.* & vtramque opinionem concilient tradita à *Sebast. Medic. de legib. part. 2. q. 8.* sententia tamen lata contra legem perplexā, seu haben. multiplicem

46 intellectum † non est nulla, *Imol. l. cum prolatis 31. ff. de re Iud. in princip. & n. 1. circa fin. Gabriel de sentent. conclus. 7. nu. 18.* vbi plures refert concordes *Tuscus conclus. 141. sententia nu. 58. 60. Addentes ad Marsil. singul. 19. num. 9. & seq. Felin. in cap. 1. de re Iud num. 15.* Subdens ideo ignorantiā iuris obscuri tollerari, & quod error iuris dubij æquiparatur errori facti & quod excuset si agatur de apicibus iuris. *Abb. cap. cum spetiali 65. de appellat. n. 10.* concludens iura, quæ disponunt sententiam latam contra ius, intelligi de iure expresso, & claro, seu indubitabili, nec multipliciter intelligibili, vt addit idem *in cap. cum dilectus 8. de consuet. num. 13. Euerard. in suis locis legal. cap. à Rubeo n. 8*

nisi

47 nisi conueniendo † sic dictus esset certus il- lius intellectus, vel sententia esset lata iuxta intellectum minus dubitabilem, vt idē subdit ibidem, *Gomes. ad regul. de subrogandis quæst. 7. in fin. Gabriel. de sentent. conclus. 7. n. 20. & seq.*

48 Limit. in sententia lata † contra dispositionem regulę Cancellariæ Apost. nam licet de illis idem dicendum videatur, quod de sententia lata contra statutum, vt dixi suprà, attamen, quia tales regulæ finguntur, & refinguntur arbitrio Pontificum, & non conduntur, vt perpetuo seruentur, sed statim mortuo Papa expirat illarum virtus, & vinculum, aliud de illis, quod de statuto est dicendum, vt volunt *Felin. in cap. 1. de re iud. num. 12. post med. vers. idem de sententijs Gomes. in proœm. regul. Cancellar. quæst. 2. n. 4. 15. & seq.* vbi præterea refert requisita, vt idem faciant in iudicio in Curia Rom. vel extra *Gabriel de sentent conclus. 7. n. 9.*

49 Limit. vbi ex ratiocinatione † tantum, seu oculo mentis elegitur sententiam fuisse latam contra legem. *Innoc. in cap. 9. & G. in fin. de offic. delegat. Felin. in c. 1 de re iud. nu. 13.* relato Alex. qui voluit sententiam latam contra hæredem in solidum, pro debito hæreditario non esse ipso iure nullam, quamuis non fuisset de iure condemnandus, nisi pro sua rata, *Tuscus conclus 140 sententia num. 6.*

50 Limit. vbi in sententia iudex † non expressit errorem iuris, vt quia dixerit præsentationem esse validam, non obstante quod facta fuerit ab excommunicato, nisi in eadem sententia idem iudex expressisset aliam causam in iure non erroneam, vel expressus error respiceret vnū capitulum, seu partem sententiæ tantum, vel non faciat ad causam, veluti si iudex dicat in his scriptis condemno quamuis sententia non sit scripto serunda *Felin in cap. 1. de se iud. nu. 7. 10. 11. & 14.* qui latè comprobat *Gabriel. de sentent. conclus. 7. nu. 1. vbi infinitos congerit, & num. 23.*

51 vel expressio sit facta † per relationem ad acta, *l. qui testamento ff. de ex. us. tut. l. 2. C. quando prouoc. non est necess. Tuscus Conclus. 145. sententia num 14. licet idem Tuscus conclus. 141 sententia nu. 6.* videatur aliud sentire, dum voluit talem expressionem debere esse explicitam; & non sufficere, si oculo mentis arguatur, idem repetens *num. 65.* addendo non sufficere relationem ad acta, relato *Vant. de nullit. ex defect. process. num. 122.* qui rationem referat, & exemplis probat, licet referat, *Alex. cons. 81. Consideratis 3. lib. 2. aliud sentientem* . . . .

52 Limit. vbi sententia † fuit prolata in his, in quibus iudex habet arbitrium iudicandi, prout vult *Felin. in cap. 1. de re iudic. num. 16 vers. Limit. 16.*

53 Quid si feratur contra † decisionem Rotæ *Gabriel de sentent. conclus. 7. nu. 18. & latè dixi de Leudem lib. 1. quæst. Tusc. conclus. 141. sententia num. 44. 52.*

54 Limit. vbi sententia est lata † contra legem dantem ordinem iudicij, si ab illa non sit appellatum, vel exceptum de tali ordine. *Abb. cons. 29. in quæst. lib. 2. num. 2. Tusc. conclus. 141. sententia num. 69.*

55 Quid de sententia lata contra † extrauagantem. *Felin cap. 1. de sentent. & re iud. num. 12. Barbat. cons. 1. volum. 2. num. 9. & seq.*

§. XIV.

SVMMARIVM.

Ius ex facto oritur 1.
Sententia lata per errorem facti expressi est nulla 2. *& quare* 3. *ampl.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Limit* 13.
Error expressus quando dicatur. 14.

FAcile dicent aliqui quæ hoc §. dicam esse superflua, & repetita ex his, quę dixi mox in duobus antecedentibus paragraphis, cum aliunde non proficiscatur nullitas sententię ob errorem, quam quia iudex errauerit in iure, prolata sententia contra legem, & iuris dispositionem, vel
1 deceptus in facto † à quo ius oritur, *L. si ex plagis §. in cliuo ff. ad leg. aquil.* iniquam tulerit sententiam. Attamen quia placet cunctis habere dicta doctoris loquentis in terminis, sine inductione aliqua, addā hic quid sit dicendum circa exequutionem sententiæ expresse continentis errorem

rem plura remissiuè cumulando.

2 Regula itaque sit, quòd sententia † in qua per expressionem factam à Iudice, probatur illum in iudicando errasse quod sit nulla, & consequenter, ex dictis supra, *de Execut. cap. 6. non exequendam l. 2. C. quãdo prouoc. non est necess.* cum infinitis cumulatis à *Gabriel de sentent. concl. 7. n. 1.* quibus addo *Brun. de confilit. §. Nullitas vers. Item quæritur quid si est. Bald. in l. 1. C. de error. Calcul. n. 5. in princip. & med.*

3 *vers. tu dic*, eam afferens rationem † quia iudex peccauit in forma, non autem in materia, subdens sententiam, qua dictum fuit à iudice, quod aliquem condemnat, quia est probatum, non esse nullam, quamuis non sit probatum: cuius opinio quamuis plures habeat sequaces, multi tamen illam reprobant, quos conciliare tentauit *Gabriel. de sentent. conclus. final. num. 8. & seq. Socin. cons. 283. lib. 2.* concludens sententiam, qua admittitur compensatio de specie ad quantitatem, esse nullam, tamquam in iure erroneam.

Quid autem sit dicendum si error non sit specificè expressus, sed solum facta relatio † ad acta, dispositiuè, vel enuntiatiuè

4 uè videndus, *Gabriel de sentent. conclus. final. nu. 11. & seq. & post illum Surd. cons. 324. n. 4. & seq. in Aret. relatus à Cald. q. 37 Est in n. 4. Tuscus conclus. 110. sententia. num. 2. & seq. & n. 9. & 29. Brun. de Confil. §. Nullitas col. 7. vers. 8. vsque in fin.* vbi distinguit *Intriol. decis. 10. nu. 6. & sequen. Surd. cons. 223 num. 21. vers. 2.*

5 Ampl. præsertim † si fuerit error iuris, vt dixi §. præcedenti.

6 Ampl. etiam vbi est error facti † veluti si feratur sententia contra calculum datum in actis à calculatore electo, & similibus, vel si iudex condemnet ad mille, iuxta calculum, vbi erat condemnandus nisi in quingentis, *Bald. l. vnic. C. de error. calcul. nu. 2. Caldas. quæst. 37. est in num. 4. relato Aretin. sibi non constante Gabriel de sentent. conclus. 7. nu. 2. Tuscus conclus. 140. sententia num. 1. & 28. Brun. de Confilit. §. Nullitas vers. Item quæritur quid si est talis.*

7 Ampl. etiam si sententia † contineat expressum errorem facti cui sit admixtus error iuris, *L. si is ad quem ff. de acquir. hæred. vbi Bart. vers. secundo casu, & Imol. vers. dicitur item, & Rom. vers. secundo casu Iaf. vers. Quinto fallit Gabriel de sentent. conclus. 7. nu. 3. & conclus. fin. num. 8. Tuscus conclus. 140. sententia n. 27 & 28.*

8 Ampl. etiam in sententia † arbitri, quę si contineat errorem iuris, vel facti, est nulla, & non exequenda, *Gabriel de sentent. conclus. 7. num. 4. Tuscus conclus. 140. sententia n. 6.* ampliando etiam si fuit laudum emologatum, si arbiter errauit in iure, idem repetens *nu. 22.* error si sit expressus, *Felin. cap. 1. de sentent. & re iud. num. 9. Limit. 1.*

9 Ampl. si iudex erret in causa † qua asserit se motum ad ita iudicandum, vt dixi §. seq.

10 Ampl. etiam in sententia † interlocutoria, *Ancar. cons. 372. pro declaratione, in princip.*

11 Ampl. etiam in sententia † censurarum *Ancar. cons. 372. pro declaratione in princ.*

12 Ampl. vt sit in ipso † iure nulla, si in ea sit expressus error iuris, vel facti. *Tuscus conclus. 141. sententia nu. 3. & 4.*

13 Limit. vbi error non exprimitur in † sententia *Iaf. in l. C. de errore calcul. n. 50. Alex. cons. 79. nu. 9. vol. 2. cons. 59. volum. 3. num. 11. & in d. l. 1. nu. 5.* latè agit quærendo sufficiat tacitus tacitus error, *Tuscus conclus. 140. sententia nu. 14.* vbi sublimitat in casu quo à lege est data forma iurisdictionis idem repetens, *num. 22. &*

14 *seq.* declarando quando error † dicatur expressus. *idem repetit Tuscus concl. 141. sententia n. 5. & seq.* addendo non sufficere si error tacitè exprimatur, vel oculo mentis demunstretur, *Felin cap. 1. de sentent. & re iud. num 9.* limitando si causa expressa in sententia cum errore iuris, habeat secum etiam causam non erroneam, & latè prosequitur.

§. XV.

SVMMARIVM.

Effectus regulatur à sua causa, & est illi similis. 1.

Ex ma principio malus prodit effectus. 2.
Ex principio bono, bonus prodit effectus. 3.
Sententia lata ex causa, quæ probatur falsa est nulla, & non exequenda. 4. *ampl.* 5. 6. 7. 9. 10.
Roman. declaratur. 8.

1 CVm omnis effectus regularetur † à
sua causa, *l. cancellauerat, ff. de ijs,*
quæ in testam. del. sitque suæ causæ tam-
quam principio, sine quo non, in omni-
bus similis *l. in ratione §. si filio ff. ad l. Iul.*
l. ex diuersis §. 1. ff. de rei vend. Quare ex
2 principio † malo alius quàm malus non
potest nasci effectus, *cap. principatus 1. q.*
1. Gul. Bened. cap. Raynutins §. & vxorem
decis. 2. n. 89. circa fin. sicuti & è contra ex
3 bono principio bonus nascitur effectus.
Dec. l. 2. §. mutui ff. si cert. pet. num. 2. &
est commune Dialecticorum assumptũ,
vt ex puris veris, non sequatur nisi verũ,
& quod ex puris falsis, non sequatur nisi
fa sum.
Ideo vera erit extensio regulæ, quam
supra hoc capite constitui, vt sententia
4 lata † à Iudice ex causa, quæ probatur
falsa, sit nulla, & non exequenda *Bart. in*
l. si is ad quem ff. de acqu. hæred. l. ait præ-
tor. §. Marcellus ff de iudic. Gabriel de sen-
tent. Conclus final. n. 15. in fin. Gemin. cõs.
52 num. 2. vers. Tertio Brun. de constit. §.
nullitas, vers. Item quæritur quid si est ta-
lis.
Ampl. etiam vbi talis sententia posset su-
stineri ex causa † non expressa, cuius vir-
tute poterat ferri sententia, quia iudex
se restrinxit ad causam expressam, & fal-
sam, *Bart. in l. si non sortem § si centum,*
ff. de de condict. indeb. Dec. cons. 403. Quã-
uis num. 21. Alciat. præsumpt. 10. regul. 3.
num 12.
6 Ampl. etiam si talis falsitas † causæ tã-
geret probationes, super quibus funda-
tur sententia, veluti, si iudex condem-
net Titium ex causa mutui, quia ex testi-
bus examinatis asserat illi factum mutuũ.
Innoc. in cap. cum Bertoldus in Glos. verb.
concessimus, de re iud. cum alijs cumulatis
à Gabriel. de sentent. conclus. fin. n. 8. An-
car. cons. 270. in quæstione num. 8. vers se-
cundo ad idem Alex. cons. 91. in causa libr. 6.
num. 6. vers. quod si iudex Rip. l. 4. §. con-
demnatum ff. de re iud. num. 26. ampliando præsertim si lata fuit sententia contra absentem, & exceptio falsitatis egeret altiori indagine, & dixi supra hoc *cap. in ampliat.* Contrarium tenent relati à *Gabriel. de sentent. conclus. final. num. 8. vers. contrarium, & à Tusc. conclus. 146. sententia num. 24.*

Concorda per *Gabriel. de sentent. conclus. fin. num. 9. & seq & Tusc. conclus. 149. sententia Rip. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re Iud. num. 26.*

7 Ampl. etiam vbi sententia † fuit lata ex
causa vera, & causa falsa cumulatiuè, non
autem distributiuè prolata, *Tiraquel. tra-*
ctat. Cessant. caus. Limit. 22. num. 12. & se-
8 *quen.* & ita † declarandus *Rom. cons. 343.*
num. 8. ac Tuscus conclus. 145. sententia n.
23. concludentes sententiam latam ex
pluribus causis, quarum vna sit vera, alia
falsa, quod valida sit sententia causa vna
existente vera, *Brun. & ab illo relati de*
constit. §. Nullitas vers. itẽ quæritur quid si
9 Ampl. etiam si talis † nullitas deduca-
tur principaliter, & agendo, non autem
excipiendo, vt dixi infra §. 19. *in limit.*
10 Ampl. etiam si egeret altiori indagine †
si agatur de sententia lata contra absen-
tem, *Alex. l. 4. §. condemnatum, ff. de re*
Iud. num. 21.

§. XVI.

SVMMARIVM.

Ad agendum, quæ sunt temporalia perpetua sunt ad excipiendum 1. *& quare* 3. 4.
Exceptio est fauorabilior actione 2.
Defensio tolli non potest. 3.
Exceptio tolli non potest. 4.
Sententia lata ab incompetenti iudice potiùs est famosus libellus, quàm sententia. 5.
Nullitatis exceptio est perpetua. 4. *ampl.* 6. 7. 10. 11. 12. 13. *Limit.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
Nullitatis exceptio, & replicatio quanto tempore tollatur. 19.
Exceptio nullitatis ex defectu iurisdictionis potentior est quauis alia. 8. *ampl. & limit. ibid.*
Glos. Clem. vt calumnijs declaratur.

Inter

INter plura spetialia, quæ retuli concedi excipienti, in meis singularibus, §. *exceptionis plura sunt singularia*. Illud vnum
1 retuli, vt † quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sint ad excipiendum, nec sine causa, nam cùm exceptio sit, reorum in iudicio conuẽtorum, propugnaculum, ad defendendum se ab offensiuis armis actoris, §. 1. *inst. de except. Aret. §. 1. inst. de action num. 11. circa fin. Rota decis. 5. de*
2 *except. in nou. nu. 2.* fauorabilior † est actione *Bald. l. pacta conuenta 72 §. Papinianus ff. de censib. empt. num. 5.* & reo sat est, ad absolutionem obtinendam facere dubiam actoris intentionem, per oppositam exceptionem, iuxta congesta *à Pacian. de probat. part. 1. cap. 50. num. 76.* & ibi addentes.

Sicuti ergo defensio, quæ iuris naturalis
3 est, † tolli non potest, *Clem. pastoralis de re iud. Marsil. l. vnius facinoris, §. cogniturum, ff. de quæst. num. 55. & seq.* vbi plura refert, quæ fauore defensionis sunt cõcessa, & peccare quis se non defendit, si potest. ita dicendum videtur, vt nunquam
4 exceptio sit † reo deneganda, quia perpetua est, *l. pure §. fin. ff. de dol. except.* & licere perpetuò excipere de nullitate sententiæ, de cuius exequutione agitur *Rebuf. plures congerens in comment. de sent. exequut. art. 3. glos. 2. Hic ponitur nu. 1. & seq. vers. tamen subdens n. 5. ex Bald. cons. 21. processus col. 2. lib. 5.* sententiam latam ab incompetenti iudice, potius dici famo-
5 sum libellum † quam sententiam, *Franc. Bec. cons. 40. viso compromisso num. 7. Neuizan. cons. 52 num. 15. Felin. in rub de foro compet. nu 1. vers. secundum fundamentum Tusc. conclus. 135. Nullitas nu. 7. & 22 Seaccia de appellat. quæst. 19. Remed. 1. conclus. 4. nu. 52. & conclus. 7. n. 3.*
6 Ampl. præsertim si excipiatur † de nullitate ex defectu iurisdictionis, *Glos. fin. in Clem. 1. de sequest. possess. & fruct. quam singularem dicunt Ias. in l. 4. § condemnatum ff. de re iud. num. 20. & Marsil. cum alijs ab illo relatis singul. 10. Tu scis, & in praxi §. opportunè nu. 28. relati à Rebuf. in comment. de sentent. exequt. art. 3. glos. 2. Hic ponitur nu. 1. in fin. & nu. 7.* concludens
7 hanc exceptionem † posse opponi non obstante quocumq. lapsu temporis, quia talis exceptio non impugnat sententiam directè, sed demonstrat sententiam non extare, *Cranet. cons. 246 in causa num. 7.*
8 *vers. ex qua declaratione*, concludens † hanc exceptionem esse potentissimam, & omnem aliam nullitatem excedere, ideo non labi fatalia ad prosequendam causam appellationis à tali sententia interposita, *Bald in l. 1 C. ne liceat tertiò prouocare: & dixi supra §. 3. Ripa l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. nu. 25.* limitando vbi iudex non erat penitus incompetens, vt puta quia illius iurisdictio esset suspensa, vel exce-
9 ptione elidibilis, & ita intelligendam † *Glos. in clem. vt calumnijs verb. pendere de re iud. Felin. in rub. de foro compet. num. 2. & in cap. 4. de except. n. 12. vers. salue.* repepetens, & declarãs dictam limitationem, si iudex non erat penitus incompetens, *Franc. Bec. cons. 40. nu. 6. & seq. & cons. 99. num. 32.* addendo procedere etiam lapso termino dato à statuto ad excipiendum de nullitate *Gratian. & ab illo relati decis. 6. num. 38. & 41.* concludens excipi posse quandocumque siue is qui iudicauit, erat arbiter, siue iudex, *Vant. de nullit. cap. 8. nu. 5. vt latius examinaui supra § 3. Gramat. decis. 61. in fin.*
10 Ampl. non obstante lapsu † biennij, vel alterius fatalis, quod non currit si sententia est nulla ex defectu iurisdictionis, *Vantius de nullit cap. 8. nu 8. in fin.*
11 Ampl. præsertim † si nullitas probetur ex eisdem actis, *vt dixi supra §. 1.*
12 Ampl. præsertim † si exceptio continet excipientis defensionem, *Seaccia de appellat. q. 19. Remed. 1. conclus. 4. nu. 53.*
13 Ampl. vt deserta † appellatione non sit deserta nullitas, nec respectu causæ, nec respectu instantiæ, præsertim vbi nullitas deducitur principaliter, vel incidenter, respectu causæ *Crauet. cons. 273. nobilis col. 2.*

Contrarium tenent, vbi appellatio, & nullitas cumulantur, *Inn. & Bal. quem refert Crauet. cons. 273. nobilis col 2.* concludentes respectu instantiæ, sed illos reprobat.
14 Limit. vbi lapsus est terminus † datus à lege, seu statuto ad experiendum de nullitate, *vt dixi §. 23.*
15 Limit. vbi à lege, vel statuto est cautũ,

vt nullitate non obstante fiat sententiæ executio, *vt dixi* §.23.

16 Limit. vbi nullitatis exceptio † opponitur per modum agendi. *L. in contractibus. C. de non numer. pecun. Iacob Laurent. tract. de iud. suspect. cap.15. nu.69. & seq.*

17 Limit. vbi exceptio oritur † propter actionem intentatam, nam si actio est tempore exclusa, pariter erit exclusa exceptio, *Gomez ad regul. de Annal. q.62. num.3. vers. Quod annalis*. Exemplum in restitutione in integrum, nam sicuti quadrēnio expirat, agendi ex illa ius, pariter expirat ius de illa excipiendi, *Sfort. Odd. de restit. in integr. part. 1. q.35. art.7. num.41. & seq. Iacob Laurent. tract. de Iudic. suspect. cap.15. nu.70. & seq.* vbi plura exempla refert, *Sequitur Mastril. decis. 102. num.18. Gratian. decis.151. num.14. & seq. plurib.*

18 Limit. vbicumque † argui potest negligentia excipientis, quod intra debitū tempus non exceperit de nullitate, veluti si instituta mutui restitutione intra biennium, vellit illo lapso excipere de non numerata pecunia, *Glos. pen. in c. cum accessissent de constit. Fel. in cap. si autem col.4. vers. temporalia de rescript. Gratian. decis.151. De num. 19. Mastril. decis. 102. num.11.*

19 Quanto tempore præscribatur † actioni, & explicationi nullitatis. *Videndus Scaccia de appellat. q.19. Remed.1. conclus. 7. Natt. cons.524. num.2.*

20 Limit. in nullit. † quæ obijcitur possessori, nam tempore tollitur. *Contard. de moment. possess. Limit.7. n.69. in princip.*

§. XVII.

SVMMARIVM.

Ius suum quis consequi potest multis remedijs. 1.

Appellare vbi non licet, licet dicere de nullitate. 2. & quare 3. ampl. 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. Limit. 7. 8. 13. 14. 15.

Appellans dicit sententiam validam, sed iniustam. 3.

De Nullitate, qui dicit fatetur sententiam iustam, sed inualidam ex defectu solemnium. 3.

Appellationis, & nullitatis remedia sunt distincta, & diuersa. 2.

Nullitas quando deserta, si fuit deserta appellatio 8.

Vbertus de Bobio declaratur. 9.

Appellationis causa deserta, an sit deserta causa nullitatis coram eodem iudice. 16.

OMne ius, tribus præceptis, tacitè dixit Iustinianus, constare in §. *iuris precepta inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* propterea multum elaborarunt legumlatores, vt tertium præceptum iuris adimpleretur, constitutis pœnis in iudices, & quoscumque aliena tractantes, nisi vnicuique suum tribuant, concessis
1 etiam † pluribus remedijs, quoties per iniquitatem, vel imperitiam iudicantiū, fraudem, vel dolum contrahentium, quis in suo iure lædatur, hinc actio *doli, vis, metus, remedium l. 2 C. de rescind. vend. l. si me, & Titium, ff. si cert. pet. beneficium appellationis, restitutionis in integrum*, exceptio, & actio dicendi de nullitate, facultas implorandi officium iudicis, recursus, supplicationis, reuisionis, vt alia omittam, quæ plurima sunt, & nota.

2 Ad rem tamen nostram accedendo, notandum est quod † licet à sententia prolata non liceat appellare, quod tamen licet dicere de nullitate, *l. si expressim. ff. de appell. cap. inter cæteras de re iud. cap. licet in fin. de sent. excom. in 6. Guid. Pap. & ab illo relati decis.38. verum quia nu.2. Contard. de moment possess. limit.7. nu.1. & 63. Vant. de Nullit. cap.4. num.33. in princip. & fin.*

3 Ratio est, † quia remedium appellationis, & nullitatis sunt distincta, ex diuersa causa proficiscentia, nam qui ap-
4 pellat † fatetur sententiam validam, sed negat iustam. *l. eos C. de appell.* qui autem dicit illam nullam, fatetur eam esse iustam, sed defectu solemnium reuocādam *Contard. de moment. possess. limit. 7. num.* 11. ideo cum ex diuersis, non fiat illatio *l. Papinianus ff. de minor.* prohibita facultas dicendi seorsum de nullitate, *Bal. in l. eos §. ne temere. C. de appellat.*

5 Ampl.

5 Ampl. etiam vbi ex pacto † remota est appellatio, *Angel Aret. in l. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non licet Guid. Pap. decis. 38. verum num. 2.* addendo ita vidisse practicari, *Vantius de nullit. cap. 4. nu. 34. vers. siue igitur.*

6 Ampl. etiam vbi à † statuto est prohibita appellatio, *Guid. Pap. decis. 38. verum num. 2. Dec. cons. 533. Iuridicus n. 2.* addendo idem dici de reliquis iuris remedijs *Vantius de Nullit. cap. 4. n. 34. versic. siue igitur. Afflict. decis. 283. n. 1.*

7 Ampl. etiam † vbi à lege est prohibita appellatio, *l. vnic. C. si de moment. possess. Contard. limit. 7. n. 1. Afflic. decis. 283. num. 1. Vant. de Nullit. cap. 4. n. 34.*

8 Ampl. etiam si perempta † seu lapsa esset instantia prosequendi appellationem, *Vantius de Nullit. cap. 4. nu. 33. in fin Contard. de moment. possess. limit. 7. n. 8* Limitando si præfixus fuit terminus ad

9 docendum de nullitate, vel fuit † simul cum appellatione incidenter deducta, *Cagnol. l. 2. C. de pact. inter empt. n. 279. vers quando. in fin.* secùs si principaliter, vt idem subdit *vers. Quando verò nullitas. Fasi. cons. 288. lib. 1. nu. 2. circa fin.*

10 Ampl. etiam in sententia † lata in possessorio, & probatio nullitatis fit in promptu *Bald. l. fin. C. de oadin. cognit. n. 5. vers. unum si tas Barbat. clem. vt calumnijs de re iud. n. 13. Contard. de moment. possess. limit. 7. num. 31. vers. & in terminis, addendo num. 32.* remitti arbitrio Iudicis, quãdo probatio dicatur esse in promptu, *declarando nu. 39. & seq.* cautellam Ber-

11 ti de Bobio, qui voluit, quod centies possit dici de nullitate sententiæ latæ in possessorio *Vestr. in prax. lib. 8. cap. 1. nu. 7 circa med. vers. & in proposito*, declarans quando probatio dicatur esse in promptu, vel altiorem non requirere indaginem.

12 Ampl. præsertim vbi nullitas † est euidens, & notoria, seu quæ probatur ex actis sententiæ, de cuius exequutione suspendenda agitur, *Bald. in l. 1. C. ne liceat tertio. prouoc. & in l. ab exequutione, C. quorum appell. non recip. n. 8.* concludens, quod si exceptio nullitatis liquida sit, statim dirimit, & idem fieri si incõtinenti probetur, seu liquidetur, sed si est omnino dubia, nec suspendit, nec perimit, nisi esset tale factum; quòd non posset post exequutionem reparari, *Roman. l. si feriatis, ff. de ferijs num. 2. vers. Breuiter*, vbi exempla refert.

13 Ampl. præsertim † agendo principaliter, *Bald. in l. vnic. C. si de moment. poss. num. 6. in fin. Franc. cap. dilecto de appell. nu. 110. cum alijs cumulatis à Contard. d. l. vnic. limit. 7. nu. 1.* sed an instituta actione nullitatis, retardetur executio sententiæ, dicam infra *Vantius de Nullit. cap. 4. n. 36.*

14 Limit. vbi simul † quis cumularet causam appellationis, & nullitatis, secùs si seorsum, & ita intelligenda est regula, *§. nostri Bald. l. eos § ne temere C. de appell. in princip.* sequitur *Vant. de Nullit. cap. 4. num. 33.* eam asserens rationem, quia cum nullitas isto casu cumuletur accessoriè, prohibito principali, est etiam remotum accessorium, idem repetens. *num. 36. circa med. Contard. de moment. possess. limit. 7. n. 1.* concludens prohibitũ appellare, non prohibere confugere ad remedium nullitatis modo principaliter ex illa agat, non autem adhæsiuè, *Seaccia de appellat. q. 15. n. 101. & q. 17. limit. 2. num. 126. 128. 131. & quest. 19. Rem. 1. conclus. 2, num. 2.*

15 Limit. lapso termino † dato à lege, vel statuto ad agendum, vel excipiendum de nullitate, vt dixi *§. proximo, & præcedenti limit. 1.*

16 An deserta causa appellationis sit etiã deserta causa nullitatis eidem iudici demandata, dixi *infra §. 19. & distinguit. Achil. de Graf. decis. 15. de rescript.*

---

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Nullitatis exceptio contra tres conformes nõ releuat, nisi prius fuerint exequutioni demandata. 1. *ampl.* 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. *sublimita.* 48. & 42. *circa med. Clem. i. de sent. & re iud. examinatur.* 2. *est odiosa, & exorbitans* 3. *non extendenda.*

da [illegible] tio 4. & quare 5.
Sententiæ tres dicuntur cõformes multis modis. 6.7 8.9.12.13.14.15.18.19.20.22.24.
Sententiæ dicuntur disformes multis modis. 31.32.33.34.35.36.37.38.
In quantitate maiori inest minor. 10.
Testes quando dicuntur conformes, si deponunt diuerso modo. 11.
Sententia lata ab obseruatione iudicij an sit diffinitiua, vel interlocutoria 14. *lata lapsis fatalibus est nulla* 16. *ampl. ibid.* & 17 *qua dictum fuit transisse in iudicatum an sit diffinitiua, vel interlocutoria.* 22.
Rotæ decis. 2. *de sent. & re iud. in antiq. defenditur.* 21
Appellare an liceat à sententia qua dictum fuit transisse in iudicatum. 23.25.26.
Appellatio interposita ab interlocutoria qualiter concipienda. 27.
Appellatio à diffinitiua qualiter interponatur. 28.
Appellatione deserta exequutio sententiæ fit à iudice à quo, non autem ad quem. 29.
Appellatione deserta appellans, condemnatur in expensas, etiam si iustam causam litigandi habuerit 30
Gabriel defensus aduersus Laderch. 33.
Appellare in possessorio est concessum tertio. 50.

REferam hoc & sequentibus, limitationes, quæ dantur regulæ cõstitutæ supra hoc capite, quarum prima est, si aduersus tres conformes excipia-
1 tur de illarum nullitate, nam † non auditur excipiens nisi prius illæ fuerint exequutioni demandatæ. *Clem.* 1. *de sent. & re iud.* cum alijs cumulatis à *Socin. iun. cons* 45. *lib.* 1. *num.* 20. *Corn. cons.* 204. *lib.* 2. *num.* 1. *Aretin. cons.* 75. *nu.* 12. *Crescent. decis.* 1. *& penul. de sent. & re iudic. relati à Tusc. conclus.* 136. *Nullitas num.* 1. *&* 4. *&* 20. *& seq. Mascard. de probat.* *Conclus.* 686. *num.* 3. *Alex in l.* 4. *§. condamnatum ff. de re iud. n.* 6. *Oldrad. cons.* 106. *num.* 2. *& seq. Scaccia de appell. q.* 19. *Remed.* 1. *conclus* 5. *nu.* 16. *& seq. Couar. pract. quæst. cap.* 25. *proximo nu.* 1.

Quia materia *d. Clem.* 1. examinatur communiter à Canonistis ibidem, & referre hic, quæ ibidem dicuntur, actum agerem, & de carta in papirum transcriberem, quæ certam, & notam habent sedem, postquam dixero, qui dispositam in eadem Clementina examinarunt, subdam aliqua non incongrua eidam argumento, quæ interlegendo obseruaui, &
2 esse vtilia censui, materiam dictæ † Clementinæ examinant, *Gabriel de execut. rei iud. conclus.* 1. *Mascard. de probat. conclus.* 686. *Couar pract. quæst. cap.* 25. *proximo. Addentes ad Ias in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re Iud. nu.* 15. *vers. Clem.* 1. *Vant. tract. de nullit. cap. quoties, & intra quod tempus num.* 3. *& seq. Vest. in prax. lib* 8. *cap.* 1. *num* 7 *&* 24. *Crauett. cons.* 183. *num.* 1. *vsque in fin. Rip. d. §. condemnatum. num.* 15. *& seq. plurib. Rom. sing.* 291. *Clemen.* 1. *Tuscus conclus.* 136. *Nullitas num.* 1. *vsque in fin.* & ego dixi aliqua in meis Collectaneis ad eumdem textũ, *Couar. pract. quæst. cap.* 25. *Trentacinq. Resol.* 1. *de execut. rei Iud. lib.* 2. *num.* 4. *& seq.*

Notandum ergo primò quòd disposi-
3 tio † dictæ *Clementinæ primæ de sent. & re iud. est exorbitans, teste Ias. in l. à diuo Pio §. si super ff. de re iud num.* 16. *vers. ad quo primo Vest. in prax. lib* 8. *cap.* 1. *nu.* 7. *vers. sed circa prædicta,* addit esse ius no-
4 uum singulare, & in consequentiam † minime extendendum, *Dec. cons.* 385. *num.* 2. *col.* 2. *post med. vers. Angelus,* con-
5 cludens † quia iura prohibentia appellationem stricte sunt intelligenda: Ideo in dubio conformitatem sententiarum non præsumi, *Crauet. cons.* 183. *num.* 4. *in fin.*
6 Notandum secundo quod tres † sententiæ dicuntur conformes multis modis. Primò quando in qualitate, & substantia in idem recidunt. *Alex. cons.* 77. *In causa lib.* 2. *nu* 1. *vers. nam posito sequitur Crauet. alijs relatis cons.* 183. *Regula num.* 1. arguendo enim ab etymologia vocabuli, *l.* 1. *ff. de acqu. possess.* Confor-
7 mitas † dicitur adesse, quando concurrit, & adest eadem, aut omnino similis formalitas *Dec in l. lecta, ff. si cert. petat num.* 10. *Peregrin cons.* 18. *lib.* 3 *num.* 12. *lib.* 3. *& decis.* 60. *nu.* 2. *in prin. & vers. vnde,* addendo disformitatem in accessorijs., vt puta pactuum, vel expensarum non facere disformitatem, sicuti nec ra-
tione

tione personarum vt puta si emptore
condemnato, ad iudicium veniat vendi-
tor, qui condemnetur, quod tãto magis
dicendum est, vbi ageretur in supremo
tribunali, cui data esset facultas proce-
dendi, sola veritate inspecta, *Thesaur.
decis. 228. Tres nu. 1. in fin. & num. 2.*
vbi ideo concludit formalitatem ver-
borum non curandam, sed spectandũ
effectum, & quid in substantia tribus
senteutijs concludatur, *Dec. cons. 385.
col. 2. vers. His tamen. Gabriel de execut.
rei iud. conclus. 1. num. 34.* concludens di-
8 ci † conformes sententias, quæ effectu
conueniunt, licet different in causa.
Quamuis non fuerint successiuè, sed in-
terpolatim prolatæ, id est, si secunda
fuerit pro reo, & prima tertia, & quar-
ta pro actore; *Dec. cons. 385. num. 2. in
princip. Surd. cons. 102. num. 16. Thesaur.
decis. 122. num. 16.* vbi latè comprobat,
addendo ita fuisse iudicatum, & com-
muniter reprobari, *Glos. Clem. 1. in ver-
bo Tres, & verbo. fuerint*, aliud sen-
tientem *Peregr. decis. 60. n. 2. vers. vnde.*

Secundo sententiæ dicuntur confor-
9 mes † vbi in vna quamtitate, vel re, con-
niunt, licet differant in reliquo, veluti
si latæ sint duæ conformes, quibus Ti-
tius condemnatur ad soluẽdum centũ,
& ad dandum grani, & vini, vel pecu-
niarum quamtitatẽ, & feratur tertia,
quod soluat quinquaginta, vel granum
tantum, nam quoad quinquaginta,
10 quia in † maiori summa inest minor
quantitatiuè, & qualitatiuè; *l. si quis
cum totum ff. de except. rei iud. l. 1. §. si sti-
pulanti, ff. de verb. oblig. l. in eo, ff. de re-
gul. iur. l. diem §. si plures, ff. de arbitris*,
& ter fuit condemnatus ad tradendum
granum, adsunt contra Titium tres cõ-
formes *Glos. Clem. 1. de re iud. verb. ali-
cuius ex eis*, quam approbant *Surd. &
ab illo relati cons. 102. num. 14. Dec. cons.
385. num. 2. Crauet. cons. 183 nu. 2. in fin.
Peregrin. decis. 60. nu. 2.* vbi idem tradit
si ex statuto sufficiunt duæ conformes,
*Surd. cons. 452. num. 70. Afflict. decis. 362
num. 1. vsque in fin.* testans ita fuisse deci-
sum *relati à Ladeeb cons. 173. col. 10. cir-
ca fin.* & conueniunt, quæ dicuntur de
11 testibus † deponentibus diuersimodè
de quãtitate debitæ pensionis, & simi-
libus, vt illi sint contestes in minori sũ-
ma, prout me patrocinante placuit Ro-
tæ, referente R.P.D. Io. Baptista Pam-
philio, nunc INNOCENTIO X. ad
ingruentia bella auertenda, & cogitatos
armorum strepitus sedãdos Sum. Pont.
12 diuinitùs nobis dato, *in Neocastren. Pen-
sionis 1610.* † cum alijs cumulatis in
meis Collectaneis *ad l. 1. §. si stipulanti ff.
de verb. oblig.*

Contrarium tenent *Gabriel cons. 56.
lib. 1. num. 5. & seq. pluri b.* vbi de com-
muni, & relati à *Surd. cons. 102. num. 18.*
quos ille reprobat, sicuti & reprobat in
specie Gabrielem illum, nuncupando
audacem vellicantem *antiquorum di-
cta, Ladereb cons. 173. col. 1.* possunt ta-
men conciliari iuxta distinctionem,
*Couar pract. quæst. cap 25. num. 6. vers. 11
& Bald. cons. 307. Quatuor lib. 1.*

13 Tertio sententiæ dicuntur † confor-
mes, etiam si vna illarum lata fuerit in
contumaciam condemnati, quia licet
illa dicatur interlocutoria, nam refe-
ctis expensis à contumace, auditur ille
de nouo, tamen est instar diffinitiuæ,
& constituit numerum trium, vt cen-
suisse Senatum Parisiensem refert *The-
saur. decis. 122. num. 15.*

14 Quarto tres sententiæ dicuntur † cõ-
formes, etiam si illarum vna sit abso-
lutoria ab obseruatione iudicij, nam li-
cet controuertatur an ista sit potius in-
terlocutoria, quàm diffinitiua, vt patet
ex dictis *Couar variarum resolut. lib. 1.
cap. 1. num. 8.* addendo talem sententiam
esse omnino diffinitiuam, etsi ab illa nõ
fuit appellatum, habere effectus rei iu-
dicatæ, subdendo quid sit dicendum
in criminalibus, faciet isto casu senten-
tia lata ab obseruatione iudicij, numerũ
trium, *Thesaur. decis. 122. num. 9. Hon-
dad. cons. 21. in proposito lib. 1. nu. 7.* adden-
do sententiam latam super obseruatio-
ne iudicij esse interlocutoriã mixtam,
quæ in dubio censetur prolata, quia ab
actore non sit cocludenter probata il-
lius intentio, *Cast. cons. 65. nu. 1. & cons.
169. num. 2. lib. 2. & Couar. d. cap. 1. circa
princ. vers. Hyppol. sing. Mathesil. singul.
29. num. 2. & 6.*

15 Quin-

seru. 36.Centur.3.in fin.Gail.obseruat.138. lib.16. num 1. Brederod. de appellat. pars.2. titul. 38. cap De iudice vers. Controuerti solet. Contrarium, quod talis sententia non faciat numerum trium, tenent *Corn. cons.14. lib.4.nu.2. in princ. Couar. pract. Quaest.cap. 25. num. 5.*

Effectus relatae distinctionis est, quia licet *Bald. iuxta regulam cap. capellanus de ferijs, & quae tradit idem Baldus ex Accursio, & Innocentio in authent: ex testamento. C. de collat. numer.* 10. vi-
25 deatur potius † negasse, quam affirmasse, quod non liceat appellare à sententia lata super desertione appellationis, *dum in l. 2.C.de episcopal.aud. nu.20.* primum relatis iuribus, quae affirmatiuam suadent, testatur ita seruari in palatio, subdat deinde, quae negatiuam firment, relato *Archid.* ita sentiente. & ideo videantur decepti, qui solo auctore *Bald.* tenent affirmatiuam; vt fuere *Bernard. Vrumberz. practic. obseruat. lib.1. tit.24. obseru. xvii. Brederod. de appel par.2.tit.20.§. à Desertione.*

26 Attamen quia plures numero † doctores, & Baldo pares, tenent admitti appellationē à praefata sententia lata super desertione, nempe. *Innoc. relatus à Brederod. vbi supra & eod. tract. par. 2. tit.38.cap. de iudice vers. item an a sententia Franc. in cap. ex ratione de appell. nu. 80. Gail. testans de communi & ita obseruari in Camera Imperij obseruat. 138. controuerti. lib.1.nu.4. Marant. in praxi. part.6. §. & quandoque appellatur. Actu. secund. n.201. Grauat. ad prax Vestr. cap. fin. nu.29. & seq. ambo concordes.* addendo cautelam esse, vt iudex absque alia pronunciatione, sententiam exequatur, ne det causam adpellandi; pronuntiando causam esse desertam, *addendo nu.23 & seq.* quae sit moderna praxis regni, & quod non sit citanda pars, vbi iudex pronuntiat causam desertam. relatis, *Marant. Franc. & alijs, idem firmat Staccia. de appellat. quaest.17. limitat. 47. Membr.1.n.185. vers. & quod.* Quae autem sit praxis Rom. Cur. tam secularium, quam ecclesiasticorum tribunalium, quoties quis praetendit executionem sententiae, deserta appellatione, videndi sunt. *Vestr. in prax. cap. fin. nu.8. Statut. Vrbis. lib.1. cap. 176. & ibidem Leander Galganetus in suis doctissimis glossis*. An autem liceat appellare si idem iudex à quo fuerat appellatum, & appellatio fuit deserta, iterum grauet. *Abb. cap. directe de appellat.*

27 Primus inquam effectus relatae distinctionis est, quod si appellatur † a causa desertionis appellationis interpositae ab interlocutoria, quod scripto appellandū est, & cū expressione causae, & reliquis solemnibus quae adhibentur dum appellatur ab interlocutoria *Mysinger. obseru. 138. Controuerti. lib.1. nu.2. vers. effectus Brederod. de appellat. part.2. titul.38. cap. de iudic. vers. Controuerti. in prin.*

28 Secundus effectus est quod si fuerat appellatum † à diffinitiua, quod si appelletur à sententia desertionis appellationis, quod sufficit viua voce appellare, absque expressione causae, vt concludunt *Gail. & Brederod. mox citati in eisdem locis. addentes ad Matesil. singul. 39. n.8. & 11. Mysinger. obseruat. 36. cent.3. in fin. addendo a Cam. Imperij* non fuisse receptam opin. Rotae Romanae, quae hoc casu vult exprimendam esse caussam grauaminis.

29 Tertius effectus est, quia deserta † appellatione, executio sententiae non spectat ad iudicem appellationis, seu ad quem, sed ad primum iudicem, seu à quo fuit appellatum. *l. fin. & auth. ei qui. C. de temp. appell. Gail. obseruat. 138. lib.1. num.3. in fin & n.8.* addendo hoc esse obseruandum in praxi. nam in contrarium est regula. vt dixerat. *Marant. in prax. part. 6. cap. fin. n. 6. Brederod. de appellat. par.2. tit.38. de Iudice in fine & vers. appellatione deserta*, addendo iudicem appellationis non posse cognoscere de causa deserta appellatione, etiam de consensu partium.

30 Quartus effectus est quia † appellans deserta appellatione condemnandus est in expensis, ita vt nec ex iusta causa sit excusandus. *Franc. cap. ex ratione de appell. nu.74. Gail. obseruat. 138. lib.1. nu.6. sequitur Brederod. de appell. par.2. tit.38. de iudice in fine.*

31 Octauo tres sententiae † dicuntur cōformes

formes quam vis sint inter polaiæ, vel non conueniant in tota quantitate, sed in parte tantum. *Rom. sing.290. Clemen. calumnijs. vers. Quarto. Bal. cons.307. lib.1. Barzia decis.38.nu.11. Couar. pract. quest. cap.35. vers. vndecimo.*

32 Viso quando sententiæ dicatur conformes, agendum est nunc quando † dicantur disformes, & licet paucis dici posset, sententias eisdem modis contrarijs, dici disformes, quibus dicuntur conformes *Dec. cons.385.n.2. vers. Angelus* quia disformitas, & conformitas sunt contraria, & vno illorum cognito cognoscatur aliud, *glos. fin in l. fin. tit. qui satisd. cogant. Rip. in rub. tit de acq. poss. n. 3. & 4. non piget hic addere exempla aliqua.*

4 † esse validum, quamuis de iure communi non sit præfixus aliquis terminus ad experiendum de nullitate, licet secus sit ad appellandum. verum. *Natt. consilio 524.num.2.* tenet cessare post triginta annos, addendo in Monte ferrato extare statutum prefigens tempus dicēdi de nullitate. & idem testatur *Franc. Bec. cōs. 40.num.5. & cons.99.nu.9. & in Vrbe adesse tale statutum lib.1.cap.191. Brun. de Constit. §. Nullitas vers. Item quæritur. Gratian. decis.151.num.6. & seq. Thesaur. decis.122.nu.2. Casal. 163.n.36. Lancel. de Attent. par.2.cap.17.n.141. Papien. in libel. execut. sentent. §. sapiens.*

Contrarium tenet si de nullitate excipiatur. *Osasc. decis.142.nu.31.* vbi declarat tale statutum quomodo sit intelligēdum.

5 Ampl. etiam si nullitas esset euidens, patens, & manifesta ex actorum lectura.
† *Natta cons.120. magnifice. nu.15.* eam afferēs rationē, quia concurrit negligētia non vtentis beneficio statuti. idem censuit *Rol. a Val. loquens de Mediolanēsi statuto,* præfigente terminum ad agendum vel excipiendum de nullitate. *cons. 83. Videtur lib.1.n 16. vers. Secundo. Contard. de moment. possess. Limit.7.nu.67. Paris. cons.95.lib 1 num.35. Natt. cons.524. nu.2. circa fin. Casal. cons.263.n.36. cum alijs relatis supra §.1.ampl.4. relati à Cas. de Gras. decis.1. de constit. nu.8. Lancel. de Attent. par.2.cap.17.nu. 141. Galganet. ad Stat. Vrb. lib.1.cap.191.col.2. Surd. cons.247 Cauetur. nu.6. & cons.354. Peracuta nu. 2. Put decis.378.lib.1.* qui loquitur de Statuto Romano.

Contrarium tenet *Vant. de Nullit. c.4 num.52. & 54.* cum alijs relatis supra *§. 1. Ampl.4. & à Scaccia de appellat. q.19. Remed.1. con. lus.4.nu.45. vers. Contrarii à Cas. de Gras. decis.1. de Constit. nu.6.* relati à *Galganet. ad Statut. Vrbis lib.1.cap. 151.col.2. in princ.*

Contrarietatem hanc indecisam reliquit *Rota teste Cas. de Grass. de constit. decis.1.n.8. in fin.* & conciliare late tentauit *Franc. cap. dilecto de appell. nu 146. & seq. pluribus,* relatis pluribus nullitatum speciebus, *Ruginel. de appellat. §.4.c.2 nu.82 vers. Quid igitur & postremo Scaccia de appell. Quæst.19. Remed.1. conclus 4. n.45. in fin. & 46. & seq. Brun. de Const. §. Nullitas. col.10. in fin. vers. & pro iuridica. Casal. cons.263. Dominus Marcus. nu.371*

Ego autem credo cessare omnem contrarietatem facta distinctione nullitatis euidentis, quæ nullam patiatur disputationem, & quæ sit disputabilis, & ex quo capite obijciatur nullitas; vt colligo ex *Scaccia de appell. Quæst. 19. Remed.1. conclus.4. num.72. & ex dictis sup. §. 1. 3. 4. & seq.* Aliter etiam conciliari potest, distinguendo an statutum simpliciter, vel penitus tollat nullitatem, vt

oriori

priori casu procedat contraria opinio, secundo autem, verasit ampliatio. *Barbat.consf.39.Cupio.lib.1.nu.9.*

6 Ampl. idem dicendum † vbi iudex ex causa præfigit terminum ad experiendum de nullitate. *Cast. conf. 298. nu. 2. in prin. lib.1.*

7 Ampl. etiam vbi cæptum † est experiri de nullitate, & intra terminum causa nullitatis nō fuit finita. *Cast. conf. 288. lib. 1. nu. 2. vers. Sed postquam. & vers. Cum enim. Scaccia. de appellat. quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 4. num. 48. Galganet ad Stat. Vrbis. cap. 191. lib. 1. col. 3. in prin.*

8 Ampl. vt tali casu † nec egi nec excipi de nullitate possit. *Crauet. conf. 179 nu. 4.* qui loquitur si à statuto præfigatur terminus ad dicendum de nullitate, sequitur. *Scaccia alijs additis. de appellat. quæst. 19 Remed. 1. Conclus 4. nu. 46. vbi refert contradicentes. Brun. de Constit. §. Nullitas. col. 10. vers. Secundo. Contard. de moment. pos. Limit. VII. nu. 67. circa prin. puteus decis. 407. part. 2.*

9 Ampl. præsertim vbi statutum † prohibet lapso termino præfixo dici de nullitate, tam agendo, quam excipiendo. *Scaccia. de appel. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 4. n. 47.* vbi refert dissentientes. *Brun. de Constit. §. Nullitas. col. 10. vers. Primo.*

Ampl. etiam vbi à statuto præfigitur terminus, & eo lapso disponit, quod lis & instantia, pereat nam de nullitate excipi non potest *Put. decis. 407. part. 2.*

Ampl. præsertim contra eum qui est auctor nullitatis. *Crauet. ad Statut. Ferrariens. num 33. Ferret. conf. 155. num. 6. in fin. & num. 7. Lancel. de attentat. 2. part. cap. 4. in præfat. num. 102. Gonzal. ad Regul. VIII. Cancel. glos. 27. num. 36. & seq.* vbi refert plura similia in quibus quis non vtitur beneficio sibi concesso, si iste suo facto fiat indignus.

Ampl. etiam si sententia esset nulla ex defectu citationis. *Puteus loquens de Statuto Rom. decis. 378 part. 1.*

10 Ampl. etiam in sententia † interlocutoria. *Alex conf. 50. col. 1. & 2. lib. 2. Cas. de Gras. decis. 9. de Constit. Galganet. ad Stat. Vrbis. lib. 1. cap. 191. col. 3. vers. An hoc statutum.*

11 Ampl. etiam si excipiatur † de nullitate causata ex defectu iurisdictionis. *Lancel. de Attentat. part. 2. cap. 17. num. 114.* censeo tamen hoc intelligendum, si iudex non penitus carebat iurisdictione vt dixi. supra. §. 20. *Limit. 2.* vt colligitur ex *Scaccia de appellat. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 50. & seq. & Ripa in l. 4. §. condemnatum. ff. de re Iud. num. 25. Galganet. ad Stat. Vrbis. lib. 1. cap. 191. col. 3. Barbat. conf. 39. Capio. lib. 1. num 9.* distinguendo an statutum simpliciter, vel funditus tollat nullitatē, vt priori casu cesset ampliatio, secundo autem secus.

Ampl. etiam si nullitas esset euidens, notoria & resultaret ex actis *Surd. conf. 260. Remedium num. 53 vers. Quastum.*

12 Ampl. etiam si nullitas † causata fuisset ex inobseruantia formæ eiusdem statuti præfigentis terminum addicendum de nullitate. *Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. num. 114. in prin. relati à Borgnin. decis. 1. num. 54. part. 1. relati à Carl. de Gras. tract. de exception. cap. 3. num. 1. & seq.* vbi late agit. *addentes ad Rom. conf. 244. num. 5. vers. Contractus.*

13 Limita ijs omnibus casibus † quibus limitaui dicta in antecedenti & proximo §.

14 Limit. vbi nullitas † causaretur quod sententia sit nulla, quia difformis petitioni: *Osase. decis. 142 num. 32.*

15 Limit. vbi nullitas causatur † ex inobseruantia formæ traditæ ab alio statuto condito ab eisdem statuentibus, & registrato in eodem volumine statutorum. vt dixi supra præcedenti §. *num. 11. Carol. de Gras. Tract de except. cap. 3. num. 4 & seq. pluribus.* vbi latè probat. *Dec. cap. ex parte. 2. de offic. delegat. num. 41. addentes ad Rom. conf. 244. pro num. 5. Foller. de Censib. §. Qua quidem exequtio num. 14. Tuscus & ab illo relati Conclus. 381. exceptionis. num. 17.* addendo talem exceptionem non censeri sublatam à statuto reijciente omnem exceptionem.

16 Limit. vbi nullitas † deducta post dilationem statutariam, habet admixtum spolium. *Cas. de Gras. loquens de statuto Vrbis. decis. 1. de constit. addendo Rotam sæpius ita iudicasse. Galganet. ad stat. Vrbis. lib. 1. cap. 191. col. 2. in prin. vers. Nisi forte.*

17 Limit.

17 Limit. vbi statutum vtitur † verbis denotantibus prohiberi actionem, nam tunc licebit de nullitate excipere, vt pluribus cumulatis refert fuisse decisum à Rota *Contard.de Moment possess. Limit.7.*
18 *num.*68. addendo † idem dici si à statuto prohibeatur excipi de nullitate, quia non est sublata actio agendi de nullitate, quod tamen *ex Franc.in cap.dilecto. de appel.num* 151. late examinat & distinguit *Scaccia de appellat. Quæst.* 19. *Remed.* 1. *Conclus.*4. *num.*54. & late pluribus relatis concludit *Galganet.ad stat Vrbis.lib.*1. *cap.*191 *col.*2 *in fin.*
19 Et quia replicatio † sequitur naturam actionis, & replicatio fit ab eo à quo est instituta actio. *l.*2. *§.replicationis. ff. de except.* vbi Vlpianus inquit. *Replicationes nihil aliud sunt quam exceptiones, & à parte actoris veniunt, ideo necessaria sunt, vt exceptiones excludant.* Ideo quæ dicta sunt de statuto prohibente agi de
20 nullitate † sunt repetēda in replicatione. *Contard.de Momeno.possess. Limit.7.n.69. sequitur Scaccia. de appel. Quæst.19. Remed.*1 *Conclus* 4.*num.*55.*& seq.* addendo
21 replicationem † non sequi naturam exceptionis quoad tempus. *& ideo statuto Vrbis.lib.1.cap.191. in fin.* cauetur quod post annum nec agi nec replicari possit de nullitate;
22 Limit. vbi nullitas † esset euidens & notoria. *Osasc.plures cumulans decis.*142. *num.*33.

---

§. XXIIII.

S V M M M R I V M.

Renuntiare quisque potest fauori suo. 1.
Executio sententiæ non retardatur si quis renuntiat facultati dicendi de nullitate facto compromisso. 2. *ampl.* 3. 7. *Limit.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
Renuntiatio ex interuallo est valida, vbi factam continenti erat nulla. 15.
Renuntiatio tacita quando æqui polleat expressæ. 4. 5.
Sententiæ executio fit vi pacti, vbi partes consenserunt in eum qui non erat iudex. 7.

1 Commune & indubitatum est assumptum, quod quisque potest † fauori suo renuntiare. *l. si quis in conscribendo. C.de pact. l.pot est. ff. ad leg.falcid.* ideo si quis moto iuditio, vel compromittendo renuntiet facultati agendi vel excipiendi, de nullitate, nullatenus
2 retardabitur sententiæ exequtio, † si renuntians vellit deinde dicere sententiam nullam. *Ripa. alijs cumulatis. in l.*4. *§.condemnatum.ff.de re Iud num.*19. *Lancel.de Attentat. part.* 2. *cap.*17. *num.*137. *Felin.in cap.de causis. de offic. deleg. nu.*7. *Scaccia. de appellat. Quæst.* 19. *Remed.* 1. *Conclus.*4.*num.*8. *& seq. vbi idem dicit* si agatur de obligatione Cam: *Zachias ad Gallesi.de obligat. Camer. Quæst.*3.*num.*16.
3 Ampl. etiam vbi quis tacite † renuntiauit. *Cast.*288. *lib.*1.*num.*2. *in fin.Lancel.de Attent.part.*2. *cap.*17. *num.*138. *& seq.* exemplum referens, si quis intra terminum datum à statuto ad dicendam de nullitate, de illa non excipiat, vel agat, quod censeatur illi renuntiasse. *Scaccia. de appellat. Quæst.*19. *Remed.* 1. *Conclus.*5.*num.*11. *Casal. cons.*201. *existimo.num.*8. *circa med. & cons.*202. *moniales.num.*18 *& cons.*263.*num.*26.
4 Intelligas tamen quæ dixi de tacita † renunciatione, si actus gestus, vel omissus est incompatibilis, nec ex eo alia coniectura capi potest, quam renuntiationis. *Alex.cons* 33.*col.*3. *vers.Quinimo si dicatur, lib.* 5. *cum alijs cumulatis à Veral.decis.*309.*nu.*4.*part.*1.*Surd.cons.*35. *num.*2. & renunciatio fuit facta ab eo
5 † qui poterat renuntiare, quare si tutor, curator, procurator, siue spetiali mandato, prælatus, & similes gerentes mediate vel immediate aliena negotia, renuntient tacite facultati dicendi de nullitate, inanis erit talis renunciatio. *Menoc.præsumpt* 41.*lib.*6.*num.*7.*& seq. Dertrand loquens de eo qui coram iudice* à quo appellauerat, comparuit, & institit, vt reuocaret suspensionem. *cons.*84. *Quamuis.lib.*1.*part.*1.*num* 1.*&* 2. addendo præsertim † procedere si idem iudex non admisit instantiam sibi factam.
7 Ampl. præsertim † vbi renunciatio est iurata. *Ripa. in l.*4. *§.condemnatum. ff de re Iud.num.*24. *circa fin.* subdens quo' licet

licet pacto priuatorum non detur iurisdictio, *l. priuatorum: C. de iurisd. omn. Iud.* tamen sententia mandabitur exequtioni ex vi pacti. *Ripam sequitur Scaccia. de appellat. Quæst. 19. num. 47. vers. Contrarium. ampliat.* etiã si nullitas causata esset ex defectu iurisdictionis, licet circa istud prius retulisset disentientes.

8 Limit. vbi nullitas † apparet ex ipsamet sententia. *vt dixi supra. §. 6. & 9. 22. Limit. 8. & voluerunt Fel. cap. de causis. de offic. de leg. num. 7. vers.* Fallit primo quem sequuntur. *Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. nu. 142. Scaccia de appellat. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 12. vers. Primus.*

9 Limit. vbi nullitas † causaretur ex perplexitate, seu contrarietate eiusdem sententiæ. *vt dixi supra. §. 22. Limit. 5.* & ita in casu nostro voluit *Fel. in cap. de causis. de offic. deleg. num. 7. Vers. Secundo. quem sequuntur Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. nu. 143. Scaccia. de appel. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 12. vers. Secundus.*

10 Limit. vbi nullitas † causatur dolo aduersarij. *vt dixi. §. 22. Limil. 7. & voluit Fel. in cap. de causis. de offic. deleg. num. 7. vers. Tertio. quem sequuntur Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. num. 144. Scac. de appellat. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 12. vers. Tertius.*

11 Limit. vbi nullitas causatur † dolo iudicis, qui per sordes tulit sententiam. *vt dixi. §. 22. Limit. 7. & dixit Scaccia. de appellat. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 12. Vers. Tertius.*

12 Limit. vbi nullitas causatur † ex incompetentia iudicis. *Fel. cap. de causis. de offic. deleg. num. 7. vers. Quarto. quem sequitur Lancel. de Attent. part. 2. cap. 17. num. 145. seu ex defectu iurisdictionis vt inquit Scaccia. de appellat. Quæst. 19. Remed. 1. Conclus. 5. num. 12. vers. Quartus. & dixi supra. §. 3.*

13 Limit. in quacunque alia † exceptione legitima. *Dec. cap. ex parte. 2. de offic. delegat.* concludens promittentem nullam opponere exceptionem, intelligi de malitiosa exceptione, non autem de legitima.

14 Limit. vbi fuit renuntiatum per pactum. *Bal. & Angel. in l. talc pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact.* quos refert & sequitur Præpositus, *in cap. Dilecto. 63. de appel. num. 84. vers. in contrarium, vbi præterea respondet obiectis.*

Limit. vbi quis renuntiauit in eodem instrumento vel in continenti post contractum, secus si ex interuallo. *Couar. var. Resol. lib. 2. cap. 4. num. 3. Focnut. de moment. temp. cap. 21. num. 12. in fin.*

---

§. XXV.

SVMMARIVM:

Facta pendente excussione exceptionis nullitatis reuocantur tamquam attentata 1. & *quarc. 2. ampl. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11.*

Inhibitio iudicis delegati consideranda qualiter sit concepta. 5.

Nullitatis quæstio quando sit deserta, si fuerit deserta causa appellationis. 7.

1 Cæteris priuilegijs datis actioni, vel exequtioni nullitatis, illud addendum censeo, vt beneficio † attentatorum reuocentur quæcunque sunt facta pendente excussione exceptionis, vel actionis quæ fuerit ex capite nullitatis opposita, vel intentata. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. si prætor. §. Marcellus. ff de iudic. Didac. pract. Quæst. cap. 24. num. 6. Viuius opin. 197. Nullitas vers. Secundus.* qui testantur de communi. *Lancelot. de attent. part. 2. cap. 17. num. 45. & seq.* vbi eam affert rationem quia † dum

2 de iuribus contendentium disceptatur, non est à Collitigante inferendum præiuditium aliqnod, & æquè offenditur, vt ego addo, iudicantis maiestas, si fiat sententiæ exequtio pendente causa nullitatis, sicut offenditur pendente appellatione.

3 Ampl. etiam † si exequtio fuit facta tantum quoad possessionem *Afflic decis. 131. Quidam num. 1. & seq. & ibidem Versil. refert pluries ita fuisse iudicatum.*

4 Ampliatur præsertim vbi Iudex † nullitatis inhibuisset *Natt. cons. 217. agrotaui num. 7.*

*num. ..verf. ..rtio Dec.conf.*103. *in causa in prin. Lancel. de attent. part.* 2. *cap.* 17. *num.*66. *& seq. addendo num.* 68. proce-
5 dere † etiã vbi causa nullitatis fuit principaliter mota, & inhibitio fuisset concessa à superiore eius, qui tulit sententiam, quæ accusatur de nullitate, & hæc sint dicta si iudex nullitatis sit ordinarius.

Nam si fuerit delegatus, considerandus erit tenor rescripti, & quibus clausulis sit data illi iurisdictio cognoscendi de nullitate, an cum clausula si quid exequendum, vel prout de iure, vel sine retardatione vlterioris exequtionis, vel sine præiudicio legitimæ exequtionis, vel trium conformium & similibus. vt aduertit *Lancel. de Attentat. part.* 2. *c.*17. *num.*65. *cum quinq. seq. &* 182 *& seq.*

6 Ampl. etiam vbi nullitas † fuit deducta principaliter, sed per viam appellationis. *cap. exhibita. de Iudic. cap. super quæstionum. de offic. deleg. Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 70. *& seq. plurib. Contard. de moment. possess. Limit.* 7. *nu.* 2.
7 *& seq.* qui ambo examinant † quando deserta instantia causæ appellationis, sit etiam deserta nullitatis quæstio.

8 Ampl. ijs omnibus casibus † quibus facta exequtio non potest retractari quos congessi *supra*. §. 9. nam eisdem casibus dicuntur commissa attentata, & priuilegio attentatorum reuocanda, quæ fuere facta. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. 4. 79. ac etiam ijs omnibus casibus quibus intentata actione nullitatis principaliter, retardatur exequtio, *quos congessi supra.* §. 19.

9 Ampl. præsertim si de stylo † Curiæ vbi agitur de Nullitate, solet supersederi; vt Florentiæ, teste *Cast. in l.* 4. §. *condemnatum. ff. de re Iud. & in auth. Quæ supplicatio. C. de precib.* Imp. *offic. Lancellot. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 87. 90. *&* 91. *&* 148. *& seq.*

10 Ampl. vbi causa nullitatis † fuit simpliciter commissa à principe. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 97. *vbi late probat.*

11 Ampl. præsertim vbi nullitas † fuit opposita à tertio. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 117. *& seq.*

12 Limit. vbi exequtio † fuit facta in vim trium conformium, nam cum non liceat dicere de nullitate, post quam fuerint illæ exequtæ. *Clem.* 1. *de re Iud. & dixi supra.* §. 18. nullatenus illarum exequtio reuocari potest remedio Attentatorum. *Lancel. de Attent. par.* 2. *cap.* 17. *num.* 123.

13 Limit. vbi non fuit † in instantia nullitatis, simul iustificata appellatio. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 78.

14 Limit. vbi agitur de ijs quæ † fuere exequta vigore sententię interlocutorię, nam cum per illam non causentur attentata, ita non est agendum, de illorum reuocatione. *Lancel. de Attentat. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 96.

15 Limit. vbi statuto † vel rescripto principis disponitur, vt fiat sententiæ exequtio, non obstante nullitate. *Lancel. de Attent. part.* 2. *cap.* 17 *num.* 114. *&* 152. *& seq. Bursat. cons* 74. *num.* 109. *circa fin. & dixi.* §. 22.

§. XXVI.

SVMMARIVM.

Nullitas quando dicatur incidenter opposita. 1. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *an illa probata sit super ea pronunciandum.* 2. 5. 6. 7. 10.
Exceptione non probata fertur sententia contra excipientem, 3.
Actor & reus procedunt ad paria. 9.
Exceptione emergente pendente lite est super illa pronuntiandum, alias sententia lata in principali est nulla. 8.
Exceptio quando dicatur reiecta per processum ad vlteriora. 9.
Replicatio sequitur naturam actionis contra quam illa sit. 19. *Limit.* 21.
Nullitatis exceptione prohibita an sit prohibita replicatio. 20.

MOnui hoc duodecimo Cap. *n.* 20. quod idem sit excipere de nullitate, quod incidenter, non autem principaliter agere de nullitate. sed quia sermo iste aliquam habet obscuritatem, ne quid operi meo desit, & obscura fiant clara

clara. Agam hoc §. quando nullitas dicatur incidenter proposita. Qui effectus ex tali propositione sequantur, & in quibus differat nullitas incidenter proposita, à nullitate principaliter in iudicium deducta. & quando nullitas dicatur principaliter opposita; & quis sit competens iudex nullitatis.

1 Primo itaque nullitas † dicitur incidenter opposita, & de illa tamquam de incidenti aliquo cognitum, si reus conuentus ex aliquo contractu, scriptis, vel sine scriptis celebrato, testamento, vel codicillis, sententia quæ asseratur transijsse in iudicatum, & quo vis alio titulo ad aliquid dandum, præstandum, tradendum, faciendum, soluendumue, & ille excipiat contractum, esse nullum, vel ratione personarum, quæ dicuntur contraxisse, vel ratione rei de qua fuit contractum, vel ratione solemnium adhibendorum à contrahentibus, testamentum vel codicillos fuisse pronuntiata, vel pronuntianda non mereri executionem, vel ratione personæ, quæ illud condidit, vel quia in illis deficiunt necessariæ solemnitates, & sententiam de cuius executione tractatur, corruere, vel ratione iudicantis, qui non poterat tunc esse iudex, quia minor annorum decem & septem. *l. quidam consulebant. ff. de re iudicat.* cæcus, mutus, surdus, vel aliam patiens infirmitatem, quæ illum à iudicando arceat, vt late prosequitur *Capra Regul. 20. congrue*, vel quia lata ab incompetenti iudice, quod accidere potest multis modis, vt tradunt Doctores. *in Rub. de foro compet. & in Rub. si à non competent. iudice iudic. fuerit.* & ideo contractum, testamentum, codicillos, & sententiam cassandum, abolendum, & sententiam reuocandam fore & esse, vel idem reus instet à petitis absolui, non obstante allegato contractu vel testamento, codicillis, vel sententia exhibita.

2 Probata itaque exceptione incidenter opposita † an sit super illa pronuntiandum, an obstet, vel non obstet, sicuti enim actore non probante, reus absoluitur, etiam si ad suam defensionem nihil præstiterit, *l. qui accusare. C. de edend.*
3 ita fertur † sententia ad fauorem actoris,

vbi reus excipiens oppositam non probat exceptionem. *Mantic. decis. 3. ex pensionibus num. 7. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. proponentem. num. 41. Feder. Prucman. con. 45. Quærebas. num. 1. & seq.* non enim constituenda est differentia inter
4 actorem † & reum in iustificanda sua intentione. *l. 1. ff. de except. Rol. à Val. cons. 13. lib. 3. num* 65. Non conueniunt
5 Doctores † tres enim à *Bart. in l. 1. C. de ordin. iudic. num. 5. & 6. & in l. 4. C. de dilat. num. 3. & 4.* longam affert distinctionem, an sententia sit nulla, vbi iudex omisit pronuntiare super incidenti. *Fel. in cap. suborta. 21. de re Iud. n. 5. Limit. 2. sequendo Bart. quem ipse non refert. in d. l. 1. num. 5. vers. Tertia. C. de ordin. cognit.* fa-
6 cta distinctione † an quod opponitur sit incidens habens causam vetustiorem, ante iudicium, & de illo non pronuntiatur sed procedendo ad vlteriora talis processus habet vim pronunciationis exceptionem non obstare vt inquit *Bart. d. l. 4.*
7 *num. 4.* Vel est emergens, † idest, quod iudicio pendente emergit, & super illo pronuntiatur, alias sententia ferenda
8 † in negotio principali esset nulla. *Vantius autem, qui* examinando materiam nullitatis actorum in iudicio, debebat late hanc difficultatem explicare, non facta distinctione, an opposita exceptio sit clara, vel dubia, absolute concludit, per processum & non processum ad vlteriora, apparere saltem tacite, factam esse super incidenti exceptione pronuntiatio. *Tract. de Nullit. ca. 6. Nullitas altero n. 40.*
9 *& seq.* Quando autem opposita † exceptio, per processum ad vlteriora videatur reiecta examinat *Gabriel. De exception. Conclus. 1. & distinguunt Bal. in l. 4. C. de dilat. num. 3. & 4 & in cap. ex parte. 2. de appellat. num. 12. & seq. Put. decis. 388. in vna. lib. 3. num. 5. & seq. Alex. in l. rei iudicatæ. § si in iudicio. ff. sol. mat. num. 5. vers. Nec silendum.*

10 Si tamen reus qui incidenter † excepit ad elidendam actoris intentionem, instaret pro absolutione, & opposita exceptio tangeret negotium principale, non autem, quæ essent extra illud, recedendum censeo ab opinione *Bart. Felin. & Vantij*, & debere iudicem pronuntia-

re super negotio principali, quia nihil aliud superest, super quo procedatur, & ideo ferenda sententia cum clausula, stante opposita exceptione, & idem dicendum ad fauorem actoris, si opposita exceptio non esset releuans, seu non obstaret. *Gabriel. de exception. Conclus. 1. num. 3. & 4. Papiens. in form. libel. appel. à sent. diffinitiua. §. Fuisse & esse nullum num. 8.*

11 Secundo exceptio nullitatis † dicitur incidenter opposita, si de illa nulla facta mentio nec expressa, tacite, & ex vi verborum, quibus vsus est reus, virtualiter comprehenditur in appellatione interposita. *Bart. in l. si expressim. 19. ff. de appellat. num. 3. vers. Nec obst. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter. empt. & vend. num. 279. vers. Item nullitas. Contard. in l. vnic. C. si de moment. possess. Limit. septima. num 5. Vantius de Nullitat. Cap. 6. Nullitas altera. num. 78.*

12 Tertio exceptio nullitatis † dicitur incidenter opposita, si opponatur per modum causæ, veluti si is in quem lata est sententia, petat à iudice illam reformari; quia est nulla, *Præpositus. in cap. Dilecto. 63. de appellat. num. 63. vers. Aut nullitas. Contard. de momentan. possess. quæst. 15 num. 25 & seq. & Limit. 7. num. 9. in fin.*

13 Quarto nullitas dicitur † incidenter opposita, si illa opponatur via appellationis. *Bult. in cap. exhibita. 19. de iudic. num. 16.*

14 Quinto nullitas dicitur † incidenter opposita, quoties quis dicit sententiam nullam esse, & si qua sit appellat, *glos. final. in fin. in l. 1. C. quando prouocar. non est necess. & ibidem Angel. & Sal. Lanfranc. in cap. Quoniam contra. de probat. cap. 10. De interlocutorijs Hic tractabimus. num. 45. vers. Aduertendum. Papiens. in form. libel. appel. à Diffinit. §. fuisse & esse. nu. 3. vers. secundum commun. opin.*

Contrarium, sed quod sit intentata nullitas principaliter. tenent *Bart. Imol. Ancar. Ias. & alij testantes de communi, relati à Couar. practic. Quæst. cap. 24. Hactenus num. 6. vers. est igitur.*

15 Sexto nullitas dicitur † in iudicio proposita, ac de ea tamquam de incidenti, & secundario cognitum, si à iudice petitum fuerit, quod cassata, seu declarato primam sententiam esse nullam, iterum in negotio principali pronuntietur, & prolata sententia reformetur, nam quia incidenter cognoscendum est de nullitate, & principaliter de iustitia causæ, nullitas dicitur opposita incidenter. *l. 4. l. absentem. C. de accusat. l. si de proprietate. C. si à non compet. iud. cap. ad probandum. cap. cum. I. & A. de re iudicat. Vantius. de nullit. cap. 6 nullitas altero. num 17.*

16 Septimo nullitas dicitur incidenter † deducta, si simpliciter commissa causa appellationis, iudex examinando iustitiam causæ, cognouit etiam de nullitate sententiæ latæ, & illam, tam quoad nullitatem, quam quoad iniustitiam reformauit. *l. Carmelia pia. ff. de iur. pat. l. quædam mulier ff. familiæ bercisc. l. si is quem. C. de liberal. caus. per quæ iura, relato Bart. Alex. & alijs firmat Vantius. de Nullit. cap. 6. nullitas altero num. 18.*

17 Octauo nullitas dicitur incidēter † deducta, quando per viam exceptionis, seu replicationis deducitur in iudicio ad elidendam actoris intentionem *Vantius. de nullit. cap. 6. nullitas altero. n. 20.* exemplum referens si fide iussor mulieris excipiat de nullitate eius, pro qua se obligauit, beneficio Velleiani. Vel petente filio paternam hæreditatem ab intestato, excipiat contra scriptum hærdem de nullitate testamenti, quia fuit præteritus.

18 Nono nullitas dicitur † incidenter deducta, vbi excipitur de nullitate apparenti ex eisdem actis, quibus sententia dicitur prolata. *Afflic. decis. 283. Dia & c. num. 2. in prin. quem sequitur Vantius. de nullit. cap. 6. Nullitas altero, num. 22. & cap. 3. Hac est. num. 13. vers. Tali casu.*

§. XXVII.

SVMMARIVM.

Nullitatis exceptione opposita incidenter retardatur executio sententiæ. 1. potest de illa iterum cognosci etiam quod summarie fuerit de illa cognitum. 8. Limit. 9. iudex in-

incompetens potest de illa cognoscere. 11.
Nullitatis exceptione principaliter opposita non retardatur executio sententiæ & quare 2. 3. ampl. 4. Limit. 5. 6.
Iurisdictio extenditur ratione incidentis. 12.
Clausulæ refectis expensis virtus. 7.
Res iudicata vt obstet, quæ requirantur. 10.

EFfectus autem plures sequuntur à
nullitate incidenter opposita, qui
non sequuntur si illa fuerit principaliter
in iudicium deducta. nam quouis modo
nullitas incidenter opponatur, impeditur
sententiæ executio. *Bal. loquens de nullitate liquida vel quæ incontinenti liquidari potest. in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. num. 8. Alex. cons. 33. Viso themate. num. 9.* concludens si nullitas
1 † incontinenti per inspectionem actorũ
probatur, quia incidenter dicitur opposita, vt dicebam §. *antecedenti. vers. primo & vers. Nono.* retardari sententiæ executionem. *Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probat. §. exceptiones. num. 8. in prin. Ias. in l. si se non obtulit. §. condemnatũ. ff. de re Iud. num. 15. vers. Tenet contrarium. Rota decis. 5. fuit dubitatum. vt lite contest. in nou. num. 2. & 3. Vant. de nullit. cap. 6. Nullitas altero. num. 32. vbi plures*
2 *refert*. Secus si nullitas † proponatur agendo, nam non impeditur sententiæ
executio. vt pluribus probat *Vant. dicto cap. 6. num. 29. Intriol. decis. 11. Donna 31 num. 9.* & latius sum prosequutus. *supra*
3 §. 19. & ratio † diuersitatis est, quia cum
vbi nullitas principaliter opponitur, sit
præmittendus libellus, & seruandæ solemnitates, quæ in iudicio ordinario,
sunt obseruandæ de iure communi, vel
ex statuto, vel stylo Curiæ, vbi illa proponitur, & sit ferenda sententia, an illa
adsit, vel non adsit, si iudex proposita
nullitate impediret executionem, fieret
executio sententiæ quæ adhuc non fuit
prolata, & nimis propere iudex procederet. *l. 1. C. de execut. rer. iudic.* Quare
salua remanente causa nullitatis fiet sententiæ executio. *auth. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offer.*
4 Etiam quod iudex coram † quo pendet causa nullitatis principalirer oppositæ, inhibuisset. *Vantius. de nullit. cap. 6. nullita altero. num. 30.* cuius dicta censeo
vera, si is fuerit ordinarius, & causæ nul-
5 litatis oppositæ † esset competens iudex,
& nullitas egeret altiori indagine, secus
si probetur, vel probari potest in contineti, nã poterit inhibere, *vt decisum fuisse à Cam. Imperij refert Mysinger. Obser. 64. Sed circa. Centur. 4.* Si vero fuerit delegatus principis, qui est solutus legibus,
prælertim iuris positiui. *l. princeps. ff. de legib.* & ad suum libitum illud tollere.
6 *cap. 1. de constit. in sext.* Ideo potest † inflare spiritum vitæ, instantiæ desertæ. *Rol. à Val. cons. 94. præsuposita. num. 31. lib. 1. Capic. decis. 165.* addendo talem insuflationem fieri posse pluries, etiam parte
non citata. cauendum erit, qua formula
seu rescripto sit commissa causa nullita-
7 tis, † veluti, Refectis expensis. nam quia
sub conditione est data iurisdictio, &
præscripta iudici forma qualiter procedat in causa. *Veral. decis. 150. commissio 2 num. 1. & seq. part. 1.* non poterit delegatus iudex quidquam in causa decernere,
nisi refectis expensis, ad quorum computum, si is qui rescriptum obtinuit, fatendo se illarum debitorem, deponat illum vnum, cum oblatione, protestatione, & fideiussione soluendi residuum,
si de illo apparebit, poterit iudex de nul-
8 litate cognoscere † si non agatur de spolio, vel attentatis, in quibus si rescriptum
fuerit, cum dicta clausula, non auditur,
qui vellit ad vlteriora procedere, nisi refectis expensis liquidis, & illiquidis &
purgato spolio vsque ad obolum tàm
quoad fructus, quam quoad expensas
Veral. decis. 27. pu. decis. 193. In vna Oueten. lib. 1. Achil. decis. 17. & 19. de restit. spol. Surd. cons. 28. n. 30. Natta ad Alex. cons. 94 risis. lib. 5. num. 15. vers. Conuentus. cum
alijs congestis in meis Collectaneis. *ad Cap. redintegranda. 3. 9. 1.*
9 Secundo si nullitas fuerit incidenter
opposita † etiam quod de ea fuerit summarie cognitum, non est exclusus excipiens, quin iterum ordinario iudicio, de
illa experiri possit. *l. à diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iud. l. penul. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. obligat. in quinta opp. cum alijs allegatis per Vant. de nullit. cap. 6.*

cap.6. nullitas altero. num.37. Intriol. de-
10 *cis.11. Donna num.* 10. Quod tamen † Li-
mita si sententia lata in iudicio in quo de
nullitate fuit incidenter oppositum, &
cognitum, transisset in iudicatum, &
obstaret res iudicata *vel fuisset plene co-*
gnitum de nullitate, vel pronuntiatum su-
per exceptione ex causa quæ actionem
tangat Fel cap. suborta. de appel. num. 3. in
fin. & num. 2. in prin. Dec. cons. 96. Viso
puncto num. 1. & 2. vers. Sed postea. sub-
11 dens tria requiri, vt res iudicata † ob-
stet, nempe, quod idem petatur, quod
eadem sit causa petendi, & quod sit ea-
dem personarum conditio; plura enim
operatur res iudicata, de quibus dixi in
meis Collectaneis. *ad l. res iudicata. ff. de*
regul. iur.

12 Tertius effectus sequitur † ex propo-
sitione nullitatis incidenter oppositæ; vt
inferior iudex, & qui alias erat incom-
petens, possit de illa cognoscere, secus
si de illa principaliter agatur. *Ruin. cons.*
61. in Lite. lib. 5. nu. 17. vers. Non obst. con-
cludens, Imperatorē potuisse mandare
iudici layco vt cognosceret incidenter
de causa nullitatis sententiæ iudicis ec-
clesiastici per modum facti, & non iuris,
quia ratione incidentis augetur, seu ex-
13 tenditur † iurisdictio. *l. nullum, vers. Data*
eum Tit. C. de testib. l. sed & loci. §. si dica-
tur. ff. fin. regund. Iaf. l. 1. §. fin. ff. de offic. eius.
num. 7. vers. pro ea parte. Cast. l. 3. C. de Iud.
num. 8. Surd. cons. 266. num. 18. circa fin.

§. XXVIII.

S V M M A R I V M.

Nullitas proposita incidenter differt à propo-
sita principaliter. 1. 2. 4. 5. 6. 8. 9. 10.
Actus quando dicatur ipso iure nullus, vel per
sententiam annullandus. 3.
Nullitas manifesta statim perimit agentis
intentionem. 7.
Nullitas an simul deduci possit cum causa
appellationis, & an eodem processu termi-
nari. 13.

1 Differt autem in pluribus nullitas
† principaliter opposita, à nullita-
te incidenter in iudicium deducta. nam
si principaliter, opus est iudicium in-
choare, a libello in illo exprimere caput
nullitatis petereque sententiam pronun-
tiari nullam ex expresso capite. *Vant. de*
nullit. cap. 6. num 94. *& seq. Intriol. decis. 11.*
Donna. num. 7. Zabarel. Clem. 1. *de re iudic.*
num. 14. & in processu obseruare omnes
solemnitates dilationes, quas ius com-
mune vel statutum loci iudicij, obser-
uari mandat, vel de stylo eiusdem Cu-
riæ obseruari solent, ferēda est sententia,
iuxta petitionem actoris, si probauit a-
legatam nullitatem, facta distinctione,
an actus, vel sententia de cuius nullitate
agitur sit nullus ipso iure, vel ope exce-
ptionis, & per sententiam rescindendus,
fertur sententia diuersa formula, nam si
actus, vel sententia est ipso iure nulla,
iudex pronuntiabit iuxta petitionem
actoris, quod cassanda sit sententia, &
illam, cassat, non facta mentione nulli-
tatis, si vero actus, vel sententia sit nul-
la, ope exceptionis, & per sententiam
annullanda, tunc facta mentione nulli-
tatis, actus, vel sententia pronuntiabi-
tur nullus, & inualidus, & aliis verbis
æquipollentibus, vt tradit *Vant. de nullit.*
cap. 6. nullitas altero. num. 46. *&* 47. *&*
num. 56. & seq. & num. 84 *&* 86.
2 Si autem incidenter † opponatur nul-
litas non est opus libello, nec fertur sen-
tentia, sed tantum exprimere quod sen-
tentia, vel actus de cuius executione agi-
tur, sit nullus, ex defectu citationis, vel
alio defectu, etiam respectu contenden-
tium, ac etiam iudicis. *vt dixi supra.*
§. 26. vers. primo. num. 1. Intriol. decis. 11.
Donna. n. 7. Vant. d. c. 6. n. 40. & seq. Quan-
3 do autem † actus sit ipso iure nullus, vel
per sententiam annullandus, late decla-
rat *Vant. d. cap. 6. num. 48. & seq. plurib.*
4 Secundo sententia lata † super nullita-
te incidenter opposita, differt à senten-
tia lata super nullitate principaliter op-
posita, quia ista est diffinitiua, quia dif-
finit causam deductam in iudicio, illa
vero est interlocutoria. *Bal in l. si præses.*
C. quomod. & quand. iudex. in prin. vbi re-
fert qui vellint esse interlocutoriam, sed
magni præiuditij. *Vant. de nullit. c. 6. n. 26.*
Intriol. qui dicta Vantij de verbo ad verbū
tran-

transcripsit. decis. 11. *Donna. num.* 8.

5 Tertio differt, quia nullitas † incidenter opposita impedit executionem, modo non egeat altiori indagine, secus si principaliter; vt late examinaui §. *supra* 27. *Vant. de nullit. cap.* 6. *nullitas altero. num.* 29. *&* 32. *Intriol. decis.* 11. *Donna. num.* 9. *Mascard. de probat.* Conclus. 686. *exceptio. num.* 12 *dum prius. num.* 9. *& seq. retulisset*, qui dissentiat quos deinde *num.* 15. *& seq. concordat*.

6 Quarto nullitas opposita incidenter † differt ab opposita principaliter, quia in illa non est opus iudicis sententia, nam super incidenti non fertur sententia. *cap. ex parte.* 2. *de appel. Bart. l.* 1. *C. de ordin. iud num.* 5. *&* 6. *distinguit.* sed per processum, & non processum ad vlteriora, censetur reiecta vel admissa opposita exceptio *cap. ex parte.* 2 *de appel.* tum etiam
7 quia si nullitas fuerit † manifesta, statim perimit agentis intentionem *Bal. in l. ab executione.* C. *de re Iud. col.* 2. Secus si nullitas fuerit principaliter opposita, quia fertur sententia, an obstet nullitas vel non obstet. *Vant. de nullit. cap.* 6. *nullitas. num.* 39. *& seq. Fel. in cap. suborta. de re iudicat. num.* 4. *vers. ad idem.* ac etiam potest iudex super iustitia & iniustitia causę pronuntiare. *Vant. ibid. n.* 11. *& seq.*

8 Quinto quia de nullitate incidenter † opposita, si de illa non fuit plene cognitum: potest iterum principaliter agi, intentata nullitatis actione, secus si principaliter fuit illa in iudicium deducta, *Vant. de nullit. cap.* 6. *nullitas. num.* 36. *& seq. Intriol. decis.* 11. *Donna. num.* 10. rationem differentiæ collige ex antecedenti differentia.

9 Sexto differt quia nullitas † incidenter opposita debet opponi ante sententiam, principaliter autem post sententiam oblato libello. *Castil. decis.* 79. *in causa. num.* 5.

10 Septimo si de nullitate principaliter † agitur, ex causa probabili, non currit tempus ad appellandum, secus si de nullitate agatur incidenter, vna cum appellatione. *Auffur. ad Capel. Tholos. decis.* 114.
11 *in fin.* Quomodo autem nullitas † simul deducatur cum appellatione, & an eodem processu terminari possit. viden. *Mysinger. Obser.* 63. *Disponitur. Centur.* 4.

§. XXIX.

SVMMARIVM.

1 Principaliter autem si nullitas † deducatur in iudicium, quia non est satis, seu non sufficit excipere, quod la

ta

ta seu eu ia contra excipientem sit nulla, sed opus est ordinario iudicio agere, præmisso libello, idest breui cartula, in qua exprimantur nomina actoris,& Rei, quid petatur,& causa petendi, iuxta illud Hostiens.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur & a quo

Recte compositus, quisque libellus habet:

Cuius formulam, licet *Vantius. de Nullit. cap.6. Nullitas altero. num.47. in fin.* afferat tradi à *Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel.* attamen cum illam in meo codice non reperiam, & qui de libellis volumina confecerunt, non tradãt, quod illi omiserunt subdam. & libelli nullitatis hæc erit formula.

2 Coram vobis domino prætore †Hannoni sedente in loco consueto ad ministrandam iustitiam cum solitis insignijs, N. procurator spetialiter constitutus vt patet pub instrumento in actis dimisso. Illustris & excellentis Bartolomei Nigri artium medicinæ professoris, exponens non in modum solemnis libelli, sed qualis qualis petitionis, exponit quod defuncto Io. Baptista illius patre & studiorũ causa morãte in Vrbe. Ioannes Matheus Morzantus obtinuit à prædecessore vestro illum condemnari in scutis ducentum pro residuo scutorum mille pretij stabilium dicto suo patri venditorum à Ioanne Petro ipsius patre, & id perperam & nulliter, & præsertim non legitimatis personis actoris, & rei, Ideo cum dicta condemnatio sit euidenter nulla, & ipse comparens est etiam paratus docere de iniustitia eiusdem condemnatoriæ per publica instrumenta, ex quibus patet fuisse soluta integre dicta scuta mille, & nomen sententiæ non meretur, quæ prædecessor vester decreuit, petit eamdem condemnationem, seu sententiam fuisse & esse nullam, & inualidam, declarari, & tamquam talem, cassari & aboleri, cum omnibus inde sequentis. cum condemnatione expensarum, damnorũ, & interesse. Deducens omne ius, omnemque actionem ad fauorem sui principalis, vestro quatenus opus sit humiliter implorato officio, petens sibi ius, & iustitiam ministrari, non solummodò prædicto, sed & alias omni meliori modo &c. non se astringens &c. saluo iure &c. & protestatur &c.

3 Examinando aliquas eiusdem libelli clausulas. Dixi † cum solitis insignijs, quia particulari lege statuus Mediolani cauetur, ordinarios iudices ciuitatum, & oppidorum, qui immediate subsunt Duci Mediolani, seu non sunt concessa in feudum, ius dicendo, ac etiam eundo & deambulando per vrbem, & castra, in quibus ius dicunt, gestare manibus proprijs, vel famuli hastile longitudinis palmorum decem, argumentum rectitudinis administrandæ iustitiæ. *vt dixi de Laudemio. Quæst.14. num.8. & seq.*

4 Dixi & id perperam & nulliter, † quia actor agendo de nullitate debet in libello exprimere causam nullitatis parte excipiente, alias licet non fuerit expressa, si tamen in processu exprimatur, & probetur, sustinetur iudicium, & expresso vno
5 capite nullitatis, potest † aliud quodcũque deduci, vt ex *Phil. Franc. Abb. Alex. & pluribus Rotæ decis. firmant addentes ad Papiens. in forma libelli appel. à diffinit. §. fuisse, & esse nullam. vers. De nullitate.*

Dixi. Vestro prædecessore, sequendo opinionem eorum qui volunt de Nullitate agi posse coram eodem iudice, qui sententiam nullam protulit, vt dicam *§. sequent.* Dixi. procurator spetialiter
6 † constitutus. nam cum agere de nullitate sententiæ, vel alterius actus, sit positum in voluntate eius, qui ex sententia, vel actu nullo læditur, spetiali opus est mandato, ad infringendum, quæ sunt posita in voluntate alicuius. *vt dixi. su-*
7 *pra cap.7. §.5. num:* 13. ac etiam † quia cum is tantum de nullitate excipere, seu agere possit, in quem effectus actus nulli
8 confertur, seu cuius intersit † actum dici nullum *Cresent. decis.* 3. *de caus. poss. num.2. Surd. cons.* 284. *num.6. &* 305. *alienationem. num.* 51. seu is tantum, ad cuius fauorem validitas actus requiritur. *Rota diuers. decis.* 133. *in causa. part.2. num.10. & seq. Surd. decis.* 194. *amplissimis. num.* 8. *vers. Sic nullitas. & cons.* 1. *num.* 85. *& seq. &* 70. *num.* 24. Simile est
9 quod dicitur † ad ratificandam senten-

tiam

nam nullam, vel nulliter quem fuisse citatum, opus esse speciali mandato vt dixi *sup. cap. 7. §. 6. num. 122.*

10 Licet dixerim eum tantum posse dicere de nullitate † sententiæ, ad cuius fauorem requiritur actus validitas, limitatur
tamen, si agatur de publico interesse, quod pronuntietur sententiam esse nullam. *argum. dictorum Bart. in l. vbi pactum. 40. C. de transact. num. 10.* Vel causa
11 esset † popularis, vt puta, quia sententia
sit lata contra pupillum, vel ecclesiam, vel per illam lædatur ius fisl. *Vant. latet prosequens. Tract. de Nullitat. cap. 4. De nullit. num. 8. & seq. plurib.* Vel compa-
12 reat † tertius qui doceat quod sua interfit, non exequi sententiam, etiam quod causa esset commissa reiectis nullitatibus,
13 vel ageretur † de executione trium conformium, vel is in quem lata est † sententia nollit agi de nullitate, ac etiam prohibeat, vel renuntiauerit actioni nullitatis. *Vantius. dict. cap. 4. De nullit. n. 15. & seq. plurib. Castil. decis. 78. Non est. n. 1. & seq* declarando modo iste tertius immediate lædatur ab exequtione sententiæ non validæ.

14 Dixi fuisse soluta integre dicta scuta mille, quia † probata integra solutione sequitur manifesta iniustitia sententiæ, † quæ cum æquiparetur nullitati. vt dixi. *supra, cap. 6. §. 13. & hoc cap. §. 12. Castil. decis. 78. Non est. num. 7. & seq.*
15 addendo nullitatem causatam † ex non debito esse maiorem quauis alia nullitate, esse euidentem, vt nullo modo possit excusari, nec quidquam in contrariũ posse rescribi à principe, retardanda est executio manifeste iniusta *vt dixi supra hoc cap. §. 12. num. 24. & seq.*

Dixi publico instrumento in actis dimisso. ne ex capite defectus mandati, reuocari possit sententia ferenda contra
16 reum, nam cum perpetuo † excipi possit de nullitate sententiæ ex defectu mandati, & si fuit exceptum de legitimatione personæ, cum Clausula ita quod, non
17 † releuet subsequens ratificatio, non sanetur actus præcedens per ratificationem, vel constitutionem subsequentem vt dixi supra hoc *cap. §. 5. num. 11. 15. & 21. & cap. 6. §. 4.* optimum consilium erit in initio litis ab actore doceri de mandato
speciali. *vt dixi. d. §. 12. num. 14.* Nec suf-
18 ficeret notarium † causæ testari procuratorem habere mandatum, illudque vidisse, imo est necesse, quod instrumentum mandati in iudicio producatur,
19 † etiam quod notarius qui de mandato testetur adesse, vt ego addo de illo sit rogatus, quia tale assertum mandatum potest esse non sufficiens, vel carere aliqua solemnitate iuris, vel statuti: vt concludit *Amator, Rodriquez. in Tract. de mod. vniuers. proces. cap. 3. Circa. n. num. 21. & 22.*
20 Limitat † si notarius fidem faciat scripto, de mandato & toto illius tenore.

Dixi non legitimatis personis actoris
21 & rei: nam licet iuxta † illud *D. Pauli ad Galat. cap. 4 num. 7.* & dixerat prius *Caius. in l. in suis. ff. de suis & legitim. filius ergo heres.* modo tempore obitus
22 † paterni fuerit in illius sacris, seu potestate, vt rescripsit *Gordianus Imperator. l. si fratris. C. de iure deliberand.* Attamen quia ille habet beneficium abstensionis, & possit; si nollit, non esse hæres. *§. sui autem. vers. sed his prætor. Instit. de hæredi qualit. & differ.* ideo opus est, vt facto declaret se hæredem, vt puta petendo
23 † quod patri erat debitum, vocato debitore in iudicium. *Alex. cons. 34. Viso processu. lib. 3. num. 4. & cons. 72. Viso processu lib. 5 num. 3. Ias. in l. pater filio ff. de legat. 1. num. 15. & seq. Rol. à Val. cons. 20. in præsenti. lib. 1. num. 17.* quia filiatio, est causa
24 † quæ dat filio hæreditatem, & quisque probare debet, quod est fundamentum suæ intentionis. *l. 2. ff. de probat.* nihil pro-
25 dest assertio filiationis, nisi illa, † vel nominatione patris, vel alio modo probetur. *l. 1. vers. Qui se ingenuum. ff. de natal. restit. cap. ab eo. de election.*

26 Et ratio est; quia in omni iudicio ante omnia videndum † an actor sit persona legitima ad agendum. *Natta. cons. 143. Ventitur. num. 1. & 7.* etiam quod illud sit summarium, vel alias priuilegiatum, veluti si agatur de spolio, Attentatis, possessorio, acquirendæ, vel retinendæ, vel in illo agatur de plano, & sine figura iudicij, etiam criminalis. *Lancel. de Attentat. part. 3. cap. 25. num. 36. & seq. Marsil. in l. si quis me. ff. de quæst. num. 87. &*

seq. plurib. & num. 130 *Reusner. c. decis.* 14. *lib* 3. *num.* 4. *& seq. Montaiegr. Tract. de execution. pract. action. cap.* 5. *& cap.* 7. *& seq.* & quæ dixi de actore agente tamquam hærede, idem dicendum de reo
27 † qui conueniatur tamquam filius & hæres *Rol. à Val. conf.* 20. *in præsenti. lib.* 1.
28 *num.* 17. declarando † illud D. Pauli, Filius ergo hæres, procedere in filio actore, non autem reo. *Gratian. Discept.* 150. *non recte. num.* 17. *vers. Item*. addendo, procedere etiam si litem sustineat, testando
29 de communi † reprobato *Bald. aliud sentiente.*
30 Dixi, deducens omne ius, † omnemque actionem. super quibus omnibus petit ius & iustitiam sibi ministrari. Non se astringens, saluo iure, & cætera, quæ sunt clausulæ salutares actori, si minus recte, vel in aliquo deficientem concepit libellum, vel si ille non probat omnia narrata in libello. de quibus clausulis cũ late scripserit practicus *Papiens. in sua Praxi*, & addentes ad praxim Hubertide Bonacursio, & ego in meo Tract. de Clausulis, Alphabetico ordine conscripto, cum alijs eiusdem generis alio volumine remissiue tantum conscriptis, & legatis Illustrissimo & Reuerendissimo Comiti Francisco Bilio vnà cum cæteris meis scriptis non impressis. ad alia vtiliora properabo.
31 Nullitatis iudex † an possit inhibere iudicem coram quo causa principalis pendet. *viden. Mandos. Tract. de inhibit. cap.* 24.

---

§. XXX.

SVMMMRIVM.

Nullitatis causa incidenter si tractatur, tractanda est in quauis instantia coram iudice qui de causa principali cognouit. 1. *& quare,* 2. 3. *ampl.* 4. *Distingue,* 5. *Limit.* 12. 13.
Iudex delegatus non cognoscit de nullitate principaliter mota. 5. *lata sententia desinit esse iudex,* 6. *Limit.* 7. 8. 9. 11. 17. *Si nulliter iudicauit quomodo causulatur litigantibus* 16.
Bal reprobatur. 10.
Rota auditores non possunt suas sententias reuocare tamquam nullas, nec reformare. 15.
Iudex ordinarius potest de nullitate sua sententiæ, cognoscere consentiente eo in quem fuit iudicatum. 18. 19. 20. *distingue.* 21. *distinctionem reproba.* 24. *comproba.* 25. *distingue.* 26.
Sententia nulla non est sententia. 19.
Iudex cognoscere potest an sua sit iurisdictio. 22. *non cognoscit de exceptione quæ illius personam sugillet, & ideo exuat illum iurisdictione.* 23.
Iudex causæ nullitatis, an ex eisdem actis, si nullitas respiciat uniformiter acta & sententiam, sine nouo processu, sed repetitis actis iudicat. 27. 28. *& seq.*
Sententia est nulla non iurato de calumnia ab actore vbi reus iurauerat & petierat iurari. 29.
Sententia est nulla si prolata fuit contra minorem non dato illi curatore, vel curator illum non defendit. 30.
Iudex ordinarius coram quo causa nullitatis principaliter fuit introducta an posit inhibere ne sententia nulla executioni mandetur. 31.
Couar declaratur. 31.
Iudex requisitus exequi alterius sententiam, an de nullitate opposita cognoscere possit. 32. *quid si sententia est interlocutoria.* 33.

Difficultas examinanda hoc §. multum habet symboli, cum ea, quã examinaui. *de execut. Rei iudic. cap.* 27. vbi egi an sententia executioni sit demandanda à iudice à quo, vel à iudice ad quem. Ideo dubitando coram quo iudice agi possit de nullitate, præmisso quod
1 si de nullitate † incidenter agatur, quod de illa est agendum coram eodem iudice, coram quo causa principaliter tractatur in quauis instantia, quia inciden-
2 tia, vel emergentia, non sunt diuidenda à suo principali, à quo emergunt, vel in quod incidunt. *glos.* 1. *vers. nota ex hac lege. in l. quoties. C. de iudic. l.* 1. §. *Si publico. ff. de adulter. l. nullum. C. de testib. Ias. in l.* 1. §. *fin. ff. de offic. eius num.* 7. *Abb. cap. fin.*

fin. de restit. in integr. num. 3. vbi addeutes alios referunt. Capra. Regul. 26. Iudex.
3 *num. 20.* & hoc ex necessaria † quadam consequentia. *Alex. in Quæst. Rex. Aragonum. in Tertio Dub. col. 5. vers. Vel tertio dic. Papiens. in form. libel. appel. à sent. diffinit. §. fuisse & esse nullum. num. 7. Aufr. ad Capel. Tholos. decis. 114. vers. & in*
4 *summa* † *addendo* neque posse adiri superiorem.

Dicendum quod cum duæ sint iudicum species principales, nempe quod alij sint delegati, alij ordinarij, quod si
5 nullitas principaliter † deducatur coram delegato iudice, quod nullatenus de illa cognoscere, aut quidquam circa illam
6 decernere possit, † quia lata sententia expirat illius iurisdictio. *l. iudex postea quam. ff. de re iudic. Alex. in Quæst. Rex Aragonum. in 3. Dub. col. 1. vers. Nono videtur. Menoch. de arbitr. Iud. Quæst. 67. num. 21. vbi plures refert. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 114. vers. Quod intellige. Bart. l. si expressim. 19. ff. de appel. n. 14.*
7 modo illius † sententia fuerit diffinitiua. *Rota decis. 1. vt lit. pendent. in nouis num. 1.*
8 vel habeat † vim diffinitiuæ. *Rota. d. decis. 1. num. 1 Capic. decis. 1. num. 24.* & ob-
9 seruauerit delegationis † formam, nec per errorem facti iudicasset, vel non esset delegatus principis, iuxta opinionem
10 Bald. † quem reprobat post firmatas relatas limitationes. *Menoc. de arbitr. iudic. Quæst. 67. Quæro sexagesimo septimo. n. 26. 27. & seq. Capra. Regul. 26. Iudex. n. 13.*
11 *& seq.* vbi limitat † si causa fuerit matrimonialis, vel beneficialis. Si tamen is
12 contra quem † delegatus iudicauit, vellit ex eisdem actis agere de nullitate, recurrere debet ad delegantem, qui alium deputet iudicem. *l. si vt proponis. 1. C. quomod. & quand. Iud. Capra d. Regul. 26. n. 12. circa med. Vantius. de nullit. cap. 4. Hæc est num. 14. & 21. Præposit. cap. Dilecto. de appel. num. 58.*

13 Limit. in delegato † ad vniuersitatem causarum, quia ille æquiparatur ordinario, ideo eadem facultate potest tamquam ordinarius cognoscere de nullitate sententiæ, quæ asseritur ab ipso prolata. *glos. cap. cum causam. verb. à principe. de appel. Bal. l. si vt proponis. n. 1. C. quomod. & quand. iud. & in l. à iudice. C. de Iudic. Alex. cons. 12. Viso processu lib. 6. num. 5. & 7. Marant. in praxi. part. 4. §. Quinta principalis. num. 51. Vantius de Nullitat. cap. 3. Hæc est. num. 17. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 114 vers. Si vero.*

14 Limit. in delegato † principis, vt sequendo *Angel. in l. iudex. ff. de re Iud.* testatur fuisse decisum *Boert. decis. 6. num. 6.* quem refert & sequitur *Menoc. alijs additis consentientibus. de arbitr. Iud. Quæst. 67. num. 28.* vbi præterea refert dissentientes, quos ille reprobat.

Vantius tamen qui casum proximæ limitationis indecisum reliquit, & remit-
15 tit se ad dicta *Boer. d. decis. 6.* testatur † Auditores Rotæ, quibus quotidie committuntur omnis generis causæ, exceptis criminalibus, non posse ipsorum sententias tamquam nullas reuocare, vel reformare, & ita ab illis decisum sæpe. *de Nullit. cap. 3. Hæc est antiqua. num. 15.*

16 Quia vbi delegatus non potest de † nullitate coram illo commissa cognoscere, dixi recurrendum esse ad delegantem, qui alium deleget, notandum est, de iure non posse deputari eundem delegatum, contradicente eo, qui de nullitate agere vellit, & si fuerit deputatus, recusari potest, antequam lis inchoetur, etiam si fuerit datus à principe. *l. apertissimi. C. de iudic. Franc. mar. decis. 727. Quæritur redeundo. part. 1. num. 1.*

17 Limit. vbi pronuntiauit super instantia. *Zabarel. Clem. 1. de sent. & re Iud. n. 9. vers. Si vero delegatus.*

18 Si vero iudex, coram quo fuit nulliter processum † vel pronuntiatum, est ordinarius, & tunc, quia lata sententia non expirauit illius iurisdictio, quia actus nullus non est actus, nec sententia
19 nulla † meretur nomen sententiæ *l. 1. C. quomod. & quand. iud. l. 1. vbi glos. verb. profertur. C. de aduoc. diuers. iud. l. non putauit. §. non quanis. ff. de bon. poss. cont. tabul. l. 4. § condemnatum. ff. de re Iud. Caldas. Quæst. 36. est & alia. num. 1. & cons. 41. num. 11. nec transeat in iudicatum. l. si ex-*
20 *pressim. de appel.* potest † si vellit is, in quem nulliter iudicatum fuit, coram eodem iudice, vel illius superiori, agere de nullitate, & instare sententiam con-

21 tra ... ... am reuocari obseruata † di-
stinctione *Præposit. in cap. Dilecto filio G.*
de appel. num 58. *vers. Aut loquimur in*
ordinario. Videlicet quod aut nullitas
dicatur commissa dolo iudicis, vel per
sordes eiusdem, & tunc non ipse iudex
qui iudicauit, sed illius superior est ad-
eundus, quia verisimile non est quod ali-
ter iudicet, quam prius iudicauit, ne il-
lius turpitudinem, quam detegere cogi-
tur, *l. cum profitearis. C. de reuocand. do-*
nat. aliter iudicando, quam iudicauit,
detegat, comprobans optimo simili, quod
22 licet iudex † cognoscere possit an sua sit
iurisdictio, quæ negetur. *l. si quis ex alie-*
na. ff. de iud. l. quidam consulebant. ff. de re
Iud. cap. super litteris. de rescript. non ta-
men potest cognoscere, de exceptione
23 † quæ illius personam fugillet. ita quod
illa verificata, non haberet iurisdictionem,
vt puta quod sit excommunicatus, leno
suæ vxoris, vel sororis, vel alterius mu-
lieris, quorum numerus magnus ibi est,
& cum omnis generis fœnore, seu vt di-
cebat *Plaut. in Asin. Quærunt argentum*
cum fœnore, vbi deberet elucere castitas
in nuptis, & non nuptis. *Papiens. in form.*
libel. appel. à diffinit. §. fuisse & esse nullam.
num. 7. *vers. si vero de nullitate principali-*
24 *ter*, sine † distinctione aliqua firmat agi
posse coram eodẽ iudice, vbi nullitas est
cõmissa vel corã illius superiore. vt pro-
batur *l.* 4. *C. de accus. & ibi Iacob. Butr. l.*
carmelia pia. ff. de iur. pat. & ibi Bart. idem
censuit *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis.* 114.
25 *vers. si vero. tenet † distinctionem Præpo-*
siti, etiam in delegato ad vniuersitatem
causarum & vers. Aut deducitur. loquitur
de ordinario *Zabarel. in Clement. 1. de*
sent. & re iud. num. 9. in fin. absolute tenet
agi posse coram eodem ordinario per
viam querellæ. *Bart in l. si expressim.* 19.
ff. de appel. num. 14. concludit posse agi
26 coram † eodem ordinario, si nullitas de-
ducatur incidenter, nisi mixta sit turpi-
tudo, vel iniquitas iudicis, quia adeun-
dus est illius superior. si vero principali-
ter quis vellit agere de nullitate, illi datur
electio, an agat coram eodem iudice, vel
illius superiore. *Bart. distinctionem late*
prosequantur Io. de Imol in l. si expressim.
ff. de appel. num. 13. & Alex. in l. à diuo pio.
ff. de re Iud. num. 9. & seq.

27 Dubium oritur an ordinarius † iudex
qui principaliter cognoscit de causa nul-
litatis, debeat nouum processum facere,
vel satis sit repetere acta coram illo facta,
& ex eisdem pronuntiare. *Papiens. in*
form. libel. appel. à diffinitiua. §. fuisse &
28 *esse nullam num.* 8. Distinguit † quod si
nullitas respiciat vniformiter acta, & sen-
tentiam, repetitis actis, super eisdem
pronuntiabit. & non relato Papiensi idẽ
in hoc capite censuit *Capel. Tholos. de-*
cis. 114. exemplum referens, si non fue-
29 rit præstitum † iuramentum Calumniæ
à reo petitum, vbi actor illud præstite-
rat, & ideo sententia est nulla. *l.* 1. *C. de*
iure iurand. propt. calam. dand. quem tex-
tum examinaui in meis Collectaneis, exẽ-
plum etiam esse potest, si actum fuit con-
30 tra † minorem, non dato illi curatore
vel qui illum non defendit, vel actum
fuit coram iudice in competenti, vel alius
sit commissus vel omissus actus, ex cuius
omissione vel commissione sententia est
nulla, & tunc repetitis actis ex quibus
nullitas apparet, poterit iudex ex illis ite-
rum iudicare. Aut vero nullitas respicit
solam sententiam, vt puta quia lata die
feriata, vel parte non citata, & alius si-
milis adest defectus, qui de præsenti ne-
cessario duret, poterit ex eisdem actis
iudicare, vt concludunt, relata contra-
rietate *glossæ. Cyn. & Alberic. in l. si vt pro-*
ponis. C. quomod. & quand. iud. num. 1. in
fin. & num. 2. Si vero nullitas respicit sen-
tentiam, & partem actorum tantum.
poterit repetitis actis nullis, iterum ex
eisdem iudicare. aliter distinguit. *Zaba-*
rel. in Clem. 1. de re Iud. num. 13. aliter di-
stinguit *Gail. obser.* 113. *postquam. num.* 9.
& seq. vbi præterea refert stylum *Cam.*
Imperialis. lib. 1.

31 Item dubitatur an ordinarius coram
† quo principaliter agitur de nullitate,
possit inhibere, ne fiat sententiæ execu-
tio. & affirmatiuam tenet *Canar. de exe-*
cut. instrum. Quæst. 51. *& seq.* Sed cum
obscure loquatur, dicas id esse verum,
si simul, & semel coram eodem iudice
tractetur executio facienda, & nullitas
instrumenti, ex quo illa causatur, seu es-
set facienda, & rrijciẽnda, quæ *ibid. n.* 9.
& seq.

& seq. tradit, dum voluit per exceptio-
nem non retardari executionem senten-
tiæ, secus si principaliter agatur de nul-
litate; quia communis est in contrarium
*vt dixi supra. §. 27. & Mascardus de pro-
bat. Conclus.686. exceptio. num.9. & seq.*
tanquam implicitus nodo *Gordiano*, *vt
ille inquit, d.Conclus. num.14. vers. equi-
dem*, implicite satis loquitur in hac diffi-
cultate.

32 An autem coram iudice † requisito vt
alterius iudicis exequatur sententiam
possit obijci de illius nullitate, & idem
iudex requisitus possit de opposita nulli-
tate cognoscere, *dixi de execut. Rei Iudic.
cap.16. §.4.num.20.& seq.* si tamen exci-
piatur de nullitate sententiæ, quia lata
fuerit ex fallis instrumentis, vel testibus,
an audiatur excipiens viden. *Archid. in
cap. sicut.2 q.1.num.4.*

33 Si autem agatur de nullitate † interlo-
cutoriæ, qui sit competens iudex. *Crauet.*
Loquens in casu quo agebatur de delega-
to exequendi sententiam *cons.* 273. *No-
bilis.col.2.vers. Nec præmissis.*

Cap. XIII.

*Compensatione retardatur executio senten-
tiæ latæ in excipientem in personali actio-
ne mota.* 1. *& quare.* 2.5. *ampl.* 6.7.8.9.10.
11.12.13.14:15.18.21.23.24.25.28.29.30.
31.32.33.34.35.36.37.38.39.40.41.43.
44.45.46.48.49.& 50.51.52.53.54.55.
56.56.57.58.59.60.61.62.63.64. *Limita.*
13.*in fin.* 16.17. 42.47.65.66.68.69.70.
71.72.73.74.75.76.77.78:79.80.81.82.
83 84.85.86.87.*sub Limit.*42.47.
*Qui Compensat soluit.*3.
*Compensatio non admittitur nisi vbi cadere
potest solutio.* 4.
Rota variauit & concordatur. 19.26.
*Solutio qualificate facienda quos effectus pa-
riat;* 20.
Terminum suscipere quid sit. 27.
Reconuentio non est licita in summarijs. 53.

OMISSIS reliquis quæ de Com-
pensatione dici possent, agen-
do tantum de ijs, quæ sine nota
omnini non possunt, vt certo sciatur quã-
do exceptione Compensationis retar-
detur executio sententiæ latæ in exci-
pientem, constituta generali regula, quod
1 reo condemnato † in personali actione,
liceat ad euitandam executionem facien-
dam, vel factam, sed non consumptam,
remouendam, excipere de compensa-
tione. *l.2.C.de compens. vbi Bal.& Sal no-
tant. Rol à Val.cons.28. Quoniam. num.4.
& seq lib.1.vbi pluribus. similibus probat.
Graf cons.13. Viso processu. lib 2 relato
Bal. in d l. 2. Ias in l 1. C. de iur. & fact.
ignor.num.16.Paris.cons.121.primo aduer-
tendum est. lib.1. n.18 Ludouis decis.342.
fuit resolutum. n 2. Osasc. decis 92. Fran-
ciscus.num.1.Afflic.de is.121. fuit num.3.
paris. cons.121.primo num.18 Fel. in cap.
suborta de re Iud. num.2. Surd. decis 191.
Quamuis.num.7.Sicard in Rub.C.de com-
pensat n.16.Rip.l qui pro tribunali. ff de re
Iud num 9.vers. Tertio. relati à Parlador.
Rerum Quotid lib.2 cap.fin.5.part.§ 11.
num. 30. & d Morla. in suo emporio Iuris.
part.1.lib.2.de iurisdict.omn.Iud. Quæst 19.
num.8. Ias.l.1. C.de iur. & fact. ignorant.
num.16.*
2 Ratio est, quia † cum executio, eò
tantum tendat, seu collimet, vt fiat à con-
demnato reo solutio, opposita compen-
sationis exceptione, dicitur facta solutio,
3 nam qui † compensat soluit *l.vel permu-
tauit. ff. de liberal. caus. Bart. l. diuortio.
§.ob donationes. ff.sol.mat.num.2.Bal.cons.
317.vd euidentiam lib. 3. Tiraquel.de Re-
tract.lignag.§.1.glos.1. num.2* propterea
non admittitur Compensatio, nisi vbi
4 † conceditur solutio. *Bal.in l final.C.de
compens.num.12. vers. Sed hic dubitatur.
circa fin.* Comprobari posset hæc ratio,
ex generali assumpto firmato in proemio
nostri operis, *num.* 29. quod admittatur
aduersus executionem sententiæ omnis
exceptio, quæ non impugnet iustitiam
5 sententiæ, opposita exceptione † compen-
sationis potius dicitur ab opponente sen-
tentiam approbari, quam improbari, &
compensando parere iudicatis *Afflic.
decis. 122. num. 3. aliam rationem refert
Sicard in Rub.C.de Compens.num.16.Gail.
obser.17.venditor.lib.2.num.10.*
Contrarium firmat. *Cast.in l.1.C.de
iur.& fact.ignot.num.5.circa fin.*

6 Ampl. etiam si sententia † transiisset in iudicatum *Abb. post alios in cap. suborta de re Iud. & est textus in l. 2. C de compens. l. sicui militi. §. cum in intra ff. eod. Alex. l. si duo patrari. §. si quis iurauerit. ff. de iur. iur. Lud. Peguer. decis. 173. Dubitationi. n 1. Surd. decis. 191. Quamuis. num. 5. vers. His autem. Ludouis. decis. 342. num. 2. Afflic. decis. 121. fuit dubitatum. num. 3. Bimius cons. 209. Ad num. 2. lib. 3. Boer. ad Consuetud. Bitur. tit. 2. §. 7. col. 2. vers. Hæc. Aloys. de Leo. l. 1. C. de compens. li. 25.* Imo etiam si

7 facta † esset executio & cæpta subhastatio. *Rota coram Sacrato in Rom. pecuniaria. vt refert Marches. de Commis. appel. part. 1. §. 1. fol. 776.* Quod tamen limit. si ageretur de executione sententiæ latæ in spolio, vel causa æque priuilegiata *Coccin. decis. 118. secunda. lib. 1.*

8 Ampl. etiam † si ageretur de executione sententiæ latæ ad fauorem Fisci vel Reipub. *vt dixi infra. §. 1.*

9 Ampl. etiam † si excipiens de compensatione, promisisset cum iuramento soluere *vt dixi infra. §. 11.*

10 Ampl. in omnibus † actionibus tam realibus, quam personalibus, vel mixtis. *Bal. l. fin. C. de compens. num. 3. & Cyn. num. 4.*

11 Ampl. in omnibus † rebus quæ recipiant functionem in genere suo, seu non intereest fieri compensationem *Cyn. in l. fin. C. de compens. num. 12.* vbi distinguit, *Abb. cap. 2. de deposit. n. 12.*

12 Ampl. siue quis sit damnatus † mota in illum actione in personam, vel in rem, & siue actio mota fuerit bonæ fidei, siue stricti iuris. *l. fin. C. de compensat. §. in bonæ fidei. Inst. de action. & dixi infra. §. 4.*

13 Ampl. vt opposita † compensationis exceptione, statim, & non ante sit extinctum debitum, quo reus conueniebatur, vel fuerat condemnatus. *l. si ambo. ff. de compens. Grat. cons. 13. viso processu. lib. 2. num. 51.* addendo si quid deinde fuerit exactum esse restituendum. Surd. loques de credito vsurario, vt vsuræ pro rata compensandi crediti, statim cessent. *decis. 117. petebantur. num. 5.* Intellige † si par sit conditio creditorum. *Laderch. cons. 164. Quoniam. num. 2. in fin.*

14 Ampl. etiam. si executio † esset facienda contra obligatum in forma Cameræ apost *vt dixi infra. §. 3.*

15 Ampl. in quacumque † instantia de illa excipiatur. *Aretin. in §. in bonæ fidei. Inst. de action. nu. 16. Osasc. decis. 92. Franciscus. num. 37. in fin.* vbi refert ita iudicatum, ne partes litium expensis diutius vexarentur, relato Bald. qui aliud sentit, & probatur. *l. 1. C. quæ sentent. sine appel resc. ind. Vrsil. ad Afflic. decis. 121. nn. 6. Capel. Tholos. decis. 98. & decis. 263. Boer. ad Consuet. Bituricens. Titul. 2. §. 7. col. 3.*

16 *vers. Quia compensatio.* dum † limitasset vbi aliud est statuto constitutum. *Paris. cons. 121. primo. lib. 1. num. 18. Osasc. decis. 92. Francis. in fin. Magon. decis. Florent. 42.*

17 *num. 8.* Quod tamen intellige † nisi fuerit reprobata. *glo. cap. suborta verb. reprobasse de re iud.*

Contrarium tenent relati *à Tusc o Conclus. 489. Compensatio. num. 26. & 43. & Conclus. 499. Compensare. num. 7. & 59. & declarat.*

18 Ampl. etiam si ageretur † de executione sententiæ in vim rescripti principis, cum Clausula parito iudicato, vt censuit Rota teste *Ludouis. decis. 342. Fuit. num. 5.* vbi addentes referūt Rot. aliud quandoq.

19 † censuisse, & pro concordia distinguerem, si simus in casu quo æquitas exuberat, vel compensatione euitetur pœna, quod sit standum decis. Ludouisij, si vero simus in casu in quo solutioni sit addita qualitas, seu forma soluendi, vt puta in pecunia aurea, vel argentea, vel per solutionem realem ius aliquod acquiratur soluenti, standum sit secundo decisis. *ita colligo ex d. decis. Ludouis. & additione illi facta. Gras. de except. cap. 16. num 59. Gratian. Discept. 742. pro num 48.* Concludētes non acquiri quasi possessionem exi-

20 gendi † nec ius prothomiseos, per oppositam compensationem in eum, qui deberet soluere, vel qui debet vendere ex iure congrui.

21 Ampl. etiam si opponatur † extra iudicium. *Bart. l. verum. ff. de compens. Ias. §. in bonæ fidei. Inst. de action. num. 77.*

22 Compensatio dicitur † opposita non solum vbi illa specifice obijcitur, sed etiā vbi narratur factum ex quo illa resultat. *Ripa in cap. Cum Ferrarien. de constit. num. 20.*

*num. 20. Vinc. de Franc. decis. 527. Iulia.
num 7.*

23 Ampl. etiam † si renunciatum fuisset
exceptioni Compensationis. vt dicam
infra §. 5.

24 Ampl. etiam † si debitum sit litigio-
sum modo sit liquidum, vel breui potest
liquidari *Surd. cons. 249. Non. num. 4. Pe-
guera. decis. 174. Dubitatum.*

25 Ampl. etiam † si reus condemnatus,
& in quem sententię executio est facien-
da, suscepisset terminum ad soluendum.
vt censuit *Rota in Romana pecuniaria co-
ram Sacrato. 5. Ianuarij 1613. vt refert
Marches. de cōmiss. appel. part. 2. §. 1. fol. 776.*
ea ratione quia compensatio habet vim
solutionis, quæ potest opponi in iudicio
etiam rei iudicatæ. Addentes tamen ad
25 *Ludouis. dec. 342. n. 7.* referunt † contrariū
censuisse eodem anno de mense Nouem-
bris coram eodem Sacrato, non tamen
exprimit, an esset eadem causa, & hanc
posteriorem opin. in alia causa tenuit,
quia per susceptionem termini censetur
renuntiatum exceptioni compensatio-
nis. Quia extra Rom. Curiam facile
27 ignorabitur, quid sit susceptio † termi-
ni, sciant non versati in eadem Curia,
quod relaxata executione seu mandato
de soluendo, debitor vt effugiat immi-
nentem executionem, per acta Notarij
causæ, vel etiam alterius, confitendo
debitum, ad quod soluendum fuit con-
demnatus, promittit illud soluere infra
triginta dies futuros, & hoc modo dici-
tur debitorem suscipere terminum ad
soluendum, solus tamen A. C. concedit
hanc dilationem, reliqui vero iudices
Rom. Cur. concedunt tantum terminū
decem dierum. termino suscepto, nota-
rius differt tradere ac etiam conficere
mandatum de soluendo, & creditor in-
timatus de tali susceptione termini se
abstinet ab executione, si forte manda-
tum ante eam susceptionem à notario
habuisset, & quandoque vidi criminali-
ter procedi contra creditores, qui spre-
ta intimatione curarunt exequi man-
data.

28 Ampl. vt admittatur † compensatio
in genere aduersus creditum in specie.
Bal. in l. fin. C. de compens. num. 25.

29 Ampl. etiam † si de compensatione ex-
cipiatur à Cessionario creditore ceden-
tis. *vt dixi. §. 6.*

30 Ampl. vt non solum † liceat principali
debitori excipere de compensatione;
sed etiam illius fideiussori. *vt dixi infra
§. 8.*

31 Ampl. etiam in delictis † & maleficijs,
seu criminalibus. *vt dixi infra §. 19.*

32 Ampl. etiam contra cedentem. *Aloys.
Leo. in l. 1. C. de compensat. n. 23.*

33 Ampl. vt aduersus exceptionē † com-
pensationis non admittatur replicatio.
*Rot. Genuens. decis. 11. in ista. num. 7. Pe-
droc. cons. 28. Licet. num. 10. relato Bal. in
l. 4. C. de compens. num. 6.* quia non datur
compensatio compensationis.

34 Ampl. vt possit opponi † etiam corā
mixto executore sententiæ. *Gail. obser.
113. postquam. lib. 1. num. 8.* examinando
35 quæ exceptiones † coram executore
opponi possint. *Morla. in Empor. Iuris.
part. 1. De iurisdict. omn. iud. quæst. 19. n. 9.
in prin. Fulgos. cons. 140. Nanues. col. penul.
vers. Quarta.*

36 Ampl. vt † vbi proceditur de æquita-
te, & sola facti veritate inspecta, admit-
tatur compensationis exceptio, licet
quis præcise se obligauerit ad soluendū.
Osasc. decis. 92. Franciscus. n. 35.

37 Ampl. etiam, quod † excipiatur credi-
tum de quo excipitur fuisse nulliter cō-
tractum. *l. cum hi. §. si eidem. ff. de tran-
sact. Camil. Medic. per hunc textum. cons.
38. Dum. n. 17. & seq.*

38 Ampl. etiam † si ab actore non sit ad-
impletum *vt dixi sup. cap. 9. num. 81.*

39 Ampl. etiam si quis promisisset † sol-
uere remota omni exceptione. *Surd.
cons. 246. non arbitror. n. 24. circa med.*

An autem cessionario obstet exceptio
compensationis, si illa obstaret cedenti.
dixi infra. §. 7.

40 Ampl. præsertim si excipiatur † de
compensatione crediti recipientis fun-
ctionem in suo genere, seu habente om-
nimodam similitudinem cum credito
petito, secus si aliqua cadat qualitas di-
spar. *gloss. in l. certum. ff. si cert. pet.* quod
41 tamen limita † nisi contraria extaret cō-
suetudo, veluti quod pro debito in scu-
tis auri soluatur in moneta argentea.

Bal.

Bal. l. finat. C. de compens. num. 24. Afflic. decis. 90. num. 5. Henrici. Boer. Tract. de Regal. cap. 2. num. 229. Coler. de proces. part. 1. cap. 10. num. 4. & seq. plurib. Brun. Tract. de monetis. §. Secunda prapositio. num. 1. & seq. Vinc. de Franc. decis. 508.

42 *In curia* † limitando nisi fuisset conuentum de solutione facienda in certa spetie monetæ, vt puta scutis stamparum, prout hodie negotiantur mercatores. *Bald. l. fin. n. 23. in fin.*

43 Ampl. etiam in actionibus † realibus, si res fuerit perempta, vel non extaret, dolo vel culpa aduersarij, nam cum deueniendum sit ad rei æstimationem, perinde esset ac si hinc inde esset debita quantitas. *glos. in l. fin. verb. actionibus. C. de compens. & ibi Sicard. n. 3. Cyn. ibid. n. 4 distinguit.*

44 Ampl. vt vbi esset † directo prohibita compensatio, vt non sit prohibita, quæ fieret indirecte, exemplum refert *Capic. decis. 895. in causa excellente, num. 4.* si fuisset renuntiatum exceptioni compensationis, vt non sit sublata retentio rei hypothecatæ, volenti retinere, *& dixi supra Capite 8. numer. 79.* quod prohibita à statuto compensatione non sit prohibita retentio occasione meliorationum, quæ est indirecta compensatio.

45 Ampl. in commodato † *Abb. cap. 2. de deposito num. 12. post med. vers. sed contrarium. Abb cap. 2. deposit. num. 12.*

46 Ampl. etiam si creditum † compensandum non æquaret quantitatem sententiæ exequendæ. *Ias. in l. quidam existimauerunt tit. si cert. pet. nu. 7. vers. sexto.* afferens confirmari *à Bart. in l. & si*

47 *etiam C. de compens.* qui id non dicit in meo codice, quod † intellige si offeratur residuum. *Ladercbi. conf. 164. Quoniam. n. 10.* vel ad interrumpendum cursum vsurarum pro rata *Iamens. decis. 4. Dum. num. 22. Cincius de censib. quast. 88. num. 6. vers. nam fieri, & decis. 100. n. 8. ab eodē Cincio relata.*

48 Ampl. etiam si excipiens † de compēsatione esset debitor ex causa alimentorum præteritorum, secus si fuerint debita in futurum, vt dixi in limitationibus.

49 Ampl. non solum aduersus sētentiam in qua agatur de ijs quæ pōdere numero, & mensura constant, seu accipiunt functionem in genere suo, sed etiam si lata fuerit occasione cautionis, vel stipulationis. *Azo. in Sum. C. de compens. n. 17.*

50 Ampl. etiam si extaret † statutū quod non posset opponi aliqua exceptio, nisi solutionis. *Angel. Alex. & alij plures congesti à Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. nu. 4. post med. vers. & facit. Surd loquens de statuto reijciente* certas exceptiones, vt non extendatur ad exceptionem compensationis *decis. 191. quamuis num. 10. & num. 17.* firmat hanc extensionem. *Socin. Iun. cons. 79. Vi so pun- ēto lib. 3. n. 9.* Rota coram Sacratoin Romana pecuniaria 5. Iunij 1613.

51 Ampl. præsertim † ad euitandam pœnam *vt dixi infra §. 15. vers. sextus.*

52 Ampl. vt aduersus † excipientem de compensatione licita non sit reconuentio *Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. quinta part. §. 11. num. 31.* eam afferens rationem, quia in summarijs, & executi-

53 uis causis, non est † licita reconuentio, *Menoc. de adipiscend. possess. Remed. 4. nu. 644. & seq.*

54 Ampl. etiam si † de compensatione excipiatur ab administratore, *vt dixi infra §. 17.*

55 Ampl. etiam si opponatur † à socio, *vt dixi infra §. 18.*

56 Ampl. etiam si sententia † fuerit lata occasione solutionis pretij rei venditæ. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. Glos. 3. nu. 5. in fin.*

57 Ampl. etiam si opponatur † extra iudicium. *Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. n. 10.*

58 Ampl. etiam aduersus † sententiam latā super solutione residui pretij rei venditę siue excipiatur cōtra fiscū *Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. n. 5. in fin. l. si expeditione C. de Consens.*

59 Ampl. siue sententia † sit lata mota actione personali, vel reali, vel mixta *l. fin. C. eas Tiraquel. de retract. lignag. 3. a glos. 3. n. 5. in fin.*

60 Ampl. at qui excipere potest de compensatione nōn dicatur esse in mora *Alex. cons. 12. lib. 2. n. 15.*

61 Ampl. vt iudex de compensatione facit

cit causam appellabilem, & litem suam, *l. intra vtile, ff. de minor. l. fin. ff. de var. & extraordin. cognit.*

An autem excōmunicatus possit excipere de compensatione, *Bald. in cap. cū inter de except. num. 5. & dixi cap. 14. §. 3.*

62 Ampl. etiam † contra Ecclesiam, vt dicam infra §. 10.

63 Ampl. etiam parte non † opponente vbi iudici constat de credito liquido cū liquido, cōmpensando, *Bart. l. maritus ff. famil. hercis. Io. Fab. §. in bonæ fidei inst. de act. n. 13. Rota Ianuen. decis. 34. agilibus num. 6.*

64 Ampl. si excipiatur † de credito liquidando incontinēti, vel breuiter, proban. *Capic. decis. 167. in causa Manfredini n. 1. & 2. Osasc. decis. 92. Franciscus n. 36. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 11. nu. 329* & quādo dicatur facta liquidatio *dixi infra §. 16. vers. quando, Tiraquel. de retract. lignag. 51. 3. glos. 3. nu. 11.* concludit esse arbitrarium iudici.

65 Ampl. etiam vbi agitur † de contractu gentilitio seu iure congrui, *Tiraquel de retract. lignag. §. 3. glos. 3. num. 2. & seq.*

66 Ampl. in omni genere † debitorum iuxta distinctionem, *Cin. in l. fin. C. de compens. nu. 10.*

67 Intellige antecedentia omnia † si debitum de quo excipitur est certum, quia confessione actoris probetur, vel sententia iudicis, quæ iudicialiter non controuertatur, canonizatum, sitque etiam purum, & in præsens debitum. Nam si de illo pendet lis, vel sit incertum, tam ratione, seu natura crediti, quàm ex accidenti extrinseco, nullatenùs licèt, de cōpensatione excipere, vt puta quia sit in diem, vel sub conditione, vel alternatiuè debitum à debitore, & à creditore nondum sit facta electio, *l. fin. C. de compens. l. quod in diem ff. eod. Surd. decis. 191. Quamuis num. 8. Sicard. in Rubr. C. de compens. num. 5. Thesaur. quæst. 21. in causa lib. 4. num. 1. & seq.*

69 Limit. vbi creditum de quo excipitur † eget altiori indagine, *l. fin. vers. ampliorem indaginem, C. de compensat. vbi Glos.*

70 *verb. conuicta.* dicitegere † altiori indagine, si infra duos menses à die oppositæ exceptionis non potest liquidari, secùs si in continenti potest probari, *Azo. in sum. C. de compens. num. 12. circa med.* Altiori indagine quando dicatur opus esse. *Benintend. decis. 77. num. 13. & Ias. §. in bonæ fidei inst. de action. num. 72*

71 Limit. vbi ante sententiam † fuit exceptum de compensatione, & nihilominus excipiens fuit condemnatus, *Glos. fin. in l. Nesennius, ff. de re iud. Ias. in l. 1. C. de iure, & fact. ignor. nu. 19.*

72 Limit. vbi ab actore † petitur quamtitas, & reus excipit compensari spetiem sibi debitam, & è contra, vt *dixi infra §. 11.*

73 Limit. vbi quis promisit † soluere in pecunia, *l. solutam, ff. de solution. Bartol. in l. solutionis ff. eodem Bald. in l. fin. C. de compensat. num. 12.* eam afferens rationem, quod vbi requiritur vera solutio, tunc cessat compensatio, & cessio. *Natta cons. 60. pro num. 4. Cored. Collect. 155. plura nu. 2.*

74 Limit. vbi excipitur a de credito tertij, seu quod alteri est debitum, vt *dixi infra §. 9.*

75 Limit. vbi quis promisit soluere † in certa spetie monetæ, vt puta duplis Hispaniarum, plastris Florentinis, vel scutis octo stamparum, nam licet de generali consuetudine possit vna speties pecuniæ solui pro alia, cessat tamen talis facultas, cum consuetudine, vbi contrahentes conuenerūt de solutione facienda in certa spetie pecuniæ, vt latè probat *Surd. cons. 246. Hon. n. 21.* cui addo *decis. Vincent. de Franc. decis. 508. in Curia Guttier pract. quæst. lib. 2. q. 179. quæstio iucunda. Pacific. de Saluian. in part. 2. cap. 11 n. 13, & seq. Cartar. decis. Ianuens. 77. num. 15.*

76 Limit. omni casu † quo non admitti tur solutio *Bald. l. fin. C. de compens. n. 22. 23. & 24. Cartar. decis. Ianuen. decis. 93. num. 17.*

77 Limit. contra mulierem † agentem ad dotem, vt latè examinat. *Bald. Nouel. de Dote part. 8. priuil. 1.* vbi addit limitationes, quas non refero de carta in papirum, & post *Bald Pacific. de Saluian. interpict. suspect. 2. cap. 11. num. 317. & seq. Tuscus conclus. 490. Depositum num. 6 & seq. plurib. Trentacinq. Resolut. 1. de compens. nu. 14. & seq. Afflict. tamen. decis. 121* nu. 4.

num. 4. concludit fuisse admissam compensationem aduersus dotem, à consilio Neapolitano.

78 Limit. si aduersus debitum † voluntarium excipiatur de compensatione, *l. vēditorem ff. de legat* 1. *Neuiz. cōs.* 62. *n.* 22. *Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 2. *cum alijs cumulatis à Pacific. de Saluian. inspect.* 11. *cap.* 11. *num.* 133. *& seq.* vbi exempla refert.

79 Limita omni casu † quo solutio fieri non potest iuxta voluntatē volentis soluere, *Bald. in l. fin. C. de compensat. num.* 12 *vers. sed dubitatur in fin. C. de compens. sequitur Surd. cons.* 246. *Non. n.* 13.

80 Limit. vbi quide compēsatione † excipit, est debitor causa alimentorum *l.* 3 *C. de compensat. & licet Glos. ibid.* intelligat si alimentarius seruiat publicæ causæ, Doctores tamē intelligūt generaliter, cū sine exceptione aliqua loquatur ibi Imperator, *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 53. *compensans nu.* 5. quem sequitur *Gratian Discepi.* 728 *ex num.* 3. *relatis Io. Fabr. & pract. Papien. quos Surd.* in suam sententiam retulerat.

Limit. aduersus creditorem legalem vtputa iure prothomiseos, *Vrsil. ad Afflict. decis.* 181. *nu.* 3.

Limit. aduersus sententiam supræmæ curiæ, etiam si offeratur probatio in prōptu, testibus, & scripturis, *Capic. decis.* 167 *Vrsil. decis.* 331. *num.* 5. *Peguer. decis.* 173.

81 Sublimit. si excipiatur † de alimentis p tæteritis, *Franc. Monald. cons.* 52. *num.* 9. *quem Gratian. refert, & sequitur Discept.* 728. *ex num.* 33. & comprobari potest *opin. Monald.* amici mei, ex ijs, quæ dicuntur de transactione, quæ est valida, si fiat de præteritis alimentis, secus si de futuris.

81 Limit. vbi excipitur de compensatione † debiti non liquidi, seu quod non potest liquadari intra tempus, quod est concessum ad faciendam executionem, si excipiens fuisset condemnatus, *Paris. cons.* 121. *prin. lib.* 1. *nu.* 24. *dixi infra §.* 16.

82 Limit. vbi excipitur † de compensatione crediti victus causa creati, *L. ob ingenium, vbi Gloss. & Bart. ff. de comparat. Surd. de aliment. tit.* 8. *q.* 53. *ex n.* 5. *& seq.* exemplum referens, si agatur de subsidio charitatiuo soluendo Episcopo, & alteri prælato, vel tractatur de pensione, alimētorum causas imposita super fructibus beneficij ecclesiastici, alia exempla refert *Trentacinq. de compensat. resolut.* 1. *n.* 11 *lib.* 3.

83 Limit. vbi excipitur † de compensatione aduersùs Doctorem petentem sibi debitum salarium. *Ripa in l.* 1. *ff. solut. matr. num.* 142.

84 Limit. vbi quis promittit soluere † omni exceptione remota, vt latè probat *Pedroc. cons.* 28. *licet n.* 16. *& seq. plurib.*

85 Limit. vbi excipitur de † compensatione à depositario, vt *dixi* §. 14.

86 Limit. vbi excipitur de † quantitate illiquida, aduersus quantitatem liquidā, *vt dixi infra* §. 16.

87 Limit. vbi excipitur † de debito necessario aduersus volūtarium, vt *dixi infra* §. 16. *limit fin.*

88 Limit. vbi de compensatione † excipitur à prędone, seu qui perperam occupauit rem actoris, *Azo in Sum. de compens. n.* 11. asserēs id negari odio prædonis *l. fin. C. de compens.*

89 Limit. vbi à condemnato † in vna spetie excipitur de alia. *Sicard. in Rubr. C. de Compens. num.* 6.

90 Limit. vbi quis excipit † de compensatione aduersus sententiam latam contra excipiētem, cū clausula soluto prius pretio, vel alia simili clausula conditionem designante. *Vincent. de Franc. decis.* 527. *Iulian. num* 6.

91 Limit. vbi creditum † de quo excipitur probatur priuata scriptura, & sententia fuit lata ex pub. instrumento, *Pedroch cons.* 28. *licet num.* 12. *relatis Casal. cons.* 47. *nu.* 46. *in fin. n.* 47. *Iosepho Ludouis. decis. Perus.* 15. *n.* 6. *&* 16. *vers.*

Limit. vbi de compensatione fuit cognitum in processu, *Bald. l. in executione C. quorum appell. non on. n.* 16.

92 Limit. in commodato † *Cyn. in l. fin. C. de compens. num.* 6.

93 Limit. vbi ab Ecclesia, seu Sacerdote petuntur decimæ, vt *dixi infra* §. 10. *n.*

94 Limit. vbi excipitur in genere † quod est debitum in specie, *Cyn. in l. fin. C. de compensat. n.* 16.

95 Limit: vbi de compensatione † excipitur

pitur aduersus spoliatum. *Bald. l. fin. C. de compens. nu. 5.*

96 Limit. omni casu, quo interfit, seu læditur actor, *Abb. cap. 2. de deposit. nu. 12. in princip.*

97 Limit. vbi agitur de retractu † conuentionali, seu pacto de retrouendendo, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. num. 7. circa med.*

98 Limit. vbi quis cum iuramento promisit soluere, *Surd. plures referens cons. 94. Nonnulla num 8.*

99 Limit. in sententia lata in spolio, vel causa æquè priuilegiata, *Put. decis. 118. secunda lib. 1.*

Limit. in excommunicato, & quocũque, qui illi æquiparetur, vt *dixi cap. seq. §. 3. & seq.*

---

§ I.

SVMMARIVM.

Fiscus regulariter actiuè, & passiuè vtitur iure communi 1. quandoq. est deterioris conditionis qnolibet ciue. 2.

Compensationis exceptio admittitur contra fiscum, si excipiens infra duos menses doceat de suo credito. 3. ampl. 4. 9. 11. 12. 13. limit. 10. 14. 15. 17. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Statio fisci quid sit. 4. 5.

Calendarium, quid sit 16.

Vectigalis nomine quid contineatur. 17.

Annonæ nomine quid contineatur. 20.

Compensatio fit ipso iure cum fisco, etiam parte non opponente ad euitandam pœnam. 6. ampl. 7.

FIsco plura licet sint cõcessa priuilegia
2 † regulariter tamẽ actiuè, & passiuè
vtitur iure quo vtũtur cæteri ciues *glos.*
in l. item veniunt §. in priuatorum verb.
publicet. ff. de pet. hæred. Bart. l. iustum C.
de eden. n. 2. Veral. decis. 223. par. 1. & quã-
2 doque stricto iure cum illo agendo, † sit
deterioris conditionis quolibet infimo
ciue, vt refert, *Surd. decis. 18. procurator.*
num. 12. in fin. & nu. 13. propterea con-
uentus à fisco ad soluendum, quod sibi
deberi asseritur, repellitur ab intentata
actione, si reus conuentus excipiat de
3 compensatione † eius, quod sibi à fisco
est debitum, si intra duos menses doceat
de allegato credito, *l. aufertur 46. §. fiscus*
ff. de iure fisci Roman. singul. 551. An sacer-
doti, Donel. comment. iur. lib. 16. cap. 15. Io.
Fab. in §. in bonæ fidei. inst de action. n. 13.
vers. in glos. Azo in sum C. de compens. nu.
10. vers. alias autem Abb. c. 2. de deposit n.
vers Nam duo.

4 Ampl. præsertim ad retardandum †
pœnam, vel vsuram debitam fisco, *l. idẽ.*
12. ff. de compensat. vbi Glos. declarat, id
procedere si pęna, vel si vsurę sint debita
ex eadem statione, idest ex eadem man-
sione, quæ nunc Romæ nuncupatur of-
ficio, in quo relatum est debitum rei
conuenti, *l. 1. C. de compensat. vbi Sicard.*
num. 1. & tacitè dixit *Moneta tract. de*
decim quæst. 4. cap. 9. nu. 173. Peregrin. de
iure fisci lib. 6. tit. 7 nu. 15. vers intellige,
subdendo, quæ sunt dicta de eadem sta-
tione, si fiscus succedat ei, qui sit debi-
tor, & creditor diuersarum stationum,
quod tunc liberentur fideiussores. *Io.*
Franc. à Pont. cons. 70 obstupesco, n 15. &
28. in fin. & n. 29. & 30. declarat si regã-
5 tur à † diuersis personis, secus si regãtur
ab eadem persona, *Pet. Barbos. in l. diuor-*
tio, §. ob donationes ff. solut. matrim. n. 23.
addendo ad euitandam pœnam, vel il-
6 lam † soluendam ipso iure, etiam parte
non opponente, fieri compensationem,
& si quid fuerit solutum, non admissa
compensatione, repeti tanquã indebitũ,
si creditum compensandum, vt ego ad-
do, æquabat quantitatem pœnæ soluen-
7 dæ, quia † compensatio pro toto debito,
vel illius parte, si æquat debitum, *Surd.*
de aliment. tit. 6. q. 11. Vitricus nu. 3 & iste
est vnus ex casibus, in quibus admittitur
particularis solutio, contra regulam,
8 † *l. quidam æstimauerunt, ff si cert. petat*
Afflict. decis. 192. Michael. nu. 1. compen-
sationem fieri vbi ab vno officiali regun-
tur duæ stationes.

9 Ampl. siue excipiatur contra † fiscum
principis, qui solus dominetur, quales
sunt Duces Mediolani, Florentiæ, Sabaudiæ, seu ciuitatis, & reipub. qualis est Veneta, Iauuensis, Lucensis, & S. Marini,

in Italia, siue ciuitatis, quæ sibi à Deo libertatem conseruauit, modo petens

10 † compensationem nō sit debitor fideicommissi, quo sit illa grauata, l. 3. C. de compensat. vbi glos. fin. extendit ad quāuis ciuitatem, & eamdem extensionem firmat, Sicard. in l. 1. C. de compensat. n. 1. & 3.

11 Ampl. præsertim vbi fiscus † succedit alicui, ex delicto, vel tanquam ab indigno, vel deficientibus legitimis hæredibus, etiam quod quis non esset creditor ex eadem statione, l. 2. C. de solut. per quem textum ita firmat Sicard. in l. 1. C. de compensat nu. 3. in fin.

12 Ampl. præsertim vbi fiscus † ageret ad exequutionem pœnæ, & exciperetur de credito ex alia statione, l. si constat C. de compens. l. ob negotium, ff. eod. Sicard. per hæc iura in l. 1. de compens. n. 4. Castr. l. final. C. de iure fisci.

13 Ampl. è contra, si compensatio † fiat ex eadem statione, Aloys. de Leo in l. 1. C. de compens num. 6. & seq.

14 Limit. vbi petitur fieri † compensationem crediti, de quo apparet, seu quod probatur ex alia statione, & non ea, quo fiscus petit, l. 1. C. de compensat. vbi Sicar. n. 1. Afflic. decis. 19. quidam num. 4. & latius dixi supra ampliatione 1. Magon. decis. Lucens. 1. nu. 14. vbi rationem refert Aloys. Leo. in l. 1. C. de compens. n. 6. & seq.

15 Limit. vbi petitur fieri compensationem † cum pecunia, quam fiscus dedit fœnori, seu vt loquitur Imperator Alex. in l. 3. C. de compensat. quæ est descripta in Calendario, l. qui filium ff. de legat. 3. in summaric C. de compens num 10. Ca-

16 lendarium enim † erat codex, in quo descriptæ pecuniæ fœneratitiæ singulis calendis exigendæ, l. qui filium, ff. de legat. 3. l. 3. C. de compens.

17 Limit. vbi petitur compensatio † eius quod fisco est debitum occasione vectigalium, l. 3. C. de compensat. & notandum quod vectigalis nomine continetur, non solum, quod soluitur ex mercibus, quæ inuehuntur, & euehūtur ex vrbe. l. vniuersi C. de vectigal. sed etiam portus venalium rerum, salinarum, fundorum, vectigalium, & metallorum, l. 1. ff. si ager. vectigal. vel emphit. l. cotem. §. 1. ff. de publican. l. inter, ff. de verb. signific. & ratio

18 est, quia de priuato † ad publicum non admittitur compensatio, Sicard. in l. 1. C. de compensat. nu. 3. in princip. Azo. in sum. C. de compens. nu. 20.

Contrarium si petatur à conductore sancitum est lege Hispana teste Guttierz de gabel. quæst 167. num. 1. & 4. in fin.

19 Limit. vbi fiscus est creditor † causa annonæ, id est ex quauis re ad victum necessaria, & non tantum de re præstanda, quam de illius pretio. exemplum esse potest in Vrbe, vbi Camera Apost. ante collectum frumentum, & sæpe etiam antequam sit satum, dat agricolis pecunias ad computum pretij frumenti, vel olei colligendi primis messibus, vel oliuis, Ripa in tract. de remed. ad conseruand. vbert. nu. 33. vbi rationem assignat.

20 Annonæ † autē nomine contineri omnes fruges, quibus homo vescitur, l. 1. & fin. ff. ad leg. Iul de Annona Azo. in summa. C. de compens. n. 10. Bobadil. politic. lib. 3. cap. 3. num. 45. & 30.

21 Limit. vbi fiscus est creditor † excipiētis, pretij rei venditæ, l. aufertur 46. §. qui compensationem, ff. de iure fisci, l. si ex venditione 7. C. de cōpensat. Trentacinq. Resol. 1. n. 14. De compensat. lib. 3. Bertazol. clausul. 40. glos. 8. n. 1.

22 Limit. vbi excipiens de compensatione est debitor tributorum, & ad illa soluenda conuenitur, l. aufertur 46. §. qui compensationem, ff. de iure fisci l. 3. C. de compesat. siue tributum sit personale, siue reale, l. ætatem, ff de censib. l. inter debitorem, ff. de pact. l. generali in fin ff. de vsufruct. legat. l. Iulian. §. idem Iulian. ff. de act. empt. Azo in summ. C. de compens. n. 10.

23 Limit. vbi excipiens † conuenitur ad soluendum fisco stipendia, l. aufertur. 46. §. Qui compensationem, ff. de iure fisci.

24 Limit. si excipiens de compensatione est debitor pecuniæ, quæ à ciuitate erogatur in alimenta Principis, Zenodochij & alia causa pia, l. 3. C. de compensat. Azo. in summ. C. de compens. num. 10. addendo idem dici de pecunijs destinatis in refectione, vel confectione murorum.

25 Limit. vbi excipiens † de compēsatione est debitor fisci pecuniarum, quæ destinatæ sunt in sumptum certum faciendum

dum

dum in re, vel persona vtilitatis publicę causa, vt puta in stipendia militum, refectionis, vel constructionis mœnium, salaria magistratuum, professorum, & similium, *l. medicos in fin. C. de profess. & medic. lib. 10. l. 3. C. de compens. Trentacinq. Resol. 1. n. 17. De cnmpensat. lib. 3. n. 12. & 13. in refectione, vel constructione murorum, Azo. in sum. C. de compens. n. 10. Ripa in tract. de remed. ad consequend. vbert. nu. 34.*

26 Limit. vbi excipiens † de compensatione est debitor fisci ciuitatis, cui debitum est fideicommissum, *l. 3. vbi glos fin. C. de compensat. Azo. in Sum. C. de compens. nu. 17*

27 Limit. vbi excipiens † de compensatione est debitor fisci causa alimentorũ, quæ præstantur seruienti reipub. *l. 3. vbi glos. verb. alimentorum C. de compens.*

---

§. II.

SVMMARIVM:

Iuramentum obligat iurantem ad præstandũ precisè, quæ quis iurauit. 1. ampl. 2. 3.

Soluere qui promisit cum iuramento, non potest excipere de compensatione. 3. 6. 12. 13. & quare, 4. ampl. 6. Contrarium. 7. & quare. 8. 9. 10. 11. ampl. hanc secundam opin. 19. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Limit 39. 40. 41. 42.

Emphiteota creditor directi ipso iure compẽsat. 30. ampl. ibid.

Alciatus reprobatur 34. 42. in fin.

Creditum quando dicatur liquidum. 20. 22. 23. 24. 25.

Creditum non liquidum quod dicatur. 23.

Compensatio fieri non potest vbi non potest fieri solutio 21.

Iuramentum quando verificari possit in casu ficto. 5.

de Compensatione excipient dicitur dare, & soluere, vbi promisit dare, vel soluere. 10. 11.

Compensatio quamtitatis liquidæ fit ipso iure 14. 15. liberatur promissor 15.

Compensatio, & solutio sunt synonima 16. 71

1 IVramentum obligare iurantem † vt
præstet nihil addito, vel diminuto,
ex ijs, quæ præstare iurauit, commune
est axioma, *cap: ad nostram de iur. iurand.
Alex. in in l. si conuenerit, ff. de iurisd. oran.
iud. num. 2. Ias. in §. actionum Inst. de
action. nu. 47.* adeo vt non possit præsta-
2 re † quod est melius, vel quod iuratis
æquipolleat. *Natta cons. 54. egregius nu.
1. & 4.* propterea, qui cum iuramento
3 promisit soluere, non auditur † excipiẽs
de compensatione, *glos. cap. ad vestram.
7. verb. pecunia. vers. sed isto casu de iur.
iurand.* quam sequuntur ibid. *Host. Io.
And. But. & alij relati à Natta cons. 54.
egregius nu. 1. in princip.* subdens *nu: 2.*
4 vsque in fin. † concludentes rationes hu-
ius assumpti, & testatur de communi
contra Bart. aliud sentientem, vt subdo
idem latiùs repetit. *Gozad. cons. 32. pri-
ma. num. 16. 17.* addendo tunc iuramen-
5 tum † posse verificari in casu ficto, quo-
ties non tractatur de præiudicio tertij.
*Mathesil. sing. 54. nota quod. vbi addentes
alios referunt, testando opin. Bart. commu-
6 niter damnari* † nec euitari periurium,
quamuis iurans soluat interesse, *Surd.
& ab illo relati cons. 82. De anno num. 25
testatur de magis communi, & à Caual. in
spec. commun. quæst. 131. promittens nu. 1.
Gabriel testans de magis communi. De
iurament. conclus. 7. Guttier. de iuram.
confirmat part. 3. cap. 6. compensant nu. 3.
& seq. latè comprobat. & nu. 6. vers. ego.*
testatur de veriori, & communiori, &
respondet obiectis contrariæ opin. rela-
ti à *Trentacinq. de compensation. Resolut.
1. num. 7. vers. secunda, & ab addentibus
ad prax. Bonacurs. cap. 2 num. 167. & ab
Afflict. decis. 163. nu. 2. & 3. & decis. 181.
Quadam numer. 2. & 3.* addendo ita
fuisse iudicatum à cõsilio *Neapolitano,
& vbi consentientes refert num. 1. & 2.
Serafin. de iuramento. priuil. 74. num. 3.
seq. vbi latè examinat Tusc. conclus. 490
compensatio nu. 38. vbi latè. Ioseph Lud.
decis. 15 nobiles. nu. 7. & seq. vbi ampliat.
dic. num. 1. & ab Osasc. decis. 92. Franci-
scus nu. 18. vsque ad 33. vers. in contrariũ
& à Surd. cons. 82. De anno nu. 25. testãs de
magis, & cõmuni. relati à Corneo tract. de
Absol. forens. p. 4. Casu. 16: De compensat.
num. 9. & seq.* Con-

7 Contrarium firmat † *Bart. in l. amplius non peti.* 15 *ff. rem rat. haber. nu.* 8.
vers. ego puto, quem sequitur *Angel. ibid.*
num. 5. *asserens id probari l. Iulianus la*
piccola, ff. de cond. & demonst. Io Fab. in
§. bonæ fidei, inst. de action. n. 12. *vers. &*
eadem quæstio. Bart. mouetur ratione,
7 quia † excipiens de compensatione, si
non soluit, id facit, quia impeditur facto actoris, qui vicissim non soluit,
quod soluere promisit, & ideo ex alie-
9 na culpa nemo est grauandus; deinde †
addit optimum simile, videlicet quod
quamuis conditio sit implenda in for-
10 ma † specifica, sicuti adimplendum est
iuramentum, *l. Mæuius ff. de condit. &*
demonst. attamen si iussus dare, vel soluere, excipit de compensatione, dicitur
dare, & soluere *l. si pecuniam §.* 1. *ff. de*
12 *stat. liber.* nec promittens cum † iuramento, soluere, est periurus, si compẽ-
sat, *Socin. cons.* 79. *viso lib.* 3 *num.* 7. *dicta*
Bartoli reassũmit Capic. decis. 167. *in*
causa Manfredini n. 4. & illa casui suo
annectenda probat *Couar.* & ab illo relati in *cap. qramuis de pact. part.* 1. *§.* 4.
num. 9. *vers. cæterum*, asserens hanc opinionem esse cõmunem apud Legistas:
sed à Canonistis magis esse receptam
contrariam latissimè illam comprnbãs,
& respondet fundamentis Canonistarũ,
sed Bart. opin. esse veriorem, & ab ea
non esse recedendum, iudicando, & cõ-
sulendo, & ita quotidie practicari refert
Caual. in specul. quæst. 231. *promittens*
in fin. relati à Trentacinq. variar. resol.
lib. 3. *resolut.* 1. *nu.* 7. *vers. primam opin.*
asserens in puncto iuris hanc esse veriorem, & ab addentibus *ad prax. Bonacurs.*
cap. 2. *num.* 167 *& ab Afflict. decis.* 163.
Dic. num. 1. *& decis.* 381. *n.* 1. *& ab Osasc.*
decis. 92. *Franciscus num.* 2. *vsque ad* 18.
addendo num. 33. *hanc opin. esse veriorẽ,*
& sustentabiliorem, Tiraquel. de retract.
lignag. §. 3. *glos.* 3 *num.* 3 *relati à Bertazol. claus.* 40. *glos* 8. *non est num.* 6. *circa*
med. & à Tusc. conclus. 490. *compensatio*
num. 39. *Guid. Pap. tract. de compulsor.*
quæst. 5. *num.* 2. *&* 3. *testando de veriori*

Difficilem, atque implicitam esse difficultatem propositi articuli, patet ex
relatis, & introspectis, quæ in vtramq.
partem affirmãtur à Doctoribus nostris
relatis à *Cened. Collectan.* 155. *pluran.* 1.
& Couar & Guttierz Doctores Hispani
non conueniunt, & quisque illorum respondet obiectis sententiæ cõtrariæ, ex
quibus fit difficilior resolutio. Ego verò sequendo quem mihi proposui stylũ
constituta regula, subdendo ampliationes, & limitationes credo omnem difficultatem tollere.

13 Regula itaque sit † iuxta Bart. opinionem quod promittenti cum iuramento
soluere, liceat aduersus eum, qui illum
ad soluendum vrget, excipere de compensatione, *l. si debitor.* 4. *ff. qui potior.*
in pign. habeant vbi Pomponius concludit,
nihil interesse, an quis soluerit, vel pensauerit, l. dedisse, ff. de verb. signif. vbi
Paulus respondit, eum dedisse intelligi,
etiam qui compensauit l. vel permutauit
19. *ff. de liberat. caus. l. peculian. §.* 1. *vers.*
si velit seruus eam pecuniam compensare, ff. de stat. liber. vbi Paulus idem respondit in casu, quo de solutione sub cõ-
ditione facienda agebatur, *l.* 4. *§. soluisse*
ff. de re iudicat. vbi est casus decisionis
nostrę difficultatis, an exceptione compensationis retardetur executio sententiæ, nam præsupposito, quod opponatur de compensatione crediti liquidi,
14 vt puta de quantitate † ad quantitatem
quæ fit ipso iure. *l. si constat C. de compẽs.*
15 & qui † compensat liberatur sua obligatione, *l. si ambo, ff. de compensat. & Vlpianus in d. § soluisse firmet eum soluisse,*
qui sua est obligatione liberatus, qui cõ-
pensset ditur soluere, quia sua obligatione liberatur. Addatur, quod si vo-
16 lumus compensationem † esse propriè
solutionem, vt colligitur, *ex l. si debitor.*
& aliis iuribus supra allegatis, cessat omnis difficultas, nec consideranda nominum diuersitas, vbi idem sequitur effe-
17 ctus, & dicendum solutionem † et compensationem esse synonima, seu nominum communionem. Si verò volumus
compensationem esse fictam solutionẽ,
idem quoque est dicendum, quia fictio
18 in casu ficto † idem operatur quod veritas in casu vero *l.* 1. *ff. de adopt. Alex. in l.*
si pecuniam, C. de negot. gest. num. 6. *&*
& cons. 12. *lib.* 2. *num.* 13. *&* 15. *relati à*
Man-

à Mancin. de iuram.part:4effect.30.n.2.

19 Ampl. præsertim † si agatur de compẽsanda quamtitate liquida aduersùs aliam quantitatem liquidam, *l.si constat. l fin.C. de compensat. Anchar. Regiens. lib.1.quæst.2 Quidam num.*1. vbi addit etiam si quantitates non essent pares, & *dixi infra* §.12.

20 Liquidam autem † quantitatem censeo esse, quando quantitates compensandæ reciperent functionem in genere suo, hoc est quando inter illas caderet omnimoda similitudo intrinseca, & extrinseca, veluti si debitor vini excipiat de credito vini eiusdem bonitatis, & qualitatis, vt puta si hinc inde sit debitum, & creditum vini phalerni, vel agatur de credito pecuniarum, quæ hinc inde fuerunt numeratæ in iulijs, testonibus, vel duplis Hispaniarum eiusdem ponderis, & ligæ, *l. Paulus, ff. qe solution. Trentacinq. Resol.*1. *num* 1 *de compensat. lib.*3. & ratio est quia

21 compensatio cessat † vbi fieri non potest solutio, quæ non dicitur fieri, vbi aliud pro alio, quis velit soluere, *Trentacinq. ibidem*.

22 Item creditum dicitur † liquidum vbi de illo constat per sententiam, super illo prolatam, *Medic. de compens. part.*1. *q.*13. *num.*4.

23 Item quantitas non † dicitur liquida vbi illa est debita sub conditione, nã aduersus credirum earum non admittitur. vel vbi creditor haberet electionẽ consequendi suum creditum in alia specie, vel re, quàm in illa re, & specie quam debitor excipit compensari. *Bart. in l. si seruus communis* §. *idem dicẽdum in fin. ff. de furt. Addentes ad praxim Bonacurs. c. quib. mod. suo nomin. ciuiliter vers. pecuniarijs n.*165.

24 Item dicitur opponi † de credito liquido si aduersus illud nulla potest releuans exceptio opponi, nam si de illo aliquo modo dubitari posset, etiam replicando, non dicitur esse liquidum, nec ex illo retardari executionem sententiæ, *Angel. in l.*1. *ff. de transact. n.*1. *vers. & ex prædictis sequitur Serafin. de iuramen. priuil.* 74. *nu.*67. & 68.

25 Item creditum dicitur liquidum, vbi hinc inde de illo constat publico instrumento, *Trentacinq. Resol.*1. *Cũpensatio n.* 7. *vers.*3. *de compensat. lib.*3. *Medic. tract. de compensat part.*1. *q.*13 ... *nu* 4.

26 Ampl. secundo † si excipiẽs de compẽsatione esset pauper, vel numero filiorum grauatus *Afflict. decis.*163. *die* 7. *num. subdens num.*5. procedere etiam in cessionario paupere & vtroque casu ita fuisse iudicatum, *Osasc. decis.* 92. *Franciscus num.* 35. *circa princip. Paris. cons* 121 *primo lib.* 1. *nu.*41. *vers. ad Afflict decis.*381. *nu.*1. *Ancar. Regiens. quæst* 2. *quidam lib.*1. *nu.*5. *Serafin de iuram. priuil.*74. *n.*142. *Guttier. de iument. confirmat. part.*3. *cap.*6. *num.*8. *Trentacinq. resolut.*1 *de compens. lib.*3. *n.*7 *vers. secundo, & seq. Pacific. de Saluian. Inspect.*2. *c* 11. *nu.*321. *Mancin. de iuram. part.*4. *effect.*30. *nu.*30.

27 Ampl. vbi excipiens † de compesatione probat suum creditum, pariter esse iuramento ab aduersario firmatũ, *Osasc. decis.* 92. *Franciscus num.*35 *post med. vers. aliã, Afflict. decis.* 121. *fuit. n.*1. addendo isto casu fieri compensationem ipso iure, *Serafin. de iuram. priuileg.*74 *num.*149. *Magon. decis. Florent.*42. *Paulus num.*6. *circa fin.*

28 Ampl. etiam † quòd quis iurauerit verè, & non per iuris fictionem soluere, *Tiraquel. & ab eo relati de retract. lignag.* §.3. *glos.*3 *num.*3. eam afferens rationem quia ista fictio, idem est quod veritas, & eamdem parit creditori vtilitatem, & exorbitat ab omni regula fictionum relati *à Gabriel. de iur iur. num.*1. *vers. contrariũ tenent relati à Gabriel. de iur. iur. conclus.*7 *num.*1.

29 Ampl. vbi excipitur † de compensatione coram iudice, qui potest procedere de bono, & æquo, & sola veritate inspecta *Osasc. decis.*92. *Franciscus nu.*35. *Ioseph Lud. decis. Perus.*15 *num* 9. & 10. *Gratian. Discept.* 728. *num.*15. *Serafin. de iuramen. priuil.*74. *nu.*178.

30 Ampl. præsertim † ad euitandam pœnam, & periurium *Paris. cons.*121. *primo. lib.*1. *n.*39. hinc dicitur emphiteusim non aperiri domino nõ soluto Canone, si emphiteota erat creditor directi eiusdem quautitatis, quia ipso iure fit compensatio, *Ioseph. Lud. concl.*12. *col.*12. *vers. & licet, Federic. Scot. cons.*11. *tom.*2. *lib.*3. *n.*9. vbi ampl. etiamsi emphiteota non esset creditor paris quamtitatis, cum alijs cumulatis

mulat.s in meis Collectaneis *ad l.1. vers. per totum trienniū,C.de iur.emphit.Trentacinq.resolut.1. de compensat. lib.3.nu.8. vers.Quinto,Serafin.de iuram.priuileg.74 num.145.*

31 Ampl.ad euitaudum † cursum vsurarum, vel fructuum census *l.cum alter. ff. de compens.Azo.in sum de compensat.n.13. circa fin. l.etiam C.de compens.*

32 Ampl. præsertim † si creditum, quod excipitur compensari, superuenit, postquam quis iurauit soluere. *Osasch dec.92. Franciscus.n.33.in fin.& n.34. vbi plures concerit.Afflict.alijs relatis decis.381.Quadam.nu.3.in fin Capic. decis.167.n.4. circa fin. & nu.8. eam afferens* rationem, quia iuramentum intelligitur de debito præterito, non de futuro. *Gabriel. de Iuram. conclus.7. nu.5.* Limitando si creditum superueniens sit continuatiuum præcedentis dum prius *n.6.& 7.*declarasset hāc extensionem. *Surd. cons.166. alia nu.28. Ancar. Regiens.lib.1.q.2.nu 4.qui testatur de communi. Surd.cons.346.nu.15. circa med.Trentacinq. Resol.1.lib.3. de compensat n.7. vers primo Bertaz.clausul.40.glos. 8. non est nu. 6. in fin.Pacific. de Saluian. inspect.2.cap.11.nu.316. relati à Mancin de Iuram.p.4.effect.30.nu.2.*

33 Ampl. etiam si † generaliter esset iuratum obseruare contenta, seu promissa in instrumēto, in quo fuit promissa solutio. *Osasc.decis.92. Franciscus num.36. in*
34 *principio reprobando* † *Alciat l aliud sentientem.*

35 Ampl. præsertim si † promissioni additum sit verbum satisfacere, nam quoquo modo extinguatur debitum, quis dicitur satisfecisse. *Surd. consil.166.alia nu.29.& seq.Trentac.nq.lib.3.Resol.1.De compens. num.8. vers.sexto.*

36 Ampl. præsertim † vbi de compensatione excipitur ab hærede eius, qui cum iuramento promisit soluere. *Borsat. cons 56.nu.4.& seq.& nu.18.& seq.Ioseph. Ludouis.decis.Perus.15.n.11.& 12.Serafin. de iurament.priuileg. 74.nu. 141. Tuscus, conclus.490.*Compensatio *nu.43.& seq.*vbi dum retulisset disentientes, concordat, illos intelligi quoad reatum periurij, istos quoad obligationem.

Ampl.vt qui cum † iuramento promisit soluere, non sit periurus excipiendo de compensatione, vt pluribus probat. *Ias. in §.in bonæ fidei Inst.de actiou.nu.85.*

38 Ampl. præsertim † inter mercatores. *Serafin. de iurament.priuileg. 74. nu. 148. pacific. de Saluian.Inspect.2.cap.12. n.323.*

39 Limit. vbi ex † formula qua quis est obligatus cum iuramento, apparet iurantem cogitasse de solutione, non opposita compensatione. *Gabriel de iuramen. conclus.8. in fin. quem refert. & sequitur. Anton. Corn. in suo Tract. de absol. form. promiss iuram part.5.casu 16.nu.27.vers. secus.* admonet iudicem, vt ad formam iuramenti aduertat, tam in admittenda compensatione, quam iuramenti absolutione. *Serafin. de iurament.priuileg. 74. nu. 125. Surd. cons.246. non arbitror. n.18.exemplum referens, si quis* promisit soluere in pecunia, vel in duplis Hispaniarum *vt subdit n. 20. & rationem refert.*

40 Limit.vbi petitur † compensatio eius, quod erat excipienti debitum ante iuratam promissionem de soluendo. *Surd.cōs. 246. non arbitror. num.16.circa med. Afflict. decis.381.Quædam nu.3.in fin.Pacif. de Saluian. inspect.2.cap.11.nu.315.& nu. 317.sublimitat.in dete.*

41 Limit vbi quis † promisit, & iurauit soluere *Trentacinque Resol. 1.de compensat nu.7. in fin.lib 3.*

42 Limit vbi quis promisit † soluere, & obseruare omnia contenta in instrumento. *Alciat.cons.293.vers.Tertio respondeo:*

Contrarium tenet. *Osasc.decis.92.n.36* vbi reprobat *Alciat.*addend o eius distinctionem esse verbalem.

§. III.

SVMMARIVM.

aliæ exceptiones solum illud elidunt.6.
Solutione sicuti extinguitur debitum ita & compensatione.7.8.9.
Compẽsatio,& solutio in nihilo differunt.8
Plus petit is, cui obijci potest compensatio.11.
Adiudicatio est nulla, vbi obstat compensatio. 10.
Agere malè dicitur, qui agit contra tutum exceptione compensationis.12.

QValis, & quanta sit vis obligatio-
1 nis † Cameralis, patet, quia pro illius executione capi, & vendi possunt bona contumacis debitoris, necnon idem carceri mancipari, & demum ad inferos damnari, nisi publicè declaratus excommunicatus in subsidium, moriens non fuerit absolutus.

2 Excepto casu, quod de stylo Curiæ† difficultas† sit decisa, quòd aduersùs agentem ad ea, quæ sibi sunt debita cum obligatione Camerali, obstet compensationis exceptio, firmauit, *Thom. Zerula in sua Praxi Episcopus §. compẽsatio, vers. septimo*, qui licet nec textum, nec contestem suæ opinionis, referat, nisi in casu,
3 quo obligatus in forma Cameræ esset pauper, vel onustus numero filiorum, si iudex ita arbitraretur, vt dixit *Galles.* quem referam pro contraria opinione, tamen ex ijs, quæ asserit esse concessa
4 in occulta † compensatione, admittendo etiam furtum sine peccato, non improbo illius opinionem æquitate plenam, vt in casu, quo ageretur de obligatione iurata, vt dixi in proximo, & præcedenti §. Considerando, vt idem inquit & dixi etiam supra late, quod compensatio habet vim solutionis, quæ non censetur exclusa à statuto reijciente omnes exceptiones aduersùs eum, qui agit ex instrumento Guarentegiato, vel aliàs habente paratam exequutionem. Ideo, vt aliquid de meo addam in tantum compensatio habet vim solutionis, & qui cõ-
5 pensat dicatur soluere, quod si à statuto † reijciatur omnis exceptio, solutione excepta, si quis ad soluendum conueniatur possit de compensatione excipere. *Angel. conf.132. Quidem nomine Nicolaus nu. 3. vers. contrarium Alex. conf.12. viso themate lib.2.n.15. Bertrand. conf. 289. Tria. lib. 2. nu. 1. Felin. in cap. suborta de re iudicat. num.2. in princip. vers. & hinc est, cum alijs cumulatis à Surd. decis.191. Quamuis nu. 11. & seq.* & dicam infra §.5. & ratio esse
6 potest quia proprium est exceptionis† compẽsationis, ipso iure extinguere actoris actionem, vbi aliæ exceptiones, solum illam elidunt, *l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Afflic. decis.121. fuit n.2. in*
7 *fin.* & sicuti solutione † omne debitum extinguitur, quocumque iure soluens sit obligatus, pariter extinguitur opposita compensatione, quia in † nihilo differt, an quis soluat, vel compenset, *l. si peculium §.1. ff. de stat. liber. Felin. in cap. suborta de re iud. nu.2. in princip. l. si debitor, ff. qui potior. in pignor. hab.* & plus petere
9 dicitur† cui reus obijcere potest compẽsationem, *Ruin. conf.160. viso, & perlecto lib.2. nu. 26.* concludens adiudicatio-
10 nem † factam, cui obstabat exceptio plus petitionis, seu debito, vel compensationis, non esse validam, etiamsi adesset statutum, quòd reus post secundum decretum non audiatur, sed hoc latius prosequitur, *Asin. de execution. §.4. cap.12. plus*
11 *etiam, & cap.14.* & demum, quia rigor † obligationis Cameralis têperatur ex constitutis à Iustiniano in *l. sind. l. C. de compensat.* & malè agere, quis dicitur, qui a-
12 git † contra tutum exceptione compensationis, *L. verum 4. ff. de compensat. Azo. in Summ. de compens. nu.16. glos. in l. 4. C. eodem, verb. ipso iure.*

Limit. vbi reus excipiens de compen-
13 satione † confitendo debitum, cum iuramento, pariter apud acta notarij causæ, promittit soluere infra mensem, & hæc est illa dilatio, quam Rom. Curiales nuncupat termini susceptionem, in quo assũpto, vt referunt† addentes *ad Ludouis. decis.342. num. 7.* Rota variauit, addendo constantiùs hærere in ista opin. ea ratione, quia per termini susceptionem quis censetur renuntiasse exceptioni compennsationis.

Contrarium scilicet quod regulariter
15 non admittatur † compensatio contra agentem ex obligatione Camerali, firmauit *Galles. de obligat. Camer. quæst. 18. n.6.*
16 *& seq.* motus † auctoritate eorum, qui reprobant, *Bart. in l. amplius non peti ff. ra-*

rat.

rat. hab. dum ille voluit aduersus eum, qui promisit cum iuramento soluere posse excipi de compensatione, vt latè dixi, in proximo, & præcedenti §. multos Gallesio † assentientes refert *Zachias in suis scholijs ad eumdem Gales. d. q. 17. num. 8. & seq. quibus addo Anton. Corn. tract. de absolutum forens. iuram. promiss. part. 4. casu 16 17. n. 13.* qui omnia dicta *Galles.* refert, dũ prius retulisset, *cons. Neapol.* idem censuisse, *Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 11. n. 312*
18 *& seq.* ea ratione quia † exceptio compensationis eget altiori indagine, subdens *n. 328. in fin.* admitti, vbi compensatio non eget tali indagine, quia nullo iure cauetur, quin faciat cessare vim obligationis Cameralis, limitando idem † assumptum receptum in Rom. Cur. & Neapolitana, vbi æquitas suaderet, quod admittenda esset compensatio debiti liquidi, veluti si excipiens, esset pauper vel grauatus numero filiorum, quæ æquitas est remissa arbitrio iudicis, considerata persona, & moribus eius, qui recusat compensatio-
20 nem, limitando † præterea vbi creditum de quo excipitur superuenit post obligationem Cameralem, de qua agitur. Item
21 vbi creditum quod petitur compensari, pariter est priuilegiarum, seu, vt ego addo, pariter executiuè ex eo agere posset excipiens, siue, quia pariter sit vallatum obligatione Camerali, vel alio pacto executiuo, vel sit de sui natura executiuum, seu vbi creditum compẽsandum pariter est clarum, & liquidum, vt puta quia excipientis creditum sit canonizatum tribus conformibus, vel vnica sententia, quę transierit in iudicatum, vt censuit *Rota teste Zachia decis. 89. n. 7. & 8.*

§. IV.

SVMMARIVM.

L. final. C. de compens. examinatur. 1. *Historica narratio quomodo fuerit cõdita.* 4. 6. 7.
Actus omnis humanus consistit voluntate; & potentia. 13. *exceptio peremptoria quando opponi possit post sententiam.* 21.
Ipso iure quid significat. 2.
Compensatio quid sit. 3. *in quibus admittebatur iure veteri.* 4. *an fiat ipso iure, vel sit opus de illa excipere, si qua hinc inde sunt debita, fuerint liquida de præsenti.* 8. *affirmatiua probatur.* 9. *Negatiua probatur.* 10. 11. *quæstio est de apicibus iuris.* 14. *concorda.* 16. *speciale est, vt opposita extinguant debitum.* 19.
Compensatio est expressè opponenda. 17. *ampl.* 18. 20. 22. 23. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 39. *limit.* 34. 35. 36. 37. 38. 40. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. *sublimita* 26. 40. 45.
Emphiteota non cadit ob non solutum Canonem, si est creditor directi. 41. *ampl.* 42. 43.
Mora ibi non est, vbi est exceptio. 49.

1 QVia dicenda hoc §. *continent examen l. final.* † *C. de compensat. & §. in bona fidei instit. de action.* in quibus constituitur ius nouum, ampliando veterem iurisprudentiam, & aliorum Imperatorum placita, non inutile erit referre quid iure vetcri, & nouo fuerit sancitum, cùm id breuius quam par erat fuerit à Iustiniano, & Triboniano relatum.

2 Quid importet clausula † *ipso iure*, *dixi in tract.* clausul. §. ipso iure, ad rem nostram tamen idem est dicere, ipso iure quod sine exceptione, *Vincent. de Franc. decis. 527. Iulian. num. 5.* subdens, an detur replicatio, *Tusc. conclus. 495. Compensatio n. 29.*

3 Compensatio itaque, (quod in limine huius §. dicere debebam) cùm † sit debiti, & crediti mutua contributio, & quod quis debet Caio, vicissim compẽset, quod à Caio est debitum, subijciendo in totum communi calculo, quę hinc inde sunt debita ex pari, vel impari quantitate, itaut qui plus debet, soluat reliquum. Hæc
4 autem debiti, & crediti compẽsatio † antiquitus ipso iure admittebatur in bonæ fidei iudicijs, ex omni causa, data iudici facultate arbitrandi, de bono, & æquo pronuntiandi, quid, & quantũ esset actori soluẽdum, vel illi vicissim reo soluere de-
5 beret. In actionibus verò stricti iuris nullatenus licebat excipere de compẽsatione, nec iudex poterat excipientem audire: Marcus autem Antonius cõsiderãs, quòd

quod ex adinuentis loquendi formalis, contendentium iura, non sunt pensanda, & ęquè dici creditorem, & debitorem in bonæ fidei, & stricti iuris actionibus, sustulit hanc differentiam, constituendo compensationem admittendam in bonæ fidei, & stricti iuris actionibus, *§. in bonæ*
6 *fidei, & §. penult. inst. de action.* Alexander Seuerus Imperator, qui fuit auctor, *l. 4. & 5. C. de compens.* de quo meminit Vlpianus *in l cum alter. 11. ff. de compẽsat.* confirmauit, quæ Marcus Antoninus constituerat, vt debiti, & crediti liquidi fieret ipso iure compensatio, cuius
7 vestigia in iure † constituendo, æmulatus Iustinianus *in l. fin. C. de compensat.* confirmauit, quę prefati Imperatores sanxerunt, addendo idem obseruandum in actione in rem, & in personam, & ex hoc capite dicitur ius nouum constituisse.

Post Imperatorum placita, nata est in-
8 ter interpretes iuris nostri contẽtio † an compensatio fiat ipso iure, si quæ hinc debentur sunt liquida, & certa, de præsenti, an verò necesse sit, quod de illa à creditore excipiatur, & non requiri hominis declarationem, sed fieri ipso iu-
9 re, probauit Martinus † antiquus glossator, vt refertur *in l. 4. C. de compẽs.* assorẽs suum assumptum probari eadem *l. 4. & final. C. de compens. & §. in bona fidei inst. de action.* & ego addo probari, *l. postquam ff. de compens. l. inter tutores, ff. de admin. tut. l. verum, l. si ambo, l. cum alter. ff. de compensat. l. eius quantitatis C. de solut.* Rota Ianuens. *decis. 8. nu. 19.* opinionem Martini esse sustentabilem dicunt *Fab. & Nicol. teste Ias. in §. in bonæ fidei inst. de action. n. 77. circa med. Afflict. decis. 121. n. 1. & 2.* testans de veriori; & esse priuilegium exceptionis compensationis, vt ipso iure extinguat actionem.

10 Contrarium † primus omnium firmauit *Accurs. in l. 4. verb. ipso iure C. de compens. & in § bonæ fidei. inst. de action.* vbi tres rationes refert, *& in l. si quid verb. eligere in fin. ff. de compens. & post illum Azo. in sua Summa de compensat. nu. 13. & 15.* & seq. rationem refert, motus *§. compensationes inst. de action. & Sicard. in l. 1. C. de compens. num. 4.* dicit Martinum dixisse falsum, monetur *Accurs. l. 1. 2. l. quod*
11 *labeo, ff. de compens.* deinde addit rationem, quia si ius ipsum compensaret, non esset in hominis potestate, cum quo debitũ compensetur, vbi à lege data est talis facultas, & quia compẽsatio est actio *Accurs. sequuntur Dyn. Ray. de Forli. Bart. Bal. Angel. Aret. vt refert Ias. in §. in bonæ fidei inst. de action. num. 77. 78. & 80.* testando de communi, concludit ad effectum, vt compensatio fiat, necesse esse, de illa excipere, *Grat. cons. 13. viso processu lib. 2. nu. 51.* addendo, si post oppositam compensationem, creditor quid exigat, debere restituere, *Afflict. decis. 121. fuit num. 1. Surd. cons. 246. Non. num. 27.* concludens, quòd vt compensatio suos operetur effectus, esse necesse, vt de illa ab homine excipiatur, idẽ latius repetẽs *decis. 191. Quamuis nu. 15. plures consentientes cumulat Bursat. cõs. 403. n. 10. Rol. à Val. cons. 81. & 51. lib. 3. num. 8.* concludens, quod licèt compensatio fiat ipso iure, tamen necesse esse, vt de illa excipiatur, vt quis velit compensare, *Vinc de Franc. decis. 527. Iulia.* testatur de cõmuni reprobato, *Afflic. qui decis. 121.* refert aliud semel deciũ, *Tiraquel.* alia plura similia congerẽs *in l. si vnquam, §. reuertatur,*
12 *C. de reuoc. donat. num 15. & seq.* † & ratio est, quia facultas compensandi, antequã opponatur, competit tantum in potentia, quæ nisi deducatur ad actum, est illa inanis, *cap. generalis § quoniam de rescript. vbi Dec. in 2. not.* & cùm omnis huma-
13 nus actus cõstet voluntate, & potentia, *l. cum te, C. de donat. ante nupt.* parum prodesset, posse compensare, nisi quis velit compensationis beneficio vti, *Benintend. decis. 37. in causa num. 23.* concludẽs compensationem non censeri inductam ante diem, qua de illa fuit exceptum.

14 Contrarietatem Martini † & Accursij esse de apicibus iuris affirmat *Cast. veritatis amator, teste Socin. in cons. 80. lib. 3. num. 1. in fin.* & super ea cogitandum *subdit in l. 4. in fin. C. de cõpensat.* ego tamẽ cõciliari posse, cogitaui, hos iuris nostri interpretes antesignanos, si cõstituta generali regula, vt de compensatione fit ex-
15 pressè excipiendum iuxta opinionem Accursij, & procedere in omnibus casibus in quibus regulã ampliabo, & subdẽ-

do eiusdem regulæ limitationes, in illis vera sit opinio Martini omissa concilia-
16 tione † relata *à Sebast. Medic. tract. de cōpensat. part. 2. q. 21. nu. 1.* vt opinio Martini sit vera considerato compensationis ortu, Accursij verò inspecta executione, cū finis debeat respōdere principio, nec eadem actio, vel exceptio diuerso iure censeri, aliter distinguit, *Aretin. in §. in bonæ fidei inst. de act. num. 8. & 9. Tusc. conclus. 493. compensatio nu. 25.*

Regula itaque sit, quod ad effectum, vt compensatio in totum, vel pro rata extinguat debitum, quod ad soluendum
17 reus conuenitur, sit necesse † de illa excipere, vt voluit Accursius, & post illum alij quos retuli supra vers. contrarium, alioquin illo tacente, vel nolente compensare, fiet executio sententiæ, *Menoch. cons. 46. Respondi. n. 7. in fin. Surd. decis. 191. Quamuis num. 17. Laderch. cons. 164.*
18 *Quoniam num. 6,* addendo omnia iura † quæ dicerent compensationem fieri ipso iure, intelligi, si de illa in iudicio opponatur, vel saltem deducatur ad notitiam iudicis, quod quis velit compensare, nam tunc lex ipsa compensat. Vel, vt inquit *Bal. in l. 4. C. de compensat.* compensatio
19 fit ipso iure, extinguitur debitum, quod est speciale in compensatione, *Aret. l. fin. ff. solut. matrim. num. 2. Surd. decis. 117. num. 4.*
20 Ampl. in quacunque instantia † reus velit illa se aduersus actorem tueri, modo non fuerit sententiæ executio consumpta, *l. 1. in fin. ff. qua sentent. sine appell. rescind. vbi gloss. fin. Vrsil. de affict. decis. 121. fuit nu. 6. Capel. Tholos. decis. 263*
21 *vbi Aufferr.* latè distinguit, quando † exceptio peremptoria opponi possit post sententiam.

22 Ampl. vt talis exceptio † extinguat debitum in totum, vel pro quantitate cōpensanda, siue de compensatione excipiatur in iudicio, siue extra, *l. etiam in C. de compens. Ias. in §. in bona fidei inst. de action. n. 77. post med. vers. existis Sebast. Medic. tract de compens. part. 1. q. 21 num. 6. circa fin. vers. item intellige.* Sed intellige à die compensationis, *Surd. decis. 117. probatur num. 5.*
23 Ampl. siue expresse † siue tacitè excipiatur. Compensatio autem fieri dicitur tacitè, si narretur factum ex quo per necesse elicitur oppositum esse de compensatione *Vincent. de Franc. decis. 527. Iulia. num. 7. & seq.*

Obstant dicta *Laderch. cons. 164. Quoniam num. 5.*

24 Ampl. quòd si cedens non excepit de compensatione ante cessionem, non possit à debitore cesso opponi cōtra cessionarium, quia compensatio non opposita solum erat in potētia, & non in actu *Angel. cons. 259. nu. 1. quem refert Surd. decis. 191. quamuis num. 14. & decis. 117. petebantur num. 5.*
25 Ampl. etiam in casu, quo fiat ipso iure, vt inter mercatores, attamē si quis scripserit alium mercatorem in pluribus partitis suum creditorem, nec declaret in quam partitam sibi vicissim esse debitam, potest ille compensare in quam partitam velit *Laderch. cons. 164. Quoniam*
26 *num. 4. & seq.* & inter mercatores † cōpensatio fiat ipso iure latè probat *Seraf. de iuram priuileg. 74. n. 148.*
27 Ampl. præsertim vbi quis † est creditor ex pluribus causis, nam vt fiat compensatio, est necesse, vt fiat declaratio, in quam causam quis velit compensare, *Alex. cons. 85. lib. 3. quem refert, & sequitur Trentacinq. Resol. 1. de compens. lib. 3. num. 13. vers. hæc secunda. relato Tyndar. tract. de compens. art. 7. nu 32. & 33.*
28 Ampl. præsertim vbi fit † solutio à fideiussore, quia solutio censetur facta, vt ille se liberet à sua obligatione, nō autem vt liberet principalem debitorem absentem, & non consentientem solutioni, & fideiussori aduersus recipientem solutionem, vt ego addo, nulla actio acquiritur, sed tantum exceptio, quia à quouis conueniatur, sit tutus exceptione solutionis factæ, vt latè probat *Laderch. cons. 164. Quoniam nu. 1. 2. & 3.*
29 Ampl. præsertim vbi solutio fit † à fideiussore, quia ipso iure non liberatur principalis debitor, nisi excipiatur de cōpēs. *l. Stichum. §. si mādato, ff. de solut. gloss. in l. cum alter C. de fideiuss. per quem textū & sequendo gloss. firmat Laderch. cons. 164 Quoniam num. 1. & 23.*
30 Ampl. vt talis exceptio † debeat esse ex-

expressa, nec sufficeret tacita, *l. Labeo, ff. de compensat. Alex. cons. 85. num. 3. lib. 3. quem refert, & sequitur Laderchius cons. 164. Quoniam num 5.*

Contrarium probari potest ex *Magon. decis. Florent. 3. Dua num. 32.* dum vult ex contrapositione partitæ in libro mercatoris operari compensationem, & dictis supra *num. 23.*

31 Ampl: vt saltem denuntiandum † sit iudici, quòd quis velit compensare, nam statim atque facta est in iudicio talis denuntiatio, ius ipsum compensat, & compensatio dicitur facta ipso iure, *Bart. in l. verum, ff. de compensat. Bal. Angel. & Sal. in l. si constat C. eodem, quos refert Laderch cons. 164. Quoniam num. 6.*

32 An depositarius contra deponentem, *Rota Ianuen. decis. 34. agentibus num. 9.*

Intellige limitationes omnes, quas-
33 subdam † si à iudice approbetur, & creditor velit compensare, secus si nolit, vel taceat, & creditum sit liquidum, & compensabile, *Bald. in l. 4. C. de compens. n. 14. & 15. Menoch. cons. 460. Respondi nu. 7. in fin. Surd. decis. 191. Quamuis num. 17. Serafin. de iurament. priuileg. 74. nu. 124. Magon. decis. Florent. 5. in causa num. 2. & 3.* vbi rationem refert *Sebast. Medic. tract. de compens. part. 1. q. 21. nu. 6. circa med.*

34 Limit. vbi excipiens est † debitor sub vsuris, actor autem est creditor sine vsuris, *l. cum alter alteri ff. de compens. Rot. Ianuens. 34. agentibus num. 8.*

Contrarium firmant *Peregrin. cons. 107 quamuis lib. 2. num. 2. 4. & 5.* ampliando siue vsuræ sint debitæ iure actionis, siue officio iudicis, vel minori, vel alteri priuilegiato, siue summa sit par, siue impar, idem repetit *Munoz. de Escobar. de Ratiocinar. part. 2. cap. 14. num. 2. & seq. Aret. l. fin. ff. solut. matr. num. 2. latè Tusc. conclus. 493. compensatio num. 3. & 4.*

35 Limit. inter socios † qui pari negligentia læserunt societatem, *L. si ambo ff. de compens.*

36 Limit. ad euitandam † præscriptionem antiquioris crediti, quod esset præscriptum, si non fuisset facta compẽsatio, *Ancar. cons. 5 nu. 13. vers. hinc dicitur.*

37 Limit. vbi creditorum † conditio est par, *Laderch. cons. 164. Quoniam nu. 2. in fin.*

38 Limit. ad remorandum † extinguendumque vsuras, si quantitas compensanda æquat illas, & creditum cuius causa soluuntur, quod accidere potest in censu consignatiuo, & cambijs *l. cum alter. ff. de compensat. glos. l. 4. vers. item au. C. de compensat. Azo. in summ. C. eodem nu. 13. in fin* eam afferens rationem, quia non adest mora in debitore compensante, *Sicard. in l. 1. C. de compens. num. 7. Tiraq. de Retract. lignag. §. 3. glos. 3. num. 8. Vrsil. ad afflict. decis. 121. num. 2. Gras. de except. cap. 16. num. 49. circa med. & nu. 51.*

39 † ampliando etiamsi non fuerit opposita. *Ias. §. in bonæ fidei inst. de action. num. 82. glos. in l. si quid, ff. de compenset. post med.* vbi rationem refert.

Limit. ad euitandam pęnam, *glos. l. 4. in fin. vers. vel pœnã C. de compens. Surd. & ab illo relati cons. 82. de anno. num. 7. & ab Vrsil. ad Afflict. decis. 121. num. 2. Alex. cons. 85. ponderatis uarratis lib. 3.*

40 *num. 4.* vbi † sublimitat, si iam ante oppositam compensationem fuisset commissa pœna, quod aduersatur ijs, quæ di-

41 cam de emphiteota † qui non cadit ob non solutum Canonem, si erat creditor directi domini eiusdem quantitatis, vt volunt relati *à Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. nu. 4.* afferens non legisse contradicentem, nisi *Gul. de Cun. & Petr. Iacob. Fed. Scot. cons. 11. tom. 2. lib. 3. num. 9.*

42 vbi ampliat † etiam si facto calculo comperiatur non esse debitorem paris quantitatis, quæ æquet canonem, *Licet Petr. Iacob. in praxi Rubr. 4. de action. in rem pro re emphit. num. 10. vers.* & ideo, velit quantitatem compensandam debere esse parem Canoni debito, addẽdo qui aliud sentiant. *Felin. in cap. dilecti filij de præscript. num. 9. Menoch. cons. 460. Respondi nu. 3.*

43 ampliando † etiam si emphiteota crederet esse creditorem, nisi fuerit in dolo, *Ias. §. in bonæ fidei inst. de action. n. 83. & 84.* plures congerit consentientes, si emphiteota sit creditor eiusdem quãtitatis, *Aret. l. fin. ff. sol. matr. n. 2.*

44 Sublimita vbi pęna esset iam † cõmissa *Alexand. cons. 196. visis ponderatis lib. 7 num. 5.* quem sequitur *Laderch. cons. 164.* quo-

Quoniam num.6. circa med. vel quantitas compensanda non esset purè debita, vt est creditum de quo lata est sententia, *Roman. consil.204. pro discutienda.*

45 Limit. in delictis † *l. si ambo, §. quoties, ff. de compens. glos. in l.4. vers. fallit in delictis C. de compens. Azo in sum. C. de compens. nu.5. & 13.* qui loquitur de negligentia sociorum in rebus socialibus. *Sicard. in l.1. C. de compens. nu.5 & 6. Ias. in §. in bonæ fidei inst. de action. num. 81. vbi pluribus exemplis probat, glos. l. si quid, verb. eligere, ff. de compens. vers. Tu dicas.*

46 Limit. ad liberandum pignus, *glos. in l. 4. in fin. C. de compens. Ancar. Regiens. lib.1. q.2. Quidam nu.9. & 10.*

47 Limit. vt quis excusetur † à mora *gl. l. 4. in fin. C. de compens.* eam afferens rationem, quia ibi nulla est mora, vbi est exceptio, *Tiraquel. de retract. lignag. §.3. glos.3. num.3. Bal. l.4. de compens. num.7. in fin.*

48 Limit. vbi quantitas † quæ petitur cõcompensari, est liquida, *Bald. l. maritus, ff. famil. hercis.*

49 Limit. in debito alimentorum † quod ipso iure compensatur cum alimentis, *Bursat. 83. Huius nu.9. Ruin. consil.94. circa num.7. lib. 5. Magon. decis. Lucens. 9. Bertinus num.27.*

50 Limit. vbi hinc inde † debetur aliquid in genere, vt puta equus, vel seruus, *l.1. §. item si cum me. ff. si pars hered. petat l. qui non militabat, ff. de hæred. inst. l. vnũ ex familia §. sed si vno ff. de legat.2. l. deducta, §. nummis, & §. cum autem, ff. ad Trebel. Azo per hæc iura in sum. C. de compens. num.1. in fin.*

51 Limit. vbi excipitur compensari cum expensis factis causa fructuum, qui petuntur, *l. fundus, §.1. ff. famil. hercis.*

52 Limit. in alimentis † præstitis ei, qui mercedem operarum petit, *l. in rebus, §. possunt ff. commodat. l. item §. fin. ff. de ædil. edict. Bal. l.4. C. de compens. num 8.*

53 Limit. in expensis factis † in dote, nã cùm illæ ipso iure eam minuant, tanto magis illarum, cum dote, quæ petitur restitui, fit compensatio, *l. quod dicitur, ff. de impens. in rebus dotal.*

Limit. vbi compensatio inest contra-

54 ctui † cuius causa lata sit sententia, *Bart. in l. si vnus §. pactus, ff. de pact. num. 20. Rota Ianuen. decis. 34. agentibus n.6.*

55 Limit. vbi de † compensatione excipitur à depositorio, *vt dixi infra §.14.*

56 Limit. in maleficijs, *l. si ambo ff. de compensat. Bald. & Sal. in l. si constat C. de compensat. Laderch. consil.164. Quoniam n.6. circa med.*

58 Limit. ad excusandum † debitorem à mora *glos. penult. in fin. in l. si constat, C. de compensat.*

59 Limit. vbi compensatio oritur † ex eodem cõtractu, ex quo agitur, & est hinc inde actio directa, *l. si ambo ff. de compẽs. per quem textum ita firmat Bal. in l.4. C. de compens. n.6. vers. alij.*

60 Limit. in expensis † pro habendis fructibus, vt loquitur *Bal. in l.4. C. de compens. nu.8. vers. item pro expensis.*

61 Limit. in expensis factis † in dote, *Bal. l.4. C. de compens. num.8. vers. item in expensis factis in dote. imo in dote, Tusc. conclus.493. compensatio 27.*

62 Limit. vbi creditor † administrat bona sui debitoris, *l. sed si damnum, §. peculium; ff. pecul. vbi Angel.* quem sequitur *Afflict. decis. 13. vertitur num. 16. Surd. consil.290. Quando num. 33. & seq.* vbi exempla plura refert, & addit administratorem sibi non satisfacientem de suo credito, esse in culpa, *l. quoties. §. sicut autem, ff. de admin. tut.*

63 Limitari potest præsens regula *ex dictis infra §.15.*

§. V.

SVMMARIVM.

Beneficium non confertur in inuitum 1. *limit.*2.

Renuntianti non conceditur regressus ad renuntiata. 3. *ampl.*4. *limit.*5.

Renuntians exceptioni compensationis non prohibetur de illa excipere. 5. *& quare.* 6.7.8.9.

Compensationis exceptio ipso iure extinguit actoris actionem, vbi aliæ exceptiones illã solum elidunt. 8.

Exce-

Exceptionibus quibus potest renuntiari. 7. 10.
Pactum sine causa non obligat. 12
Afflict. defenditur. 13. *& seq.* 16. *decis. dua illius expenduntur*, 16. 19. 21.
Contraria asserens non mereretur fidem. 14. *ampl.* 15.
Contrarietas est vitanda, & concilianda 17. *ampl* 18.
Sine actione nemo contra alium agere potest. 20. *ampl. ibidem.*
Renuntiatio generalis solùm extenditur ad ius quod competit tempore renunciationis 22. 23. *& quare* 24. 26. *Limit.* 27. *sublimit.* 29.
Aes alienum dura est seruitus. 25.
Debitorum iniqua conditio. 25.
L. de his ff. de transact. quomodo renuntietur 28.

COmmune quamuis sit assumptũ, & generalis regula, quod cum
1 † inuito, vel nolenti non conferatur beneficium, *l. inuito ff. de reg. iur. l. fin. C. vnd. legitim. l. 3. §. inuito, ff de acquir. possess. auth. item fine C. de natural. liber.*
2 nisi publica lædatur vtilitas†, *Socin. cõs.* 26. *lib.* 1. *n.* 13 *& dixi de Laudemio q.* 40
3 *num.* 45. *lib.* 2. Ideoque renuntianti † non concedatur regressus ad renũtiata, *l. quaeritur, §. si venditor, ff. de adil. edict. cap. quam periculosum* 7. *quaest.* 1. *l. quamuis C. de transact. Marsil. decis.* 65 *Michael. num.* 7. *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 121. quinimo re-
4 nuntiantem † excludi ab omni iure, quod renuntianti ratione renuntionis competeret, tradunt *Roman. cons.* 306 *num.* 2. *& cons.* 369. *num.* 16. *Cesal. cons.* 137. *num.* 5. *Menoc. cons.* 16. *Quod iam num.* 15.

Attamen si quis contrahendo renũ-
5 tiauerit † exceptioni compensationis, non prohibetur de illa excipere in casu compensabili *Afflict. decis.* 21. *fuit num.* 5. *&* 6. asserens à Consilio, seu senatu Neapolitano fuisse decisum, talem renuntiationem non confide-
6 rabilem † quia in tali renuntiatione non continetur renuntiatio exceptionis solutionis, de qua, vt dixi supra *Cap.* 1. *§.* 11. licet excipere, etiamsi illi
7 fuisset renuntiatum. Nec quia † renuntiando exceptioni compensationis, fuit renunciatum exceptioni carentię actionis, agentis, quæ statim oritur vbi de compensatione excipitur, propria est enim compensationis opposita vir-
8 tus† ipso iure a... coris extinguere actionem, vbi aliæ peremtoriæ solum illã elidunt, *l. si vnus §. pactus ne peteret, ff. de pact. Afflict. decis.* 121. *fuit num.* 2. Addit præterea idem *Afflict. ibidem n.*
9 5. quòd renunciatio † compensationis non est valida, quia est contra naturalem æquitatem, contra bonos mores, si est facta in casu, quo Iudex ex officio supplere, & admittere debet ijs, quæ desunt parti, & sunt iuris. *Bened. Capra. Regul.* 17. *An, & quando num.* 5. *& seq. Ripa in l.* 4. *§. hoc iudicium, ff. de damn. infert. Bertazol. clauf.* 41. *glos.* 8. *num.* 6. asserens in praxi ita seruari ex priuilegio bonæ fidei, *Aloys. Leo. l.* 1. *C. de compens. nu.* 27. *Papiens. in forma libel. Responsion. rei, §. statuis n.* 17. vbi pre-
10 terea refert quibus† exceptionibus quis possit renuntiare.

Ancaranus Regiensis familiarium, *Quaest. lib.* 1. *quaest.* 2. *Quidam num.* 11. *ex Dec. cons.* 48. *col.* 3. *circa med. & Cranett. cons.* 70. *num.* 29 *sequendo Afflict. in d. decis.* 121. *n.* 2. *&* 5. admonet, quòd
11 considerandа† sit mens contrahentiũ, an sit verisimile noluisse locum esse compensationi, & verba potius nihil debere operare, quàm inducere iniquitatem, vel quod sit illicitum, propterea, cùm non sit verisimile, quod quis velit soluere, & vt ego addo, per circuitum soluta repetere, vtique licebit de compensatione excipere, licèt
12 illi sit renuntiatum, iuxta † regulam, *Glos. in l. tale pactum, ff. de pact.* quæ habet locum in quacunque dispositione. *Dec. cons.* 555. *num.* 7. cum alijs congestis in meis Collectaneis ad eamdem glos.

Quia Ancaranus redarguit Afflict.
13 † seu Consilium Neapolitanum de contrarietate, & non curandum de illius dictis, defendendo tãtùm virum, & confessum, non pigebit referre illius dicta, quoad defẽdatur à nota sibi impicta

picta, multum enim detrahitur dedi-
14 gnitate † l. C. vel dicasterij in eadem
thesi sibi non constantis, & modo af-
firmatiue, modo negatiue iudicantis.
Nam Doctor qui contraria respondit,
vel scripsit, nullam fidem meretur.
*Surd.cons.173. Causa.nu.90. Corac. de
communn.opiu.tit.6.inspect.2. numer.21.
vers.nam doctor & nu.31. & 34. & seq.*
& iudex qui solus, vel cum alijs sedens
15 in orbem, vel cubum † contraria
pronuntiat, Deum & homines offen-
dens, grauiter in vtroque foro peccan-
do, grauissime, nisi male iudicatorum
pœniteat, & damna passis non reficiat
apud inferos punitur.
16 Contrarietas autem † quæ in Afflic.
notatur, videtur colligi ex duabus de-
cisionibus, quarum prima est 121. fuit
dubitatum, in qua dicitur, quod cum
hæredes mariti defuncti essent credi-
tores hæredum vxoris occasione mu-
tui, de quo illi non excipiendo, fuissent
condemnati ad restitutionem dotis,
non obstante statuto Neapolitano,
quod contra instrumentum dotis nul-
la probatio admittatur, potuisse hæ-
redes mariti excipere de compẽsatio-
ne, retardata executione sententię, quę
transierat in iudicatum, etiam quod in
instrumento dotali maritus renũtias-
set exceptioni compensationis, vbi
dos esset soluto matrimonio restituẽ-
da. Secunda decisio est 381. Quædã
in qua legitur, quod iuxta opinionem
Canonistarum, aduersus Bart. aliud
sentientem, non posset excipi de com-
pensatione aduersus instrumentum
mutui, quod recipiẽs promisserat cum
iuramento restituere, renuntiando
omnibus, & signãter, exceptioni com-
pensationis, addendo, siue creditum
de quo excipiebatur esset creatum
ante instrumentum iuratum, siue post,
nisi contraria concurrat præsumptio.
17 Verum cum omnis fieri † debeat in-
terpretatio, vt euitetur contrarietas.
*Bart. in l. stichus §. item ff. de condict.
indeb. num. 4. & seq. Crauet. cons. 70.
in contractu n.5. & pro Genero cons.327.
nu.39. Rol. à Val.cons.61. quoniam n.30.
lib.2. Surd.cons.145. notissimum nu.* 34.
vbi ex Ias. Franc. Bec. vult procedere
18 in legibus † statutis, pactis, testibus,
sententijs, & in omni hominis disposi-
tione, si aliqua non reprehendenda
interpretatione fieri potest cõciliatio.
Propterea nulla cadit in Afflic. con-
19 trarietas, quia † in casu decis. 121. exci-
piebatur de credito pariter liquido,
in quo creditor excipiendo, statim est
elisa actoris actio, sine qua nemo in
20 reum † agere potest, & agendo iudex
ex officio etiam parte non excipiente,
in qualibet parte iudicij, possit illum a
limine iudicij repellere, *l. si pupilli §.
videamus ff. de negot. gest. Alex. cons.136.
in causa & lite lib.2. num. 9. Afinius in
prax. part.1. §.13. cap.2. num.6.* In casu
21 † autem decis. 381. excipiebatur de
credito illiquido, & creato post con-
tractum de nõ opponenda compensa-
tione, quam Afflict. ibidem pro vera
admittit, quia renuntiatio etiam gene-
ralis solum capit ius, quod renuntianti
22 † competit tempore, renuntiationis.
*Abb.cap.2.de renunc. nu.3. & 12. Moro-
tius cons. 83. inuestitis numer. 3. & seq.
plurib.* & quod renunciatio compen-
sationis crediti restriugatur ad creditũ
23 quod † habebat renuntians ante re-
nunciationem, non autem si deinde
seu post renunciationem, quid renun-
tianti fiat debitum, firmat *Cepic. decis.
167. in causa Manfredini num.4. in fin.
& num.8. & dixerat Afflic. d.decis.381.
numer.3. circa med. Surd. cons.246. non
arbitror num. 15. circa med. Marescot.
resol.171 Regulariter num.54.* vbi ratio-
24 nem † diuersitatis refert, quia si tempo-
re renunciationis quis erat creditor,
censetur obligatus ad nõ compensan-
dum, si vero superuenit creditum post
renunciationem, insurgit præsumptio,
quod vellit cõpensare, ideo cõpensatio
25 fieri libet, † dura est enim seruitus ob-
stringi ære alieno. *Plutar. in moral. cap.
de euitand. ære alien.* & muneribus pu-
blicis arcetur debitor perpetuo, ni sol-
uat, *l. rescripto §. debitores ff. de munnr.
& honor. l. sciendum ff. de legat.1. Alex.
ab Alex. genial. Dier. lib. 1. cap. 7.* vbi
plura incomoda debitorum refert.

Ampl. principalem conclusionem si
exci-

26 excipiatur † de debito superuento post
renunciationem. *Mancin. de iuramēt. pa.4. effect. 30. numer. 5. relatis Capic. decis. 167. num. 5. & Ancar. regiens q. 2. lib. 1. num. 11. & seq.* Rota tamen teste *Puteo decis. 442. part. 2.* indecisam reliquit hanc limitationem.

Limit. vbi quis pacto expresso con-
27 uenisset † non excipere de compensatione. *Mancin. de iuram. p. 4. effect. 30. num. 6. relato Seraph. de iurament. priuileg. 74. num. 35. Puteus dec. 442. par. 2. reprobato Afflict. qui aliud dixerat dec. 121. adden. melius sentisse dec. 481. Schenard. tamen cons. 62. num. 147.* vult idem dici, si generaliter sit renuntiatum omnibus legibus pro promittēte soluere introductis, exemplo eius quod eadem
28 † clausula sit inducta renuntiatio, *l. de his ff. de transs. vt volunt Rol. a Val. cons. 13. nu. 6. & cons. 49. nu. 45. lib. 1. Siluan. cons. 49. num. 60.* ante Schenard. idem firmauerat *Pedroch. cons. 28. licet n. 17.*
29 Sublimita quoad debita † contracta post renunciationem, nam limitatio intelligitur quoad debita præterita *Capic. decis. 167. num. 8.* quem refert & sequitur *Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 11. numer. 324. & seq.* eam afferens rationem, quia renuntiatio non extēditur ad futura, & intelligitur, rebus sic stantibus *Aloys. Leo. in l. 1. C. de compens. nu. 28.*

§. VI.

SVMMARIVM.

Cessionarius succedit in locum cedentis & est eadē persona cum cedente 1. ampl. 2.

Cessionarius excipiens de compensatione retardat executionem sententiæ 3. & quare 4. ampl. 5. limit. 6. 8. 9. 10. 11.

Cessionarius an sit exclusus beneficio exceptionis compensationis eius, quod cedenti est debitum, vbi cedens non poterat excipere de compensatione. 7.

1 CEssionarium succedere † in ius cedentis, & fictione iuris esse eamdem personam cum cedente, probatur, *l. emptor C. de hæred. vel act. vēd.* vbi *Bald. not. l. si donare §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Crot. cons. 83. nu. 10.*
2 & ideo in cessionarium † transferuntur omnia iura, quæ cedenti competebant tempore cessionis, *Franc. Bec. cons. 102. Ioannes num. 17.* & latius, firmant addētes *ad Burgium de Laudem. part. 3. inspect. 2. rursus, num. 6.* vtique poterit, ille, excipiendo de cessione,
3 † retardare executionem sententiæ in eum prolatæ, quia cessionario competit exceptio compensationis. *Dyn. in cap. qui in ius de regul. iur. num. 16.* quem sequuntur *Bart. & alij ab eo relati in l. eius 9. in lectur. antiq. num. 2. & seq. & Bal numer. 3. C. de compensat.*
4 eam afferens rationem, † quia compēsatio respicit actionem, quare est necesse quod transeat ad alium cum suo onere, & sua causa inseparabiliter. *Nicol. Noal. tract. de transmission. casu 26. nu. 14. in fin. Franc. Vegius cons. 56. queritur numer. 24. circa med. Rota Ianuens. decis. 120. num. 3.*

Ampl. vt si debitor potest opponere compensationem contra cedentem possit opponi contra cessionarium, quando respicit rem cessam. *Sotin. iun. cons. 74. licet num. 5. & seq. lib. 3. Cast. cons. 45. super eod. num. 2. lib. 2. Tuscul. conclus. 213. Cessionarius numer. 33 & num. 34. limit.* vbi non fuit opposita exceptio compensationis.

5 Ampl. vt debitor cessus † non possit allegare compensationem contra cedentem, postquam denuntiata sibi fuit cessio a cessionario, nisi agatur de re-
6 tardando cursu vsurarum, † vel euitanda poena, *relati à Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 42. quandoque nu. 87. in fin.*
7 An cessionarius † sit exclusus beneficio exceptionis compensationis eius, quod cedenti est debitum, vbi cedens non posset excipere de facienda compensatione *Franc. Vegius cons. 56. queritur nu. 24. circa med.*
8 Limit. vbi cedens † non exceperat de compensatione ante cessionem. *Surd. decis. 191. quamuis num. 14. & 16. relato Angel. cons. 259.* motiua ratione,

quia cessio erat tantum in potentia, nō autem in actu, seu quia vt ego addo, de cessione est expresse excipiendum, *vt dixi supra §. 4.*

9 Limit. vbi exceptio † compensationis non poterat opponi a cedente, seu cedenti non suffragabatur, *vt dixi sequent. capit. §. 2.*

10 Limit. vbi ius excipiendi † cohæret personæ cedentis. *Dyn. cap. qui in ius ff. de reg. iur. nu. 10. Vegius conf. 56. quæritur nu. 24. circa med.*

11 Limit. vbi ceditur ius † vel res aliqua, quæ sit infecta aliquo vitio, cuius causa cedens impediebatur agere. *Bar. & Imol. in l. doli ff. de nouat. quos refert & extēdit ad cessionarium Veg. conf. 56. quæritur nu. 20.*

§. VII.

SVMMARIVM.

Actio quæ ceditur transit in cedentem cum suo vitio. 1. limit. 6.

Compensationis exceptio si tempore cessionis obstabat cedenti, pariter obstabit cessionario volenti retardare executionem sententiæ. 2. & quare 3. ampl. 4. limit. 5. 6. sublimit. 7. 8. 9. & 10.

1 QVia vt inquit *Angel. in l. eius C. de compensat. in fin.* actio † quæ ceditur, transit in cessionarium, affecta sua causa, suoque vitio, propterea, dicendum, quod si compensationis exce-

2 ptio tempore cessionis, obstabat † cedenti, quod pariter obstabit cessionario volenti retardare executionem sētentiæ in eum prolatæ, beneficio exceptionis compensationis. *Afflic. dec. 163. die nu. 5. Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 94. numer. 3. Thesaur. decis. 221.* Compensationis, qui asserunt ita fuisse iudicatum. *Bal. in l. eius 9. C. de cōpens. num. 3. in fin.* & quod † omnia quæ ob-

3 stare possent cedenti, obstent etiam cessionario *l. exceptiones ff. de except. per quem textum ita firmat Surd. conf. 4. plura num. 7. & 9. Gabriel conf. 155. Iacobus lib. 1. num. 1. Seraphin. decis. 512. num. 1. Ludouis. decis. 151. fuit numer. 3. Portius Imol. conf. 47. num. 4. Angel. in l. eius C. de compens. in fin.*

4 Ampl. etiam si cedenti † obstaret exceptio aliqua personalis tantum, vt puta quia ille esset excommunicatus, quo casu ille non posset, agendo esse in iudicio, & compensatio an sit actio, *dicam in cap. sequenti §. 2.*

5 Limit. post litem contestatam † cum ipso cessionario super credito cesso. *Angel. conf. 109. Bal. l. & hæredi §. non autem in fin. ff. de pact. quos refert & sequitur. at comprobat Laderch. conf. 99. verissima num. 1. & seq. & Anz. vers. 3.*

6 Limit. vbi excipitur de compensatione † postquam extinctum est omne ius cedentis, & actio est facta propria ipsius cessionarij, quod accidit in tribus casibus, de quibus *in l. 3. C. de nou.*

7 videlicet † si cessionarius sit super iure cesso litem contestatus, vel partem crediti exegit, vel denuntiauerit debitori, ne soluat cedenti. *Laderch. conf. 109. nu. 1. vers. non respondeo.*

8 Limit. vbi in actu cessionis † debitor interuenisset, & promisisset soluere cessionario, delegationem acceptanti, *l. doli exceptio in fin. ff. de nouat. Thes. decis. 221. compensationis num. 22. vers ulterius.*

9 Limit. vbi compensationis † exceptio, non poterat à cedente opponi tempore cessionis, vt puta, quia debitum sit factum post cessionem, seu vbi compensationis exceptio est nata post cessionem. *Fulgos. in l. quoniam C. de compens. & in l. in rem ff. eod. Thesaur. nemine citato decis. 121. compensationis num. 2. Laderch. conf. 164. quoniam num. 7. Portius Imol. conf. 47. nu. 28.*

10 Limit. vbi cessionarius † non est ex cessione consecutus parta iura, idest non sit factus creditor eiusdem quantitatis, nisi residuum offerat. *Imol. in l. 1. ff. de solut. Laderch. consil. 164. quoniam 10.*



§. VIII.

§. VIII.

SVMMARIVM.

Fideiussor potest excipere de eo quod sibi, vel ei pro quo fideiussit est debitum 3. & quare 4. ampl. 5. 6. 7. 9.
Fideiussorum dura conditio 1.
Fideiussor non potest excipere quod sibi non est debitum sed alteri. 2.
Decius reprobatur. 8.
Clausula sine aliqua exceptione, intelligitur de friuola 11. in fin.

1 Conditio fideiussoris † quantum sit amara, & misera, patet ex ijs, quæ dixi *de Laudemio lib. 3. quæst. 27.* vbi examinando, an fideiussionis causa obligato fundo emphiteotico fit debitum laudemium, retuli incommoda, quæ consequantur, vbi quis se obligat accessorie soluere pro alio.

Quamuis ergo plura legantur in iure nostro incommoda fideiussorum, quia parum distant à principali debitore, quem omnia iura clamant, vt soluat promissa, nec quem in conuentis decipiat, Aduerto tamen inter cætera singularia fideiussoribus concessa,
2 quod licet negetur † excipere, de ijs, quæ actor, agendo ad promissa, alteri debet, *l. eius C. de compensat. l. in rem §. 1. ff. eod. Bellapertic. §. in bona fidei. Inst. de action. nu. 3. Ias. nu. 76. Mysing. numer. 12. Azo. in sum. C. de compensat. num. 8. Bero. cons. 46. nu. 7. vol. 2.* Attamen si fideiussor conueniatur ad sol-
3 uendum † quæ pro alio soluere promisit, excusetur à solutione, si excipiat de debito compẽsabili, quo actor est obligatus soluere, principali debitori, vel sibi *gloss. l. eius C. de cõpens.*
4 *l. verum, l. si quid ff. eod.* quia † exceptio compensationis est realis, vel mixta, & suffragatur debitori principali, & illius fideiussori *l. 2. ff. quæ res pign. oblig. pos. l. omnes ff. de except. l. defensiones C. eod. l. tam mandatori C. de non numer. pecun. l. ex persona ff. de fideiuss.* & firmant post *gloss. Ias. in §. in bona fidei Instit. de action. nu. 76. Menoc. conf. 119. non leui nu. 5. Paris. cons. 121. crimo lib. 1. num. 7. in fin. Bertazol. clausul. 40. glos. 8. Non est num. 4. Marsil. in Rub. de fideiuss. num. 271. Papiens. in form. libel. respons. rei §. saluis alijs nu. 16.*

5 Ampl. præsertim † si fideiussor fiat hæres debitoris principalis, & excipiat de sua rata, qua est hæres, si illa æquat debitum, vel de rata cohæredum, si illi consentiant, quoad debitum totum extinguatur. *Paris. cons. 121. primo lib. 1. num. 6. & 7.*

6 Ampl. siue debitum † de quo excipit fideiussor, esset natum ante siue post fideiussionẽ factam ad fauorem actoris, qui cõuenit debitorem ad soluendũ *Paris. cons. 121. primo lib. 1. num. 8. relatis. Accurs. & Saliцet. auctoribus sua opin.*

7 Ampl. vt fideiussori licitum † sit excipere de compẽsatione aduersus creditorem, etiam inuito debitore, seu reo principali, *l. exceptiones l. omnes ff. de except. l. stipulatur, & ibi gloss. l. expensarum ff. de fideiuss. Bald. l. tam mandatori C. de non numer. pecun. num. 36. Paris. cons. 121 primo lib. 1. num. 9. & 10.* testans de communi canonistarum reproban-
8 do † Dec. aliud sentientem *& num. 13.* addit præsertim procedere si debitor principalis, qui contradicit exceptioni, non esset soluendo. *Bart. claus. 40. glos. 8. nu. 4.*

9 Ampl. vt fideiussori liceat † excipere de quantitate sibi debita, sed etiam de debita ei, pro quo fideiussit, etiamsi ille non excipiat, *l. ex persona ff. de fideiuss. Henring. de fideiuss. cap. 20. §. sexto num. 4. l. verum & l. si quid ff. de compẽs. & dixi cap. seq. §. 3. limit. fin.*

14 tum † probetur cõfessione eius, qui eo titulo fatetur, quid recepisse, *l. publia in fin. ff. de posit. Bald. conf. 256. actum. nu. 2. vbi rationes refert lib. 1.* quæ sunt dicta de deposito vero, eadem sunt dicenda de deposito confessionato, seu irregulari, vt probat *Bal. in l. fin. C. de compens. nu. 11. pract. Papiens. in forma capit. quand. testes, §. habuisse, Natta cõs. 438. super nu. 2. & seq. vers. præmissis,*

15 motus ea præcipua † ratione, quia cõfessio de recepto probat veram, & naturalem numerationem, etiam si non sit renuntiatum exceptioni non factæ numerationis, *Rol. à Val. conf. 17. in causa lib. 1. num 6. & seq.* dum prius retulisset, qui aliud censent, & quibus argum. quibus ille respondet, & ad partes examinata quæstione, testando de cõmuni, *Carrocc. in tract. de Deposito p. 1. q. 2. nu. 10. & seq. Tiraquel. de retract. connent. §. 4. glos. 6. n. 8. Surd. conf. 246.*

16 *non arbitror num. 3.* ampliando † etiam si creditum, de quo excipitur non esset liquidum.

17 Ampl. etiam vbi depositum † fuit creatum ex alio contractu, vt puta si quod mutuo, vel alia causa erat debitum, possibilitate naturæ contractus, vt ego addo, conuertatur in depositũ, *Bal. conf. 317. ad euidentiam in fin. vers. Accedit & alia ratio lib. 3. Cast. conf. 170. viso puncto lib. 2. nu. 1,* quem *sequitur, Natta. conf. 438. super n. 6.* eam afferens *Cast.* rationem, quia non defi-

18 ciẽte substantia obligationis, † quod est debitum ex vna causa, potest per indirectum conuerti in aliam, *l. singularia ff. si cert. pet.*

19 Ampl. siue depositum fiat † vt species, siue vt quantitas, *Cyn. in l. fin. C. de compensat. num. 5. in fin.*

Ampl. etiam si excipiatur de deposito, *Cast. conf. 59. viso puncto suprascripta vol. 2.* addeudo admitti reconuentionem;

20 Limit. vbi superuenit causa † propter quã compẽsatio non est admittẽda, argum eorum, quæ tradit, *Ancar. conf. 360. ex serie pacti in fin.* dum voluit retineri posse depositum ex causa superuenienti, & ratio est, quia omnis

21 dispositio † intelligitur rebus sic stantibus, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. cap. cum inter de renũc. l. cum quis ff. de*

22 *solut.* etiam quod iuramento † fuerit firmata, *Natta conf. 202. in causa n. 6. & conf. 515. non videtur num. 14. Paris. conf 97. vt præsentis lib. 1. num. 31. 82. & seq. & conf. 3. Ista. lib. 2. num. 27. Puteus decis. 258. lib. 3. num 2. Menoc. conf. 291 num. 254.* Nec quibusuis clausulis sit concepta obligatio, censetur renunciatum iuri superuenienti, *Magon decis. Lucens. 7. num. 42. in fin. & 43.*

24 Limit. vbi depositum fuit factum † vt illud conuerteretur in emptionem fundi, vel errogaretur fabricando domum, vel aliud simile, *l. si oleum, ff. de dolo, Bald. per hunc text. in conf. 317. ad euidentiam, lib. 3. vers. considerandum,* nam cum emptione, vel fabrica sit cõsumptum depositum, cessat illius priuilegium.

§. XIII.

SUMMARIUM.

Compensatio quibus casibus fiat ipso iure. 1. usque ad 12.

Compensatio quæ fit ipso iure differt ab ea, quæ fit ope exceptionis. 13.

QVamuis ex relatis limitationibus regulæ firmatæ supra §.4. colligi possint plures casus, quibus compẽsatio fit ipso iure, addam hic alios, qui non videbantur conuenire examini il-
1 lius regulæ † Primus est, quoties hinc inde debetur quantitas, vt dixi supra
2 § 12. † Secundus est, si testator mandat fructus hæreditatis compensari cum credito hæredis *Surd.conf.*291. *articulus n.*10.*per textum in l.si debitor, ff. ad leg. falcid.*
3 Tertius est inter mercatores, *Serafin. de iurament.priuileg.*74. *num.* 148. *& ampl.vt dixi supra* § 4.*ampl.*5.*num.*
4 Quartus est in delictis, nam dolus dolo, negligentia, negligentia, culpa culpa, *ll. si ambo ff.de compensat.Iaf.§. in bonæ fidei inst. de act.num.* 81. vbi exempla refert.
5 Quintus ad impediendum cursum vsurarum, *l.si constat.C de compens.vbi glos.l. si quid, ff. eod. Aloys.Leo in l.* 1. *C. de compens num.*11. *Abb cap.*2. *de posit. num.*11.*Nauar. de vsuris q.*29.*in fin.* qui loquitur de extinctione census, etiam si non æquet debitum, sed pro rata, *Cencius de censibus quæst.*88.*nu.*6.*vers. Nam.*
6 Sextus, vt euitetur pœna, *l.si cõstat C.de cõpens.vbi glos.verb.ipso iure vers. Vel pœnam, committendum. Abb.c.*2. *de posit. num.* 11. *Tiraquel. de retract. lignag.§.*3.*glos.*3.*num.*4. qui loquitur de emphiteota, qui cessauerat triennio in solutione Canonis *Gozad.cõs.*69.*videtur prima.num.*2. addendo fieri ipso iure, idem repetens *num.*3.*in fin.*
7 Septimus est, vbi agitur de liberando pignore, *glos.l.si constat, verb. ipso iure vers.vel pignus liberandum.C. de compens.*
8 Octauus est, vbi tractatur vt quis non dicatur morosus, *Glos.l.si constat, verb.ipso iure in fin.C. de compensat.*
9 Nonus est si agatur de expensis alimentorum, nam ipso iure compensautur cum operibus, *l in rebus §.possunt, ff. commodat. l. si serui, §. fin. ff. de ædil. edict.*
10 Decimus est, si quis puerum erudiuit, nam expensæ, seu salarium compensatur ipso iure, cum mercede seruitij, vel alia vtilitate per illum percepta, *l.quod si artificem, ff. de rei vendicat.*
11 Vndecimus est quotiescũque solutionis defectus posset esse vel fieri præiudicialis, seu damnosa. *Iaf. in §.in bonæ fidei inst. de action. nu.*85. *in princ.* & iste casus absorbet omnes alios.
12 Duodecimus est vbi agitur de euitanda pœna, cessatione vsurarum, seu interesse, & in quocunque casu, quo agatur de euitanda mora, *Tiraquel. de retract.lignag.§.*3.*glos.*3.*n.*8. *circa med. & num.*9. *Surd.decis.*117. *petebatur n.* 6. *&* 8. ampliãdo etiam quod non sit opposita, & id in odium vsuræ, & moliãtur pœnæ, limitando in casu, quo vsura est fauorabilis, veluti *ex l. curabit. C. de act. empt.*

His relatis aduerti Cardinalem Tuscũ in suis practicis conclusionibus *tom* 2. *conclus.*493. Compẽsatio. ademisse mihi laborem in conquirendis casibus, quibus ipso iure fiat compensatio, ne actum agam, & alienis laboribus locupletem opus meum, remitto me ad ea, quæ doctissimus, & illustrissimus scripsit, & herculeo labore nobis reliquit, pluribus desumptis *ex Iaf. l. num.*5.*in bonæ fidei inst.de action.num.* 80.*& seq.*

Notandum ad declarationem præ-
13 missorum non parum † differre, an compensatio fiat ipso iure, vel ope exceptionis, nam omisso quæ sit vis huius clausulæ, vt dixi *meo tract. Clausularum §.ipso iure, si compensatio fit ipso iure,* licet à reo non fuerit opposita, quouis modo nota sit iudici, poterit

ex

ex officio declarare, locum esse compensationi, non sit locus, nisi reo conuento ad soluendum, vel præstandum, excipiente, nam de illa excipiendum est in iudicio, & actis est inserenda, & à iudice interloquendum admittendā esse, *Aret. §. in bonæ fidei inst. de action. num. 8.*

§. XIV.

SVMMARIVM.

Compensatio quantitatis non liquidæ non admittitur cōtra quantitatem liquidam, 1. *ampl.* 3. *limit.* 4. 5. 6. 7. 8. *sublimit.* 9. 12. 13. 14.

Creditum quando dicatur non liquidum. 2.

Liquidatio quando dicatur facta incontinenti. 10.

ARguendo à contrario sensu eorū quæ sunt dicta supra §. 12. vt cōpensatio fiat ipso iure, vbi quantitas de qua excipitur est liquida, dicendum

1 est, non admitti exceptionem † quantitatis non liquidæ aduersus creditorem quantitatis liquidæ, *l. fin. vers. ita tamē C. de compens. Natta cōs. 60. pro spectabili num. 2. Veral. decis. 50. part 1. num. 2 Seraphin. de iurament. priuileg. 74. n. 66. Ioseph Lud. decis. Perus. 15. nobiles n. 15. Pacific de Saluian. inspect. 2. cap. 11. nu. 329. & seq. Purpur. cons. 348. nu. 6. Barbos. alios consentientes refert, in l. diuortio, §. ob donationes, ff. solut. matr. n. 27. Tiraquel. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. num. 11. circa med.*

2 Creditum autem † quantitatis non liquidæ, dicitur eisdem modis, & caussis esse, quibus dicitur, esse liquidum, *vt dixi supra § 11.*

3 Ampl. vt nec concedendus sit † terminus ad liquidandū, si agatur de credito liquido, & iurato, *Natta cons. 54 egregius num. 7. quem sequitur Ioseph Ludou. decis. Perus. 15. nobiles num. 16.*

4 Limit. vbi creditum † quod petitur, est liquidum confessione rei conuenti, argumento dictorum, *Bal. in l. fin. C. de compens. nu. 11. quem sequitur, & extendit ad casum nostrum, Fel in cap. cum Ioannes de fid. inst. num. 1. Marant. in prax. part. 4. dist. 6. num 3. & dixi supra §. 13. ampliat. 2. Purpurat. cons. 348. cōsiderandum num. 6. Cyn. & Alays. de Leo in l. 1. C. de compensat. nu. 17. Surd. cons. 246. Non. n. 3.* vbi rationem refert, quia bona fides non debet nocere ei, qui illam agnouit, *Abb cap. bona fides de deposito num. 10. vbi rationem refert.*

5 Limit. vbi aduersus naturalem † obligationem obijcitur compensatio, *Trentacinq. Resolut. 1. de compensat. lib. 3. n. 13. relatis Iacob de Areu. Cyn. Bal. & alijs.*

6 Limit. vbi creditū fuit factum † liquidū in iudicio æ equā actor ageret, seu vbi reus præuenit actorem in petitione crediti, *l. in compensationem, ff. de compensat.*

7 Limit. vbi creditum † non liquidū, de quo excipitur, iudex arbitratur esse compensandum, ita æquitate suadēte, exemplum est, si creditum sit factū liquidum sola confessione excipientis de credito illiquido, *Bald. in l. fin. C. de compensat. num. 11.* addendo aliud dicendum, si liqvidatio fuit facta reo inuito, per examen testium, *Abb. in cap. fin. de deposito num. 10.* eam afferens rationem, quia cùm actor fuerit confessione rei releuatus onere liquidādi suū creditum, debet æquo animo pati cōpensationē illiquidi crediti, & hæc est illa æquitas, quam considerabat *Bald.* vt mox dicebam. *Ias. non facta mentione Bal. in l. cum fundus, §. seruum, ff. si cert. pet. num. 12.* asserens hanc limitationem tradi, *à Glos. in l fin. verb. conuinct. C. de cimpensat.* addit illam signandam, & tenendam cordi, *Trentacinq. Resolut. 1. Compensatio lib 3. de compensat num. 12.* vbi refert dissentientes, & rationes suæ opinionis.

8 Limit. vbi creditum, quod † excipitur compensari, breuiter, seu de proximo, vel incontinenti potest liquidari, *Capic. decis. 167. in causa Mānfredini, Osasc. decis. 92. Franciscus nu. 36.* eam asserens rationem quia liquidi & liquidandi par est conditio, *Pacific.*

cific. de Saluian. inspect. 2. cap. 11. n. 329 vbi plures congerit, & testatur Rotam ita censuisse *Abb. cap. bonæ fidei de deposit. n. 10. vers. secundo casu.*

9 Intellige tamen hanc limitationẽ † quando substantia debiti est certa, sed quantitas non est liquida, *Surd. cons. 246. non arbitror num 5 circa med.*

10 Quarto autem breuiter † seu de proximo, vel incontinenti dicitur facta liquidatio crediti non liquidi, dissentiunt inter se Doctores nostri, *Ias. §. in bonæ fidei inst. de action. nu. 72. & seq. Pacific. de Saluiano inspect. 2. 2. cap. 11. num. 351. vers. sed infra*, volunt creditum liquidari breuiter, seu incõtinenti, si liquidatio fiat intra tempus datum ad faciendam executionem sẽtentiæ, ne mpè captis pignoribus, illisq. hastæ fiscali expositis, & solitis dilationibus venditis *Capic. decis. 167. in causa Manfredini num. 1.* & ita iudicatum referri à consilio Neapolitano. *Capic. sequitur Trentacinq. Resol. 1. de compensat. lib. 3. num. 15. relati à Tiraquel. de Retract. lignag. §. 3. num. 11.*

11 Alij id remittunt Iudicis † arbitrio. *Io. Fab. in bonæ fidei inst. de action. n. 8. in fin.* asserens hanc esse opinionem citramontanorum, subdens *n. 9. vers. Dicas*, iudicem ex natura causę arbitrari posse longius & breuius tempus, modo non excedat datum condemnatis, quod duorum mensium fuit olim, & nunc est quatuor, *l. debitoribus ff. de re Iudic. l. fin. C. de vsu rei iudic.* addendo actorem tali dilatione non grauari à iudice, quia illam habet à lege *subdens num. 10.* si concessa dilatione emergat difficultas, quæ intra da-

12 tam dilationem † non potest definiri, faciendam esse exequutionem, *Cyn. l. fin. C. de compens. nu. 18. Abb. cap. 2. de deposit. nu. 10. vers. nam duo. post fabrum. idem tenẽt relati à Surd. cons. 246. Non. num. 4. in princ. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 11. num. 352.* testantes de veriori, & communiori opinione, *Purpur. cons. 348. nu. 6. relati à Tiraq. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. n. 11. Sicard. in Rub. C. de compensat. nu. 15.* addendo non posse iudicem dare dilationem vltra octauum mensem.

Contrarium tenet *Fab. in §. in bonæ fidei inst. de action. sequend. Dyn. & Nicol. nu. 74.*

13 Alij volunt esse duorum † mensium *Dyn. Nicol. & alij quos refert & sequitur Ias. in §. in bonæ fidei inst. de action. num. 74.* vbi præterea respondet obiectis *Purpurat. cons. 348. considerandum: motus. l. auffertur §. qui compensationem ff. de iure fisc.* qui licet loquatur quando compensatio opponitur fisco. *Ias. tamen d. §. in bonæ. num. 72.* extendit in quocumque alios, & idem firmat *Sicard. in Rubr. C. de compens. num. 13. & 14.*

14 Alij volunt esse decem dierum † relati *ab Abb. in cap. 2. de deposit. num. 10. in fin.* addendo hanc opinionem esse duram.

---

§. XV.

SVMMARIVM.

Administrator debet rationem redddere suæ administrationis, & librum administrationis conficere. 1. ampl. 2. 3. 4. 5. limit. 7. qualiter conficere debeat librum administrationis. 6.

Iuramentum in litem deferre actori est arbitrarium iudici. 8.

Liber rationum administrationis qualiter conficiatur 6.

Administrator si redditis rationibus est debitor potest excipere compẽsari creditum sibi debitum ex alia causa. 9. & quare. 20.

Compensatio quid sit. 10. potest opponi contra omnem actionem. 10. in fin. ampl. 11. 12. Contrarium, & quare. 13. ampl. 14. 16.

Negligentia dolus est. 15. ampl. ibid.

QVemlibet rei alienę, vel communis † administratorem, debere 1 rationem suæ administrationis reddere, librumque dati & accepti conficere, certi iuris est *l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. distraben.* quem textum ad

ca-

casum nostrum extendit *Iac. Aren. in l. si quis absētis ff. de negot. gest. & reliqui relati à Decian. cons.* 11. *vol.* 1. *num.* 98. *Roman. cons.* 414. *Quoad primum nu.* 1.
2 qui loquitur de fratre † administrante fraterna bona, qui tamen taliter, qualiter tenetur reddere rationem, *Socin. cons.* 46. *cum in præsenti lib.* 1. *nu.* 2. *Veral. decis.* 159. *pact.* 2. addendo si non
3 confecit librum rationis, contra illum † iurari in litem, *Neguf. de pignor.* 4. *mēb.* 2. *part. num.* 13. & 14. qui loquitur de
4 patre † administrante bona filij, in quibus non habet ille vsumfructum, addendo illius bona tacitè esse hypothecata filio pro malè administratis,
5 *Bero loquens † de Papa quæst.* 15. *num.* 2.
6 Qualiter autem conficiendus sit † liber rationum vltra dicta à *Bartol. cons.* 150 *Dec. cons.* 110. *vere num.* 8. & 9. *latè agit Plot. de in litem iurand. nu.* 237. & 238. *vers. inuentarium, & vers. Bona itaque Surd. cons.* 391. *persuadere nu.* 35. & *seq. plurib. Munoz de Escouar de Ratiocin. administ. cap.* 10 *n.* 34. *vsque in fin. Straca de Mercatur. part.* 2. *num.* 52. & *seq. pluribus Bero cons.* 191 *lib.* 1. *num.* 43.

Et licet Rota coram Giptio *in Rom. Tutelæ de Mansijo* 23. *Ianuarij* 1587.
7 firmauerit posse reddi rationem † sine libris, attamen ex eadem decisione colligitur responsio, quia fuerat aliunde probatum, quid, & quantum fuisset repertum in bonis pupilli, & consequēter quid fuisset administratum, & hac ratione non admitti iuramentum in litem, quod sibi cōcedi instabat pupil-
8 lus factus maior, & cum iudici sit arbitrarium illud deferre, & eo casu videbatur subesse causa illud negandi, *Menoc. de arbitr. iudic. casu* 208. *Diximus.*
9 Hinc dubitatur † an administrator si reddita ratione suæ administrationis possit excipere de compensatione, si ex alia causa sit creditor eius, cuius bona administrauit, & affirmatiua videtur vera, si creditum, de quo excipitur sit
10 liquidum, quia † cum compensatio nihil aliud sit, quàm debiti, & crediti, inuicem inter contrahētes cotributio, *l.* 1. *ff. de compensat.* & contra omnem actionem opponi possit, *l. rei iudicatæ* §. 1. *ff. sol. mat. vbi Bart. notat*, etiam si
11 extaret † statutum, quod ab administratore nulla possit opponi exceptio, *Angel. cons.* 132 *quidam nu.* 3. *vers. Contrarium, Alex. cons.* 12. *viso themate lib.* 2. *num.* 13. addendo procedere etiam si à statuto dicatur non posse opponi, nisi exceptionem solutionis; & ibi addentes plures consentientes referunt, quibus addo relatos *à Tiraquel loquēte de retractu gētilitio, & feudali de Retract. lignag.* §. 3. *glos.* 3 *num.* 2. 6. & *seq.*
12 addendo procedere † etiam si in contractu initio sub conditione, si fuerit solutum.
13 Verum cum ex diuersis † seu separatis non fiat illatio, nec congrua coniūctio, *l. Papinianus. ff. de minor. l. neque natalis C. de probat.* contrarium est dicendum, & excipienti de credito suo ex alia administratione, negari compensationem *l.* 1. *Vers. ita demum si eodem statio C. de compensat. per quæ iura ita firmat Afflic. decis.* 19. *num.* 4. & *similia sunt, quæ dixi supra* §. 1. quod non admittitur exceptio compēsationis contra fiscum de credito diuersæ stationis, *Borgnin. de Tutor. num.* 222. *relatis Bal. & alijs* qui id non dicunt, veratamen est illius opinio ex ijs quæ dixi supra §. 1. *limit.* 10. & illum refert, & sequitur *Escobar. tract. de Ratiocinat. cap.* 20. 16. *administrator nu.* 6.
14 Ampl. vt nec liceat administratori † excipere quod sit compensandum lucrum, sua diligentia consequutum, cum damno illius negligentia, quod patitur is, cuius bona administrauit, quia cum ex officio suo debeat vtilia facere, & inutilia prætermittere, negligentiaq. nocere debeat negligenti, cui iura non subueniunt, *l. non enim, ff. ex*
15 *quib. caus. maior.* quia negligentia † dolus est, præsertim in ijs, quæ ex onere negligenti commisso non præstantur, *l. dolus, ff. mandat.* & quod isto casu sit
16 negata † compensatio firmat *Ioseph Lud. Conclus.* 1. *de Societate. col. final: vers. & quando.*

§. XVI.

§. XVI.

SVMMARIVM.

Administrator debet reddere rationem suæ administrationis. 1.

Socius administrans bona socialia debet conficere librum administrationis, & reddere rationem. 2. *ampl.* 3. 5. 6.

Socius non potest excipere de compensatione crediti socij. 7. *& quare* 8. *ampl.* 9

Socius dans damnum societati negligenter non potest excipere illud compensandum cum lucro illius diligentia facto. 10 *& seq. & quare.* 12. *& seq Contrariũ* 25. *& seq. limit.* 17. 22. *distingui.* 19.

Negligens parum distat à fraudatore. 6.

Negligentia qualiter probetur. 20. 21.

1 EX generali regula firmata† in proximo, & præcedẽti §. quam pluribus comprobat, *Rol. à Val. conf.* 49. *in præsenti lib.* 1. *n.* 1. *& seq.* dubitari non potest, quin, & socius omnium bonorũ, vel particularis negotiationis admini-
2 strans † bona, & iura communia socijs, sit obligatus conficere librum administrationis, tamquam fundamentum rationis reddendæ *l.* 1. *§. officio, ff. de tutel. & ration. distrahendi l. tutor, qui repertorium, ff. de admin. tut.* & de administrantis rationem reddere, & reliquum restituere, *l. quadam, ff. de edend.* per quem textum ita firmat *Ruin. conf.* 101 *in præsenti lib.* 1. *num.* 13. *Paris. conf.* 82. *Aduertendum nu.* 21. *& seq. & conf.* 88. *ad veritatem lib.* 1 *num.* 6.

3 Ampl. quod si plures† sunt socij, & omnes administrarunt, quisque illorũ debet rationem de administratis reddere, *Rota Ianuens. decis.* 39. *in præsenti lib.* 3.

4 Contrarium † quod nullus eorum reddat rationem, nisi fortè vnus plus ministrauerit firmat *Bero conf.* 191. *in causa lib.* 1. *n.* 9. 11 33. *&* 39.

5 Ampl. etiam si† inter socios fuisset conuentum, vt socius administrans bona societatis nõ esset obligatus reddere rationẽ administrationis, quia tali pacto intelligitur liberatus tantũ exactissima, seu anxia, & stricta redditione rationum, *l quidam decedens, ff. de admin. tut. l. aurelio, §. Caius, ff. de libertat. legat. Crauet. conf.* 193. *minor. num.* 9. *& conf.* 568. *Antonius num.* 5. *& conf.* 764 *Dominus num.* 9. *Couar. var. Resol. lib.* 2. *cap.* 14. *Cum mania num.* 3.

6 Ampl. etiam si administratio † esset socio commissa iuxta illius discretionem, seu conscientiam, *Paris. conf.* 84 *conclusiuè num.* 24. *&* 25. *lib.* 1.

Si autem socius minister bonorum societatis factis calculis, remaneat debitor alicuius quantitatis, an possit ex-
7 cipere † compensandam esse cum quãtitate sibi debita ab vno ex socijs, & negatiuè respondit, *Cyn. in l. in ea C. de compens. in fin. idem voluit Bald. non faciens mentionem de Cyn. in l. eius.* 9. *C. eodem nu.* 3. *& Bald. sequiour sub ibid. num.* 3. *Socin. conf.* 65. *conclusio lib.* 4. *in fin. Rota Ianuens. decis.* 26. *in causa nu.* 30. *Bald. in d. l. eius n.* 5. *suæ opin.* ratio-
8 nem † refert, quia corpus societatis agit, & est ministri creditor, ideo quod est debitum societati, non compensatur cum credito vnius ex socijs, qui accidere potest, vt ille sit societatis debitor, vel factis calculis nihil habeat in societate, & lædi possent alij socij, ex opposita, & admissa compensatione. *& relato Bald. & aliis ita concludit, Rota Ianuens. decis.* 28 *Causa n.* 5. *in princ.*

9 Ampl. etiam si socius debitor† socij administratoris bonorum, & iurium societatis consentiret fieri compensationem, *l. in rem, ff. de compensat. in fin. per quem textum ita firmat Socin. Iun. conf.* 147. *inspecta n.* 4. *in fin. lib.* 3. *Natta conf.* 101. *Videretur num.* 16. *Rota Ianuens. decis.* 28. *Causa nu.* 5.

10 Dubitatur postremo, an damnum † contingens societati ex negligentia socij administratoris, si socij contra illũ agant, vt resarceat damnũ illius causa, quod patitur societas, an socius excipere posit, illud compẽsandum, cum lucro illius diligentia, & industria facto;
11 & arguendo à definitione societatis † quod

quod argumenti genus, validum, & concludens est, *l.1.§.dolum,ff.de dolo*, *vt illa, teste Bald. in conf.*120. *Quidam*
12 *Antonius lib.* 1. *num.* 1. si contractus † vltro citroque obligatorius, lucrorum, damnorum cõmunicatiuus, atque diuisiuus eorum, sicut æquitas dictat, dicendum videtur, quod isto casu sit locus compensationi, quia societas tam vniuersalis, quàm particularis contracta, dicitur inita in omnibus, quæ ex illa sequuntur, donec durat, *arg. l.seruitutis, §.si domo, ff. de seruit. vrban.*
13 *prad.* & cum illa sit †contractus bonæ fidei, *glos. §. actionum verb. bona fidei inst. de action.* excluso omni malo ingenio, vt loquitur *Bald.d. conf.*120. *Quidã lib.* 1. *circa fin.* iure naturæ compensandum est damnũ cum lucro & industria socij quandoque oscitantis, consecuti, *l. si negotia, ff. de negot. gest.* cum & quãdoque dormitet Homerus, & labi, ac
14 † errare humanum sit, *l. est differentia ff quibus mod. pign. vel hypot. sol. cap. à nobis de sentent. excommun. Ideo Vlpianus in l.1. ff si mens falsi mod. dixer.* dicebat, si imperitè, vel negligenter falsum modum dixerit, cessat in eum prętoris edictum, & sibi imputare debet, *§. præterea inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. fin. inst. de societat. l.1.§. sed is etiam, ff. de act. & oblig.*
15 Attamen † cum negligens negligentiæ suæ expensum ferre debeat, *l. de illo, ff. de negot. gest. Decian. conf.*11. *primo opponitur lib.* 1. *num.*101. concludẽs socium teneri de suo, si contraxit cum
16 decocto, & negligens † in negotijs, parum distat à fraudatore *l. impuberibus, §.1. ff. de suspect. tut.* & de natura societatis sit, quod in rebus socialibus diligentia adhibeatur, & culpa puniatur, nullatenus negligentia compensanda est cum diligentia, vt expressis verbis respondit *Vulpianus in l. de illo, §. idem, ff. pro Socio*, inquiens. *Idem quærit, an commodum, quod propter admissam sociũ accessit compensari cum damno, quod culpa prabuit, debeat, & ait compensandũ, quod non est verum, idem repetens in l. & ideo, ff. eod. his verbis. Et si socius quaedam negligenter in societate egisset, in plerisque autem societatem auxisset: non compensatur compendium cum negligentia, vt Marcellus libro sexto Digestorum scripsit, & per hæc iura ita firmauit Petr. de Vbald. de societate, seu Duobus fratribus par.*7. *circa septimam, num.*3. *quem sequuntur Aiora de Partition.*1 *par. cap* 7 *num.*7. *Manoz. de Escouar. tract. de* Ratiocin. *administ. cap.* 36. *administrator. num.*7.

Intelligas tamen, vbi socij negligentia
17 † fuit culpabilis, secus si casu aliquo, qui præuideri non poterat, tale damnum acciderit, *Petr. Vbald. tract. de Duobus fratribus par.*7. *num.*3. *quem sequitur Manoz. de Escouar. tract. de Ratiocin. cap* 35. *administrator. num.*7. *Decian. non facta mentione de Vbald. conf.*11
18 *primo oppon. vol.*1. *num.* 95. † addi idẽ dici, si dolosè socius se gessit, sed distin-
19 gue iuxta † Textum *in l. si negotia, ff. de negot. gest. & ibi Alberic. Angel. & Cast.* quorum dicta refert *Pacian. de probat. lib.*1. *cap.*59. *ista, num.*65. *& seq.*

Qualiter autem probetur culpabilis
20 † negligentia socij viden *Petr. de Vbald. dicto Tract. de Duob. fratribus, par* 7. *num.*2 *&* 2. vbi etiam tractat de negligentia, & culpa hæred s socij defuncti, *Mascard. de probat. conclus.*188. *Negligentia*, & ibidẽ adden. de Nigris, qui
21 referunt Doctores testantes † arbitrarium esse Iudici quis dicatur negligens.
22 Limit. vbi socius pariter fuit † negligens, *l si ambo, C. de compensat Pacian. de probation. lib.*1. *cap.*59. *ista, num.*52. *&* 53.

---

§. XVII.

SVMMARIVM.

Compensatio quid sit, & quando fiat 1. *admittitur in delictis quoties agitur de priuato interesse* 2 4. *amplia, & ampliationem distingue* 5. *ampl.* 7 *Limit.* 8. 9. *Non admittitur in præiudictum Fisci* 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Delicta paria mutua compensatione tolluntur 3.

Furari an liceat bona eius, qui tua est furatus 6.

1 COmpensatio cum sit † debiti ad debitum inter debitorē, & creditorem facta contributio, *l.1. ff de compensat.* & sic compensatio fit, quando vterque est obligatus ad ea, quæ petuntur compensari, *Ias. l. in bona fidei, Instit. de action. num. 71.* propterea cum ex maleficijs proditæ sint actiones simplices, & mistæ, nempè aliæ tantùm persequendæ pœnæ, aliæ, & rei, & pœnæ simul, *§. ex maleficijs, Instit. de act.* & in ijs tam reus, quàm actor potuit deliquisse, locus erit aduersus actorem
2 exceptioni † compensationis, *l. si ambo, ff de compensat. hinc factum axioma,*
3 quod paria † delicta mutua compensatione tolluntur, *l. viro, atque vxore, ff. solut. matrim. l. ad quem Textum multa cumulaui in meis Collect. l. 2. § idem ait, ff ne quid in loco pub. cap. significasti de diuortio, cap. nihil iniquus 32. quæst. 6* & vulgatum illud.

Nil Iudæus Iudæo, nil Caterina Catego.

Verum quia deliquens non solùm offendit eum, in quem, quis delinquit, sed etiam maiestatem eius, qui delicta prohibet, qui prohibendo delinqui, nō dicitur deliquisse, sed potius delicta auertere voluisse, duo casus sunt constituendi.

4 Primus casus est, vbi excipitur † de delicto ratione priuati interesse, seu pœnæ debitæ ex delicto, & tunc retardatur exequutio, & fiet compensatio, si reus excipiens fuit ab actore offensus, & ratione offensæ debita est eidem pœna, *Bal. in l. fin. C. de compens. nu. 16. in fin. Abbas cap. 2. de deposit. num. 13. addentes ad praxim Vbert. Bonacus Cap. quib. modis suo nomin. agent. num. 170. Dyn. in cap. in pari, de reg. iur. num. 6.*
5 ampliando † siue delicta sint circa idē, siue diuersa, iuxta tamen distinctionem eiusdem *Dyn. ibid. num. 3. vers. si idem, Pacian. de probat. lib 1. cap. 59. ista, nu. 56. vers. Quod quidem.*
6 An autem liceat furari † bona eius, qui pariter furatus est bona tua, *Innoc. in cap. olim, el 1. col. penul. vers. item plus dicimus, de restit. spol.* cuius dicta latè examinat *Pacian. de prob. lib. 1. c. 59. ista, num 32. & seq.*
7 Ampl. præsertim † vbi non constat, qui prius deliquit, nam fiet compensatio, *l. scientiam, §. eum struuenta, ff. ad l. Aquil. Pacian. de probat. lib. 1. c. 59. ista, num. 41. & seq.* vbi exemplum refert, si non constat, qui prius insultauerit, vel pacem fregerit, & similia, limitando re-
8 spectu † Fisci, qui ab vtroque exigit pœnam.
9 Limit. vbi primum delictum † fuit consumatum à secundo, nam de consumpto non potest excipi, & compensari, veluti si ego te spoliaui domo tua, deinde ex interuallo tu spoliasti, qui te spoliauerat eadem domo, nam postremo spoliatori cōpetit interdictum, vnde vi, ad recuperandum domum, qua fuisti spoliatus, nec admittitur exceptio seu compensatio prioris spolij, *l. si quis vdse fundum, C. ad l. Iul. de vi pub* & ratio est, quia vltimū spolium est purgandum, *cap. fin. vers. quamquam, de ordin. cognit.* cuius sensum, & argumentum latè retuli in meis Collectaneis ad eumdem textum.
10 Secundus casus est, † vbi agitur de pœnis infligendis, vel inflictis, ratione publicæ disciplinæ, vel vtilitatis exigēdæ, & non admittitur compensatio, sed tam actor, quàm reus punitur, & pœna applicatur Fisco, absoluto tamen reo in causa ciuili *Bal. l. fin. C: de compēsat num 16. Abb. in cap 2. de deposit. n. 13.* eam afferens rationem, quia delicta sunt punienda, nec vt ego addo compensatione delinquentium impunita relinquenda, nec Fiscus per fictionem delinquentium fraudandus suis regalijs, inter quæ sunt delictorum pœnæ, *Doctores in Rub. quæ sint regalia, ideò Bal. in Rubr. C. de fide instrum. nu. 53. dicebat* quod si Titius produxit falsum instrumentum mutui contra Sempronium, è contra Sempronius producat instrumentum restitutionis illius pariter falsum, locus non erit compensationi quoad pœnam falsi, qua actor, & reus committens falsum, est puniendus, quia

vter.

vterque deliquit contra bonos mores, & rem publicam sequitur, *Iaf. in §. in bona fidei, Inst. de action. num. 81. vers. vide etiam, Pacian. de probat. lib. 1. c. 59. ista, num. 55.*

11 Ampl. etiam, vbi pœna † est spiritualis, *Socin Regul. 182. delicta paria.*

12 Ampl. siue pœna † sit temporalis, siue perpetua, *Socin. Regul. 182. delicta paria.*

13 Ampl. præsertim, vbi pęna † imposita delinquentibus est pecuniaria, *Socin. regul. 182. delicta paria.*

14 Ampl. præsertim, † vbi delicta non sunt paria, sed diuersa, veluti si tu tenes equum meum, & mihi petenti illum deneges, violenter illum tibi aufero, non fiet compensatio delictorum actoris & rei, quia licèt negando, deliquerit, & per violentiam aufferens equum pariter deliquerit, sed diuerso modo, cessat regula, quod in delictis etiam fiat compensatio, quia vnus grauius delinquit altero, *vt ex Innoc. in cap. sicut 2. de iur. iur. firmat Socin. regul. 182. limit. 1. seu vt inquit Dyn. in cap. in pari, de reg. iur. num. 7.* quia vbi

15 dolus † præponderat culpę circa idem, cessat compensatio; secus si versatur circa diuersa, addendo idem dicendum de culpa leui, & leuissima faciendo, vel negligendo, *Pacian. de probat. lib. 1. c. 59. ista, num. 16. 30. & seq. & 54. & 58. & est Textus in l. qui vos, ff. de furt.*

16 Ampl. etiam, quod † esset locus compensationi mutui delicti, veluti si duo frangant pacem, & non constat, qui prius fregerit, nam cum vterque sit puniendus, Fiscus exiget pœnam, *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. ista, num. 45.*

§. XVIII.

SVMMARIVM.

Dolus an dolo compensetur 1.

1 AN dolus dolo † compensetur, idem ferè est, quod inquirere an delicta, mutua compensatione tollantur, vt examinaui proximo, & antecedenti §. & quia exceptionem istam latè examinant; *Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. Ista, num. 1. & seq. & Zanger. tract. de exception par. 111. cap. 11. & Carol. de Graf. eod. Tract cap. 22. ne de carta in papirum transferam, qua alij dixere remitto me ad ea, quæ illi dixere.*

§. XIX.

SVMMARIVM.

Solui non potest aliud pro alio inuito creditore 1.

Compensatio de quantitate ad spetiem non admittitur 2. *ampl* 3. *Limit.* 4. 5. 6.

1 CVm inuito creditore † aliud pro alio minimè solui possit, *l. 2. ff. si cert. pet l. 4. §. 1. ff. de re iud. l. item liberatur, §. qui paratus, ff. quib. mod pign. vel hypot. sol iustè condemnato ad soluendam,*

2 vel tradendam quantitatem † denegatur compensatio spetiei, quam sibi deberi probat ab eo, qui sententiam exequi instat, *Glos. in l. fin. C. de compensat: Dec. auth. præterea, C. vnd vir. & vxor. num. 10. Iaf in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de legat. 1. num. 12. & 55. Aloys. Leo. in l. 1. de compensat. num. 16. & Cyn. num. 15. rationem refert.*

3 Ampl. è contra † videlicet, si aduersus creditorem speciei excipiatur fieri compensationem quamtitatis, *l. si conuenerit, ff. de pignor. action. l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. glos. 1. in l. fin. C. de compens. Batigel. in l. cum fundus, §. seruum, ff. si cert. petat, num. 51. vers. primo, Sicard. in l fin. C. de compens. num. 2. in fin. Iaf. §. in bona, Inst. de action. num. 66.*

4 Limit. vbi species esset deducta † ad quamtitatem, *Bal. l. fin. C. de compens. num. 23. Iaf. §. in bona, Instit. de action.* exemplum erit, si frumentum quod erat debitum, fuerit consumptum, nã cum illius iure subrogetur pretium, licebit creditori excipere, quod compensatio fiat aduersus creditorem quã-

titatis, Bal. l. fin. C. de compens. num. 23. alia exempla refert Ias. in §. bona fidei, Instit. de action. num. 66. in princ. Trentacinq. Resol. 1. de Compens. num. 1. col. 2. vers. secundo, lib. 3.

5 Limit. vbi compensatio † est facienda expressa mente disponentis, qui potuit ad suum libitum disponere, *Iason. §. in bona fidei, Instit. de action. num. 67. vbi tamen in fin. refert dissentientes.*

6 Limit. vbi species recipit † contributionem cum quantitate; *Cyn. l. fin. C. de compensat. num. 15. circa fin.*

7 Limit. vbi species est perempta, nam cum tunc deducatur ad quantitatem, soluitur speciei æstimatio, *l. propter fructus, C. de compens. l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indebit. Bal. l. fin. C. de compens.*

8 Lim. vbi petitur compensari expensas alimentorum cum seruitio rei commodatæ, *gloss. l. in rebus, §. possunt, ff. commodat.*

§. XX.

SVMMARIVM.

Possessor bonæ fidei an compenset melioramenta cum fructibus perceptis 1.

1 POssessor bonæ fidei † an compenset melioramenta cum fructibus perceptis dixi *de Laudemio, lib. 5. q. 3. num. 34. & supra cap. 8. §. 48. & seq.*

Caput XIV.

SVMMARIVM.

Excommunicationis exceptio anomala est 1.
Marius Alterius laudatur 2.
Suarez laudatur 2.
Io. de Lignano laudatur 2.
Excommun. cationis exceptione opposita retardatur executio sententiæ 3. 6. Contrarium tenent, qui reprobantur 5. & quare 7. 8. 9. 20. 11. 12. 13. 15. 18. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 35. 36. 38. 39. 41. 42. 44. Intellige 29. 30. 31. 32. 33. Limit. 45. 46. 48. 50. 52. 54. 55. 56. 57. 59. 60. 61. Sublimita 58.
Excommunicatio siue iusta, siue iniusta, semper est timenda 4.
Sine Actione legitima nemo agere potest 8. Ampl. ibidem.
Excõmunicatio opposita in vim peremptoria, & dilatoria differt 14.
Actio personalis præscribitur annis triginta 16.
Excommunicatus præsumitur perseuerasse in excommunicatione, nisi probetur absolutus 17. non gaudet Canone Redintegranda 22.
Excommunicatio an æquiparetur Inferno, vel Paradiso 20.
Statutum an validum, quod in foro seculari non possit excipi de compensatione 26.
Laici non possunt facere Statuta, circa ea, quæ spectant ad salutem animæ 27.
Excommunicatio qualiter probetur 34.
Excommunicatus à quibus arceatur in iudicio 37.
Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum 42. Ampl. ibid.
Æquiparata non iudicantur ad imparia 43.
Inter excommunicatum publicum, & occultum non fit differentia, si agatur de vtilitate publica 44.
Excõmunicatio maior & minor differũt 47.
Debitor suspectus de fuga non possit capi à creditore excommunicato 49.
Affectata non possunt 53.

LOngius quam pars est, prodiret labor meus, si examinando difficultatem, quando & quomodo opposita anomala exceptio-
1 ne † excõmunicationis *Alciat. in prax. cap. De except. vers. Anomala. Magon. decis. Lucens. 71. fuerat, num. 10.* in agentem ad rei iudicatæ executionem, illa differatur, vel facta reuocetur, præmitterem, quę fuerit excommunicationis origo, qui processus, apud quos illam ferendi resideat facultas, quæ fuerint excommunicatis concessa, quæ negata, qui sint excommunicationis effectus, tàm in foro fori, quàm poli,

qui

qui possint excommunicari tam, in causis ecclesiasticis, quàm non ecclesiasticis, sed mere secularibus, quibus solemnibus illa proferatur, & quibus pœnis afficiendus sit, qui aliquem iniustè excommunicauit, abusiuè sit ecclesiastico, & subsidiario gladio. Cum tamen aliqua ex præfatis, quæ necessaria iudicaui ijs, quæ scripsi *de Execut. Rei Iud. cap.* 14. *num.* 67. *vsque in fin.* retulerim, relinquendo cętera illis, qui de Ecclesiasticis censuris scripserunt, vel sunt scripturi, inter quos nostris tēporibus primum locum obtinēt, *Ma-*
2 *rius* † *Alterius Theologus, & Canonicus Basilicæ S. Petri, & Romanus Patritius & Franciscus Suarez Granatensis, & apud antiquos, Io. de Lignano in suo Tract. de Ecclesiast. Censur.* comprimendo diffusum Censurarum argumentū, referam ex illo tantùm, quæ iudicabo necessaria in decisione præsentis difficultatis, in quà sequentem constituo Regulam quod.

3 Opposita, aduersus agentem † ad rei iudicatæ executionem anomala exceptione, *Spec. de except.* §. 1. *num.* 7. excommunicationis, retardatur facienda, & reuocetur facta, sed nondum consumpta rei iudicatæ executio, *cap. pia, §. sed si post de except. in sext. vbi Archid. num.* 2. *Gemin. num.* 6. *Io. And. num.* 16. *in fin. Philip. Franc. num* 2. *vers. & eodem modo, & probat ad Monac. num.* 25. *vers. excommunicationis, Innoc. in cap. venerabilem* 14. *de except. num.* 1. *Host. nu.* 2. *vers. sed numquid, Butrius num.* 4. *Abbas num* 8. *vbi cum Imol. ibid. num.* 4. refert casus, quibus accidere potest hæc difficultas, *Roman. l. si feriatis, ff. de ferijs, num.* 2. *vers praeterea, Io. And. n.* 3. *Angel. in l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. num.* 4. *Io. Fab. in* §. *bonæ fidei Inst. de action. num.* 13 *in fin. Guid Papa decis.* 215. *An executio, nu.* 6. *& decis.* 574. *an Iudex, nu.* 8. *Ias. l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. num.* 22. *&* 23. *Vantius Tract. de nullit. cap.* 4. *de nullitate, num.* 30. *Ancar. in cap pia, §. si quis, de except in sexto, num.* 7. *vers. Item si victor, Ripa in l. qui pro Tribunali, ff. de re iudic. numer.* 10. *vers. Item post. Io. Fab. in* §. *in bonæ fidei Inst. de action. num.* 18. *Paptens. in form. libel. respons. rei, §. excommunicationis,* declarādo qualiter excōmunicatio dicatur medicinalis, & semper timenda
4 † siue sit iusta, nec iniusta; quia vt ego addo bonarū mentiū est timere culpā, etiam vbi illa abest, *Trentacinq. resol.* 1. *de exception. lib.* 2. *num.* 35.

5 Contrarium tenent aliqui † teste *Innoc. in cap. venerabilem, de except. in fin.* quorum nomina ille non refert, *sed Franc. d. cap. Pia, de except. in sext. nu.* 2. *vers. & eodem modo,* refert fuisse *Pet. de*
6 *Ancar.* † quem deinde reprobat, respōdendo illius argumentis, & quod post latam in Concilio Lugdunensi Decretalem, *Pia. de except.* non sit de veritate nostræ Regulæ dubitandum, firmat, *Abb. in c Venerabilem* 14. *de except. n.* 80. *& Imol. num.* 4. *Io. And. in cap. fin. de except. num.* 3. *vers. Refert tamen.*

7 Rationes autem nostræ † Regulæ plures afferuntur à Doctoribus, sed illa est præcipua, quia cum excommunicatus non possit agendo esse in iudicio, & parte excipiente, & nolente, *cap intelleximus, de Iudic. vbi Fel. pluribus modis limitat, Marescot. Var resol. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 1. *&* 3. petendo exceptionem sententiæ pro illo latæ, dicitur agere, & actionem, qua est priuatus ex censura Ecclesiastica, exercere, non potest ille petere executionem sententiæ ad illius fauorem prolatæ, cum nemo sine
8 legitima † actione possit agere in Iudicio, vel Iudicis officium implorare, *Innoc. in cap. venerabilem de except. idē dixit Io. And. in cap. Pia, de except. in sext. nu.* 14. *circa fin. & in cap. fin. extra eod tit. num.* 3. *Fel. cap. cum inter de except. num.* 24. *&* 25. *Surd. cons.* 246. *non arbitror, num.* 23. *& seq.*

9 Ampl. etiam, † si de excommunicatione excipiatur coram Iudice seculari, *vt dixi infra* §. 1.

10 Ampl. etiam, † si fuit admissus in prosequtione litis, *Spec. de except.* §. 2. *num.* 9. *in fin.*

11 Contrarium voluit, *Iapus allegat.* 23. *an minor, num.* 8.

12 Ampl. etiam † in Hæbreo, *cap. intelleximus, de Iud. vbi Abb. & reliqui Pu-*

setus

fetus conf. 194. *in causa*, *num.* 25.

13 Ampl. etiam, si excipiatur † à fideiussore, quamuis principalis debitor sit excommunicatus, & nollet de illa excipi, *Parif.conf.*121.*primo,lib.*1.*n.*10.*quẽ sequitur Bertaz.clauf* 41.*glof.*8.*n.*4.*in fin Butrius in cap.cum inter,de except. n.*20. *in fin.* eam afferens rationem, quia exceptio personalis, quæ noceat principali, non nocet fideiussori, & è contra quæ illi prodest, non prodest fideiussori.

14 Ampl. etiam, si † excommunicatus exciperet de compensatione, *vt dixi cap. seq.* §. 3.

15 Ampl. quandocumque opponatur, *cap.exceptionem,de except.Trentacinq. Resol. lib.*2.*de except. Resol.* 1. *num.* 35. *&* 39.

16 Ampl. etiam, si † ab excommunicato actore ad executionem sententiæ, excipiatur de nullitate excommunicationis, *Dec. in cap. intelleximus*, *de iudic.col.*2.*num.*16.*verf. & quod dictum*, *& Fel.num* 5.*in princ. verf praterea.*

17 Ampl. etiam, si excipiens † iurauit, non opponere dilatoriam aliquam, exceptionem, *Domin. à S.Gemin. in cap.Pia,§.si quis,de except.in sext.n.*11. *& Io.And. nu.*3. addentes excipientem non esse isto casu periurum, si opposi tam excommunicationem probet, vel non probet, modo habuerit verisimilem notitiam opponendi, *Dec.cap. intelleximus, de iudic.num.*88 *col fin.in fin. verf.*3: *& Felin.n.*7.*Item facit*.

18 Ampl. etiam, si † is cui obijcitur excõmunicatio in vim peremptoriæ exceptionis, instet absolui ad cautellam, quoad fiat sententiæ executio, *Anchar. sequendo Archid. ibid. in c.Pia, §.si quis*, *de except.in sext.num.*9.addendo aliud

19 dicendum, † si excommunicatio opponatur in vim dilatoriæ, & in repet. eiusdem §. *col* 5. *&* 6. addit exprimendas esse circumstantias, si opponatur in vim peremptoriæ, *& num.*14.*circa fin.* vbi docet quid seruandum, vt hæres excommunicetur.

20 Ampl. quod si infra triginta † annosa die quo quis fuit excommunicatus nõ probet fuisse absolutum, non possit petere executionem sententiæ, *Alex. de Neuo sequendo Innoc. & Bal. in cap. fin. de exception. num.*10. eam subdens ra-

21 tionem, quia omnis personalis † actio præscribitur annis triginta, & semel ex-

22 communicatus præsumitur † perseuerasse in excommunicatione, nisi probetur absolutus, *Gabriel de testib. conclus.*19.*num.*6. *Ancar cap.post cessionem*, *de probat. num* 4. *Spec. de except.* §. 2. *num* 19.

23 Ampl. etiam, si † opponatur coram mero executore, *Io.Monac.in cap. Pia, de except. in sext.n.*14. addendo, quod si non admittatur exceptio excommunicationis, quod liceat appellare.

24 Ampl. etiam, vbi talis † exceptio obijcitur in Romana Curia, *Io.Monac. in cap.Pia, de except.in sext. num.* 8. *in*

25 *fin.* vbi Probus refert, an illa † æquiparetur Inferno, vel Paradiso.

26 Ampl. in quocumque, † qui excommunicato æquiparetur, *vt dixi infra §.quarto.*

27 Ampl. etiam, si agatur † de executione sententiæ latæ in possessorio, *Ludouis.decis.*64.*Domini. num.* 3. vbi alio non relato testatur ita fuisse decisum coram Litta, *& addentes ibid. num.*13. *alias referunt Rotæ decisiones*, *Glos. loquens de spoliatore, in cap.ex insinuatione*, *verb.aliud Canonicum*, *de procurat. quam probat Dec.conf.*200. *num.* 3. *Put. decis.*78.*lib.*3.*num.*1.*idem Dec. in c.ex parte.* 2. *de offic. deleg.num.*4.*verf quinto fallit*, *Surd. de aliment.tit.*8.*priuileg:* 83 *excommunicatus*, *num.*3. *Felin. cap. dilectus* 26. *de rescript. num.*11. vbi pro regula constituit excommunicatum

28 † non reintegrari, & addit sex limitationes, *Abb.cap. cum inter*, 5.*de except. num.*14. vbi distinguit, si petatur reintegratio, *Magon decis Lucens.*71.*fuerat*, *num.*6. *Put.decis.*128. *lib.*3. *Lancel.de attent.par.*3.*cap.*24.*quæst.*3. *num.*2. *& seq. Guid.Pap.decis.*212.*num.*2.

29 Ampl. etiam, quod in † territorio faciendæ executionis adesset Statutum, vt illa fiat, non obstante quacumque exceptione, *Menoch.præsump.*48. *Cum superiore*, *lib.*2.*num.*8.

30 Ampl. vt Iudex debeat † etiam tacente,

cente, vel inuito condemnato, ex officio retardare executionem sententiæ latæ ad fauorem excommunicati, & etiã lite pendente, *cap.1.in fin. de except. in sext. Abb. in cap. exceptionem 12. de ex-*
30 *cept. num.7.* addendo, † si Iudex non retardet posse appellari, *Dec. cap. intelleximus, de iud. num.72. & 73. vers. & ista con lusio, Peregrin. de iur. Fisc. lib.3. titul.9. excommunicatus, num. 16. Ferret. consf. 351. coram, num.9. Fel. cap. intelleximus, de iudic. num.7. vers. Secunda declaratio*, addendo etiam volente reo.

31 An autem Statutum † sit validum, quod in foro seculari non possit opponi exceptio excommunicationis, *Bal. in l. placet 9 C. de sacro Sancta Eccles. nu.18.* reliquit difficultatem indecisam, referens tale statum extare Bononiæ. Verum non esse validum assero, quia tale Statutum esset nutritiuum peccati, & contra ius Canonicum, aduersus quod in ijs quæ spectant ad salutem animæ,
32 laici non possunt † facere Statuta, *cap. nouit. de iudic. Glos. in cap. possessor, vers. Nam in hte, de reg. iur. Alex. in l. si cum dotem, ff. sol. mat. num. 12. Ias. in l properandum, C. de Iudic. num. 33. Plotus consf 78. post. nu.13. Tiraquel. de Retract.*
33 *lignag. §.1. glos.9. num. 282.* † *refert dissentientes.*

34 Intellige modo excipiens † probet agentem ad rei iudicatæ executionem fuisse excommunicatum excommunicatione maiori, *Archid. in cap. Pia, de except. in sext. num.1. in fin. & 7. Fel. in cap. fin. eod. tit. num.10.* addendo præsertim, si excipiatur coram Iudice seculari producto instrumento excommunicationis ad effectum instructionis, non autem cognitionis illius, *Parif. consf.109. omisso, lib.4. num.11. Dec. cap. intelleximus, de iudic. num. 33. & 35.* & qualis debeat esse ista probatio, *Glos. & Ioan. And in cap. fin. de except. in sext. verb. apertissimis, & ibidem etiam Ancaran.* dum prius dubitasset an sola fama sufficiat, vel quod quis fuerit tamquam excommunicatus repulsus à iudicio.

36 Intellige, si exprimatur † Iudex, qui petentem executionem sententiæ excommunicauit, videlicet an sit delegatus, vel ordinarius, *Archid. in cap. fin. de except. in sext. num.7.* nam si dicatur excommunicatus à delegato, est probandum præterea, quod haberet facultatem excommunicandi, vt idem Archid. subdit, sicuti & exprimendus est Canon, si à Canone sit excommunicatus, *Ancar. Franc. & reliqui in cap. 1. §. si quis, de except. in sext.*

37 Item, si exprimatur causa † excommunicationis, *Archid. in cap. fin. de except in sext. num.7.* subdens id esse exprimendum, vt appareat, à quo sit absoluendus, vel absolutus ab habente facultatem absoluendi, *Gemin. in d. cap. fin. §. si quis, num.11.*

38 Item si fuerit à Iudice † admissa, & probata intra terminum datum excipienti, *Parif. consf.109. omisso, num. 11.* secus si fuit reiecta etiã tacitè per processum ad vlteriora, vt idem subdit.

39 Item si exprimatur † qualitas, seu species excommunicationis, *Dec. cap. intelleximus, de iudic. num.35. vers. sed aduertendum, Viuius decis.104. Contrarium, num.4. Glos. cap.1. verb. speciem, de except. in sext.* eam afferens rationẽ, quia cum duæ sint species excommunicationis, quarum vna repellit agentẽ, altera non, non sat est excipere de excommunicatione in genere, quando quælibet species non operatur effectum generis.

40 Probatio excommunicationis † qualis requiratur, *Franc. cap. Pia, §.1. de except. in sext. num.9. & 10.*

41 Ampl. etiam, si † de excommunicatione excipiatur à tertio, cuius non interfit, sententiam exequi, *Dec. cap. intelleximus, de iudic. col fin. numer.86. vers. Secundo*, eam afferens rationem, quia agitur de interesse publico, *Ferret. consf.351. coram, num.8. Fel d. cap. intelleximus, num. 7.* dum prius retulisset dissentientes.

42 Ampl. etiam, si agatur de † executione sententiæ latæ ad fauorem alterius, quam instantis pro executione illius, vt puta si agente tutore pupilli, vel Curatore minoris, vel mandatario ad fauorem mandantis, petatur executio,

cutio, *cap. excommunicatus*, *§. credentes*, *de Haretic. cap. intelleximus*, *de iudic. Ancar. in cap. post cessionem*, *de prob. num. 2. & 7. Suarez de Censur. disp. 16. section. 7. Peregr. de iur. Fisc. lib. 3. tit. 19. Excommunicatus, num. 8.* vbi latè refert
43 † in quibus excommunicatus arceatur in iudicio.
44 Ampl. etiam, si fuerit renuntiatum exceptioni excommunicationis, *But. cap. exceptionem, de except. in princ.*
45 Ampl. quod si Procurator † excommunicatus obtinuit sententiam, non possit instare pro illius executione, etiā quod fuerit absolutus, tempore quo instat pro executione, *Abb. in cap. post cessionem, de probat. relati ab Alterio, de Censuris, lib. 2. cap. 3. col. 3. vers. communis sententia.*
46 Contrarium *ex Innoc. Dec. & alijs in d. cap. post cessionem*, latè defendit *Alterius de Censur. lib. 2. cap. 3. col. 4. vers. Contraria tamen opin.*
47 Ampl. vt nec peti possit † per procuratorem, qui non sit excommunicatus, *Ancar. cap cum inter, de except. num. 2. & Io. de Anania, num. 3. Magon. decis. Lucens. 71. fuerat, numer. 3.* ratio est, quia nō persona procuratoris, sed mādantis consideratur, *Auffrer. ad Capel. Tholos. decis. 143. num. 2.* vbi ampliat
48 etiam si † mandans fuerit excommunicatus lite contestata, & procuratore domino litis effecto, nisi procurator intentando vtilem, sit constitutus in rem propriam.
49 Ampl. etiam si ageretur de † executione sententiæ contra alium excommunicatum, *vt ex Bald. ibidem concludit Dec. in cap. intellexemus, de Iudic. col. fin. vers. vlterius aliqua notanda in fin.* tamen dubitat de veritate dictorum, Bal. & aliorum, qui illi assentiuntur, & testantur de communi.
50 Ampl. etiam si ageretur † de executione sententiæ arbitri, nam cum arbitria redacta sint ad instar iudiciorum, *l. 1 ff. de recept. arb. Ias. in l. cum te, C. de transact. num 2. in fin. Capel. Tholos. decis. 118.* præsertim quoad ordinem iudiciorum, *Natt. cons. 2. num. 4. circa med.* si exceptione excommunicationis retardatur executio sententię Iudicis ordinarij, ne æquiparata iudicentur ad
51 imparia † vbi in illis est eadem iuris dispositio, *Gloss. l. si quis seruo*, C. *de furt. Ripa in l. 1. ff. de legat. 1. num. 4.* etiam in exorbitantibus, & correctorijs, *Ias. l. fin. C. de inof. testam. numer 8. Hondad. cons. 1. vol. 1. num. 4.* arguendo à pari, si non à maiori ad minus, *Euerard. in suis locis legbl. cap. à pari, & cap. à maiori*, multo magis est per exceptionem excommunicationis retardāda, vel reuocanda sententia arbitri.
52 Ampl. etiam, si ageretur de † executione trium conformium, quarum vna fuit lata ex rescripto impetrato ab excommunicato, *Roman. l. si feriatis, ff. de feris, num. 2. in fin.*
53 Ampl. siue quis sit † excommunicatus publicè, siue occultè, *Abb. in cap. intelleximus 7. de Iudic. num. 13. circa fin. vers. etiam prædicta*, eā afferens rationem, quia vbi agitur de priuata vtilitate, non sit differentia inter publicū & occultum, *Roman. singul. 726. iura faciunt, Peregrin. de iur. Fisc. lib. 3. c. [illegible] num. 8. in fin. sequitur Abb. in d. cap. intelleximus.*
54 Ampl. etiam, † si altiori egeret indagine, *Rom l. si feriatis, §. de ferijs, nu. 2. vers. Vnum tamen.*
55 Ampl. vt opposita † exceptione excommunicationis, processus sit nullus, si quid deinde fiat, *Lancel. de attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 3. num. 7.*
56 Ampl. etiam si † à Statuto essent reiectæ omnes exceptiones, *Lancel. de Attentat. par. 3. cap. 24. quæst. 3. num. 9.*
57 Limit. vbi agitur de † reuocatione attentatorum, vt pluribus hinc inde relatis firmat postremò, *Lancel. de attent. par. 3. cap. 22. num. 5. & cap. 24. q. 3. Tertia, num. 10. & seq. Dec. in cap. ex parte 2. de rescript. in fin. num 24. vers. sic etiam, Gonzal. ad Regul. §. 7. proemial. num. 239.*
58 Limit. in excommunicato † excommunicatione minori, *Dec. cap. intelleximus, de iudic. num. 32. & 35. vers. 3. & Fel, nu. 11. Siluester in Summa, §. excommunicatio quarto, num. 3. & §. excommunicatio quinto, Tabien. in Summa,*

ma, §.excommunicatio 8.Angel.in Summa, §.excommunicatio, num. 1. eam afferentes
59 rationem, quia † illa separat à Sacramentis tantùm, *Surd.de aliment. tit.8.priuileg.83.excommunicatus,nu.7. Pontan.de Spolio, lib.3.cap.2.num.2.circa med.Spec.de except.§.Viso, numer.2. Arcbid.in cap.Pia, de exception.in sext. num.7.*

60 Limit. vbi res capta, † vel capienda in executione esset tempore peritura, *Fel.in cap.Dilectus,26.de rescript.nu.11. vers.fallit quarto, Abb.in cap.cum inter, 5.de except.num.* 13. subdens quid di-
61 cendum de debitore suspecto † de fuga, au possit capi à creditore excommunicato, *dicta Abbat. repetit Surd. de Aliment.tit 8.priuileg. 81.excommunicatus, num.8.vsque in fin.subdens, n.9. & 10.* quid dicendum de vxore excommunicata vergente marito ad inopiã, quod tamen intellige, ad effectum retinendi, non tamen soluendi, quia excõmunicato non potest fieri solutio.

62 Limit. vt tamen † executio facta, & consumpta sit valida, si de excommunicatione non fuerit exceptum, *vt ex Abb. & alijs testantibus de communi, & reprobato, Barbat qui solus dissentit,cõcludit Dec.in cap.intelleximus,de Iudic. num.76.col.pen vers.successiuè quaritur, Ancar. in cap.post cessionem, de probat. num.6.circa med. vers.An autem isto casu, Pontan de Spolio, lib.3.cap.2.num.4. vers.Neque* Si autem ageretur de sen-
63 tentia † delegati distingue *per Abb. in cap.intelleximus 7.de iudic.num.*13.

64 Limit. vbi qui petit † executionem sententiæ, affectauit reum excommunicari, *Pontan.de Spolio lib.3.cap.2.n.2. post med.* & potest esse ratio, quia affe-
65 ctata non possunt, † nec suffragantur ei, qui alium beneficio iuris tentat excludere, *Fel. in cap.fin.de testib. num.3. vers. & hinc est,* cum alijs cumulatis in meis Collectaneis ad eumdem textum, *Fel.in cap.intelleximus,de Iudic.num 12.* vbi multis similibus comprobat, *Pontan. de Spolio lib.3.cap.2.num.3.*

66 Limit. vbi agitur † de executione sententiæ, quæ si differatur, imminet animæ periculum; veluti si condemnata fuit vxor ad cobabitandum cũ marito, nam vt euitetur periculum fornicationis, exequenda est sententia, *Pontan. qui loquitur de marito spoliato vxore,* & quam Iudex mandauit restitui viro, *de Spolio, lib.3.cap.2 nu.3.vers.nam alias,Spec.de petit.& possess.§.2.Quon.n.3*

Ampl. è contra in vxore contra maritum, *Pontan. de Spolio, lib. 3.cap.2. num.3. in fin.*

67 Limit. in cessionario † excommunicati, *vt dixi infra §.11.*

68 Limit. vbi † excommunicatus agit pro defensione suæ Ecclesiæ, *Fel. cap dilecti, de except.num.1.*

69 Limit. vbi executio † sententiæ petitur aduersus excommunicatum, etiam quod petatur ab excõmunicato, *Bart. in l.seruos, C.de accusat.num.3.Glos.fin. in cap dilecti filij, de except. Pacian. de probat. lib.1.cap.59. num.9. & num. 10. rationem refert, cap. quia frustra de vsuris.*

70 Limit. vbi excommunicatus † venit ad iudicium tamquam publica persona, vt puta, si prælatus agat pro Ecclesia, *Fel.in cap.intelleximus,de iudic.n.13*

71 Limitando, si † excommunicatio sit notoria, *Arcbid. in cap. Pia, de except. in sext.num.2. vers.Sed hunc articulum, Fel.cap dilecti, de except. num.1.*

72 Limit. vbi condemnatus † confitetur debitum, *Io.Fab. in §. in bona fidei, Inst.de act.num.* 18.*circa fin.*

73 Limit. vbi lis fuit † cum domestico, & familiari excommunicato, *Pacian. de probat. lib.1.cap.59. numer.11. vers. Rursus.*

74 Limit. si ageretur de † execut. sentẽt. latæ in spolio, si possessio non est restituibilis, *Put. decis.78. in vna Gochensi, lib.3.* vbi declarat, quando possessio nõ sit restituibilis, vt puta, quia collatio facta excommunicato, vel exacrabili.

75 Limit. † vbi agitur de appositione sequestri, *cap. intelleximus, de iudic. Gonzal. ad Regul.8.§.7.proemial. n.238.*

76 Quid si quis agat † pro sua Ecclesia, *Fel.cap.dilecti, de except.num.1.*

77 Limit. vbi agitur de præstando seruitio à vassallo, *Glos. ad Consuet. Carnutens. col.3.vers.Nota tamen relatis*

Præposito in cap. 1. de alien. feud. in princ.
nixus cap. inter alia, de sent. excommun.
Butr. in cap. nuper, eod tit. addendo do-
minum posse priuare vassallum suum
contemnentem excommunicationē.

---

§. I.

SVMMARIVM.

Excommunicationis materia est fori eccle-
siastici priuatiue quoad seculare 1. Lim.
10. 12. 13. 14. est gladius, & neruus ad
continendos populos in suo officio 2. Non
potest exerceri, nisi ab ascripto militiæ
ecclesiasticæ 3. Potestas illam ferendi est
iurisdictionis ecclesiasticæ 4. Nunquam
facultas illam ferendi fuit apud Impera-
tores 5.

Excommunicationis exceptione opposita
supersedendum à layco in executione, do-
nec doceatur de legitima absolutione 7. &
quare 8. Ampl. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.
16. Limit. 17.

1 QVamuis quotiescumque † con-
tingit tractari de excommuni-
catione, videatur, de illa agendum esse
coram ecclesiastico Iudice, priuatiue
competenti quoad seculare Imperium,
2 cum illa sit ecclesiasticus gladius, † &
neruus ad continendos populos in suo
officio, *cap. dilecto, de sent. excom. in*
sext. cap. 4. de reformat. Concil. Trident.
sess. 25. nemoquè eumdem gladium
3 † exercere possit, nisi fuerit ecclesiasti-
cæ militiæ ascriptus, vt dicebam, *de*
execut. rei iudic. cap. 14. nu. 79. propte-
rea cum potestas excommunicandi sit
4 † ecclesiasticæ iurisdictionis, & apud
Ecclesiæ prælatos, exclusis fęminis,
quamuis indignitate constitutis, *cap. di-*
lecta, de maior. & obed. resideat, cau-
saquè excommunicationis dicatur ec-
clesiastica, & spiritualis, non autem
5 politica, vel ciuilis, numquam † que
fuerit apud Imperatores, & seculares
Principes, *Nouel. Iustin. 123. §. omnibus*
auth. item quodcumque, C. de Episc. &
Cleric. & latè probat *Alterius de Censur.*
lib. 1. cap. 2. Ideò dicendum videtur,
quod opposita aduersus petentē rei iu-
6 dicatę executionē corā seculari † exce-
ptione excommunicationis, causa sit
remittenda ad ecclesiasticum Iudicem,
qui est, vt dicebam priuatiuè Iudex,
quoad potestatem secularem, nec su-
persedendum in executione, *relati ab*
Alex. in l. Titia diuortium, ff. sol. mat.
num. 15.

7 Contrarium scilicet, quod causa † nō
sit remittenda ad ecclesiasticum Iudicē,
sed supersedendum in executione, do-
nec doceatur de legitima absolutione,
firmarunt *Archid. in cap. Pia, de except.*
in sext. num. 5. & Ancar. ibid. §. fin. col. 5.
vers. ex isto dicto, Fel. in c. venerabilem,
de except. num. 10. Cast. in l. 1. C. de iur. &
fact. ignor. num. 7. addendo Iudicem lay-
cum cogi posse ab ecclesiastico, vt ad-
mittat exceptionem istam, *relati à Ti-*
raq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 281.
& à Caldas. quæst. 25. num. 20. Ias. in
l. placet, C. de Sacro Sancta Eccles. col.
fin. in fin. Serafin. de Iurament. priuileg.
33. num. 284. addendo, quod si non fue-
rit à Iudice laico admissa, posse cōpelli
à Iudice ecclesiastico, vt illam admit-
tat, *relati ab Alex. in l. Titia diuortium,*
ff. solut. mat. num. 15.

8 Rationem referunt esse, † quia exce-
ptio excommunicationis est recepta
ab Imperatoribus, & relata inter cæte-
ras dispositiones iuris ciuilis, nempè *in*
l. 1. C. de Sacro Sancta Eccles. cap. domi-
no guerram, hic finit lex, Alberic. in l. pla-
cet, C. de Sacro Sancta Eccles. num. 4. post
med. Sal. num. 5. Io. Andr. in cap. Pia, de
except. in sext. num. 14. circa fin.

9 Ampl. vt nec validum † sit Statutum
laycorum, vt fiat executio, non obstan-
te exceptione excommunicationis, *Fel.*
in cap. venerabilem, de except. num. 10.
& dixi supra hoc, *cap. 14. vers. an autem,*
num. 26. relati à Tiraquel. de Retractat.
lignag. §. 1. glos. 9. num. 282. circa med.

10 Ampl. vt Iudex secularis † possit de
illa cognoscere, si controuertatur nu-
dum factum, vt puta an sit probata,
Bal. in cap. exceptionem, de except. r. 5.
relati à Gail. obser. 38. Decimarum lib. 1.
num. 4. Bal. in l. 3. C. de Iudic. num. 6. vbi

limi.

limitat, si cōtrouertatur illius probatio, & *ibid. Alber. num. 2. Isern. in §. contrabentium, quæ sint regalia, num. 38. vers. si verò exceptio*, exemplum referens, si negetur percussio Clerici, *Franc. in cap. Pia, §. si quis, de except. in sext. numer. 3. vers. Credit tamen.*

11 Ampl. etiam, † si agatur de executione sententiæ prolatæ in vim iuris congrui, *Tiraq. de Retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 282.*

12 Ampl. præsertim, † vbi laycus Iudex nouit per calumniam, seu malitiosè excipi de excommunicatione, *Bal. in l. C. de senten. quæ sine cert. quantit. in fin. Iaſ. in l. 2. ff. de re Iud. num. 17. Menoc. de recuperand. poss. Remed. 15. num. 339. Caldaſ. quæst. 25. num. 21 post med. Dec. in cap. 2. de Iudic. num. 179. col. 15. vers. & ad hoc etiam facit.*

13 Ampl. quod si exceptio † excommunicationis dicatur iniusta, vel nulla, cum Iudex secularis non possit cognoscere de illius iustitia, vel validitate, *Gail. obser 38. Decimarum, lib. 1. num. 4. cum alijs relatis supra Ampl. 2.* possit tamen

14 † excipientem cogere, exhibere capitula nullitatis, vel iustitiæ, & eidem constituere tempus, infra quod compareat coram ecclesiastico Iudice, non tamen præfigere terminum probandi, & terminandi causam, *Caldaſ. quæst. 25. num. 23. Iaſ in l. 2. ff. de re Iud. num. 12. Ripa nu. 7. cap. lator. qui fil. sint legitimi.*

15 Ampl. quod, si Iudex † laycus non admittit oppositam exceptionē excōmunicationis, possit cogi ab ecclesiastico Iudice, vt illam admittat, seu vt ego addo, repellat instantem excommunicatum pro executione, *Cast. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. num. 7. Franc. in cap. Pia, §. si quis igitur, de except. in sext. num. 3.*

16 Ampl. etiam, si à † Statuto generaliter, & simpliciter sit prohibitum opponere exceptionem aliquam, etiam personalem, *Afin. in prax. §. 31. cap. 23. Tertio, num. 2.* eam afferens rationem, quia non censetur exclusa exceptio concernens salutem animæ.

17 Ampl. vt Iudex laycus debeat illam admittere, *Spec. de except. §. 2. num. 10.*

18 Limit. si excommunicatio † deducatur coram Iudice seculari per modum accusationis, secus si per modum exceptionis, *Franc. in cap. Pia, §. si quis igitur, de except. in sext. num. 3.*

19 Lim. vbi à sententia excommunicationis fuit appellatum, vt ex *Bal. voluit Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. num. 29.*

20 Notandum tamen est, vt ad effectū repellendi actorem, quem reus prætendit esse excommunicatū debere in exceptione exprimere an sit excommunicatus maiori, vel minori excommunicatione, *Spec. de except. §. 4. numer. 21.* dubitando an præterea sit opus causam exprimere.

§. II.

SVMMARIVM.

Cessionarius excommunicati repellitur petendo executionem sententiæ latæ pro cedente 1. 2. 4. 8. *& quare* 4. 5. 6. 7. *Contrarium scilicèt, quod non repellatur* 19. 22. *& quare* 6. 10. 12. *& seq.* 23. 25. 26. *Concorda* 24. *Ampl. secundam opin.* 21. 22. *& seq* 27 28. 29. 30. 31. *Limit.* 32. 33. 34. 35. 36. 37. 39. 40. 41. 43. 44. *Subl.* 38. 42. 43. 44.

Cap. Nemo potest, de reg. iur. ampliatur 2.

Cessionario insunt fixa vitia cedentis 4.

Successor non est melioris conditionis suo auctore 5.

Donare qui non potest, non potest etiam dare 6.

Res transit in alium cum sua causa 7.

Princeps tributum exigere nō potest cessante causa, quare illud fuit impositum 11.

Personalia iura non egrediuntur personam 13. *Ampl.* 16. 17.

L. emptorem, C. locat. Ampliatur & Limitatur 14. 15.

Emptor cum pacto de retrouendendo, an cogi possit ad retrouenden. si alteri rem emptam vendidit 18.

Excommunicatus si vendat castrum cui sit annexum ius patron. emptor potest præsentare 20.

Cessionarius banniti potest agere ex vnione sibi facta 21.

SI contingat, cessionarium excom. municati agere ad executionem eorum, quæ fuere iudicata ad fauorem cedentis, an repellatur ille exceptione, quod illius auctor sit excommunicatus,
1 affirmatiua † aduersus ea, quæ dixi *hoc cap.num.55.* videtur probari, ex ijs quæ retuli cap. proximo, & præcedenti in §.6. præterea cum nemo plus iuris in aliū transferre possit, quam ipse habeat, nam nemo dat, quæ non habet, *l.obseruarer ff.de offic.proconf.l.Pomponius, §.cū*
2 *quis, ff.de acq poss. cap.nemo † potest, de reg. iur.* præsertim in actionibus realibus, vel in rem rescriptis, *Menoc. consil.*444. *Cum interrogatus, num.*48. *Put.*
3 *decis.*172 *par.*2. *nu.*4. sicuti cedens † repelleretur à limine iudicij, si instaret pro executione sententiæ ad illius fauorem prolatæ, pariter repellēdus est cessionarius, qui vt dicebam cap. antecedent, §.6. est idem cum cedente, eidēq.
4 sunt infixa † omnia illius vitia, & virtutes, *cap.cum non sit ab homine, in fin. de decim. cap si quis laicus* 16 *q.*1.
5 Insuper cum successor † non possit esse melioris conditionis, quam sit illius auctor, *cap.is qui in ius alterius, de regul. iur.* arguendo à destructione antecedētis, ad destructionem consequentis, *Euerard.in suis locis legal. cap. à Destru-*
6 *ctione antecedentis*, si cedens † excommunicatus non erat audiendus, agendo ad executionem sententiæ, pariter videtur deneganda audientia illius cessionario; alias esset ille melioris conditionis cedenti, & contra expressam regulam iuris Canonici, quo disponitur pro
7 non dato † haberi ab illo, qui non potest donare, *cap. nuper, de donat. inter vir. & uxor. cap.quod autem consulis, in fin.de iure patron.*
8 Postremò cum omnis res, † omnisq. actio de vno in alium cū sua causa, siue illa bona sit, siue mala, transeat, *l. traditio, §.quoties, ff.de acquir. rerum domin.l. l.*2.*2.ff.de Stat.liber.l.ex litteris, ff. de pignor. Crau.cons.*217 *fuit in.num.*5. *& seq. Menoc.cons.*444.*num.*22. *Afflict. decis.*95. *Angelus, num.* 1. *& seq.* vtique
9 non est † audiendus cessionarius, si non audiretur cedens, à quo cessionarius recipit adminiculum, seu ius agendi, vt refert voluisse, *Iac. But. Bal.in l. qui stipendia* 8. *ff. de procur.num.*2. *vers. primo, & idem refert Sal. ibid.num.*5.*circa med.* sed illum reprobat, & respondet illius argum.
10 Contrarium scilicèt, † quod cessionario non obstet exceptio excommunidationis, quæ obstabat cedenti, probatur primo, quia cedens fuit excommunicatus in subsidium, quoad resipiscat, & non continuet in contumacia non parendi mandatis superioris Magistratus, vel Ecclesiæ, vel in pœnam delicti, *vt dixi de execut.rei Iudic. cap.*
11 *14.num.*103 121.125. Cum in † cessionario non cadat aliqua contumacia nec delictum, & consequenter cesset excōmunicationis causa, cessare etiam debet omnis effectus, qui prodit à causa immediate producente effectum, *Rota diuers.decis.*139. *Conclusum, par.*1.*nu.*10. *Ripa in l.ex facto, ff.de vulgar.numer.*17. *Turrian.de Iust. & iur.tom.*2.*disput.*46. *dub.*5. *col.*2. *vers. sed contrarium*, con-
12 cludens Principem † non posse exigere tributum impositum ex causa, si illa cesset, & respondet obiectis.
Secundo cum exceptio excommu-
13 nicationis, † & excommunicatio ipsa, afficiat, seu verius inficiat personam excommunicati, non autem bona, & iura illius, *l.*4.*§.si hæres, vers.neque enim, ff.ad Trebel.Franc.Vegius cons.*56. *quæritur, num.* 24.*circa princip.* & persona-
14 lia vitia † nō egrediātur personā vitiosi, *l.idem Iulianus, §.si quis alicui, ff. de legat.*1.*l.fin.§.*1. *ff.de cont. empt. l. cum hæreditas ex. ff.ad Trebel. vbi Alex.in Sum. & in.*1. *not.* sed cum illo extinguātur, *§.sed quod Principi, Inst.de iur.nat. gent. & ciuil.in fine.* Ideò dicimus, quod
15 singularis successor non est † obligatus stare colono, vel conductori, quia agitur de obligatione personali, *l.emptorē, C.locat.* nisi locator in genere, vel in spe-
16 tie obligauit bona sua, † vel rem locatam, *Bart.in l.*1.*§.quod ante, ff. de superfic. Rol.à Val.cons.*6. *Quoniam, lib.*1.*n.*2. *Rota coram Pamphilio Patruo, Inno.*10. *Sum.Pont. in Romana domus* 7. *Nouembris*

bris 1597. *Mantic.decis.30.num.5. Crot. in repet.l.filius fam.§.1.ff.de legat.1.n.96 & ibi Ferdin.Loages.num.168.& seq.Couar.Var.Resol.lib.2.cap.15.numer.2.vers. vltimo,Franc.Bec.cons.80.Cum And.n.3. & seq.*& quod personalis exceptio con-
17 cessa † principali non transit ad fideiusforem, *l.exceptiones,ff de except. Marsil. de fideius.nu.284. vers. 37.Valentin. Franc. tract.de fideius.cap.3.nu.99. Surd. cons.327.num.22.* nec pactum personale
18 alium † obligat, quam paciscentem, *l.si tibi deoem, §.si quis paciscatur, ff. de pact.l.final.§.fin.ff.de cont·empt.* propterea controuersia est satis quæstio, si emptor cum pacto de retrouendendo al-
19 teri † vendat rem emptam, conueniri possit ad retrouendendum, *Fachineus illust.Controuers.lib.2.c.15.*& negatiuam firmat *Crauet. per istam rationem, quod agatur de pacto personali, cons. 12. nobilis, nu.6. & seq.Gail.obser.16.Quidam, lib.2.nu3.& ita iudicatum refert Franc. Stephan.decis.23. vendiderat, num.9 in fin.* ideò tuto dicendum videtur, quod
20 cessionarius † excommunicati possit agere ad iura sibi cessa ab excommunicato, vt volunt *Bart.Brixiens. quæst.16. Quidam cum esset*, comprobaus exemplo excommunicati, qui si vendat ca-
21 strum, † cui sit annexum ius patronatus, quod emptor possit præsentare, *& d. quæst est sub Titulo De qualitate ordinand. inter Veneriales*, addendo idē
22 dicendum de cessionario † Bāniti Brixiens. refert, & sequitur *Glos.in cap. 1. verb. semestre, de iur patron. in sext. & post Glos.Spec.de procurat.§.fin.sequitur, num.5.Io.And.in cap.1.num.10. sequendo d glos.* concludens cessionarium ex-
23 communicati † agere posse suo nomine, siue cessio sit illi facta titulo oneroso, siue lucratiuo, vel ex causa necessaria, vel voluntaria *Io. Imol.sequendo d. Glos. & Io.And.in l.si eum dotem, §.si patri, ff.sol.mat.numer.11.Imol.sequendo d. Glos. & Io. And. in l. si cum dotem, §. si Patri, ff.sol.mat.num.11. vers similis est quæstio, & Bald ibid.num.4.subdens n.5.*
24 rationem, quia † immediata causa, qua cessionarius nititur, est sine vitio, *Ioan. Imol.in l.doli mali. ff. de nouat. numer.5. in princ.sequendo d.Glos. & spec.* addit,
25 quæ obstant dictis Glos. & † distinctione conciliat, *Bald.in l.qui stipendia 8. ff.de procur.num.2. in fin. & Cast.num.4. & Sal.num.5.testatur opin.Dyn.esse communem Bart.in l.apud Celsum,§.si eum legitima, ff de doli mal. except. numer.3.* vbi ante finem eam refert rationem,
26 quia excōmunicationis exceptio † non respicit actionem, *Fel.sequendo d.glos. cap.1.in cap.intelleximus de Iudic. nu.14. Franc.sequendo Glos.in c.vnic.§.Verum, de iur.pat.in sext.num.6.vers.si vero vi-*
27 *tium*, eam † asserens rationem, quia excommunicatio personam excommunicati, non autem actionem, vel illius decisionem tangit, *Socin.cons.164.visis instrumento,lib.2.num.14.circa med.Zabarel.in Clem.1. de except. num.4. in fin.*
28 *vers. ex his ampliando*, † etiam vbi excommunicatus delegaret debitorem suum, *Laurent.Tennin.in prax.Caut.17. Cessio, num.34.*
29 Ampl. præsertim, † vbi cessionarius habet titulum onerosum, vel quasi, *Dyn in cap.15.qui in ius,de reg.iur.num.15.in fin.Io.And.in cap. 1.de iur. patr. in sext. nu.10.vers.secus,si ex non lucratiuo, Bal. in l.qui stipendia 8. C. de procur. num.2. circa med.* etiam si agat ex proprio contractu, *vt idem subdit, vers.sed si agitur, & sequendo Dyn. & testatur de communi, & Sal.num.5 in princ. Io.Imol.in l. doli, ff. de nouat. num.5. circa princ.sequendo Dyn. & relata Glos.in cap.1 de iur.pat.in sext.* discotiente.
30 Ampl. siue cessio sit † facta ex causa onerosa, siue lucratiuo, vel necessaria, vel voluntaria, *Io.And.in cap. 1. de iure pat.in sext.num.10.quem sequitur Franc. ibid.num.6.circa fin.*
31 Contrarium scilicet, quod sit facienda differentia in cessione lucratiua tenent, qui referuntur infra *num.36. Concorda per Io.Imol.in l.doli,ff.de nouat.n.5 circa fin.*
32 Ampl. etiam, si cessio † fuerit facta ab excommunicato perseuarante illo in excommunicatione, *Io And. in cap. vnic.de iur.pat.in sext.num.10.vers.Dicebat Arcbid.* eam asserens rationem, quia excommunicatus potest facere

omnem

omnem actum, qui sit illi præiudicialis.

33 Ampl. etiam, vbi cessionarius † ageret ad rem sibi ab excommunicato cessam, quæ esset transitoria de vna persona in aliam, quia mutata persona, mutatur status rei, *Roman.cons.87. Circa idde quo', nu.3.* cuius dicta trahit ad casum nostrum, & ad cessionem factam, a bannito, *Brun.à Sole, quæst.10. Quæ à decimo, num.16.*

34 Ampl. præsertim in cessionario cessionarij, *Fel.cap.intelleximus, de Iudic. num.14.*

35 Lim. vbi cessionarius † fuit particeps causæ, quare cedens fuit excommunicatus, *argum. eorum, quæ tradit Socin. cons.164.visis instrumento, lib.2.num.14. circa fin.vers.Ex quibus,* dum voluit doli exceptionem obstare cessionario, qui fuit particeps doli, *& nu. 15.* latè comprobat *Vrsil.ad Afflict. decis.74.num. 1: & num.5.circa med.*

36 Limit. vbi cessionarius † ageret ex iure cesso, cuius causa cedens fuisset excommunicatus, *Franc.in cap.vnic.§.verum, de iur.pat.in sext.num.7.vers.3.*

37 Limit. vbi ex Statuto † esset cedenti interdicta actio ad ius cessum, *Franc.in cap.vnic.§.verum, de iur.pat.in sext.n.7. vers. Quarto, Vrsil.ad Afflict. decis. 74. fuit excitatum, num:2. & seq.*

38 Lim. vbi cessionarius † ageret ad ius, vel rem reddituram ad cedentem, *Arg. l.apud Iul.§.sed si mulier, & §.apud Iul. ff.de doli except.Franc.in cap.vnic. §.Verum, de iur.pat.in sext.num.7. in fine, vers. Quinto, & idem prius dixerat Io. And.ibid.num.10.post med. vers.Bart. & Spec.*

39 Limit. vbi cessionarius † habet titulũ lucratiuum, *vel quasi, Dyn. in cap. 15. qui in ius, ff. de regul.iur.num.15. in fine, Bal.in l.qui stipendia, C.de procur.num.2. in fin. sequendo Dyn. & testando de communi, sicuti, & Sal.ibid.num.5. Io.Imol. In l.doli, ff.de nouat. num.5. vers. sed certè, Cassan: testans de communi, cons. 44. adiudicatio, num. 24. Soc.cons. 164. viso instrumento, lib.2. num. 15.* quia facile præsumitur fraus in tali cessione, *l.1.§.si quis in fraudem, & §. si quis mutuum, ff. si quid in fraud.pat.*

40 Contrarium tenet, *Io.And.in cap. 1. de iur.pat.in sext.num.10.quem sequitur Io. Imol.in l.si tertius, §.si quis plus, ff. de aqua plu:arcend.num.4.* addendo hoc esse verius.

41 Concorda, † vt dixi supra in secunda ampl. *vers. concorda, num.29.*

42 Limit. vbi cessionarius † agit actione directa competenti ipsi cedenti, seu nomine cedentis, *Iac.de Aren in l.doli, ff.de nouat.vbi Io.Imol.num.5. in princ. Bald. l. qui stipendia, C.de procur. num.2. in princ. & vers.1.* † sublimitando, si agat ex causa onerosa, vel proprio contractu, secus si agat ex causa lucratiua, *& Sal.num.7.* negat posse intentari nomine cessionarij, *& vers. supposito,* declarat quomodo cognoscatur intenta directa, vel vtilis, *& Cast.num.4. Franc. cap.1. §. verum. de iur.pat.in sext.num.7. vers.2. & ibid.Io.And. num.10. circa fin. & Vrsil.ad Afflict.decis.174.num.5.*

43

44 Limit. vbi exceptio † excommunicationis potest opponi, circa iura cessa, *Bart.in l.apud Celsum, § si cum legitima, ff. de doli mali, & metus except.numer.3. vers. breuiter.*

45 Limit. vbi excommunicationis † exceptio est exclusiua obligationis ex dispositione Statuti, siue cessio sit ex causa lucratiua, siue onerosa, *Bal. l. qui stipendia 8.C.de procur.num.2.vers. vel dic.*

46 Limit. vbi ex Statuto † quis est inhabilis ad agendum per se, vel alium, nisi cessio fuerit facta necessitate cogente, *Bal.in l.qui stipendia 8.C.de procur.nu.2. in fin.vbi Sal.num.6.* exemplum refert, si Statuto caueatur, quod bannito, vel malpago ius nõ reddatur, & sublimitat, vt dicam, relati à *Brun.à Sole, quæst.10. Quæro decimo, num.15.*

47 Sublim. si cessio sit facta † ex causa onerosa, nam non obstante Statuto audietur cessionarius, *Sal.in l.si stipendia, C.de procur. nu.6.* addendo aliud dicendum, si ex causa lucratiua, vel simulata, vel fraus intercedat, subdens, an illa præsumatur.

48 Limit. vbi cessio est † infecta aliquo vitio, in actione acquirenda cedenti, *Vrsil. ad Afflict.decis.74.numer.1. circa med.* exemplum referen, si dolo fuit acquisi-

quisita actio, etiam ex causa onerosa.

49 Limit. vbi ex pacto, vel statuto non posset creditor instare pro excommunicatione cedentis, *Franc. cap. vnic. §. verum, de iur. pat. in sext. vers. Quarto, Vrsil. ad Afflict. decis. 74. fuit excitatum, num. 2. & seq.* eam afferens rationem, quia exceptio etiam personalis, quæ obstat cedenti, obstat etiam cessionario, qui vt ego addo, potentia, siue fictione iuris, est eadem persona cum cedente.

§. III.

SVMMARIVM.

Censurarum vsu parce vtendum, & quare 1.

Excommunicatus an possit excipere de compensatione ad retardandam executionem sententiæ, argumentosa est quæstio 2. affirmatiuam 3. & quare 4. 6. 7. 9. 10. 12. 13. circa fin. 14. 16. Contrarium 27. & quare 28. Amp. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 36. 37. Limit. in fideiussore excommunicato 38. & hanc limitationem. Ampl. 39. sed contrarium vide 40. Concorda ibid. 48. Limit. 41. 42. 43. 44. 45.

Compensare est idem, quod excipere 4. est idem quod soluere 8. 10.

Io. Andr. notatus ab Abb. defenditur 8. in fin.

Obligatio naturalis non parit actionem 9. circa fin.

de Compensatione excipiens dicitur agere 11.

L. amplius non peti, ff. rem rat haber. declaratur 13.

Decius laudatur 14.

Brixiensis male citatur ab Abb. & alijs 15.

Excommunicatus est deterioris conditionis bannito 17.

Excommunicatus in vno loco, vbique est excommunicatus 18. Ampl. 19. 20. 21. Mortuus non sepelitur in loco sacro 21.

Bannitus extra territorium bannientis capax est omnium dignitatum 22. Limit. ib. sepellitur in Ecclesia 23. ampl. ibid. Limit. 24.

Soluere qui iurauit, non prohibetur excipere de compensatione 35.

FRequenti, & fortasse nimis apud Iudices nostri temporis, existente subsidiarij remedij Censurarum vsu,
1 † qui ne propterea vilesceret, vel illius copia contemneretur, *Concil. Trident. sess. 25. de reformat.* statuit, sobrie, & magna cum circumspectione esse exercendum gladium spirituale. Hinc nata difficultas apud antiquos, & modernos Doctores vtriusque iuris, an excõ-
2 municatus † seruatis seruandis, si fuerit condemnatus ad soluendum, vel aliud præstandum, possit ad remorandum executionem sententiæ in illum prolatæ, excipere compensandum esse, quod sibi vicissim est soluendum, vel præstãdum in eodem genere, seu spetie, & vt dicebat *Fel. in cap. cum inter de except. num. 24.* disputabilis est quæstio, & vt ego aduerto ex eodem *Fel. ibid. & n. 25. Io. And. num. 10. Alex. de Neuo num. 51. & seq. Butr. in num. 20. Host. num. 17. Dec. num. 57. vers. in glos. fin. num. 58. & seq. plurib. Bart. Brixiens. quæst. 27. de compensat. est argumentosissima.*

3 Affirmatiuam namque † quod excõmunicatus possit excipere de compẽsatione, amplexi sunt, *Io. & Tan. & Vin. vt referunt Brixiens. in suis Venerial. de compensat. quæst. 27. vers. solutio, Butr. in cap. cum inter, de except. nu. 20. vers. Hanc opin.* qui relatis, & reprobatis, quæ pro negatiua afferuntur, residet in eadem opinione affirmatiua, *alios refert Tindarus in suo tract. de Compensat. art. 7. n. 25. sed male refert Brixiens. esse istius opinionis, vt dicam infra, Ancar. d. cap. cum inter, num. 12. & relati à Fel. ibid. num. 25. & à Dec. num. 63. vers. Contrarium,* concludens hanc opin. esse æquam, & de iure veriorem, *Alberic. de statut. lib. 4. quæst. 92. an fideiussor, nu. 8. & seq. vers. in contrarium.*

4 Mouetur autem † *Butr. d. cap. cum inter, de except. num. 20. vers. puto quod,* ad ita sentiendum, non obstantibus dissentientibus, quia compensare est excipere, quare cum excommunicato liceat quamcumque legitimã exceptionem opponere, non est illi neganda compensatio; præterea si spectandum

est,

est, quod principaliter agitur, *l. 1. ff.*
de aut. tut. cum excipiens de compensat.
principaliter tendat ad repellendum
actorem, licèt per consequentiam suum
creditum consequatur, non est consi-
derandum, quod necessario sequitur à
principali, sed principale ipsum, vt ego
5 addo, quia non curantur, † quæ veniũt
in consequentiam tamquam inclusa in
principali dispositione, *l. qui testamen-*
to 20. de testam. l. 1. ff. de autor. tut. Cancer
var. resol. tom. 2. cap. 17. de sentent. excom.
num. 446. Gonsal. ad regul. de iure quæsit.
non tollend. quæst. 3. nu. 2. & seq. ac etiam,
6 quia † qui de compensatione excipit
formaliter non petit, quæ sibi sunt de-
bita, sed se defendit, & defensio, vt
ego addo, nemini denegatur, *l. vt vim,*
ff. de iust. & iur. alias rationes refert *Al-*
berto. de Statut. lib. 4. quæst. 92. an fide-
iussor, nu. 3. & seq vers. in contrarium.
Ioannes autem *And. in d. cap. cum inter.*
de except. num. 10. refert tenentes hanc
7 opinionem moueri; † quia in compen-
satione venit, quod non venit in peti-
tione, vt puta si quid obligatione natu-
rali sit debitum, *l. etiam, ff. de compens.*
ac etiam, quia excommunicatu[illegible]ebet
soluere, & compensando dicitur solue-
re, *l. si debitor, ff. qui potior, in pign. ha-*
beant, & Iudici sufficere debet, quali-
tercumque sit satisfactum ei, qui instat
exequi sententiam, non tamen expri-
mit, an probet negatiuam, vel affirma-
8 tiuam, † iuxta morem suum in cæteris,
vt notatur *ab Abb. ibid. num 24. vers. Io.*
Andr. verum decipitur Abbas, quia Io.
And. explicitè tenet negatiuam, Ioan.
And. ibidem sequitur.

Hostiens. *in cap. cum inter, de exce-*
ption. nu. 17. licèt ipse firmet negatiuam,
9 refert tamen affirmatiuam † probari
posse, quia compensatur, quod non
potest peti, exemplum referens, si quid
sit debitum obligatione naturali, quæ
cum ego addo non pariat actionem,
l. iuris gentium, §. igitur nuda, ff. de pact.
Dec. l. donari, ff. de reg. iur. num. 2. admit-
tit tamen compensationem.

Item quia excommunicatus potest,
& debet soluere, quæ debet, sed com-
10 pensando † dicitur soluere, *l. si debitor,*
ff. qui potior. in pign. habeant, ac etiam,
quia excommunicatus non potest excipe-
re, sed opposita compensatione dicitur
quis excipere, nec obstare, quod exci-
11 piens † de compensatione dicatur age-
re, quia & excipiens dicitur actor in
sua exceptione, *l. in exceptionibus, ff.*
de except. & Iudici sat est, taliter quali-
ter sit satisfactum actori.
Tindarus in suo *Tract. de Compensat.*
art. 7. omnem debitorem, *num. 25.* vult
12 hanc † affirmatiuam probari, quia cũ
excommunicatus principaliter dedu-
cat compensationem in viam exceptio-
nis, & vt ego addo, non per modum
actionis aliquid ab actore petendo, spe-
ctandum est, quod principaliter fit, nõ
autem quæ consequuntur; propterea
cum finalis intentio excommunicati,
sit actorem repellere, consideranda est
finalis intentio, dum de compensatio-
ne excipit, licèt illa ex necessaria con-
sequentia idem operetur, quod fieret,
si peteretur debitum compensandum,
addendo non obstare, *l. amplius non*
13 † *peti, ff. rem ratam habere*, quia ibi
compensatio non admittitur, quia ex-
cipiens de compensatione erat obliga-
tus non petere in via actionis, non au-
tem exceptionis, seu defensionis, vt ego
addo ex dictis, *Nicol. de Matarel.* vt sub-
dit idem Tindarus, dum addit affirmã-
tem opinionem ratione defensionis esse
de æquitate seruandam, quia excom-
municatus non soluit, quia vicissim à
suo aduersario non soluitur, & impedi-
tur illius facto satisfacere promissis.

14 Philippus Decius † I.C. Mediolanen-
sis, qui teste *Io. Igneo in Tract. An Rex*
Franciæ recognoscat Imperatorem, n. 38.
vers. argumentum, fuit excellentissimus
Doctor, summus Canonum, & legum
vertex, & de illo recitanda verba, quæ
de Papiniano dixit Iustinianus *in l. cum*
acutissimi, C. de fideicom. in cap. cum
inter, de except. num. 57. & seq. plurib.
relatis, quæ Butr. & alij considerarunt
pro affirmatiua, & negatiua, illisq. con-
futatis, expressè non declarat, an affir-
matiuam, vel negatiuam sequatur, nisi
dicamus illum inclinare in affirmatiuã
relatã post negatiuã, quã æquam esse as-
serit

ferit ibidem, ubi relatis, num. 63. vers.
Contrarium pluribus, idem sentientibus,
15 & praecipuè Brixiens. † qui vt dixi, te-
net negatiuam expressè, non refero ar-
gumenta Decij, ne de carta in papirum
transferam aliorum dicta, quae commo-
dè haberi possunt. Miror tamen illum
& alios malè citasse Brixiensem pro af-
firmatiua.

Sebastianus Medic. in Repertorio
suorum operum, promittendo latè exa-
minasse hanc difficultatem, breuiter ta-
men *in Tract. de Compensat. quaest. 3. par. 1.
nu. 7. & seq. sequendo Tiraq. in eodem*
16 *tract.* † firmat † excommunicatum pos-
se excipere, motus eisdem rationibus,
quibus idem dixerat licere bannito ea-
17 dem vti exceptione. Verùm cum † ex-
communicatus sit deterioris conditio-
nis bannito, qui exceptis iis, quae sibi cō-
peteret in dominio, seu territorio à quo
exulat, est capax omnium dignitatum,
successionum, & omnium iurium in
territorio, à quo non exulat, & excō-
18 municatus † vbique à societate fide-
lium arcetur, & vitandus in toto terra-
rum Orbe, *cap. 1. cum duob. seq. & cap.
de beat. 11. quaest. 3. cap. 1. de tregua, & pa-
ce, vbi Abb. num. 2.* notat excommuni-
19 cationem † non claudi territorio excō-
municantis; quia vbique sequitur per-
sonam excommunicati, sicuti lepra le-
prosum, & vmbra corpus, *cap. ad repri-
mendum, de offic. Ordin. vbi Abb. in 2. not.
cum aliis cumulatis à Viuio, decis. 99. ex-
communicatus, num.* 10. & non solùm
20 est vitandus † ab eiusdem conditionis
hominibus, sed etiam à superioribus il-
lius, & ab eo à quo fuit excommunica-
tus, *cap. cum desideres, de sent. excom. vbi
Abb. num. 2. Ancar. num. 6. Socin. num. 3.
& 4.* ac etiam ab exemptis à iurisdictio-
ne excommunicantis, *cap. Nulli, de
sent. excom. Viuius d. decis. 99. numer. 8.
vers. Tertio,* & postremo licèt Iudaeus
Iudaeo, nec Caterina Cerego, attamen
excommunicatus vitandus est ab ex-
communicato Iudaeo, *Host. Io. And. &
Butr. in cap. illud, de Cleric. excommunic.
minist. Abb. in cap. nulli, de sent. excom.
num. 3.* vbi testatur de communi, tan-
21 tumque est potentiae † vis, & virtus ex-
communicationis, vt etiam duret, &
vigeat post mortem excommunicati, &
inter caeteros effectus, qui ex illa sequi-
tur est, quod excommunicatus non est
tradendus ecclesiasticae sepulturae; *cap.
sacris, de sepultur. Clem. 1. eod. tit. cap. con-
suluisti, de consecrat. Eccles. vel Altar. c. à
nobis, de sent. excom. Gloss. in cap. is cui
verb. caemiterio, eod. tit. Gloss. d. cap. sacris
verb. Caemiterio.*

22 Bannitus autem † extra territorium
bannientis, quamuis bannum seu exi-
lium personam exulis afficiat, *Alberic.
de Statut. par. 4. quaest. 92. An fideiussor.
num.* 12. capax est omnium dignitatum,
nisi ratione delicti fuerit incapax, secus
dicitur de excommunicato, *Viuius de-
cis. 99. excommunicatus, numer.* 2. & si
moriatur in territorio bannientis na-
23 turaliter, sepelitur in † Ecclesia,
nec etiam illius cadaueri aliqua infer-
tur iniuria, nisi atrocitas delicti, qua
fuit bannitus, aliud suadeat, *Clar. §. fin.
quaest. 51. potest, num.* 15. qui vlterius ad-
dit, etiam si mortuus sit in carceribus
bannientis, & fuerit delictum confes-
sus, & sententia capitalis in illum pro-
24 lata; nisi tamen vt † ego addo. mortem
sibi consciuerit, quo casu non sepelli-
tur in Ecclesia, vel Caemiterio, succe-
25 dit agnatis, † & cognatis ab intestato,
nec perdit iura patrimonij, & tutelae le-
gitimae, *Bal. in cap. intelleximus, de Iu-
dic. num. 12. & 13.*

Plura considerari possent pro con-
cordia harum dissidentium opinionum,
26 videlicet differentia † exceptionum,
vt aduertit *Alberic. de Statut. lib. 4. q. 92.
num. 6. & 14.* vt aliae habeant solùm na-
turam exclusionis, aliae quae habent na-
turam actionis impugnationis, aliae quae
ipso iure actorem repellunt, sed non
respiciunt aequitatem, aliae, quae persona
admissa, petitionis iniquitatem repel-
lunt; Item considerando, an quis sit fa-
ctus debitor post excommunicationē,
vel ante.

Amplectendo tamen negatiuam,
27 † quod non liceat excommunicato ex-
cipere ad compensationē ad retardan-
dam executionem sententiae in illum
prolatae, quam tenent *Gloss. penult. in*

cap. cum inter, de except. Abb. Bal. n.5.
in princ. vbi relatis alijs idem sentienti-
bus, concludit hanc opinionem esse
veriorem, licèt in fine subdat de æqui-
tate aliud obseruandum, eamdem ne-
gatiuam ibidem tenent, *Ancar. & alij*
ab illo relati, num. 22. in fin. & à Butr.
num. 20. vers. Hanc opin. Imol. numer. 8.
vers. sed forte, & Zabarel. num. 8. in fin.
& relatis alijs consentientibus, repro-
batoq; Abbate cum sua æquitate, *Alex.*
de Neuo, sequitur Glos. in eod. cap. Cum
inter, de except. numer. 51. & trib. seq.
idem sentit Brixiens. quē miror ab Host.
& reliquis Canonistis, excepto Archid.
Causa 4. quæst. 1. in cap. 1. num. 4. allegari
pro contraria opin. quæst. 27. in fin. de
compensat. Cyn. asserens, Iac. de Aren.
idem sentire in l. quoniam, C. ad l. Iul.
de adulter. in fin. Bart. in l. amplius non
peti 15. ff rem ratam habere, num. 9. Tin-
dar. tract. de compens. art. 7. num. 24. te-
stans de magis communi.

28 Rationes plures istius † negantis opi-
nionis referuntur, & præcipuè, quia
excommunicatus excipiendo dicitur
quodammodo petere, quod sibi asserit
deberi, & per indirectum agere, quod
sibi est negatum, vt dicam §. sequenti,
ac etiam quia aliquid prohibito, cense-
tur prohibitum omne id, per quod per-
29 uenitur ad prohibitum, † & non potest
petere executionem sententiæ, vt fir-
mat *Bal. cap. cum inter, de except. num. 9.*
& hæ rationes cum alijs referuntur ab Al-
beric. de Statut. lib. 4. quæst. 92. an fideius-
sor, num. 1. & seq.

30 Ampliatur hæc negans opinio, † quod
si actor, qui instat exequi sententiam,
non excipiat excommunicatum non
audiendum in opposita compensatio-
nis exceptione, Iudex ex officio debeat
illum repellere, *Glos. in cap. cum inter,*
verbo Reconuentione, de except. quam
probant Host. ibid. num. 17. vers. sed con-
tra, Alex. de Neuo, numer. 51. Tindar.
tract. de compens. art. 7. num. 24.

31 Contrarium, † quod sit necessaria
replicatio firmat *Bal. in cap. Intelleximus, de Iudic. num. 5.*

Ampl. quod excommunicatus sit à
32 Iudice † repellendus ex officio, si exci-
piat de compensatione, etiam si actor
admitteret compensationem, *Glos. pe-*
nul. vers. & si vellet compensare, in cap.
cum inter, de except. verum Hostiens.
ibid. num. 17. vers. Tu dicas, aliud sen-
tit, & monstrum esse ait, si aduersarius
admittat compensationem, Iudex de-
beat excipientem repellere, cum Iudici
sufficere debeat, quouis modo sit acto-
ri satisfactum, vt dixerat *Io. And. ibid.*
num. 10.

Ampl. præsertim, vbi excipitur † de
33 debito non liquido, vel breui non li-
quidando, *Host. in cap. Cum inter, de*
except. num. 7. in fin. eam afferens ratio-
nem, quia si excommunicatus admit-
teretur ad liquidandum diceretur ve-
rè propriè agere, & impugnare senten-
tiam in illum prolatam, declarando,
quod creditum dicatur liquidum, idem
tradit ibidem, *Henric. Boic. num. num. 1.*
vers. Aut aduersarius, addendo idem
dici si negetur debitum.

Ampl. etiam si de compensatione
34 † excipiatur à procuratore excommu-
nicati, *Ancar. in cap. cum inter, de except.*
num. 2. eam afferens rationem, quia ex
persona mandantis metimur personam
procuratoris.

35 Ampl. præsertim, vbi † controuerti-
tur creditum, de quo excipitur com-
pensari, *Abb. in cap. cum inter, de ex-*
cept. num. 24. vers. demum distinguit, sed
in fin. vers. puto, tenet contrarium, quia
licet de rigore iuris excommunicatus
non possit excipere iuxta magis com-
munem, de æquitate tamen, quæ est
seruanda, aliud est dicendum, cum ista
exceptio sit quædam defensio, quia si
excommunicatus non soluit, id fit fa-
cto sui aduersarij, qui si solueret, quod
ille debet, vicissim sibi fieret solutio,
addendo *num. 25.* optimum argumen-
36 tum, quod qui † iurat soluere, non
prohibetur excipere de compensatio-
ne, vt latè dixi capite proximo, & an-
tecedenti §. 11. & tamen iuramentum
est adimplendum præcisè, & specificè.

37 Ampl. præsertim coram † arbitro,
Bal. & reliqui in cap. cum inter, de ex-
cept. num. 7.

38 Ampl. etiam coram † layco Iudice,
Bal.

al. cap. intelleximus, de Iudic. num. 4.

39 Limit. vbi de credito cõpensabili † excõmunicati cõpensando excipitur ab excommunicati fideiussore, *Io. And. in cap. cum inter, de except. numer. 12. Abb. nu. 27.* vbi relatis, quæ videbantur obstare, probant verius esse admitti fideiussoris exceptionem, *Io. And.* sequuntur de verbo ad verbum, *Butr. ibidem, num. 20. in fin. Alex. de Neuo, num. 55. & 56. Henric. Boic. numer. 2. & 3.* latius respondendo obiectis, & ampliando, siue

40 † fideiusserit ante, siue post excommunicationem, *Alberic. latè examinata difficultate, in Tractat. de Statut. par. 4. quæst. 92.* ampliando, siue fideiussor excipiat de credito excommunicati, siue de suo, *Bal. in l. tam mandatori, C. de non num. pecun. num. 15.* tenet fideiussorem posse excipere de credito eius, pro quo fideiussit, illo etiam inuito, vt subdit, *ibid. num. 26.*

41 † Contrarium firmat, *Dec. in d. cap. cum inter, num. 65.* & respondendo argum. quæ *Abb. ibid. num. 27.* affert, concludit probabilem esse distinctionem, an excommunicatus sit soluendo, & negatur fideiussori exceptio, aut non est soluendo, & excipit.

42 Concordari potest *ex Glos. penul. in l. 4. C. de compensat. relata contrarietas.*

43 Limit. vbi reus † possidet, & lata est sententia contra alium, nam potest se opponere executioni sententiæ, *Bal. c. cum inter, de except. num. 6.*

44 Limit. omni casu, † quo excommunicatus agendo potest esse in iudicio, nam cum ideò prohibeatur excipere de compensatione, quia diceretur excipiendo agere, vt sæpe dixi, dato casu, quo liceat illi agere, poterit de cõpensatione excipere.

45 Qui autem sint casus, † quibus excõmunicato liceat agere, dicam §. sequenti.

46 Limi. vbi ab excommunicato † excipitur de credito liquido, nullam patiente exceptionem, & aduersarius illius, illud confiteatur, & consentit fieri compensationem, *l. fin. C. de compensat. cap. bona fides, ll. fin. de deposito, per quæ iura ita firmant Host. in cap. cum inter, de except. numer. 17. vers. Tu dicas, Io. And. num. 10. Abb. numer. 24. vers. Demum distinguit, & in fin. vers. puto, Ancar. num. 12. in fin. Archid. 4. q. 1. cap. 1. in fin.* relato *Host.* illi consentit, quia cessat ratio *d. cap. cum inter*, Et verbis *Host.* idem firmat; *Henric. Boich. ibid. num. 1. vers. aut debitum, Fel. ibid. n. 24. in fin. idem dixit*, dum voluit requiri replicationem actoris, innuendo, si nihil replicetur admitti compensationẽ.

47 Limit. ijs omnibus casibus, † quibus compensatio fit ipso iure, *Io. And. in cap. cum inter de except. num. 10. vers. dicebat, Goff. sed Dec. ibid. numer. 63. vers. Sed etiam huic rationi*, non probat hanc limitationem, & illam declarat; ratio est, quia vbi compensatio fit ipso iure, statim debitum est extinctum, *l. verum, l. si ambo, l. postquam, l. fin. ff. de compens.*

48 Qui autem sint casus, † quibus compensatio fiat ipso iure, dixi capite antecedenti, §. 15.

49 Limit. in excommunicato † minori excommunicatione, *Henric. Boich. in cap. Cum inter, de except. num. 11. & comprobatur ex dictis hoc cap. 14. n. 46.*

50 Limit. vbi creditum de quo excipit † excommunicatus, est intrinsecè sdebitum cum eo, de quo lata est sententia exequenda, veluti si agatur de sententia lata super restitutione pecuniarum datarum ad cambium, & excipiatur de fructibus indebitè solutis, & simili alio casu, *Bal. in cap. cum inter de exception. num. 5. & Fel. num. 24. in fin. & Dec. in cap. ex epistola, de probat. n. 191. & 192* Vel lata sit sententia contra emptorem super solutione pretij, & reus excipiat rem sibi non fuisse traditam, *Bald. cap. cum inter, de except. num. 8 & Abb. nu. 26. Tindar. tract. de compens. art. 7. num. 27.* & idem dicerem de quacumque alia exceptione, qua emptor excusatur à solutione pretij, vel venditor à traditione rei venditæ, quæ autem sint istæ exceptiones, dixi in meis Collectaneis ad *l. Iulianus, §. ex vendito, l. ex empto, ff. de action. empti.*

51 Limit. vbi de credito † excommunicati excipitur ab illius fideiussore, qui

ad soluendum conuenitur, *Io. And. in cap. cum inter, de except. numer. 12. Ancar. num. 13. Dec. num. 65. Abb. num. 27. reprobando dissentientes Capel. Tholos. decis. 1. num. 1.* vbi alios Canonistas, & Ciuilistas refert idem sentientes, sed contra illos arguit, *Dec. d. cap. cum inter nos*, sed in fine conciliat illos, sicuti conciliari possunt, *ex Alberic. de Statut. lib. 4. quaest. 92. num. 12. vers. soluendo, & num. 14. in fin.*

§. IV.

SVMMARIVM.

Excommunicatus non potest esse in indicio agendo 1. ampl. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 19. Limit. 11. 12. 13. 15. 16. 17. Limit. agendo de nullitate sententia 14. Contrarium 15. Concerdo ibid. Lim. 18. 21. 22. 23. 24. 25. Sublimta 21.

Abb. declaratur 3.

Excommunicatus an possit inrare debitorē suum suspectum de fuga 19.

Excommunicatus semel an possit ex eadem causa iterum excommunicari 27.

Excommunicatus in vna, & eadem causa, potest ab eodem Iudice excommunicari 26. Contrarium 28. & quare 29. 30. 32. 34. Limit. 38.

Excommunicatus pluribus excommunicationibus, pluribus eget absolutionibus 27.

Infamis semel declaratus, non est vlterins declarandus infamis 29.

Iudex lata sententia desinit esse Iudex 30.

Argumentum à contractibus ad iudicia valet 31.

Idem stipulans, bis sufficit, si semel consequatur 32.

Absolutio ab excommunicatione, quando cōcedatur cum reincidentia 33.

Iudicium semel extinctum, non potest amplius reuiuisci 35.

Inquiri pro eodem delicto, sapius non potest vel puniri 36. & quare 37.

Excommunicare non possunt layci, etiam si fuerint Principes, & quare 39. ampl. 40.

Delinquens in Edictum emanatum sub pœna excommunicationis non est vitandus antequam fuerit declaratus excommunicatus, & quare 41. 42.

Agendum donec quid superst. nihil dicitur factum 43.

Simoniacus dici non potest quis ante sententiam, qua declaretur talis 44.

Periurus dici non potest, nisi sententia Iudicis fuerit talis declaratus, & puniri pœnis periurij 45.

Clausula ipso iure, & facto, importat factū consumatum 46.

Delinquens in legem vel praeceptum cum clausula ipso facto, statim incurrit pœnas legis, vel praecepti 47 ampl. etiam, si ageretur de pœna excommunicationis 48 & quare ibid. Intelige 49.

Clausula ipso iure, & facto, apposita praecepto, vel legi pœnali excommunicationis, an delinquens, vel non obtemperans sit vitandus tanquam excommunicatus, antequam à Iudice pronuntietur excommunicatus, distingue 49 50. 51.

Assassinus accusatus de assassinio, an ante sententiam in illum prolatam ex Constitutione Sixti V. cū clausula ipso facto & iure, imponentis pœnam capitis, possit impune occidi 52.

QVi in antecedenti & proximo §. saepè dixi excommunicatum nō audiri, si excipiat de compensatione, quia non licet illi in iudicio agere tacitè nec expresse, nam exceptio compēsationis tacitam continet actionem, *vt dixi eodem §. num. 27.* vbi praeterea dixi aliquibus casibus cessare relatū assumptum, necessario exquirendum erat, quando liceat, & non liceat excommunicato agere.

Et constituta negatiua Regula, quae firmior est affirmatiua, *l. hoc genus, ff. de condit. & demonst. Glos. cap. cum dilectus, verb. à suspensis de cōsuet. Natta cons. 66. repetitus, numer. 18. Rimin. Iun. cons. 179. Dubitatur, num. 9. & seq. Dec. cons. 3. num 4.*

1 Dicendum, excommunicato † non licere in iudicio agere, *cap. intelleximus, de Iudic. Afflict. decis. 268. num. 3. Marescot. Var. resolut. lib. 2. cap. 51. maxima, num. 2.*

Ampl.

2 Ampl. quod si potest † curare, vt absoluatur ab excommunicatione, & non curat absolui, non audiatur, etiam si ageretur de periculo animæ, *Fel. in cap. significauerunt, de except. num. 14. vers. ad idem, & in cap. cum inter, eod.*
3 *tit. n. 16. addendo ita intelligendum* † *Abb.* qui similiter dixerat excommunicatũ audiendum, vbi agitur de periculo animæ, & idem dicendum omni casu simili, modo quis non sit reus necessarius, vt addit *Fel. d. cap. significauerunt nu. 14 in fin.*

4 Ampl. etiam, vbi actio † excommunicati est peritura, si non curat, interim absolui, *vt ex Host. voluit Fel. in cap. significauerunt, de except. num. 14. vers. ad idem.*

5 Ampl. præsertim instando † executioni mandari sententiam ad illius fauorem prolatam, etiam quod diceretur transisse in iudicatum, & latam ante excommunicationem, quia diceretur agere, *cap. 1. §. sed & si post rem iudicatam, de except. in sext. Bal. in cap. cum inter, de except. num. 9. 10. And. in cap. de lo facit, de reg. iur. in sext num. 3. vers. non petet, Lancel. de attent. par. 3. cap. 24. num. 6.*

6 Ampl. etiam proponendo † querelã inofficiosi testamenti, *Bald. in cap. cum inter de except. num. 9. in fin.*

7 Ampl. etiam petendo bonorum † possessionem, vel illam agnoscendo, *Bal. cap. cum inter, de except. num. 10. vers. In contrarium, Lancel. de attent. par. 3. cap. 24. quæst. 3. num. 2. & seq.*

8 Ampl. quod licèt † audiatur super nullitate excommunicationis, non tamen auditur super quauis alia causa.

9 Ampl. nec etiam reconueniendo † eũ, qui curauit illum excommunicari, *cap. cum inter, in fin. de except. Host. cap. significauerunt ii. de except. numer. 2. vers. Vnde & excommunicatus, Glos. cap. decernimus, verb. agendo, vers. Nec reconuenire, de sent. excom. in sext.* & ratio est, quia vbi nõ conceditur conuentio, neque conceditur reconuentio, *Dec. cap. cum inter, de except. num. 22. & in cap. ex epistola, de prob. num. 193.*

10 Ampl. nec etiam petendo † executionem rei iudicatæ ad illius fauorem, quia dicitur agere, *cap. 1. §. sed & si post de except. in sext. Bald. cap. cum inter de except. num. 9. Guid. Pap. decis. 215. n. 5. Lancel. de attent. par. 3. cap. 24. num. 6.*

11 Ampl. etiam volente reo conuento, *cap. exceptionem, de except. Galles. de obligat. Camer. quæst. 17. num. 5.*

12 Ampl. etiam † petendo executionem sententiæ, cuius causa fuit quis excommunicatus, *Fel. cap. intelleximus, de iudic. num. 5.*

13 Ampl. vbi excipit de compensatione, *Osasc. decis. 61. actor. num. 9. in fin.*

14 Limit. vbi agitur de periculo † animæ, nam tunc officio Iudicis auditur, *Glos. cap. quoniam, verb. vxores 11. q. 3. Butr. cap. fin. de ordin. cognit. num. . . & Abb. nu. 12. Host. in cap. significauerunt, de except. n. 2. vers. Quid ego, Abb. n. 22.* affirmante Host. ibidem quod isto casu cessat omne priuilegium, omnis lex, consuetudo, & iuramentum.

15 Intellige tamen, † vt dixi supra, *ampl. 1 num. 4. ex Fel. in cap. significauerunt, num. 14. vers. sed forte.*

16 Limit. vbi dubitatur de † causa ob quam, quis fuit excommunicatus, veluti si quis ob peccatum aliquod fit excommunicatus, & dubitatur an adsit, vel non peccatum.

17 Limit. vbi agitur de nullitate † sententiæ excommunicationis, *Host. cap. significauerunt ii. de except. num. 2. vers. & idem*, extra tamen causam nullitatis non auditur in aliquo, *cap. solet, de sent. excom. in sext.*

18 Contrarium probat, *Vant. de nullit. cap. quis possit dicere, de nullit. num. 30.*

19 Concorda *per Fel. in cap. intelleximus, de except. nu. 9. & in cap. significauerunt eod. tit. num. 9.*

20 Limit. vbi opponit † exceptionem aliquam impedientem, ne sententia executioni demandetur, *Host. in cap. significauerunt ii. de except. num. 2. circa fin. vers. Et idem videtur.*

21 Limit. vbi appellauit, & appellationem prosequitur, *Host. cap. significauerunt, de except. nu. 2. in princ. & in vers. Et idem, & Fel. num. 8.*

22 Limit. petendo restitutionem † in inte-

integrum ex generali clausula, cum ex-
pressione causæ, qua probata innocens
damnaretur, nisi beneficio restitutio.
nis illi subuenitur, *Host. in cap. significa-
rum ii. de except. nu. 2. in princ. vers. Quid
ergo.*
23 Limit. vbi excipitur de compensatio-
ne voluntaria, *Osasc. decis. 61. actor, n. 9.
in fin.*
24 Limit. vbi periculum † est in mora
agendi, & subest tantùm temporis ex-
communicato, quo possit absolui, vt
dixi in prima ampliat. *huius regulæ, &
Fel. ibi citatus* agit an excommunicatus
audiatur, si vult debitorem suum iura-
25 re suspectum de fuga † vt examinat etiã
*Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 83. excom-
municatus, num. 11. & seq.* non tamen
potest cogere, vt soluat, quia id exce-
dit fines iuramenti, *Dec. in cap. cum in-
ter, de except. num. 41.* tenet solùm posse
extraiudicialiter capere debitorem suspe-
ctum de fuga, *Viuius decis. 99. excom-
municatus, num. 13.*
Limit. petendo sibi debita alimenta,
26 † nisi fuerit negligens in petenda abso-
lutione, *Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 36.
num. 7. & tit. seq. priuileg. 83. num. 15. &
seq.*
27 Limit. vbi excommunicatus † petit
reuocationem attentatorum, *Lancel.
de attent. par. 2. cap. 12. ampl. 13.* sublimi-
tando, si appellatio est extraiudicialis,
latius tamen distinguit *Socin. in cap. sa-
cris, de sent. excom. Rota coram Pania in
Conchen. Archipresbiteratus 13. Nouem-
bris* 1605. voluit attentata non esse re-
uoca, ad instante excommunicato iure
actionis, sed officio Iudicis, cuius ma-
iestas fuit læsa, *Dec. cons. 200. num. 3.*
28 Limit. vbi petit absolui, † quia fuerit
iniustè excommunicatus, nam auditur
antequam procedatur in causa, *Bal. in
cap. cum inter, de except. num. 4.*
29 Limit. vbi quis agit nomine † suæ di-
gnitatis, *Fel. cap. intelleximus, de Iudic.
cum alijs cumulatis à Viuio decis. 99. ex-
communicatus, num. 14.*
30 Limit. in excommunicato † occulto,
*Glos. cap. grauis, de sent. excomm. Viuius
decis. 99. excommunicatus, num. 17.*
31 Limit. agendo ad ea, † quæ spectant
ad victum, ideò citare potest lanionem,
pistorem aduendum sibi carens, vel pa-
nem, vel aliud incidens circa illa,
cap. si vere, cap. quoniam 11. quæst. 3.
32 Limit. petendo executionem senten-
tiæ latæ in alio iudicio, in quo quis non
fuit excommunicatus, *Fel. cap. intelle-
ximus 7. de Iudic. num. 6.*
33 Excommunicatus in vna causã pos-
sit in eadem excommunicari, *Alex. in
l. qui bis idem, ff. de verb. oblig. num. 2.*
Duæ postquam antecedentia omnia
scripsissem, mihi propositæ fuere diffi-
cultates. Vna an excommunicatus in
vna, eademq. causa possit ab eodem Iu-
dice, qui illum absoluerat, iterùm ex-
communicari. Altera an committens
delictum propter quod, quis incidat in
excommunicationem, sit tamquam ex-
communicatus vitandus, & eidem ne-
ganda cætera, quæ negantur sententia
Iudicis excommunicato.
Quoad primum, licèt sine distinctio
34 ne aliqua, affirmatiuam † teneat *Glos.
fin. in l. 2. C. vt intra certum temp. quam
sequatur Alex* pater veritatis, vt dicunt
*Rub. Alex. in cons. 85. circa, num. 6. in
princ. & Tiraquel. in l. si vnquam. C. de
reuocand. donat. nu 72. in l. qui bis idem
18. ff. de verb. oblig. num. 2.* vbi præte-
rea confirmando *Glos.* opinionem ad-
dat dicta, *Cyn. in eamdem l. 2. & Bart. in
l. de pupillo, §. si in pluribus, ff. de nou. oper.
nunc.* qui distinguunt, quando pluribus
35 † absolutionibus sit opus, vbi quis fuit
pluries excommunicatus. Censeo ta-
men generale placitum, Glos. & Alex.
36 limitandum † in casu nostro, tam ex si-
mili firmato priùs, ibidem ab eadem
Glosa, quod semel declaratus infamis,
37 † non possit vlterius declarari infamis,
quam ex ijs, quæ dici possent de re iu-
dicata, *vt dixi in meis Collectaneis ad l.
res iudicata, ff. de reg. iur.* ac etiam, quia
38 Iudex † posteaquam semel sententiam
dixit, desinit esse Iudex; semel enim
bene, vel male dicitur functus officio
suo, *l. Iudex posteaquam 55. ff. de re iu-
dic.* negatiuam hanc opinionem com-
39 probo arguendo à cõtractibus † ad iu-
dicia; quod argumenti genus validum
esse, & frequens asserit, *Euerard. in suis
locis*

locis legalibus cap. à contractibus ad iudicia, num. 1. nam ſicuti qui bis idem
40 † promittit, amplius quam ſemel præſtare, non tenetur; ita & Iudex, qui aliquem in vna cauſa excommunicauit, amplius excommunicare non po-
41 teſt. Hinc cautio Iudicum † Roman. Cur. qui non obſtante Regula *l. actus legitimi non recipiant diem, ff. de reg. iur.* vt pendente lite, in qua alterum ex litigantibus excommunicarunt, non abſoluant ſimpliciter ad tempus, ſed cum reincidentia, & id faciunt ex cauſa, vt puta in Feſtis Natiuitatis Domini, vel Paſchatis Reſurrectionis, vel cauſa exquirendi teſtes, vel ſcripturus ad cauſam facientes.

Cum iſta communicaſſem R. P. D. Zaccariæ Paſqualigo Clerico Regulari, & exquirem illius ſententiam, mihi per ſequentem ſchedulam reſpondit, quam non piget annectere, vt habeam contortem meæ opinionis, & limitationis dictorum Gloſæ, & Alexandri.

Negatiuè in relata difficultate reſpõ-
42 dendum cenſeo, † quia cum excommunicatus fuerit dimiſſus à Iudice, non poteſt ob eamdem cauſam iterum cõueniri, iudicium enim ſemel extinctũ,
43 non poteſt amplius † reuiuiſci, *l. qui rem, §. aream, ff. de ſolut. l. eius qui, §. fin. ff. de iur. Fiſci, & notant Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit, C. de reuocanda donat. num.* 19. *Surd. deciſ.* 51. *num.* 5. *Gabriel. conſ.* 8. *num.* 34. inde diximus aliquem non poſſe pro eodem
44 † delicto pluries inquiri, vel puniri, *l. Senatus, ff. de accuſat. vbi Gloſ. & Bart. & in l. licet, ff. naut. caupon. & ſtabul. & tradit latè Tuſc. littera C. concluſ.* 575. *& littera P. Concluſ.* 210. & proinde neque pluries poteſt pro eadem cauſa tra-
45 hi in iudicium. Et ratio eſt, † quia tribunalia inſtituũtur ad iuſtitiam miniſtrandam, & dimiſſo ſemel reo, præſumitur adminiſtrata iuſtitia; & ideò trahere reum denuo ad iudicium, ob eamdem cauſam, eſſet ipſum vexare, contra omne ius, & Iudex admittens inſtantiam partis, faceret iniquitatem, non autem tueri iuſtitiam. Non obſtat
46 quod excommunicatus † poſſit iterum excommunicari, vt communiter docent, *cum Gloſ. DD. in c. ita quorumdam, verb. crebris, de Iudic.* quia hoc tantùm habet locum, quando adeſt cauſa ſuperueniens, ſuppoſito enim, quod cõuentus ob non ſolutionẽ penſionis fuerit dimiſſus à Iudice, non adeſt cauſa, ob quam poſſit iterum conueniri, & excommunicari, niſi de nouo ſuperueniat.

Zaccarias Paſqualigus Cleric. regul.

Quoad ſecundam difficultatem aduertendum erit, quibus verbis ſit conceptus Canon, vel Sum. Pont. Conſtitutio, vel Epiſcopi, & aliorum Prælatorum, qui ius habent facultatem excommunicandi, edictum, vel præce-
47 ptum; laycis enim etiam † Principibus interdicta eſt excommunicandi facultas, cum de priuatione, vel admiſſione ſacrorum poteſtatem nõ habeant, *cap. decernimus, de iudic. cap. contingit de*
48 *arbitr.* & aliud † facientes ſunt ſemper in mala fide, *Dec. conſ.* 129. *pro tenui facultate, num.* 2. *verſ. Non obſt.* quod ſaltem. Nam ſi ſimpliciter non obtemperanti imponatur pœna excommunicationis, quia de ſuppoſito principali,
49 † ſeu qualitate, quæ facit locum eſſe qualificatæ diſpoſitioni, conſtare debet, antequam agatur de priuilegio illi conceſſo, vel pœna impoſita, *l. diuus, ff. de teſtam. milit. l. non ignorat, C. qui accuſ. non poſ. §. plane, inſtit. eod. Afflict. dec.* 24. *num.* 16. *Crauet. conſ.* 6. *nu.* 72. *Alex. conſ.* 96. *lib.* 4. *nu.* 3. *Rimin. Iun. conſ.* 67. *Cum. num.* 51. *& ſeq. & conſ.* 686. *num.* 19. *& ſeq. & conſ.* 689. *num.* 16. propterea cum non ſit de pœna tractandum, antequam pœnalis actus fuerit Iudicis ſententia canonizatus, *Gloſ. in l. in criminali, verb. habeatur, verſ. & dic. C. de iuriſd. omn. Iud. Natta conſ.* 93. *magnifice, num.* 3.
50 † nullatenus dicendum videtur, quod delinquens ante ſententiam declaratoriam incurſus excommunicationis, ſit vitandus, & in illum carmen canere.

Os, orare, vale communio menſa negatur.

51 Et ratio eſt, quia † donec ſupereſt quid agendum, nihil dicitur actum, præterquam in atrocibus, *l. cum Sylanianum,*

C *de*

C.de ijs quib. vt indign. Costa tract. de tur. & fact.ignor. inspect.6.num.8. circa med. Comprobantur præfata ex ijs, quę dicuntur de simonia, quæ vt euitetur, licèt multæ sint constitutæ pœnæ, licèt quis emat spiritualia, vel alias de rebus

52 Ecclesiæ negotietur, non dicitur † simoniacus, antequam sententia Iudicis fuerit declaratum illum esse talem, per simoniam commissam, *Franc.de Marc. decis.497.num.15.par.4.cap.2.num.35. quos refert* Menoc. *cons.* 301. *probabili, num.*21. subdens idem dicendum de eo,

53 qui asserit † ob periurium priuatum commodo contractus, quem obseruare iurauerat.

Si verò Canon, vel constitutio Papæ, vel Episcopi edictum, & præceptū vlterius procedat, & addat, Clausulam,

54 † ipso facto, & iure, quæ importat factum consummatum, absque alio hominis ministerio, *Caphal.cons.*88. *Originalis, nu.*31. & dicendum, delinquentem,

55 vel non obtemperantē † præcepto superioris esse euitandum, ac afficiendū omnibus pœnis, æque ac, si sententia

56 Iudicis declaratus † fuisset excommunicatus, vt concludit *Fel. in cap. fin. de rescript. num.*38. *in fin.* dum eam retulisset rationem, quia necessaria non est aliqua declaratoria super pœna ipo iure imposita, quoad effectus, qui immediatè trahunt secum executionem ad factum, nec de sua natura expectant aliā extrinsecam executionem post se, veluti si à iure quis declaretur infamis, vel seruus, statim est intestabilis, absque alia sententia, secus si expectatur post factum, hominis ministerium, vt in confiscatione bonorum, vel priuatione beneficij ex delicto. Subdit tamen

57 † idem *Fel.d.cap.fin. de rescript.nu.*39. supradicta procedere quoad delinquētem, vel non obtemperantem præcepto cum dicta Clausula Ipso iure, vt sit à communione fidelium repellendus, secus quoad alios, vt illum vitent, quia opus est sententia declaratoria, quod ille sit excommunicatus, & ita fuisse sancitum in Concilio Constantiensi, & confirmatam in Basiliensi, *Fel. sequitur & commendat Tiraquel. in l. si vmquā, §. reuertatur, C. de reuoc. donat. num.* 101 *vers. Sed Fel. dum prius, numer.* 398. *& seq.* retulisset discrepantes Doctorum opin. an opus sit Iudicis sententia, vbi à lege, vel edicto imponitur pęna, cum clausula Ipso iure, conatus in sequenti vers. Sed tamen, hanc contrarietatem conciliare, provt tutius conciliatur ex distinctione, *Bart. in l. iubemus* 14. *§. sane*, C. *de sacro Sancta Eccles. num.* 11 *& seq.* cum ista communicassem pariter eidem R.P. Pasqualigo mihi per sequētem schedulam respondit.

An pena imposita à lege ipso facto incurrenda, locum habeat ante sententiam declaratoriam.

Placet distinctio, quod pœnæ spiri-

58 tuales sunt † Censura, vt inter alios notat *Ioannes de Lignano tract. de cens. ecclesiast. initio, num.*7 *tom.*9. tractatuum habeant locum ante sententiam, etiam declaratiuam criminis; cęteræ verò nō contrahantur, nisi sequuta sententia, ita docent *Auila par.* 1. *de censib. dub* 7. *vers. unde firmior, Suar. lib.*5. *de leg.c.*9. *initio, Molses. par.*1. *Summæ tract.*3. *c* 9. *num.*35. *Alphonsus de Leone de Cens. recol.*1. *num.*80. *& alij: Quod etiam videtur sentire, Sanchez lib.*7. *de matrim. disput.*91. *num.*4. Quia nimirum, cum sint pęnæ spirituales, pertinent per se primò ad forum internum, quamuis habeant aliquos etiam effectus pro foro externo, & ideò cum Iudex non iudicet de ijs, quæ sunt fori interni, executio pęnæ non expectat ipsius sententiam.

59 Cęteras autem pęnas, † quæ non sunt spirituales, sed fori externi, non contrahi ante Iudicis sententiam, etiā si lex habeat clausulam, absque præuia declaratione, aut aliam huiusmodi, quæ significet non esse necessariam declaratoriam sententiam, *docent Couar. par.*2. *decretal. cap.*6. *§.*8. *num.* 10. *vers. tertiò hinc, Quaranta verbo alienatio rerum Ecclesiæ, num.*49. *Sanchez lib.*2. *Summ. cap.*22. *num.*20. *vbi alios citat. Sixtus pœna, num.*1. *Molses. par.*1. *Summ. tract.*9. *cap.*9. *num* 44. *Salas disp.*15. *de legibus, sect.* 3. *num.* 46. *Vasquez par.* 2. *disp.*168. *c.*4. *Valer. in different. vtriusq.*

Fori,

Fori, verbo pœna differ. 20. *num.* 4. *vbi latè Sosa in bullam Clem. VIII. de largitione munerum, num.* 102. *Lessius lib.* 2. *de Iust. & Iur. cap.* 29. *num.* 63. *Filliuc. tract.* 44. *cap.* 6. *Peirinus de subdito Religioso, q.* 2. *cap.* 2. *§.* 11. *conclus.* 3. *& tom.* 1. *de Priuileg. ad constitutionem sextam Iulij II. num.* 19. *Alfonsus de Leone recollect.* 1. *de Censuris, num.* 84. *& probabile putant Bonacina disp.* 1. *de legib. quæst.* 1. *puncto* 7. *§.* 2. *num.* 1. *Portel. in dubijs regularibus, verbo inhabilitas, num.* 4. *Lezana tom.* 1. *quæst. regul. cap.* 10. *num.* 31. asserens pœnitentiarios S. Petri ita consulere. Quia nimirum clausula ante Iudicis sententiam, &c. solùm operatur, quod pœna sit debita ante sententiam, & proinde sequuta sententia, retrotrahatur ad tēpus commissi delicti, & ita saluo semper, &c.

Zacharias Pasqualigus Cler. Regul.

Rogatus, transeundo à spiritualibus
60 ad secularia, an viarum grassator † cui à iure est imposita capitalis pœna, accusatus de assassinio, possit impunè occidi, antequam in illum lata sit sententia exilij, cum facultate data cunctis illum occidendi, etiam cum premio, vt fit in statu Ecclesiastico, quà cautione Sixtus V. Pont. Max. liberauit totam Ecclesiasticā ditionem malis hominibus, & quamuis vrgeant, quæ dixi de excōmunicatione, negatiua tamen est verior, & vrgent, quæ dixi ex Menoc. & ita obtinuisse coram Vrbis Gubernatore, cum subsequenti approbatione S. D. N. Papæ Innocentij X. retulit mihi Gaspar Citadinus I. C. Interamnensis, cuius scripta subdo, quia casus est singularis, & dignus Pontificia decisione.

Illustriss. & Reuerendiss. Domine. Respondendo petitionibus, & dubijs D. V. Illustriss. Si Assassinus possit impunè occidi ante Iudicis declaratoriam, quod dubitarunt aliqui ex nostris, sed tamen præualuit opinio negatiua, quam magis communem, & communissimam refert *Farin. in praxi crimin. quæst.* 7. *num.* 11. *& latius quæst.* 103. *num.* 11. *vers. attamen, & quæst.* 123. *n.* 17. *& seqq.* idq. procedit in quouis alio impijssimo delicto, vt in crimine Lesę Maiestatis humanæ & diuinæ, *Far. q.* 113. *num.* 93. *& seqq. & de hæresi quæst.* 89. *num.* 36. quasi iniquum, & inhumanum videretur, ponere in facultate priuatorum, non expectata publicæ potestatis declaratione, homines, etiā sub immaginatis, seu impictis prætextibus, occidere, & in re tanti momenti ab executione irretractabili initiū sumere, multaquè enim si occisus fuisset vocatus ad sui innocentiam ostendendam, potuisset deducere; latè *Diana resol.* 29. *in addit. secundaria par.* 5. & sæpè innotescit processus in contumaciam compilatos per defensiones imputati totaliter destructos remanere, Summumq. Pontificem ideò se nihil posse statuere, aduocatis inauditis profitetur *in cap.* 1. *de caus. poss. & propriet.* & ideò istis, & alijs rationibus inualuit communissima opinio negatiua vt supra, quam etiā *idem Farinac. in consil.* 205. *num.* 30. intrepidè affirmat, & contra *Eug. cons.* 22. *acerrimè insurgit.*

Non obstat, quod *in cons.* 101. *num.* 5. *in fin.* videatur testari contrarium seruari in praxi, quia.

Refert ipse Soccinum Seniorem, Nellum, & Albericum affirmantes posse Assassinum occidi, non expectata declaratoria, & quamuis eorum in casu illo, in quo consuluerunt obtinuisse, & ex quibus ipse asserit quidquid alij contradicant, apparet ita in pratica seruari.

Ex hac namquè facti prænarratione, quam Farin. facit, liquet expræsse per ipsum non esse attestatam praxim huius Imperij, seu Tribunalis, sed solùm retulisse, quæ Soccin. & alij dixerunt, notando verbum ex quibus, cuius naturæ est se referre ad præcedentia, & ad Doctores allegatos.

Addo quia nec bene infertur, Farin. Socc. & Nellus, obtinuerunt, ergo in illis regionibus, in quibus versabantur, testantur de praxi, quia diuersum est obtinere vnam sententiam, à pratticare, quia in primo casu additur suæ opinioni auctoritas alicuius momenti, idest

Iudicis sententiantis, in secundo autem casu, vt inducta dicatur praxis, requiritur tempus longissimum, cõtradictio, & cætera requisita necessaria, *de quibus Ias. & alij in l. de quibus, ff. de legibus, Dec. conf. 141. num. 5. & alij passim.*

Immo idem *Farinac. in præcitata quæst. 103. num. 11. verf. benè verum est, allegat Soc. Nellum, & Eug.* & quamuis asserat eosdem referre obtinuisse, contra ipsos resoluit; vnde parum est curãdũ de dictis in Consilijs, dum in praxi criminali confutando prædicta pro negatiua constanter persistit; scilicèt non posse occidi ante declarartoriam: Nam in consilijs Doctores facillimè ab auro allucinantur, vt sic mordicus reprehendit *Soccin. Sen. Pisis legentem, & in præcitata conf. 20. asserentem obtinuisse Capiccius videndus decis. 112. in fine.*

Amplius nec Doctori attestanti de prax. est credendum, vt de veriori opinione firmat *Rota coram bon. mem. Sacerato in Camerinen. Spolij 4. Iunij 1610. & in Papien. & Placentina Feudi 4. Iunij 1597. coram bon. mem. Litta.*

Maximè si attestetur de praxi contra Ius, aut communem opinionem, *Siluan. conf. 9. num. 27. Bursat conf. 201. num. 47. Marsil in praxi crimin. §. constante, num. 15. Caphal. conf. 709. n. 31.*

Et multò magis contra Ius diuinum, vt in hoc casu profitemur, namq. nos fideles præcepta decalogi, & interq. non occides, & licèt Papa possit per viã declarationis limitare in certo casu Ius diuinum, *vt post Azorium*; *Couar. & alios Teologos firmat Barbosa in cap. vlt. de consuet. num. 4. & fecit Innoc. IV. in cap. pro humani de homicid. in 6.* declarando licere post declaratoriam, si ex praxi introduci potuisset id licere, & ante declaratoriam, quam malum esset asserere nos omnes fideles iudicemus.

Cętera quæ dicuntur sufficere, si post occisionem superueniat declaratoria.

Respondemus nec rationes, nec auctoritates adesse, cum illæ, quæ afferuntur *à Farinac. in præcitat. conf. 101. n. 6.* loquantur in rebelle ob cuius atrocissimi criminis immanitatem, & ne maiora committat contra Principem, & dũmodo periculum sit in mora, & non alias fuit inductũ, vt rebellis possit occidi ante declaratoriam, dummodo postea superueniat iustificatio, *Farinac. quæst. 113. num. 93. & benè Boss. videndus de defens. Reorum, num. 61. & sequen. & latiùs de haret. numer. 26. & pluribus seqq. Clar. in §. Læsa Maiestatis in fine, Farinac. d. quæst 103. numer. 11. vers. Sed numquid, &c.* & consequenter extra suam specialitatem ad assassinum non debet extendi, *vt dicit Boss. de haretic. numer. 29. & seqq. Farinac. d. quæst. 103. num. 11. vers. Sed numquid,* & alias aperiretur via falsitatibus, & imposturis impingendo contra mortuum delictum, quod non solùm non commisit, sed neque forsan cogitauit, & facillimè falsitates committuntur ad carceratorum defensiones imputando mortuos, qui amplius non loquuntur, & cum morte præcluserunt viam processibus, præterquam in specialitate supradicta rebellionis, *vt benè Guzarel. vidend. decis. 15. num. 14. & seqq.* & maximè in hoc iuuene imberbi, & pusillo, in quo nec vllũ periculum suspicari poterat, quod alia delicta esset commissurus.

Gaspar Cittadinus Aduocatus.

Causa ista pluries accerrime discussa in Congregatione illustrissimi Gubernatoris Vrbis, & tunc temporis erat Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Ioannes Hieronymus Lomellinus Nobilitate, Iudicio, Integritate, & Scientia summè præditus, & iuxtà superius deducta fuit per Excellentiss. D. Hieronymum Bucciottum scientia, & integritate nemini inferiorem sententiatum.

Caput XV.

SVMMARIVM.

Periurij exceptio est dilatoria. Et quare 1.
Periurij exceptio est peremptoria, quia annullatiua iuris, & actionis est litis finita, per illam extinguitur omne ius actoris

1 Sive velimus † exceptionem per-
iurij esse dilatoriam, *vt ex Glos.*
Bald. & alijs, voluit Serafin. in Tract.
de Priuileg. Iurament. cap. fin. numer. 12.
quia temporis dilatione reum tueatur,
& actorem impediat in prosecutione
sui iuris, *§. appellantur, Inst. de except.*
qualis est exceptio pacti de non peten-
do infra quinquennium, quo durante
2 non est reus molestandus, † & si mole-
stetur, quidquid actum fuerit, est nul-
lum, & inualidum, & reo duplicantur
3 † induciæ, *cap. exhibita, de Iudic. §. ho-*
die, Inst. de except. Felin cap. insinuan-
te, de offic. delegat. num. 7. Et ideò iuxta
naturam dilatoriarum exceptionum,
4 sit ante litis ingressum, † & contestatio-
nem opponenda, *l. exceptionem, C. de*
probat. l. penul. & fin C. de except. c. eum
causam, de appel. Glos. cap. exceptionem,
verb. in dilatorijs, de exception. ac etiam
5 † probanda, præsertim si personā acto-
ris tangat, *Bal. l. exceptionem 19. C. de*
except. num. 7. & Sal. num. 14. vers. exce-
ptiones, vbi addit statim esse proban-
6 dam, quia † exceptio sine probatione
nihil operatur, & vt ego addo excipiens
est actor in opposita exceptione, quæ
non probata in nihilo dicitur grauatus
is, in quem fuit apposita, *l. 1. ff. de except.*
Nat. cons. 238. nu 7. Put decis. 396. par. 2.
num. 1. Cresent. decis. 4. de except. num. 1.
7 & excipiēs de † calumnia notatur, *Nat.*
cons. 29. licet, num. 13. & cons. 31. num. 1.
8 ac aduocatus, † qui dilatoriam non op-
posuit ante litem contestatam, sed post
punitur libra auri, *l. penul. C. de except.*
Alias si non fuit opposita, & pro-
9 bata, vt dixi † excluditur reus ab il-
lius oppositione, *l. fin. C. de probat. Spec.*
de except. §. 2. num. 13. vers. Sed nec, quia
reus in iudicium vocatus coram com-

petenti Iudice non opposita dilatione, quæ tangat personam Iudicis, vel suam, vel rem deductam in iudicium, censetur, cuicumque dilatoriæ renuntiasse, *l. ita demum, C. de procur. vbi Bal. & Sal. Caldas. in l. si curatorem, § per quod, prist. ius recup. num. 42. C. de restitut. in integr.*
10 addendo etiam † procedere petita restitutione in integrum à minore, muliere, milite, rustico, & alijs relatis à *Spec. de except. §. 3. num. 24. & seq. cap. causam, de appel. Cagnol. l. lecta, ff. si cert. petat, num. 77. circa med. Serafin. de iurament. cap. 74. num. 131. circa fin. Caldas. tamen d. num. 42.* refert dissentientes, & illorum obiectis respondet, & concor-
11 dari possunt, si exceptio dilatoria † superuenit lite contestata, quod tamen multis modis limit. *Afin. in prax. cap. 13. §. 2. col. 1. vsque in fin. Serafin. d. cap. 74. nu. 132. & seq.* vel excipiens illam ignorabat, *Abb. cap. ad audientiam 31. de rescript. num. 9. vers. Dicit tamen,* vel non tangit merita causæ, vel excipiens sit ideò nimis læsus; vel simus extra casus, quos referunt *Alex. & Iaf. in l. ita demum, C. de procur. Fel. in cap. exceptionẽ, de except. num. 7. & seq* Conferunt dicta, *Ancar. conf. 382. retento, numer. 11.* dum concludit, quod quantumcumque reus sit legibus, vel statutis, odiosus, vel infamis, vt puta, quia sit Iudæus, seruus, excommunicatus, & alias indignus, qui
12 in iudicio esse possit, † excipiendo, non repellitur à limine iudicij.

Notandum tamen est, quod si reo vocato in iudicio, competant plures
13 † exceptiones dilatoriæ, tam ex iure suo, quàm ratione personæ Iudicis, vel rei, super qua est mota lis, si & illæ sint ex eis, quæ impediant processum ad vlteriora, vt simul & semel sint opponendæ, *Spec. de except. §. 4. num. 16.* vbi præ-
14 terea † refert † formulam proponendi tales exceptiones. Sed hoc intellige, *vt dixi supra vers. alias.* Quæ autem
15 sint dilatoriæ † exceptiones litis finitæ, seu impedientes processum ad vlteriora referunt, *Alex. ad Bart. in l. vir bonus, ff. iudicat. sol. Aretin. §. æque, Inst. de except. num. 15. & seq. Blanc. de compromis. quæst. 4. num. 83. Socin. in cap. 1. de litis contest. art. 7. Franc. in cap. 1. eod. tit. in*
16 *sext. col. 4. & seq.* formulam aliam † opponendi exceptiones dilatorias, refert *Aret. in §. æque, inst. de except. num. 17. Marant in prax. par. 6. mẽb. 9. de except. num. 9. & seq.*

Siue vellimus exceptionem periurij
17 † esse peremptoriam, *l. si quis maior, C. de transact. vbi Iaf. num. 23. hoc notat,* quia est annullatiua iuris, & actionis, *Menoc. conf. 24. num. 29. vers. respondeo, repellit actorem à lite iudicij, Spec. de actor. §. 1. vers. item quod est periurus, Rom. singul. 499. Tu scis,* & sit litis finitæ, *vt ex Hyp. Marsil. conf. 107. num. 8. & traditis à Doctoribus in cap. 1. de litis contest. in sext. voluit Afin in prax. §. 13. c. 9.*
18 *num. 13.* † & per illam extingui omne ius actoris, *Marant. in prax. par. 6. mẽb. 9. de except. num. 12.* addendo opponi pos-
19 se vsque ad conclusionem in causa † seu vsque ad sententiam, *Cast. conf. 70. quia, lib. 1. nu. 3. Afin. d. §. 13. cap. 4.* non autem post, *Bal. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. num. 2.* & aliquas illarum dici litis finitæ, asserit idem Marant. & illas refert,
20 sed latius eas † cumulat *Aret. in § æque, Inst. de except. nu. 14. & seq. & post illum Afin. in prax. § 13. cap. 9.* sunt tamen ali-
21 quæ † peremptoriæ, quæ post sententiam opponi possunt, quas refert *Glos. n. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. vbi Bal. num. 3. & seq. & latè distinguit.*

Sine dubio dicendum videtur, quod
22 exceptione † periurij nullatenus retardetur executio sententiæ latæ in eum, qui de periurio actoris in executione sententiæ excipit, cum nec ante litem contestatam, nec post, de illo excepetit, ex hisque dixi supra Cap. 10. §. fin. num. 12. & seq. licèt sit verum, quod periurium opponi possit duplici modo, nẽpè tamquam dilatoria, & tamquam
23 † peremptoria, *Marant. in prax. par. 6. memb. 9. num. 12. & 13.* cum neutro mo-
24 do fuerit opposita tacitè † dicitur illi renuntiatum, *Lupus allegat. 24. An minor, num. 8. Marta decis. 1. numer. 9.* ac etiam quia quæ ad tempus cõcessa sunt post lapsum temporis censentur prohibita, *l. Statuliberum, §. 1. ff. de legat. 2. Gonzal. ad Regul. octauam in proemio 5. num. 41.*

num.41. Mantic.decis.272.num.1.& seq.
25 affirmatiua † enim ad tempus concessa, illo elapso, inducit negationem etiã in Statutis, *vt ex Bart. & Bal. concludit Tiraquel. de Retract. Conuent. §.1. glos.2.num.47.& 49. addenda, num.51.*
26 quod ex non vsu, † vel facultate faciendi, quis dicatur vsus, & facultati renunciasse tacitè, quæ tacita renũciatio plus nocet, quam expressa, vt subdit idem *Tiraquel.ibid.num.52. circa fin.*

27 Attamen quia omnis † exceptio, quæ non impugnat iustitiam sententiæ, quæ transierit in rem iudicatam, seu à qua non licet ad effectum suspensiuum appellare, sed tantùm illam modificat, seu limitat, & restringit, *vt dixi infra cap. fin.num 2.* exceptio periurij potest opponi post sententiam, & in illius executione, quia compatitur se cum sententia, nam illam præsupponit, *Bal. in l. 1. C. de iur. & fact.ignor.numer.4. vers. aut exceptio non ordinatur ad excludendam condemnationem*, & vt ego addo, conseruatur dignitas rei iudicatæ, nec inficitur illius virtus, *l. res iudicata, ff. de*
28 *reg.iur.* quæ facit de non † ente ens, de albo nigrum, & mutat quadrata rotundis, vt colligi potest ex ijs, qui materiã rei iudicatæ sunt prosequti, quos retuli *in meis Collect. addictam, l. res iudica,*
29 & quia periurij † exceptio propriè est exceptio, nam solùm tangit executionem ipsam, *Maldonato in sua Silua Responsor.lib.2.respons.16.num.57. vers. & primo*, vbi plura exempla refert, sustinetur supra firmatum assumptum, aduersus ea, quæ in contrarium considerabam.

30 Ampl. etiam si agatur † de executione sentẽtiæ, seu decreti Cameralis obligationis, vel alias paratam habentis executionem, *vt dixi infra §.1.*

31 Ampl. etiam si agatur † de executione sententiæ latæ ad fauorem Hæbrei, *Paset.cons.129. num.26.* Qualiter autem iurarent Hebræi antiquitas, & nunc iurent, *dixi de execut.rei iudic.num.14. & seq. pluribus*, vbi præterea retuli mores aliarum gentium, circa præstandũ iuramentum.

32 Ampl. præsertim in † Curia Mercatorum, nam cum in illa agatur de bono, & æquo, & seruare promissa, sit iuris naturalis, & æquum, *l. 1. ff. de pact.* & contra ius gentium sit, non adimplere quæ procedunt ab ore Mercatorum, tantò magis retardari, vel reuocari debet executio sententiæ latæ ad fauorem Mercatoris periuri, *Marant. in prax. par.6.memb.9.num.36.*

33 Ampl. etiam, si iuramentum † sit præstitum extra iudicium ex partium conuentione, vel coram superiore, quamuis non in forma iudicij, *Butr. cap. super hoc, §. de renunciat. num. 24.* & ratio est, quia exceptio periurij est litis finitæ, vt addit idem Butr. nũ quoad obli-
34 gandum † iurantem, non differt an iuratum sit in iudicio, vel extra, *Glos. in l. 1. veb. pactione, ff. de iur.iur. & ibi Alex. & Ias. notant, addo Felin. in cap. exceptionem 12. de except. num. 40.*

35 Ampl. etiam, si ageretur † de executione sententiæ latæ in possessorio, *Ludouis.decis.64. Domini, num.2.* qui loquitur in remedio retinendæ, sequendo *Nat. cons. 373 Quoniam*, qui dixerat possidentem iniustè, non audiendum in iudicio, agendo, vel excipiendo, *Pasisc.* qui loquitur de possessione acquirenda, *in tract. de Saluian. in ispect.2. cap.2.num.362.* subdens ita fuisse à Rota decisum, *decis.13. numer.8. & decis.92. num.2. Nauiz. cons.1. scripsit, num.1.*

36 Ampl. etiam si de periurio † excipiatur coram mixto executore, qui fuit requisitus ad exequendam sententiam, nam debet supersedere, & remittere cognitionem oppositæ exceptionis periurij, ad Iudicem, qui illum requisiuit, vt suam exequeretur sententiam, *Bart. in l. à Diuo Pio 15. ff. de re iudicat. num.9.*
37 *& seq.* addendo † requisitum Iudicem non posse de ista, & alia simili exceptione cognoscere, vt pronunciet, an obstet, vel non, quia par, in parem, & minor, in maiorem aliquam iurisdictionem non habet, seu vt ego addo, potest is tantùm cognoscere de veritate facti, an adsit, vel non adsit periurium. Subdens aliud dicendum in mero executore facti, qui autem sit mixtus executor, & qui merus, dixi *de postrem. solem. rei iud. cap.1. num.97.*

38 Ampl. etiã, vbi ab actore † non absoluto

luto à iuramento, replicatur fuisse vi & metu iuratum, *cap. si vero, de iur. iur. Roman. sing.* 499. *Tuscis, num.* 2. *in fin.* limitando, nisi periculum sit in mora, & celerius non potest adiri superior.

39 Ampl. vt non † admittatur probatio contraria, eius quod fuit iuratum, *vt dixi infra* § 7.

40 Ampl. etiam, si fuerit † iuratum contra eum, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, *Carroc. de iuram. lit. decis. quaest.* 4. *nona quaest. num.* 16.

41 Ampl. etiam, vbi agitur † de executione sententiæ latæ ad fauorem periuri defuncti, & illius hæres instat pro executione sententiæ, *vt dixi infra* §. 5.

42 Ampl. etiam, vbi agitur † de executione sententiæ latæ ad fauorem minoris, qui non petijt restitui in integrum, *Natta consil.* 144. *in causa, num.* 3. *& nu.* 5. *vers. Duodecimo*, subdit quid dicendum, si agatur de sententia lata ad fauorem minoris, qui fuit læsus re ipsa, vel iuratum non venire contra iuramentum etiam ex enormi læsione, *Neuiz. extendens ad mulierem & rustico, cons.* 2. *scripsit, num.* 4.

43 Ampl. etiam in reo, qui † excipiendo fieret periurus, *Ancar. cons.* 382. *num.* 14. *& seq. Tuscus conclus.* 296. *periurus, num.* 3.

44 Ampl. etiam allegando † simulationē contractus, nam non est audiendus, nec testes inducti examinandi, *Gozadin. cons.* 69. *Videtur prima, num.* 16. *& seq.*

45 Ampl. præsertim, si excipiatur de periurio, quod oriatur ex iuramento litis decisiuo, *vt dixi infra* §. 6.

46 Ampl. etiam, vbi excipitur † de periurio causato ex non adimplemento, *Plotus* loquens de emptore non soluente pretium rei captæ, *cons.* 40. *in facto, n.* 1. *& seq.* concludens lapso termino, & non facta solutione, statim fieri periurū, & cadere ab omni commodo contractus, nec cogi stare contractui, qui cum illo contraxit, idem dixit *Rol. à Valle, cons.* 31. *Quia præsens, lib.* 2. *num.* 3. *&* 4.

47 Ampl. etiam, si in minima † parte non sit adimpletum iuramentum, quod fuit cum iuramento promissum, *Gozadin. cons.* 69. *Videtur prima, num.* 8. *in fin.*

48 Ampl. præsertim, si † agatur de executione sent. pœnalis, *l. in testam.* 2. *ff. de cond. & demonst.* per quem Textum, & auctoritate, *Bal. in cap.* 1. *Qualiter, dormin. feud. prop. num.* 10. *ita firmat Mantic. decis.* 221. *Dubitaui, num.* 2. licèt verum sit, quod vbi agitur de maiori iuramen-
49 ti obseruantia punitur † periurus extra casus à iure expressos, *Cassador. decis.* 2. *de iuriurand. num.* 7.

50 Ampl. siue excipiatur † de periurio ab eo, cui fuit iuratum, siue ab illius hærede, si iuramentum rei cohæreat, non autem sit personale, *Rub. & toto Titul. vt actio. ab hæred. & cont. hæredem, ff. de reg. iur. Spec. de except.* §. 4. *Viso, num.* 46. *Guid. Papa decis.* 414. *iuramentum, num.* 4. *& dixi infra* §. 5.

51 Ampl. etiam, vbi † de periurio excipitur à fideiussore, nisi iuramentū sit personale, sed in rem, *Spec. de except.* §. 4. *viso, num.* 46. *l. exceptiones, l. omnes, ff. de except.*

52 Ampl. etiam, vbi de † periurio excipitur à mandatore, nam cum ille sit similis fideiussori, & in nihilo ab illo differat, nisi quod præcedit rei principalis obligationem, *l. si fideiussores, ff. de fide-*
53 *ius.* quæcumque competunt † fideiussoribus competunt etiam mandatoribus, *Spec. de except.* §. 4. *viso, num.* 36.

54 Ampl. præsertim, si agatur † de executione sententiæ latæ, in causa, in qua qui instat pro executione, fuit periurus, secus, si de alia, *Fel. in cap. intelleximus* 7. *de Iudic. num.* 6. *cum alijs cumulatis à Mandos. ad eumdem Lap. alleg.* 23. *an minor, num.* 8. qui hac distinctione conciliat dissentientes, qui volunt nō posse excipi de periurio post latam sententiam, & eadem distinctione, *Fel. in d. cap. intelleximus*, conciliat contrarietatem Doctorum, an excommunicatus repellatur à limine iudicij agendo, & cō-
55 sequenter an † idem in periuro, qui illi æquiparatur, vt idem firmat.

56 Ampl. etiam, si adesset † statutum, quo reijciantur omnes exceptiones aduersus rem iudicatam, *Surd. cons.* 327. *Rotæ, numer.* 15. *in fin.*

57 Ampl. vt opposita † periurij exceptione, si Iudex procedat ad vlteriora, processus

cessus sit nullus, *dixi infra* §.9.

58 An autem Iudex † laycus debeat supersedere post introductam causam absolutionis coram Ecclesiastico, *Afflict.cum Vrsil.decis.*30.*& seq.*fuit dubitatum, tenet non suspendi.

59 Lim. vbi excipitur † de periurio aduersus sententiam latam in vim iuramenti litis decisiui, *vt dixi infra* §.6.

60 Limit. vbi iuramentum † fuit remissum ab eo, ad cuius fauorem illud fuit præstitum, *vt dixi infra* §.10.

61 Limit. parte non excipiente † de periurio in instantia pendente, seu coram Iudice executionis sententiæ, *addentes ad Ludouis.decis.*64.*Domini, vbi plures*

62 *refert Rota † decis. quas credo intelligendas esse*, vbi pars potest remittere iuramentum, quia non facta oppositio est isto casu, remissio, *Lapus. allegat.*24.*An minor, num.*8. *Crau.cons.*199.*num.*12. *Menoc.cons* 24.*Iam me, num.*8.

63 Limit. vrgente necessitate, † & non potest adiri prælatus, qui absoluat, *cap. antecessor* 11. *quæst.*3.*per quem textum ita firmat, Abb.in cap. Quanto* 18.*de iur. iur.num.*8. *vers. Adde ad prædicta*,

64 Limit. vbi agitur de executione sententiæ latæ in vim alterius contractus non iurati, *vt ex Spec. firmant Alex.in l.si quis maior, C.de transact.nu.*15.*Natta cons.*373.*Quoniam, nu.* 38. *Mandos. ad Lapum allegat.*24.*verb.illud, vers. Aut quis, Rom.sing.*499.*Tu scis, num.*2.

Limit. quotiescumque iuramentum

65 † non est obligatorium, qui autem sint casus in quibus iurans, non obligatur iuramento, breuiter dicendum est, quoties deficit vnus, vel omnes ex tribus capitibus, qui illud comitari debēt videlicet veritas, iustitia, & iudicium, *cap.aduertendum* 22. *quæst.* 2. *cap. & si Christus, de iur.iur.* exempla plura retuli in meis Collectaneis ad eadem iura, aliquos tamen casus refert *Anton.Corn. de absolut.Forens.iur.par.*4.*casu primo, & seq.*

66 Lim. vbi veritas † repugnat iuratis, *Menoc.de arbitr.Iud.quæst.*50.*num.*6.

67 Limit. vbi agitur † de executione alterius sententiæ, ob quam quis non fuit condemnatus, *Dec. in cap. intelleximus de iudic. col. fin numer.* 80. *vers. Quid autem*, & ratio est, quia periurus non repellitur ab agendo, seu limine

68 iudicij, nisi in causa, † in qua peierauit, *Dec.cap.dilecti, de except. num.*9. *vers. Tertio not. Fel.in cap.dilecti, de except. num.*2. *circa med. concludens ex Inn. & Bal.* quod periurium non contingens causam de qua agitur, nō repellit actorem, *Carroc. de iuram. litis deis. quæst.*1. *nona quæst. princ.*20. *Laderch. cons.*143. *pactum num.*4.

69 Limit. in sententia † lata ad fauorem eius, qui enormiter fuerat læsus, *vt dixi infra* §. 11. *vers. limit. vbi de periurio.*

70 Limit. vbi opposita † periurij exceptione, Iudex processit ad vlteriora, *vt dixi* §.4.

Limit. vbi Clericus, vel alius de po-

71 pulo agit † pro defensione suæ Ecclesiæ, *Fel. in cap. dilecti, de except. num.*1. *Bal. in l.fin.C.qui satisdat.cogant, n.*5.

72 Limit. vbi non fuit † iuratum conceptis verbis, *l.*3. §.*iurari, ff. de iur. iur.*

73 Limit. si de periurio † excipiatur coram mero executore facti, *Bart. in l. à Diuo Pio, ff. de re iud. num.* 10.

74 Lim. vbi quis fuit à iuramento † absolutus, postquam incidit in periuriū, *vt dixi infra* §.11.

75 Limit. vbi dubitatur † an iuramentum sit obligatorium, *Guttierz. de iurament. par.*1. *cap.*72. *licitum, num.*7. vbi etiam distinguit, quando tali casu sit petenda absolutio.

76 Limit. vbi quis metu † iurauit, *Guttierz. de iuram. par.*1.*cap.*57.*nu.*19. *vers. Sed pro contraria.*

77 Limit. vbi quis ex † contractu iurato fuit enormissimè læsus, *Seraphin priuileg.*61.*num.* 22.*circa med.* modo læsio sit probata, *Abb.cons.*71.*Quinque, par.*1. *num.*8. *in fin. Menoc. cons.* 24. *Iam me, num.*24. *& seq.* declarando id verum petita absolutione à iuramento, *vt dixi infra* §.2. *limit.*2.

78 Limit. omni casu, quo mora † impeditur committi, *Anton. Corn. de absolut. Forens. iur. par.*3 *cap.*4.*num.*77.

79 Limit. vbi quis facto † Iudicis incurrit

rit periurium, veluti si fiat sequestrum, vel aliter à Iudice, soluere, vel facere, quæ cum iuramento promisit, *Anton. Gunn. de absolut. Forens. iur. par. 3. cap. 4. num. 70.* sublimitarem tamen, si tale factum fuisset affectatū ex regula quod affectata nocent.

80 Au autem is ad cuius fauorem † fuit iuratum, cogi possit ad remittendam executionem periurii à Iudice layco, affirmatiuam, si illud fuerit iniquum, tenet *Mancin. de iurament. par. 6. q. 11. notante Coubar. var. resol. lib. 1. cap. 4.* addendo id fieri posse per capturam personæ eius, cui fuit iuratum, *& latè Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 32. numer. 18.* distingue tamen, *vt per Cardin. de Lugo de iust. & iur. tom. 1. disp. 22. sect. 8. n. 240.*

81 *subdens num. 243.* † quam potestatem habeat directè, vel indirectè Princeps secularis circa iuramentum, *Molin. de iust. & iur. disput. 149. Diximus, col. 4. vers. Aliud, & vers. Deinde.*

82 Lim. vbi agitur de executione † sententiæ latæ in contractu correlatiuo, vbi instans pro executione, pariter non adimplemento facto, est periurus, *c. 3. in fin. de iur. iur.* per quem textum ita firmat *Crot. cons. 400. & prima, nu. 19.* & conuenit regula. Nil Iudæus, nil Catanina Cætego, & quod paria delicta, mutua compensatione tollantur.

83 Contrarium voluit *Ancar. cons. 382. ratenta s num. 9. motus, l. apud Celsum, §. marcellus, ff. de doli except.*

84 Lim. vbi excipitur † de periurio ab eo, qui non habet interesse in causa, *Felin. in cap. intelleximus, de Iudic. n. 7. vers. primus.*

§ I.

SVMMARIVM.

Obligatio Cameralis fundatur in iuramento 1. Item in iudiciali obligatione 9. Itē in conuentione partium 10.

Iuramentum est præcisè obseruandum 2. Ampl. 3. 4.

Soluere qui promisit, non potest excipere de compensatione 4.

Iuramentum paratam habet executionem, & quare 5. 7.

Paratam habere executionem, quid sit 5.

Periurium, quando dicatur committi 8.

Stylus A. C. in productione instrumenti rogati extra tribunal illius 10.

Dominicus Fontia Notarius A. C. 11.

Antonius de Fetscibus Substitutus in officio Notariatus A. C. 11.

Executio mandati, retardatur exceptione periurij, quod asseritur commissum in contractu, de cuius executione agitur 12.

Absolutio à iuramento est concedenda quotiescumque illius obseruantia est iuranti læsiua, vel iniqua 13. & quare 14.

Iustitia est fundamentum iuramenti 14.

Iusiurandum debet habere tres comites, veritatem scilicet iustitiam, & iudicium, quorum alterum, si deficiat iuramentū est periurium 15.

Stylus A. C. circa absolutionem à iuramento cum obligatione Camerali in contractu læsiuo 16.

Iuramentum an sit obligatus seruare enormissimè læsus 17.

Silue iuxta Mohedan. decis. 3. de except. num. 2. vellimus vim & rigo-
1 rem † obligationis Cameralis fundari in iuramento, pro cuius obseruantia inuocatur Deus ipse auctor rerum omnium, *vt dixi de execut. rei Iud. cap. 8.*
2 *§. 36. nu. 56.* & ideò iurans, debet † præcisè, & in specie iurata obseruare, *cap. ad nostram, de iur. iur. Bart. in l. amplius non peti, ff. rem rat. hab. num. 2. Alex. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. n. 2. Ias. §. actionum, inst. de action. num. 47. Natta cons. 210. num. 15. cum alijs cumulatis à Serafin. de iurament. priuileg. 74. num. 2.* Ita vt, qui cum iuramento
3 promisit quid facere, † non possit in melius, vel per æquipollens facere, vel adimplere promissa, *vt tradunt Butr. Abb. in cap. peruenit 2. de iur. iur. firmat Natta, cons. 54. egregius, num. 1. & 4. addentes ad Matesil. singul. 54.* Nota, quod iuramenta, nec qui promisit sol-
4 uere † potest excipere de compensatione, licèt illa sit solutio, vel saltē solutioni equiparetur, *vt dixi supra c. 13. n. 2.*

Pro-

Propterea cum qui promisit cum
5 † iuramento, nihil præterea cogitare debeat, quam de adimplendis promissis, hinc communis est opinio, vt iurata remissio paratam habeat executionem, *Glos. in l. 2. verb. Ius iurandum, ff. de iur. iur. Tiraquel. in l. si vmquam, §. Donatione largitur, C. de reuoc. donat. cum alijs cumulatis à Serafin. de iuram. & ab addentibus ad eumdem priuileg. 77 num. 2. & ibid num. 3.* declarat, quid
6 † significent ista verba. Paratam habet executionem, & ratio sit, quia
7 † iuramentum habet vim iudicij in eū, qui iurauit, *l. sed & si constituatur, §. 1. ff de indic. l. qui iurasse, §. fin. ff. de iur. iur. Iasin l. fin. ff. eod. num. 2.* periurium
8 que committatur, † non solùm quando realiter, & re ipsa quis contrauenit iuramento promissis, *l. fin. ff. qui satisdat. rogant, l. quoties, C. de dignit. lib. 11. cap. tua, de iur. iur. Afflict. decis. 30. nu. 5. & 6.* sed etiam si tentauit contrauenire, de veniendo ad actum proximum contrauentioni, *Seraphin. de iurament. priuileg. 174. num. 2.* vbi ex isto assumpto ad plura infert, & præcipuè ad casum, qui superioribus mensibus accidit Mediolani, vbi mater fuit priuata tutella filiorum, & successione eorum, non solùm quia non petitis tutoribus, suis filijs, ad secundas transiuerat nuptias, sed etiam de eisdem nuptijs contractis tractauerat, negari non potest, quia qui cum iuramento promisit nō petere, fiat periurus, si petat, sicuti & in eamdem foueam cadit non præstādo intra conuentam dilationem, quæ cum iuramento præstase promisit.

9 Siue vellimus rigorem † eiusdem Cameralis obligationis fundari in iudiciali obligatione, quam facit, qui se obligat cum ea formula, vt latè disputat *Galles. de obligat. Cameral. quæst. 4. numer. 12. vers. His sic expositis*, & cum in confessum nullæ sint partes Iudicis, quam confessum condemnare, *l. 1. ff. de confes. l. 1. C. eod. cap. quoniam per cōfessionem ext. eod. Marsil. sing. 201. in confessum.*

10 Siue vellimus rigorem † eiusdem obligationis fundari in ijs, in quibus contrahentes conuenerunt, *vt aduertit Zachias ad Galles. de obligat. Camer. quæst. 2. Quæ fuerit causa, num. 15. & seq.* ideò in praxi videmus, si producatur coram A. C. instrumentum rogatum à Notario, qui non sit ex decem sui Tribunalis, non citatur reus ad videndum extendi formam Cameram contentam in instrumento producto, si in illo legatur Clausula Consentiens in mandatum executiuum, vnica citatione præcedente; nisi tamen quis vellit vlterius progredi ad censuras, nā nam tunc citatur reus ad videndum extendi formam Cameram, in qua legitur consensus obligati in censuras, &
11 ita obseruari mihi affirmauit † Antonius de Felicibus de Cararia Substitutus domini Dominici Fontiæ Notarij A.C. amici mei.

12 Si periurium sit liquidum, † & agatur ex eodem contractu, cuius causa dicitur quis peierasse, retardatur executio mandati relaxati in vim obligationis Cameralis, *Marescot. Var. Resolut. lib. 2. resolut. 121. regulariter, n. 83. referens Rotam, num. 88. ita censuisse*, qui licet id firmet, si agatur de obligatione Camerali, idem est dicendum de executione mandati vigore eiusdē obligationis, tamquam quid ex illa consequens, quod necessariò sequitur naturam sui principalis, & ab illo regulatur, *Bal. in l. in bona fidei, C. de pact. Soc. cons. 76. lib. 1. num. 8. circa med.*

Notandum quod licèt à quibuscum-
13 que † iuramentis, quorum obseruantia est læsiua, vel iniqua, concedatur absolutio, quia deficit vnum ex tribus requisitis, vt iuramentum sit obligatorium, *cap. animaduertendum 22. q. 2. cap. & si Christus, de iur. iur.* iustitia
14 † enim basis, & fundamentum est iuramenti, quod si præstetur pro re, seu contractu iniquo, temerarium, & impium est, nec iurantem obligat, *cap. Quanto de iur. iur.* Ideò S. Hieron. *super Hieremiam, lib. 1. cap. 4.* inquit,
16 Ius iurandum debet † habere tres comites, scilicet veritatem, iustitiam & iudicium, si ista defuerint, nequaquam est iuramentum, sed periurium, *Glos.*

cap. & si Christus, verb. iustitia, de iur. iur. D. Thom. 2. 2. quaest. 89. artic. 3. & 7. cap. sicut nostris 27. de iur. iur Aragon. de iust. & iur. De iuramento, quaest. 89. artic. 3. col. 3. vers. Iustitia, Sotus de iust. & iur. lib. 8 quaest 1. artic. 3. Mancin. tamen de iurament. par. 6. quaest 15.
26 concludit non † concedi absolutionẽ in Tribunali A. C. qui si contra laesum ex iurata obligatione relaxet mandatum, habito recursu ad signaturam iustitiae, medetur huic incommodo; & ita fiunt de lite lites; quae impinguãt bursas Procuratorum & Notariorum, *Vasquius tamen Controuers. Illustr: lib. 1. cap. 2. numer.* 17. disputat an
17 † enormissimè laesus sit obligatus seruare contractum iuratum.

---

§. II.

SVMMARIVM.

Absolutio quid sit 1.

Absolutio ad cautellam quibus casibus conceditur 2.

Periurium graue crimen est apud Deum, & homines, & grauibus poenis plectitur 3. *illius absolutio non retardat executionẽ sententiae, si fuit commissum ante captã litem* 4. *Ampl.* 5. 6. *Ampl.* 12. 13 15. 16. 17. 18. 19. *Lim.* 20. 21. 23 25. 27. 29. 30. 31. *Sublim.* 22. 32.

Episcopus, quando possit disponere circa iuramenta 10. 11.

Absolutio à iuramento post incursum periurium à solo Papa conceditur, si subsit causa 33. *Limit.* 34.

Iudex Ecclesiasticus, qui absoluit à iuramento, an remaneat Index causae principalis 35.

Fieri prohibita, si fiant, & nihil expiatur sunt valida 24.

Iuramentum quando possit, & non, remitti à parte, cui est iuratum 8. 14.

Absolutio à iuramento est petenda ante diẽ qua quis iurauit soluere 7.

Promissio iurata, quando dicatur à iurante impugnata 13.

VErbum absoluere, à quo est na-
1 tum nomen Absolutio † est Forense, seu frequens est in foro, & si significat, liberare aliquem iudiciali molestia, propterea licet absolutus à iuramento in quauis parte iudicij, videatur, non posse impediri, quo minus petat executionem sententiae ad illius fauorem prolatae, alias non diceretur solutus molestijs iudicialibus, praesertim si fuerit simpliciter quis absolutus, non
2 autem ad cautellam, † quae frequens apud Canonistas, *Host. in Sum. de sent. excommun. Fel. in cap. veniens 38. de test. b. num. 22.* vbi refert casus in quibus concedatur.

3 Attamen, quia periurium † graue crimen est apud Deum, & homines, *cap fin. num. 22. quaest. 2.* & grauibus, & etiam grauissimis penis mulctatur, habita ratione rei de qua est peieratum, vel considerata persona, quae periuriũ commisit, vel cui non fuit obseruatum iuramentum, vt referunt relati à *Farinac. tract. de falsit. §. poena, quaest. 160. num. 32. Cassan. de Consuet. Bituricens. §. 12 Rub. 10 vers. in par num. 21. & seq. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 13.* & ideò in illius absolutione facienda sit spetialis, & indiuidua nota, de illo, non re-
5 tardatur † sententiae executio latae in eum, qui periurium commissit ante litem motam, quia ea absolutio nihil illi proficit, & idem est, ac si non fuisset obtenta, *Fed de Senis, cons. 300. factum tale in fin.* concludens absolutionem
5 † à iuramento obtentam, postquam aduenerat dies solutionis, nam suffragari, & non facta mentione Federici, idem firmauit *Ancaran. cons. 198. praedictis, circa fin vers item aduertendum, Federic. & Ancar. sequitur Alex. consil. 222. Visa facti, num. 9. lib. 2. & cons. 83. interrogatus, lib 5. num. 7. Brun. cons. 46 ad allegata, num. 3.* addendo absolutio-
6 nem † obtentam postquam aduenerat dies promissionis iuratae, non suffragari absoluto, *Rol. à Val. cons. 34. Redem-*
7 *ptoris lib. 1. num. 2.* concludens † absolutionem petendam antequam cedat dies adimplendi iuratam promissionẽ,

sub-

*subdens num.*3. quod is cui fuit præsti-
8 tum iuramentum, † non possit isto ca-
su, illud remittere, secus vt ego addo,
remitttere cōmodum, quod ex iurata
promissione percipere poterat, nam
9 remissio iuramenti † est concessa soli
Papæ, & concurrente rationabili cau-
sa. *cap. si vero, cap. quemadmodum, cap.*
*quanto, de iur. iur. Brun. cons.*46 *ad al-*
*legata. num.*7. *subdens num.* 8. casus in
10 quibus Episcopus † possit dispensare
circa iuramentum, *Natta cons.* 233.
*Baptista, num.*3. concludens non posse
11 isto casu † absolui à iuramento, *Rom.*
*singul.*437. *Tu scis, num.* 1. vbi adden-
tes plures cumulant.

12 Ampl. multò magis † si is, qui iura-
uit, cæpit agere, impugnando iuratã
promissionem, *Gozadin. cons.*69. *Vide-*
*tur prima, num.*21 *Menoc. cons.*24. *Iam*
*me, num.*17. *Natta cons.*233. *Baptista,*
*numer.*3. *&* 4. *Brun. cons.* 46. *ad allega-*
*ta, num.*4. concludens dici impugna-
13 tam iuratam † promissionem, si peta-
tur dilatio, postquam aduenit dies so-
lutionis promissionis iuratæ, secus si
ante diei cessionem fuit petita, & ob-
tenta dilatio.

14 Ampl. vt isto casu † iuramentum
non possit à parte remitti, *Fel. in cap.* 1.
de iur. iur. num 2. *vers. procedit ergo*, vbi
latè agit, quando possit, & non possit
remitti iuramentum à parte, cui est
iuratum, *Menoc. cons.*24. *iam me, n.* 24.
*& seq. Mancin. de iuram. par.*6. *quæst.*6
num. 4. *& seq. vbi refert dissentientes*
Carroc. & de iuram. litis decis. quæst. 1.
*nona quæst. princip. num.*21. *vers. Am-*
plia secundo.

15 Ampl. vt absolutio concessa † cum
clausula *Dummodo* absolutus non in-
cidisset in periurium, non prosit, si fuit
obtenta post litem motam, seu incur-
sum periurium, *Surd. cons.*327. *Rota,*
*num.*19. *circa fin.* addendo procedere
etiam in fideiussore, qui principali-
ter, & insolidum se obligauit, nec ex-
cusari ex dilatione soluendi concessa
principali debitori, quia & ipse ex di-
cta obligatione erat pariter reus de-
bendi.

16 Ampl. etiam in minore, qui vult in-
fringere contractum iuratũ à suo cu-
ratore, *Guttierz. de iuram. par.*1. *cap.* 40
*num.*26.

Ampl. vt post incursum periurium,
17 † periurus non sit à periurio absoluē-
dus, *Alex. testans de magis communi,*
*cons.*17. *ponderatis, lib.*3. *num.*4. *circa*
fin. vbi Roucfeal. præceptor meus refert
idem sæpius dixisse, & cons. 83. *interro-*
*gatus, lib.*5. *num.*7. addendo quod sit
indignus absolutione, *Purpur. cons.*529
solutio, numer. 28. *vers. & ideò, Brun.*
*cons.*46. *num.*3 *in fin. Gozadin. cons.*69.
*Videtur, num.*21. *Neuizan. cons.*23. *il-*
*luminans, num.*8. *Rota in Melisen. re-*
uisionis computorum, 30. *Octobris* 1595.
coram Ieronymo Pamphilio Patruo, In-
nocentij X. Sum. Pont. quem Deus ob
sanam in omnes mentem, diu incolu-
men seruet, *Muscatel. in prax. par.*4. *§.*
*periurij, num.*10. *& addentes ibid. vers.*
Accumulatiuum, ampl. præsertim in
executiuis, & rationem refert *Natta*
cons. 10. *super, numer.* 5. *& cons.* 145.
*Vertente, num.*25. *relati à Mancin. de*
*iurament. par.*6. *quæst.*6. *Occurrit, n.* 2.
& 9. *Anton. Corn. de absolut. Forens. iur.*
*par.*3. *quæst.* 4. *num.* 1. *& seq.* vbi exami-
nat, *Afflict. decis.* 220. *in causa, nu.* 17.
Grauet. cons. 6. *num.* 93.

18 Ampl. etiam, si iuramentum † esset
illicitum, *Rom. sing.*479. *Tu scis, num.* 1.
limitando, num. 2. si periculum sit in
mora, *Marsil. sing.*421. *Quando.*

19 Ampl. vt absolutio † isto casu sit in-
iusta, & non concedenda, nec conce-
di possit, *Natta cons.*145. *Vertente, n.* 2.
Idem repetit Menoc. *cons.*24. *Iam me,*
*num.*17. *Surd. cons.* 327. *Rota, n.* 19.

20 Limit. vbi iuramentum † fuit dolo
excipientis extortum, *Corn. cons.* 161.
*Visis, lib.*3. *num.* 11. *vers. Dato, & vers.*
quæ vera, eam afferẽs rationem, quia
agendo ad contractum iuratũ dolo ad-
uersarij, non dicitur contrauenire iu-
ramento, idem repetens, *cons.*139. *vi-*
*so testamento, lib.*4. *num.*7. & ratio est,
21 quia † iuramentum constito de dolo
non obligat iurantẽ, *Afflict. decis.*220.
In causa, num. 7. *Menoc. cons.* 24. *Iam*
*num.*10.

21 Limit. vbi de periurio † excipitur

aduersus enormiter læsum; quamuis
non sit à iuramento absolutus, *Corn.*
cons.161. Visis, lib.3. numer.12. vers. quia
verba, *idem repetens*, *cons.* 139. *Viso*
testamento, lib.4. num.7. Neuiz. cons.21.
scripsit, *num.5. & seq.* addit præsertim
si enormissima sit læsio, & plures con-
sentientes refert, & ampliat etiam in
maiore, *Menoc. cons.24. Iam me, nu.5.*
22 Intellige, si probata † sit læsio ante-
quam sit exceptum de periurio, *Bal.*
cons.155. col. fin. lib.3. cum alijs cumula-
tis à Gabriel. cons.9. Quamuis, lib.2. n.1.
& 2. Ludouis. decis.64. num 9. addit si
læsio sit euidens, & notoria per senten-
tiam, *Menoc. cons.24. num.24.* declarat
petita absolutione à iuramento.
23 Limit. vbi iuramentum † fuit præ-
stitum ab eo, cui imminebat periculũ
vitæ, *Ias. in l. si duo patroni, § si quis iu-*
rauerit, ff. de iureiur. num.4. eam affe-
rens rationem, quia non est periurus,
qui necessitate cogente, & vt euitetur
periculum vitæ, iurat.
24 Lim. vbi in processu causæ, † seu li-
tis non fuit exceptũ de periurio, *Alex.*
in l. nemo potest, ff. de legat.1. num.17.
& in lege Seius & Augerius, ff. ad le-
gem falcid. num.13. circa fin. Ias. in l.
patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel
alien. iur. num.17. constituens pro regu-
25 la, quod quæ fieri † prohibentur, si
fiant, & nihil excipiatur esse valida, la-
tius tamen dixi supra in regula consti-
tuta hoc Cap. *num.22. & seq. Deciani*
tract. Crimin. tom.2. cap.10. ac in fa[illegible]
num.22. lib.6. Muscatel. in prax. par.4.
§. periurij, num.18. distinguit.
26 Limit. vbi is, qui asseritur periurus,
incidit in assertum periurium facto Iu-
dicis, veluti si Iudicis præcepto quis
fuit impeditus conuenta die soluere,
Pascal. de Patria potestat. par.1. cap.7.
periurus, num.13. ampl. etiam si tale
præceptum esset factum sine causa, nõ
citato creditore, nec debitorem de-
buisse appellare, quia sua non interfit,
27 cui soluat ex præcepto Iudicis, † qui
an soluendo consequetur plenam libe-
rationem, videndi sunt, *Afflict. decis.*
150. *Rex*, *num.18. & seq. Menoc. de*
arbitr. Iud. cas.137. Dum nostri, num.1.
& seq. Thesaur. quæst.54. lib.1. Fontà-
nel. de pact. dotal. Clausul.3. glos.2. n.42.
& seq.
28 Limit. vbi iuramentum † fuit metu
in iurantem illato, extortum, & de
metu patet euidenter, seu vbi apparet
obseruantiam iuramenti, sine dubio
vergere in dispendium salutis æternæ,
nam cum iuramentum fuerit nullum,
potest illud sperni propria auctoritate,
nec opus est absolutione, *Ancar. cons.*
382. *Retento, num.1. & 2.* addendo re-
29 gulariter gesta † per metum esse vali-
da, sed Iudicis sententia rescindi, etiam
in casibus, in quibus illa sunt ipso iure
nulla, & quando possit absque absolu-
tione agere, *Muscatel. in prax. par.4.*
§. periurij, num.15.
30 Limit. in iuramento † assertorio, seu
vbi excipitur de periurio aduersus eũ,
qui aliquid asseruit cum iuramento, nã
non est opus, vt antequã incipiat age-
re, vt absoluatur à iuramento, *Gabriel.*
cons.9. Quamuis, num.10.
31 Limit. vbi iuramentum † fuit erro-
re præstitum, nam non obligat, nec
opus est absolutione mala congesta à
Menoc. cons.24. Iam me, num.7.
32 Limit. vbi iuramentum † est præsti-
tum super actu illicito faciendo, nam
non est opus absolutione, quæ præsup-
ponit adesse vinculum, quod isto casu
non adest, *Anton. à Cora. Tract. de ab-*
sol. Forens. fur. par.2. quæst.2. Sed ve,
num.13. & seq.
33 Intellige antecedentes † extensio-
nes, si absolutio petatur ab Episcopo,
& alio habente facultatem absoluendi
à iuramento, *Crauet. cons.6. plura n.9.*
in fin. addendo idem, si dubitetur, an
absolutio sit concedenda, *Surd. cons.*
327. *Rota, num.19. Gorno. de iuram.*
fictis decis. Secus si à Papa, narrato ei-
dem tota facti serie, vt testatur, obti-
nuisse à Clemente VIII. etiam parte
non citata, *Mantin. de iuram. par.6.*
quæst.6. num.4. & seq. vt puta, aduc-
nisse die iuratæ promissionis nolle pe-
tere absolutionem à iuramento, & pe-
tita, vel obtenta illa, non vti, *Muscä-*
tel. tamen in prax par.4. glos. §. periurij,
postquam retulit veriorem, & com-

muniorem-

muniorem esse opinionem, quod periuro negetur absolutio, *subdit num. 7. vers. & aduerte, & num.* 11. illam concedi facta expressione, qualiter sit periurus, non referendo, an à Papa, vel Episcopo, *& num.* 3. dixi de facili concedendam, ad effectum agendi, *& n.* 9. addit concedi parte non citata, non tamen in executiuis, in quibus firmat negari absolutionem.

34 Notandum tamen, † quod licet in præcedentibus casibus solus Papa possit absoluere à iuramento, id tamen intelligendum est, si subsit iusta causa, vt puta læsio, vel alia quam refert, *Cravet. consil. 7. Eymimondus, num.* 1. *& seq.*

35 *addendo, num.* 8. *& seq.* Papam † non posse absoluere prgertim sibi non subditum in temporalibus à iuramento, etiam de plenitudine potestatis, in præiuditium iuris quæsiti, tertio, etiã per actum iuris ciuilis, vt puta rei iudicatæ, vel aditionis hæreditatis, quia dominium acquisitum de iure gentiũ ex contractu nõ potest Princeps illud tollere, etiam suo subdito. In ista tamẽ Papali absolutione aduertendum erit à Iudice, qua formula verborum sit facta, videlicet an sub conditione aliqua, vt puta refectis expensis, nã ante adimpletam conditionem, debet se abstinere ab vlteriori processu, cum per eam clausulam sit suspensa illius iurisdictio, *Mantic. decis.* 245. *num.* 9. concludens Conditione non adimpleta actum esse nullum, & haberi pro non facto, vel esse in rerum natura, *Rota decis.* 19. *de dolo, & contum. in nou. nu.* 3. *in fin. Surd. consil.* 437. *Illustris, lib.* 3. *num.* 27. firmante vbi quid sub conditione requiritur, de eo prius constare debet, antequam ad alia procedatur, & in terminis vbi iurisdictio sub conditione conceditur, *Put. dec.* 99. *lib.* 1. *& decis.* 275. *lib.* 2. *Bal. l. non dubium* 1. *de legib. num.* 13. *in fin.*

36 Contrarium † firmat *Fel. in cap. præterea, de sponsal. num.* 17. *in princ. vers. ad primum*, si absolutio fiat per viam commutationis, vel dispensationis, vel totalis relaxationis iuramenti liciti, etiam si quis iurasset non petere absolutionem, si subsit rationabilis causa actus iuratus sit resolubilis, & in absolutione fiat mentio iuramenti.

37 Episcopus, quando † possit absoluere à iuramento, *Fel. d. cap. præterea, num.* 21. *& seq.*

38 Iudex secularis, † an possit relaxare iuramentum, *Fel. d. cap. præterea, n.* 28. *& seq.*

39 An is, † cui quid est promissum cum iuramento possit illud relaxare, *Fel. d. cap. præterea, num.* 33. *& seq.*

40 An quis possit † iuramento suo contrauenire tacitè se ipsum absoluendo, *Fel. d. cap. præterea num.* 35.

41 An Iudex Ecclesiasticus, † qui absoluit à iuramento, remaneat Iudex causæ, de qua fuit iuratum, *Mancin. de Iuram. par.* 4. *Effect.* 64. relatis, qui tenent affirmatiuam, testatur in praxi contrarium, seu negatiuam obseruari.

42 An Iudex laycus † possit cogere partem ad relaxandum iuramentum, & punire periurum, *Muscatel. in prax. par.* 4. *§. periurij, num.* 12.

43 An quis possit absoluere, † se ipsum à iuramento, *Fel. in c. præterea, de sponsal. num.* 20.

44 An detur appellatio à relaxatione iuramenti, *Marches. de commis. relaxat. Iuram. §.* 4. *num.* 45 *fol.* 254 *par.* 3.

§. III.

SVMMARIVM.

à Iuramento absoluere, vel dispensare non possunt Principes seculares. Et quare 1.

solus Papa id facere potest 2. *si iusta subsit causa alias non potest* 2. 3.

Papa solus potest dispensare, vel absoluere à iuramento, si iusta subsit causa 2. *Ampl.* 3. 4.

Lex Principis secularis habet vim Apostolicam in remissione iuramenti 5.

Princeps seculares, an sua constitutione possint infringere contractum iuratum, vel contra illam aliquid statuere 6. 7. *distingue* 14.

Azo

QVia frequens est in palatijs materia absolutionis à iuramento singularia aliqua in examine huius §. notabo &

1 Primo notandum, quod † Principes layci non possunt absoluere, vel dispensare quemquam à iuramẽto, quia non possunt illud tollere, cum illius absolutio sit fori Ecclesiastici, *cap. 3. §. fin. de iudic. Cuccus tract. de morator. præscript. num. 62. Brun. cons. 46. ad allegata, nu. 6. & seq.* concludens Papam
2 †tantùm posse remittere iuramẽtum, si iusta subsit causa, addeado *num. 9.* quod quotiescumque iuramentum est ex omni parte licitum, tàm ex parte iurantis, quàm ex parte eius, cui iuratur, & rei quæ iuratur, compellendũ esse iurantem ad obseruantiam contra-
3 ctus iurati, & nulla † causa intrinseca apparente, non posse Papam absoluere iurantem, facta illatione, quod tali casu, neque possit inducias concedere, & concessas non suffragari debitori, quæ dixi de iusta causa dispensandi in
4 iuramento † ampliantur, vt alias non sit valida dispensatio, *Aragon. de Iust. & iur. quæst. 89. de iurament. art. 9. col. 5 vers. Sed quoniam.*
5 Non obstat Glos. fin. † quæ est Azonis, *in l. adigere, de iur. patronat.* dum voluit, quod lex Principis sæcularis vim Apostolicam habeat, in remissione iurameti, ideò in pluribus legibus Digestorum, & Codicis legimus remitti iuramentum, vel non obligare iurantem, *l. fin. ff ad manicipal. l. non dubium, C. de legib.* & nata quæstio, an Statuta
6 † laycorum, vel constitutiones Principum secularium possint infringere cõtractum iuratum, illud faciendo irritum, vel aduersus illud dispensare, vt latè examinant *Vital. Camban. de Clausul. §. sed nunc restat, num. 7. in fin. Couar. in cap. Quamuis, de pactis, par. 3. num. 5. Ierem. Sester. tract. de iurament. lib. 1. cap. 24. sanctissima, cum alijs cumulatis in meis Collectaneis ad l. non dubium, vers. Nec Sacramentum. C. de legib.*

7 *legib.* & retuli, qui hanc † controuer-
siam concordent, inter quos est, *Hon-
ded. conf. 45. magnifica, num. 36. & seq.
lib. 1. Mencaca de succes. creat. §. 10. nu.
648. in princ. ver. Qua ratione, Mo-
lin. de iust. & iur. disput. 149. Diximus,
col. 4. vers. aliud, Morotius conf. 53. Sta-
8 tuto, num. 21.* Azonis autem † assertio,
qui fuit fons legum, & tuba veritatis,
vt dicunt *Corn. conf. 71. lib. 4. nu. 6. Bal.
l. eam quam, C. de fideicom. num. 21. Si-
card. l. fin. C. vbi in rem act. num. 3. in
9 princ.* intelligi † debet in ijs, quæ ad
Principem spectant, vt ego addo pri-
uatiuè, vel cumulatiuè, non autem in
ijs, quæ non cadunt sub sua potestate,
quale est vinculum iuramenti, quod
est fori ecclesiastici, vt dicebam supra,
ideò statuta laycorum nõ sunt valida,
10 † si minuant, vel extinguant vim iura-
menti, quale est Statutum Papiæ *in ci-
uilib. Rubric. 24.* vt fatetur Flauius To-
11 stus † l. C. Papiens. ad idem statutum,
*num. 2 licet deinde, num. 44 subdat va-
lere relato Carpan. ad Statut. Mediol.
cap. 453. qui, nu. 97. & seq.* refert con-
trouerti, an tale Statutum sit validum,
propterea ad tollendam omnem diffi-
cultatem moderni Statutorum condi-
12 tores, † adinuenerunt cautellam, per
indirectum tollentes vim iuramenti,
addẽtes iuramentum cõtractui apposi-
tum, censeri dolo, vel metu extortũ;
13 vt legitur in nouis Statutis † Vrbis, *lib.
1. cap. 149. cum duobus sequentib.* Sed
quia dolus, fraus, & metus sunt quid
facti, & facta non præsumuntur, censeo
Statutum prædictum valere, quia con-
ditum auctoritate Papæ.

Stante itaque impotentia Principũ
secularium dispensandi iurãtes aduer-
sus iuramentum, vel faciendi illud ir-
ritum, & inane, seu absoluere ab illius
14 vinculo, † iuxta distinctionem quam
post hæc scripta legi apud *Cardin. de
Lugo, de iust. & iur. tom. 2. disput. 22. art.
8. num. 246. & seq. plurib.* Hinc in Vrbe
videmus, vbi sunt plura Tribunalia,
& multi Iudices, qui ius dicentes in
15 faciem Papæ † omnes dicuntur dele-
16 gati à Papa, solus Papę Vicarius † cum
suo Locumtenente in ciuilibus, & Vi-
cegerente, præsente Notario, qui roge-
tur de absolutione, asserentem flexis
genibus, coram testibus, fuisse contra-
ctu iurato læsum, absoluit ad effectum
17 agendi, qui alias obstante † iuramen-
to minime poterat agere, *cap. paruuli
22. q. 5. vbi Glos. fin.* subdit ad effectum
excipiendi minimè egebat absolutio-
18 ne, quia illa est defensionis † species,
quæ nulla cautella tolli potest, *Alex.
l. libertus 14. ff. de in ius vocand. num. 1.
Crauet. conf. 241. col. 15. vers. præterea.*

Ideò tamquam agatur de actu præ-
iudiciali ei, cui fuit iuratum, volunt
plures in petenda, & obtinenda abso-
19 lutione à iuramento † citandum esse
eum, cui fuit iuratum, vt latè ratioci-
nantur *Alex. conf. 222. Visa facti, lib. 2.
num. 8. Vrsil. ad Afflict. decis. 220. nu. 11.*
qui loquitur, si petatur ad effectum
agendi, *Menoc. conf. 24. Iam me, nu. 11.
& seq. & Gail. obseruat. 22. notum, n. 3.
& seq.* qui præterea refert praxim Ger-
maniæ in decernenda tali citatione,
*Paset. conf. 194. in causa, num. 30. & seq.
Fel. in cap. 1. de iur. iur. nu. 23.* vbi dum
plura retulisset pro affirmatiua, subdit
quatuor limitationes, & nouissimè, ac
latissimè examinat *Ant. Corne. tract. de
absol. Forens. par. 3. quæst. 16.* sed vt dixi
20 † praxis est in contrarium, cum suffi-
ciat sola assertio legitimæ causæ, ad ob-
tinendam absolutionem ad effectum
agendi. Si tamen Episcopus, & in
Vrbe relati apost. officiales dubitarent
21 † probabiliter, an esset concedenda
petita absolutio à iuramento, abstine-
re debent, se ab absolutione, & remit-
tent petentem ad Papam, qui illam
concedat, vel neget, *Alex. conf. 222.
Visa facti, lib. 2. nu. 10. Natta tamen ad
Alex. conf. 83. Interrogatus, lib. 5. nu. 7.*
dicit hoc non curari in praxi, fortè vt
ego puto, quia nemo auctoritatem
suam amputare vult.

An autem absoluto iurante, contra-
22 ctus, † qui solo iuramento firmabatur
sit rescissus viden. *Fel. in cap. 1. de iur. iur.
num. 26. Bal. cap. 1. de iur. iur. nu. 5. vers.
opp. si Iudex.*

Secundo notandum, quod ad effe-
ctum, vt absolutio obtenta à quouis
ecclе-

ecclesiastico Iudice habente facultatē
23 illam concedendi,prosit,non † sufficere eidem exprimere,quod petatur absolui à contractu inito cum Titio,quia ex illo sit læsus, vel metu, vel dolo,vel alia legitima causa expressa, sed etiam narrandum, si super eodem contractu sit aliud præstitum iuramentum, & si petatur postquam aduenit dies, eundem contractum adimplendi, id etiā exprimendum,quia quot sunt iuramēta, tot requiruntur absolutiones, *Rol. à Val.cons.34.num.8.& 9. lib.1. addentes ad Afflict.decis.30.num.6. cum alijs congestis à Franc.Nigro.ad Martam de Clausulis, §.absolutionem à iuramento, & ab Anton.Corn.tract.de absol.Forens. par.3.quæst.6. Quæro sexto, num.3. & seq.* addendo non facta tali expressione, absolutionem esse subreptitiam, & qui illa vtitur peierare, idem repetens *eod tract.par.4. Casu Secundo, num. 8. & seq.* addendo aduersus *Bal.* qui voluit, de singulis iuramentis faciendam diuisim mentionem, & concedendam absolutionem separatim, sufficere, si omnia iuramenta successiuè narrētur, & vnica absolutione absoluatur, qui absolutionem petit, *Natta cons. 144. in causa, num.6. Afflict. decis. 220. in causa, num. 11.in fin. & numer.12. & 17.*

Tertio notandum, quod si coram layco Iudice excipiatur de nullitate
24 absolutionis à periurio † cum iuramēti quæstio sit mixti fori, *Bald.in l. librti, C.de operibus libert. num.45. Natta cons.145.num.27. Bellag.in Specul.princip.de iurament.Rub.12. §. Quadam,*
25 *num.1.* etiam † si agatur de illius obseruantia, *Alex.cons.151.lib.7. num.8.& seq. Aret. in cap.cum sit generale, de foro compet.nu.17.& seq. & Bucr n.15. Afflict.decis.220.num.9. & seq. Anton. Faber.in suo Codic.de Episcop.& Cleric. definit.55.num.19. Fel. in cap.præterea, de sponsal.num.28.Neniz.cons.66.n.37. Surd.cons.25.num.30.& seq Bellug.d.§. Quadam, num. 1. & seq.* concludens,
26 Iudicem laycum † seruando regulas iuris Canonici posse iudicare, an iuramentum sit seruandum, an iuramentum sit seruandum in foro fori, secus in foro poli, quia tunc solus ecclesiasticus iudicat, ex potestate clauium, quam nō habet laycus, *Vesil.ad Afflict. decis.220.num.9.* plures refert, & addit
27 laycum Iudicem † non obligari parere sententiæ ecclesiastici super absolutione iuramenti subreptitia ecclesiastici Iudicis, *Crauet.cons.7. num.11. in fin.*

Quamuis *Alex.in l.Titia diuortium, ff sol.mat.num.16.* excitata difficultate,
28 an † quæstio iuramenti, vel periurij sit spiritualis, & consequenter an possit, laycus Iudex de illa cognoscere, & remittat se *ad Bart. Io. And. & alios*, qui nihil de ea difficultate dicunt, & nihil concludat. Attamen *Ancar.cons.382. Retento, num.8. in fin. vers. ad proposi-*
29 *tum*, tenet, † & probat affirmatiuam, præsertim si nullitas sit euidens ex inspectione actorum, & eius responsum fuit editum,in casu quo absolutus quis fuerat, parte non citata, à transactione iuramento firmata, subdendo *n 9.* numquam sententiam ecclesiastici Iudicis exequendam à layco Iudice, † si illa fuerit nulla, vel iniusta euidenter, Ancaran. alijs additis sequuntur, *Rol. à Val cons 34. Redempturis, lib.1.nu.10. & seq.* asserens ita iudicatum fuisse, *Surd.alios cumulans,cons.327. Rota Lucensis, num 19.circa med.*

31 Quarto si dubitetur, an sit † citandus in obtinenda absolutione à iuramento, ille contra quem petitur sententiæ executio, *Ancar.cons.382. Retēto, numer. 3.* distinguit, an iuramentum obliget solum personam iurantis, veluti non petere. Vel confirmet contractum, alias non validum, concludens, quia in primo capite iuramentū est modici præiudicij, non opus esse citatione, secundo autem casu secus, quia inde sequuntur lites, & litium dispendia. Sed quia difficultatem istam
32 latè examinat *Anton.† Corn.in suo tract. de absolut. Forens par.3. quæst.16.* & nihil illius dictis addi possit ad eum me remitto, & subscribo illius dicta, sicuti dum prius Quæst. secunda, & tertia examinauit, an in concedenda,

requi-

requiratur causa, & cum illius examine, *& dixi supra, vers. ideo tanquam, Alciat tamen in cap. cum contingat, de iur. iur. num* 130. dubitat, an sit opus absolutione, vbi contractus firmatur iuramento.

33 Quinto aduertendum † vt si quis in eodem actu, plura præstitit iuramenta, tot requiruntur absolutiones, cum expressione actuum quarum obseruantiã quis iurauit, exemplum erit, si quis iuret fructus non percipere, nec in absentia petere, *Mantic. decis.* 268. conclusum. exemplum etiam frequens est, si quis iurauit obseruare contractum, absolutionem a iuramento non petere, & petita, & obtenta illa non vti, *Rol. a Val. cons.* 34. *num.* 8. *& 9. lib.* 1. *Serafin. de iurant. priuileg. num.* 46. cum alijs cumulatis a modernis, *de Nigris ad Martam de Clausul. clausula quarta, absolutionem a iuramento: Menoc. cons.* 24. *num.* 15. *Sotus tamen de iust. & iur. lib.* 8. *quæst.* 1. *artic.* 9. *col. penult. vers. quo-*

34 *circa*, asserit iuramentum † de non petenda, & non vti absolutione esse fatuum, & fictile.

35 Sexto aduertendum vt absolutio † sit valida, quod concurrat iusta causa, quare quis absoluatur, vt puta, quia quis metu compulsus, vel dolo, vel super re illicita iurauerit, *Dec. cons.* 280. *Viso. num.* 3. *vers. præsupposito*, vel quia quis fuerit enormiter læsus, nam cessante iusta causa, iuramentum est obseruandum, *c. cum. contingat, de iur. iur. cap. quamuis, de pact. in sexto, Menoc. cons.* 24. *num.* 13. *Alciat. d. cap. cum. contingat num.* 128. *Mantic. decis.* 267. *con-*

36 *clusum nu.* 9. *& seq.* eam asserens † rationem, quia si sine iusta causa concederetur absolutio a iuramento, fieret illud elusorium, & deficeret, vt ego addo, vnus ex tribus comitibus illius, nempe iustitia, quæ cum veritate, & iudicio debet comitari iurantem, *cap. vnimaduertendum* 22. *quæst.* 2. *cap. & si Christus de iur. iur.* & vno illorum

37 deficiente iurans † nõ obligatur, *Surd. cons.* 25. *conclusionem, num.* 7. sunt tamen plures casus in quibus Papa dispẽsat etiam absque causa, & ad suum libitum, *quos refert Anton. Corn. ... de absolut. Forens. iur. part.* 2. *quæst.* 2. *num.* 39. *& seq.*

38 Quando autem, & quomodo concedatur † absolutio ab obligatione Camerali, *examinat Anton. Corn. de absolut. Forens. part.* 3. *quæst.* 9. ideo ad illum me remitto, lassus, & fatigatus labore scribẽdi sine spe premij annũ agens 79.

39 His præmissis, cum vt prædixi absolutio † a iuramento sit fori ecclesiastici, & solus Papa, cum cœteris vocatis in partem pastoralis solicitudinis, quales sunt Episcopi, Archiepiscopi, & inferiores Prælati, quibus a prima sede est concessa, seu communicata, vel legitima præscriptione acquisita absoluendi facultas, possit remittere vinculum iuramenti, *cap. auditis, cap. cum olim, de præscript. Sotus de iust. & iur.*

40 *lib.* 8. *quæst.* 1. *artic.* 9 si dubitetur † an relata absoluendi facultas cumulatiue sit Papæ, & Episcopis concessa, vel soli Papæ tantum data.

Breuiter agendo constituo sequentes casus, primus est vbi iuramen-

41 tum † fuit in promissione facta Deo, appositum, & tunc si talis promissio sapit votum, in quo solus Papa potest dispensare, absolutio seu relaxatio a vinculo eius iuramenti conceditur a Papa tantum, commutando tale votũ in aliud, quod sit magis Deo acceptũ, exemplum erit si quis iurauit suscipere habitum Hierosolimitanæ Religionis, *Abb. in cap. quanto* 18. *de iur. iurand. num.* 8. *in princ.* declarando tamen modo adsit causa cocedendi talem dispensationem, quæ præsumitur adfuisse vbi Papa dispensat, & sine causa non posse, referens ita sentire *Glos. Innoc. & Ar-*

42 *chid.* † & quæsit iusta causa dispẽsandi, *Anton. Corn. de absolut. Forens. iur. part.* 2. *quæst.* 2 *num.* 44. *alia exempla refert.*

43 Secundus casus est, vbi † per obseruantiam iuramenti restringitur autoritas Papæ, vt puta si capitulum iurauit non recipere aliquem vltra numerum ab illo constitutum, vel qui non sit nobilis, & tunc solus Papa, etiam sine causa potest absoluere Capitulum a iuramento præstito, quia in tali iuramento

Vuu cen-

censetur excepta auctoritas Papæ, *Abb. in cap. quanto 18. de iur. iur. num. 8. vers. quis autem tunc.*

44. Tertius casus est vbi iuramentum †
est præstitum principaliter ob Dei re-
uerentiam, & honorem, & tunc con-
currente iusta causa, solus Papa absol-
uere, seu dispensare potest, *Abb. cap.*
quanto 18. de iur. iur. nu. 8. vers. aut fuit
præstitum, addendo præsumi causam in
Papa quoties absoluit, si de causa dubi-
tetur in Ecclesia militante.

45 Quartus casus est † vbi quis post in-
cursum periurium petit absolui, nam
solus Papa potest commissum periuriū
remittere, *vt dixi supra, §. 2. ampliat.*
secundo, Ant. Corn. de absol. Forens. iur.
part. 2. quæst. 2. num. 64. Crauet. cons. 6.
num. 92.

46. Quintus casus est † vbi agitur de iu-
ramento temerario, nam solus Papa
in eo dispensat, *cap. venerabilis de elect.*
per quem textum ita firmat Spec. dum
præsumisset distinctionem, an tale iura-
mentum posset seruari absque interitu
salutis æternæ, *vel non in titul. de legat.*
§. Nunc ostendendum, nu. 25. circa med.
& refert etiam disentientes, qui volunt
Episcopum posse dispensare, si in peio-
rem exitū vergat iuramentū. Iuramē-
47 tū quando dicatur † temerarium, *Ant.*
à Corn. de absolut. Forens. iur. part. 2. q. 2.
num. 30. in fin. & num. 31. & part. 4. casu
sexto, num. 1. & seq.

48 Sextus casus est, vbi dubitatur † an
iuramentum præstitum fuerit licitum,
vel seruandum, an verò secus, vel con-
cedenda, vel neganda absolutio, nam
Papa solus potest decernere, seu decla-
rare tale dubium, *cap. ad audientiam, de*
Cleric. non resid. cap. verum, cap. quanto,
cap. intellecto, de iur. iur. per quem ita
firmat, Spec. de legato, §. nunc ostenden-
dum, num. 23. Crauet. consi. 6. plane
num. 91. in fin.

49 Septimus casus est si agatur † de ab-
solutione iuramenti, magnarum per-
sonarum, vel multum dubij, nā recur-
rendum est ad Papam, *Abb. in cap. quan-*
to 18. de iur. iur. num 8. vers. non tamen
erit differentia, Mancin. de iurament.
par. 6. quæst. 8. n. 1. Spec. de legat. §. nunc
ostendendum, num. 27. Ant. Corn. de ab-
solut. Forens. iur. part. 2. quæst. 2. nu. 56.

50 Octaus casus est, si † agatur de abso-
lutione iuramenti præstiti ab Vniuersi-
tate, *Specul. de legat. §. nunc ostendendū,*
num. 26. in fin.

51 Nonus casus est, † si agatur de com-
mutando iuramento manifeste licito,
vtile, & honesto, & adsit causa illud
commutandi in bonum commune
omnibus, *vt ex D. Thom. & Soto con-*
cludit. Anton. Corn. de absolut. Forens.
part. 2. quæst. 2. num. 35.

Decimus casus est, vbi iuramentum
52 † est interpositum super ijs, quæ spe-
ctant ad Papam priuatiuè, vt ego ad-
do, ad alios, nam is solus potest absol-
uere exempla plura, *refert Ant. Corn.*
de absolut. Forens. part. 2. quæst. 2. num. 35.
& seq.

53 Vndecimus casus est † vbi probabi-
liter dubitatur, an absolutio à iuramen-
to sit concedenda, vel non solus Papa
illam concedit, *Crauet. cons. 6. plane*
num. 92. Fel. in cap. 1 prætorea, de sponsal.
num. 24.

Contrariū tenent relati, *ab Ant. Cor.*
de absolut. Forens. part. 2. quæst. 3. nu. 11.
& seq. vbi etiam concordat.

54 Quamuis Papa † gerat vices veri
Dei in terris, *cap. inter corporalia, &*
cap. seq. de translat. Episcop. cap. pro
humani, de homic. in sext. Buer. cons. 20.
num 17. & seq. & ratione plenitudinis
suæ potestatis, *glos. in cap. 3. Verbo Dei*
vicem, de transl. Epis. Castald. tract. de
Imperat. quæst. 110. vers. septima, asse-
55 rens, Papam † tantùm habere integ-
ris plenitudinem potestatis, etiam in
temporalibus, dicendum videatur pos-
56 se † ab omni iuramento absoluere etiā
non sibi subditos, tamē contrarium si
non subsit causa, firmauit, *ex Spec. &*
Archid. Abb. in cap. quanto 18. de iur. iur.
num. 8. circa fin. vers. aut iuramentum,
subdens idem dicendum si iuramentū
57 respiciat † commodum iurantis, &
recipientis iuramentum, secus si tan-
gat commodum iurantis tantùm, cum
alijs cumulatis, *ab Ant. Corn. de absolut.*
Forens.

Forens. iur. part. 2 quaest. 2. nu. 56. & seq. declarando etiam quae sit iusta causa absoluendi a iuramento.

Ampl. vt non possit Papa tollere iu-
58 ramentum † concernens principaliter commodum hominis, sine causa, etiamsi absolueret de plenitudine potestatis, si agatur de praeiudicio tertij non sibi subditi, *vt ex Abb. & alijs concludit. Crauet. cons. 7. Enimundus n. 8. & nu. 9.* & simile est quod dicitur principem
59 † non posse reuocare priuilegium concessum non subdito, *Crauet. cons. 241. Princeps Alex. cons. 101. Visis, lib. 1. nu. 1. circa med. vers. quod priuilegium, cum alijs congestis in meis Collectaneis ad cap. Decet. de reg. iur.*

60 Item Papa non potest absoluere † se ipsum a iuramento praestito. *Restaur. Castald. tract. de Imperator, quaest. 114. num. 12. Anton. Corn. de absolut. Forens. part 2. quaest. 2. numer. 63. vers. & hoc qui tamen eod. tract. & part. quaest. 10.* relatis, qui in antecedentibus concordet, *num. 4. & 6.* firmat contrarium, si subsit causa rationabilis, & posse alteri committere talem absolutionem, qui tamē iure proprio, & non nomine Sum. Pōt.
61 absolueret addendo Episcos, † & alios Praelatos Papae inferiores, non posse se ipsos absoluere, nec absolutionem comittere.

Relatis casibus in quibus Papa possit dispensare, seu absoluere à iuramēto, recensendi sunt casus, in quibus Episcopus, vel is cui concessa sunt Episcopalia iura, vel legitima praescriptione acquisiuit facultatem absoluendi, seu dispensandi à iuramento, possit facultate sua vti, &c.

Primus est vbi promissio iurata
62 † sapit votum, in quo Episcopus potest dispensare, veluti si quis iurauit ire ad S. Iacobum in Compostella, vel decennio peregrinari per Italiam, visitando loca pia insignia, vt puta domum Lauretanam, vel sepulcrum Varalli, nam isto casu Episcopus absoluere, vel commutare potest, *abb. in capit. quanto 18. de iur. iur. nu. 8. vers. quinto etiam Episcopus, & vers. alius autem Praelatus,* in melius tamen si fiat commutatio, *Spec. de legat. §. nunc ostendendum, n. 26. vers. potest etiam.*

63 Secundus casus est † si agatur de absolutione iuramenti, quod fuit extortum metu, qui cadere potest in constantem virum, vel vi, vel dolo fuit praestitum, nam Episcopus absoluere potest à tali iuramento, *cap. ad aures, quod met. caus. cap. 2. de iur. iur.* per quae iura ita firmat, *Spec. de legat. §. nunc*
64 *ostendendum, n. 25.* qui deinde † aliud concludit, & extendit ad legatos Papae, asserendo iuramentum metu extortum, qui cadere potest in constantem virum, non obligare, & idem dici de iuramento coactè praestito in casu illicito.

65 Tertius casus est † vbi adest iusta causa, vt iurans absoluatur, etiamsi iuramentum sit licitum, *cap. nos sanctorum 15. 46. Spec. de legat. §. nunc ostē. dendum, num. 26. Ant. Corn. de absolut. Forens. part. 2. quaest. 2. num. 53. & 54.*
66 addendo procedere etiam nulla facta cōmutatione, quamuis cōcernat principaliter honorem Dei.

Quartus casus est, vbi quis iurauit
67 † non exigere iuramentum ab alio, cui committat curam animarum, vel quando secundum iuramentū est contra primum, & est illicitum, vel contra libertatem Ecclesiae, vel contra honestatem status naturalis, *Spec. de legat. §. nunc ostendendum num. 24. vers. potest etiam dispensare Episcopus,* nam relatis casibus Episcopus absoluit, seu dispensat à iuramento.

§. IV.

SVMMARIVM.

Periurij exceptione repellitur actor à limine iudicij 1.

Periurij exceptione opposita si iudex procedat ad vlteriora censetur exceptionem reiecisse 2. ampliat. 2. contrarium 7. limit. 10.

Periurij exceptio remitti potest ab eo cui est iuratum 64.

Cognitum dicitur, quod fuit parte citata factum 66.

Corneus sibi contrarius concordatur 67.

QVamuis priuilegio religionis iu-
1 ramenti, periurium † repellat agentem à limine Iudicij, *Rol. à Val. cons. 26. quoniam, lib. 2. num. 28. Osusc. decis. 142. num. 13. Ancar. cons. 382. n. 10. & examinat Farinac. de falsit. & simulat. quaest. 160. Repellit*, id tamen non est perpetuum, quia si opposita periurij exceptione, Iudex absque alia interlo-
2 cutoria † procedat ad vlteriora, censetur illam, tamquam non releuantē reiecisse. *Bart. in l. 4. C. de dilation. nu. 4. cap. ex parte 2. de appel. vbi Abb. n. quarto notat, cum alijs cumulatis à Gabriel. de except. conclus. 1. num. 1. relati à Mancin. de iuram. part. 6. quaest. 20. Menoc. cons. 24. Iam me, num. 9.*

3 Ampl. praesertim † si excipiens de periurio non appellauit à processu ad vlteriora, relati *à Menoc. cons. 24. Iam me, num. 9. quia teste Ancbar. cons. 192. in auxilium, numer. 4. vers. confirmat.* Contradictio sine appellatione, isto casu, nihil operatur, contra factum Iudicis, seu vt ego addo, non appellando, dicitur illius processum approbare, seu sibi competentem exceptionem
4 remittere, prout posse † ab excipiente remitti, *dicam infra §. 10.* & comprobatur haec extensio ex dictis *Iaf. in l. patre Furioso, ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. nu. 191. & seq.* vbi plura refert quae iure prohibentur, sed facta non reuocantur, & firma manent, & non contradicenti nocent. *Socin. cons. 48. num. 9. lib. 4. vbi in fin.* admonet emptorem ne consentiat venditorem probare laesionem rei, quam cum iuramēto asseruerat vendidisse iusto pretiō:

5 Contrarium consuluit, † *Menoc. cons. 24. Iam me, num 29. & seq.* quia Iudex non cognouerat de opposita periurij exceptione, quae cum sit annullatiua iuris, & actionis periurantis, & repellat illum à limine Iudicij, non potest dici per processum ad vlteriora fuisse, eam exceptionem reiectam, quia carebat Iudex facultate illam reijciendi, non enim repellitur, quod non est in arte, vel natura, *Barbat. cons. 45. mandato, lib. 4. num. 19. vers. &*
6 *si dicatur*, concludens Iudicem † laycum per processum ad vlteriora, non reijcisse priuilegium clericatus in lite coram illo vertente inter laycum, & clericum, *Menoc. nititur pluribus similibus relatis à Fel. in cap. suborta de sent. & re iud. num. 9.*

7 Ampl. praesertim † si parte aduersa citata Iudex cognouit de periurio, *Menoc. cons. 24. Iam me, num. 29.* qui licet nihil dicat de citatione, eam tamen hic necessariam censeo, quia non dicitur de re controuersa cognitum,
8 nisi parte citata, *l. de vno quoque, ff. de re iud. Fel. cap. sub ortat. de re Iudic. n. 8. & notat. Gabriel. de except. conclus. 1. numer. 21. & latius, & clarius Ancar. cons. 198. praedictis, num 1. & 2. vers. in praedictis, Menoc. praesumpt. 64. post lib. 2. num. 13. & seq. Menoc.* tamen assumptum firmauerat, *Roman. cons. 22. circa primam num. 8. vers. 3. conclusio ista, vbi Mandos. plures conclusiones refert, quibus addo cumulatos à Gabriel. de except. conclus. 1. num. 15. & seq.* ex quibus
9 dictis, conciliari potest, *Corni* † *qui cons. 85. videtur primo, lib. 4. num 10. vers. Nec praedictis*, centuit non esse necessariam causae cognitionem.

10 Limit. vbi excipiens de † periurio non fuit citatus ad videndum procedi ad vlteriora, *vt ex Fel. & Alciat. voluit Menoc. cons. 24. Iam me, num. 30. vers. respondeo.*

§. V.

SVMMARIVM.

Iuramentum est vinculum personale 1. Ampl. ibid intellige 17.

Haeres agit ex contractu iurato suo auctori 2. non repellitur iudicij limine si excipiatur de periurio sui auctoris 4.

Haeres certae rei est vicē legat arij si simul instituatur vniuersalis haeres 6. non consequitur ius patronatus haereditarium. 7.

non

non admittitur ad emphiteusim hæreditariam. 8. an gaudeat beneficio, l. fin. C. de edict. Diui Adrian. 9. agit actione competenti legatarijs 10. non repellitur periurio sui auctoris 11. in eum nõ transit iuramentum sui auctoris 12.

Hæres vniuersalis, vel quotæ hæreditatis non expresso certo corpore repellitur periurio sui auctoris 14. debet seruare facta sui auctoris defuncti 16. ampl. ibid. ligatur iuramento sui auctoris 15.

Iuramenti obseruantia, quando transit ad hæredes iurantis. 17. 19.

Iuramenti vinculum quando personale, & quando reale. 17. 18.

Obligatio Cameralis actiue, & passiue trãsit ad hæredem 20.

IVramentum cum sit vinculum
1 † personale, ita vt tertio, qui non
iurauit, minime noceat, vel prosit,
l. 3. §. fin. vers. Marcellus, de iur. iur. Natta. consf. 61. Visa, nu. 23 relati à *Sanchez. oper. moral lib. 3. cap. 13 non tractamus, num. 1. & ab Afflict. decis. 381. quædam, nu. 8.* propterea tamquam actus
2 stricti iuris, non † egrediatur personam
iurantis, *Socin. cons. 115. circa primum, vol. 1. num. 11.* Ideo hæres, quamuis potentia iuris sit eadem persona cum defuncto. *§. 1. auth. de iur. iur. à morient. Iaf. l. diuortio, §. interdum, ff. sol. mat. num. 6. Dec. cons. 78. in casu, numer. 2.*
3 † agit ex contractu iurato à defuncto
absque dispensatione, seu absolutione, *Guid. Papa, decis. 224. item, num. 3.* propterea probabiliter dicendum videtur, quod opposita periurij exceptione cõtra hæredem defuncti, petentem exequi sententiam latam pro auctore suo
4 defuncto † non sit ille repellendus, sed
executioni mandanda sententia lata pro defuncto periuro, exemplo eorũ, quæ tradit, *Azorius, moral. instit. lib. 11.*
5 *cap. 9. quæst. 5.* quod si quis iuret † non
repetere aliquam quantitatem solutã Titio, possit hæres iurantis Titium cõuenire, & ab illo solutam quantitatem repetere, quia ille nihil Titio cum iuramento promisit, & alia similia referre.

Resolutio huius dificultatis pendet à resolutione Dubij. quando hæres obligetur iuramento sui auctoris defuncti, & in illa præmittendum, an quis sit successor, seu hæres singularis in certa re institutus, an vero vniuersalis, in omnibus bonis defuncti, vel in certa quota, vt puta semisse, vel triente, vel quadrante, besse, & alia parte hæreditatis.

6 Propterea cum hæres † certæ rei,
instituto alio vniuersali, sit quoad actiones, & iura hæreditaria, vice legatarij, *l. quoties, C. de hæred. inst. Honded. cons. 83. Decessit, lib. 1. num. 28 Surd. cons. 92.* cum alij relatis à *Menoc. de adipiscend.*
7 *Remed. 4. n. 132. & seq.* ideò non † con-
sequitur ius patronatus hæreditarium, *Couar. var. resol. lib. 2. capit 18. num. 5. & seq. & numer. 9.* nec admittitur ad
8 † emphiteusim hæreditariam, *Clar.*
§. emphiteusis, quæst. 38. Couar. var resol. lib. 2. cap. 18. frequenter, num. 5. & seq.
9 Controuertatur que an gaudeat † be-
neficio, *l. fin. C. de edict. D. Adrian. in cõsecutione legati, Menoc. de adipiscend. remed. 4. nu. 132. & seq. Franc. Ieronym. Lea, decis. 24. Donna, nu. 1. & seq.* si pro consequtione rei sibi legatæ ageret
10 actione aliqua ex competentibus † le-
gatario, prout agere posse firmat, *Ripa in l. 1. ff. de legat. num. 48.* ad rem in qua institutus fuit hæres, nullatenus re
11 pelleretur periurio sui auctoris, † quia
iuramentum, nec ratione periurij, nec ratione obseruantiæ obligat, seu obstat singulari successori. *Bal. in cap. 1. de iur iurand. num. 10. vers. sed pone debitor. qui iurauit, decessit,* quem refert, & sequitur, *Surd. cons. 194. nonnulla, nu. 28.* & in eum non transire iuramentum
12 † sui auctoris, concludit *Anton. Corn. tract. de absol. Forens. iuram. part. 4. casu 9. num. 22.*

13 Si vero hæres vniuersalis, † vel cer-
tæ partis hæreditatis, non expresso, vt ego addo, aliquo corpore hæreditario, instaret pro executione sententiæ, an exceptione periurij repellatur,
14 † affirmatiua probari potest ex ijs, quę
censuit Senatus Neapolitanus, vt refert *Afflict. decis. 341 quædam, num. 8. in fin.* dum voluit hæredem quoad obser.

15 seruantiam iuramenti, ligari † inramento sui auctoris, præsertim si ille iurauit pro se, & hæredibus, nec dissentire videtur, *Capic. decis.* 75. *in causa Ieronymi, num.* 4. & ratio esse potest,
16 quia † cum hæres factū defuncti obseruare debeat, *l. cum à matre, C. de rei vindicat.* præsertim si fuit iuratum, *Natta cons.* 110. *nu.* 15. *circa fin. Thesaur. decis.* 32. *num.* 8. *vers. & in hanc*, licèt
17 enim iuramentum sit † personale, quo ad forum interius, seu poli, *Innoc. in cap. veritatis, de iur. iur. Serafin. de iurament. priuileg.* 67. *num.* 22. *& seq. vbi rationem refert*, tamen quoad obseruantiam eorum, quæ defunctus cum
18 iuramento se obligauit, reale vinculum est, *vt ex Bald. & alijs voluit Dec. cons.* 639. *Visa consultatione. num.* 3 *in princ. Bolog. cons.* 45. *nu.* 3. *Serafin. d. priuileg.* 67. *num.* 23. *& seq.* vbi ad plura infert ex ista distinctione, quam pariter pluribus comprobat, *Anton. Corn. de absolut. Forens. par.* 4. *cap.* 9. *num.* 2. *& seq.* propterea breuiter dicendum, si agatur de executione sententiæ latæ ex contractu nominato, vel innominato, iuramento confirmato, quod sicuti talis contractus transit ad hæredem, & contra, *l.* 1. *C. vt act. ab hæred. & cont.* pariter effectus iuramenti tamquam illius sequella transit in hæredem, & contra, *vt ex Cast. legendo, & consulendo firmat Bauer. tract. de virtut. iuram.* 45. qui examinādo difficultatem,
19 quando iuramenti obseruantia † transeat ad hæredes, possunt illius dicta trahi ad casum nostrum, sicuti trahi possunt dicta, *Galles. de obligat. Cameral. quæst.* 4. *Hinc, num.* 9. *& seq.* dum con-
20 cludit Cameralem † obligationem trāsire actiuè, & passiuè ad hæredem, *Muscatel. in prax. par.* 4. *§. periurij, n.* 18. *& seq.* aliter distinguit.

§. VI.

SVMMARIVM.

Actio semel extincta amplius nō reuiuiscit 1

Periurij exceptio est litis finitæ 2. *Amplia* 3.

Iuramentum litis decisiuum habet vim confessionis 4.

Iurans delato sibi iuramento est absoluendus 5.

Sententiæ executio retardatur, si fuerit iuxta delatum iuramentum iuratum 5. *& Ampl.* 6.7.8.9.10.11.12.

INter cæteras limitationes quas cumulaui ad regulam constitutam hoc decimo quinto Capite Tractatus de Exceptionibus, illam esse dixi, vbi agitur de executione sententiæ latæ in vim iuramenti litis decisiui, cuius effectus, & similitudo si consideretur, non est dubium exequēdam esse sententiā, quæ fuerit prolata, oblato, vel relato iuramento super ijs, quæ inter contēdentes in iudicio controuertuntur, cū enim post tale iuramētum nihil sit vl-
1 terius quærendum, & actio semel extincta, non sit vlterius suscitanda, *l.* 2. *l. non erit, §. dato, ff. de iur. iur. l. qui res, §. arcam, ff. de solut.* propterea periurij
2 † exceptio dicitur esse litis finitæ, & maiorem habet vim, quam habeat res iudicata, *l.* 2. *ff. de iur. iur.* absurdum est litem iuramento delato finitam, iterū renouare *Blanc. de Compromis. quæst.* 4 *§. exceptio iuris iurandi, num.* 81. *post med. & num.* 84. *& numer.* 82. ampliat
3 etiam † in iuramento præstito extra iudicium, vel coram superiori non in forma iudicij, præterea cum iuramen-
4 tum litis decisiuum † habeat vim confessionis, defectus iuris in eo, qui illud defert, *l. qui iurasse* 26. *ff. de iur. iur.* sicuti nullæ partes Iudicis sunt in confitentem, quam illum condemnare, *l.* 1. *ff. de confess.* sic nullæ partes Iudicis erūt
5 quā absoluere eū, † qui delato sibi iuramento iurat, non esse vera, quæ in sententia condemnatoria contra illum prolata, continentur.

6 Ampl. vt nec liceat † appellare à decreto, seu sententia, qua dicatur retardandam esse sententiæ executionē, *vt dixi §.* 8.

7 Ampl. vt neque cum † iurante agi possit de periurio, nam dato iureiurā- do,

dò, non aliud quæritur, quam an sit
iuratum, *vt dixi infra §. 7.*

8 Ampl. vt lite † semel decisa, nihil sit
vlterius quærendum, *l. 2. l. non erit, §.
dato, ff. de iur.*

9 Ampl. quocumque † Interdicto pos-
sessorio fuerit actum, *l. 3. vers. Deni-
que, ff. de iur. iur.*

10 Ampl. etiam, † si actum fuerit ad
statum personæ, *l. 3. vers. Sed & si, ff.
de iur. iur.*

11 Ampl. siue iuramentum † sit obla-
tum super tota re controuersia, siue il-
lius parte, & iuxta oblationem factam
fuerit iuratum, & ratio est, quia sicuti
retardatur, si delatum, & iuratum
fuisset super tota re, ita etiam debet re-
tardari, si fuit iuratum super illius par-
te iuxta regulam, *l. quæ de tota, ff. de rei
vendicat.*

12 Ampl. siue contra † iurantē sit mota
porsonalis, siue realis, vel in factum,
vel in pœnali, vel quauis alia pœnali
actione etiam super statu rei, vel per-
sonæ, *dicēte Vlpiano lib. 22. ad Edictum
relato à Triboniano in l. 3. vers. Quacū-
que, ff. de iur. iur. Quacumque actione
quis conueniatur, si iurauerit, proficiet
ei ius iurandum, siue in personam, siue
in rem, siue in factum, siue pœnali actio-
ne, vel quauis alia agatur, siue de inter-
dicto, sed & si de cōditione persona fue-
rit iuratum, prætorius iurandum tue-
bitur.*

---

§. VII.

SVMMARIVM:

Arist. assumptum comprobatur 1.

*Principia qualia sunt, talia præsumuntur
esse principiata 2.*

*Salutis æternæ quisque præsumitur me-
mor 3.*

*Iuramento litis decisiuo terminata in du-
bium non reuocantur 4. & quare 5. Am-
pl. 4. 7. 8. 9. Limit. 10. 12. 14. 15. 16. 18. 19
20. Sublimit. 11. 17.*

Testium fides est arbitraria Iudivi 6.

*Contra præsumptionem iuris, & de iure,
quando admittatur probatio in contra-
rium 13.*

Veritatis multa sunt singularia 15. in fin.

1 QVia teste † *Arist. Octauo Phisic.
textu 56.* quem probarunt
iuris nostri conditores, *cap.
dudum, de præscript. l. cum pater, §. rogo,
ff. de legat. 2.* quod præstat in natura,
semper esse & durare putamus, modo
illud esse possit, seu vt inquit, *Bal. in l. 1.
C. si quis omis. caus. testam num. 10.* quia
2 qualia † sunt principia, talia præsumū-
tur esse principiata: natura namque
cum bona sit, ideò quisque præsumi-
tur bonus, nisi probetur malus, *l. me-
rito, ff. pro socio*, propterea cum quis-
3 que salutis † æternæ præsumatur me-
mor, *l. final. C. ad l. Iul. repetend. cap. san-
cimus 1. quæst. 7.* tantùm fidei tributum
est ei, qui iurauit delato sibi iuramen-
4 to † super ijs, quæ controuertuntur,
vt nihil sit vlterius quærendum, nec
admittatur contraria probatio, *l. non
erit, §. dato, l. nam & postea, § 1 de iur.
iur l. 1. C. de reb. credit. l. post rem iudica-
tam, ff. de re iudicat.* per quæ iura ita
firmat, *Thesaur. quæst. fin. lib. 4. num. 1.
nu. 3.* concludent, & tanto I. C. dignam
5 rationē referēs, † quod cum aduersa-
rius ad euitendum periculum, seu vt
ego addo expensas examinis testium,
& interpretationes dictorum illorum,
ac etiam eximendo se à Iudicis arbi-
trio, in fide præstanda eorum dictis,
6 cum fides testium † sit arbitraria Iudi-
ci, *l. 3. ff. de testib. Dec. cons. 448. nu. 19.
& seq. Mandel. cons. 99. Dubitationes,
numer. 7. & 9.* fecerit collitigantem
suum Iudicem in causa propria, cer-
tum est, quod qui detulit iuramentum
conuenisse, seu tacitè promisisse non
confugere ad aliud genus probationis,
quam ad factum, *ideo Vlpianus in d. §.
ad dicebat, nihil vlterius esse quæren-
dum, sed tantùm an sit iuratum, & soli
7 Deo † relinquitur vindicta,* si falsum sit
iuratum, propterea hoc genus iura-
menti nuncupatur litis decisiuum,
quia totam litem terminat, & decidit,
addendo iurantē non obligari respon-
8 dere † positionibus, vel articulis, si
qui

qui fuerint dati ab eo, qui iuramẽtum detulit.

9 Ampl. etiam, si aduersarius † iurantis vellet probare fuisse falsum, *Abb. cap. fin. de iur. iur. num. 7. vers. Quod intellige*, vbi rationẽ diuersitatis refert, si iuramentum fuerit à Iudice delatũ.

10 Limit. vbi iuramentum † litis decisiuum defertur à Lege, vel Statuto, *Marsil. singul. 357. extant, num. 1. & 19.* vbi plures consentientes refert, *& n. 2.*

11 limitat, nisi † eodem Statuto caueatur iuramentum haberi pro plenissima, & omnimoda probatione, vel quod non possit contrarium probari, *Seraphin. de iuramento, priuileg. 102. num. 16. & seq.* vbi sublimitat ad effectum puniendi iurantem de periurio, *& idem repetit, numer 20. & seq.* latè comprobat, *Manc. de iurament. par. 2. art. 5. num. 51.*

12 Limit. ijs omnibus casibus, † quibus admittitur probatio contra præsumptionem iuris, & de iure, *Serafin. de iurament. priuileg. 102. num. 19. vers. Ista*

13 *tamen conclusio*, † vbi refert, qui sint isti casus.

14 Lim. vbi per rei euidentiam, † vel noterietatem constaret de contrario, *Serafin. de iurament. priuileg. 102. nu. 19. in fin.* & hoc credo verum ex priuilegio Notorij, & Euidentiæ rei.

15 Limit vbi veritas † repugnat, vel repugnare detegitur, *Menoch. de arbitr. Iud quæst. 50.* & hoc procedit ex priuilegio veritatis, cuius causa multa sunt in iure singularia concessa, *vt dixi infra, num. 18. Serafin. de iurament. priuileg. 102. num. 10. Abb. cap. final. de iur. iur. num. 9.*

16 Limit. vbi iuramentum † delatum fuit à Iudice, seu vbi iuramentum est necessarium, *Abb. cap. fin. de iur. iur. n. 7.* vbi rationem refert, quare aliud dicatur, si à parte deferatur, *& num. seq.*

17 † sublimit. *Papon. Arrest. 1. de iur. iur. lib. 9. tit. 6.*

18 Limit. vbi fuit iuratum † coram Iudice, qui sola facti veritate procedere potest, si illi constat negotium aliter esse, ac fuit iuratum, veluti si non viso testamento fuit iuratum super qualitate legati, & deinde reperto testamẽto, veritas reperitur in contrarium, *Abb. cap. fin. num. 7. & 9. Menoc. de arbitr. iud. quæst. 50. vbi pluribus comprobat*, & hoc est inter alia priuilegium veritatis, vt illi cedat omne probationis genus, *Bal. in repet. l. Aemilius 39. ff. de minor. num. 45. Mayner. in l. res iudicata, ff. de regul. iur. num. 1. Rol. à Val. cons. 32. Recolo, lib. 4. num. 33. & seq.*

19 Limit. vbi inter deferentem, † & referentem iuramentum fuisset conuentum, vt quandocumque probatum fuerit contrarium, liceat sententiam reuocare, *l. 3. ff. si cert. petat, l. 1. § si conuenerit, ff. depos. l. in conuentionibus, ff. de verb. obligat.*

20 Limit. vbi confessione † eius qui iurauit, probatur contrarium, seu esse falsum, quod fuit iuratum, *vt dixi §. nono, vers. limit. vbi is cui delatum est iuramentum.*

§. VIII.

SVMMARIVM.

Appellatio quare adinuenta 1. Concessa censetur omni casu, nisi reperiatur prohibita 2. Est species defensionis 3.

Appellatio in dubio censetur admissa; & nõ transacta in iudicatum 4. Limit. 5.

Appellatio negatura sententia lata in vim iuramentis litis decisorij 5. & quare 6. Ampl. 8. 9. 11. 12. 13. 15. Limit. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Mysinger declaratur 15.

Iudex iudicare debet prout partes conueniunt 6. Ampl. vt à tali sententiã non detur appellatio, & quare ibid.

Appellatio non datur à sententia lata per sortem 7.

à Periurio quomodo quis excusetur 10.

Euidentia facti quid operetur 18.

Sententia quando non transit in iudicatum 19.

1 LIcèt appellatio † sit à principantibus adiuuenta, vt comprimatur

tur iudicantium iniquitas, & illorum corrigatur imperitia, *l. 1. de appellat.* illamque esse remedium necessarium, subdat Vlpianus ibidem, propterea
2 in omni casu, † & causa censetur permissa, nisi expressè reperiatur prohibita, *Glos. in l. qui restituere, ff. de rei vindicat. Bal. in l. vnic. C. si de moment. possess. circa princ. Dec. cons. 34. numer. 2. Tiraquel. tract. le mort. Saisit par. 6. De-*
3 *clarat, num. 9.* nam cum † sit speties defensionis, *cap. cum speciali, §. porro, de appel.* in dubio censetur admissa etiã
4 in possessorijs, & in iudicatum † non transmissa tamquam fauorabile remedium condemnatis, *Glos. cap. vt debitus, verb. ex rationabili, de appel. Innoc. in cap. dilectus 1. de rescript. Angel. in l. Quoniam Iudices, C. de appel. Contard. in l. vnic. C. de moment. possess. lim. 27. num. 2.*

In casu tamen quo lata fuit senten-
5 tia † in vim iuramẽti litis decisiui nullatenus licet appellare, *l. generaliter 12. §. sed iuramento, C. de rebus credit. vbi Bart. num. 1. id notat, Glos. in l. 2. ff. de iur. iur. verb. continet in fin. Osasc. decis. 61. actor, num. 1. & seq. Serafin. de iurament. priuileg. 102. num. 1. vbi plures consentientes refert, Brederod. de appellat. tit. 13. §. iurans, aut referens, Reusner. decis. 1. lib. 3. ad idem est textus in l. si conuenerit, ff. de re iudic. per quem textum Socin. cons. 24. visis, ac diligenter, lib. 1. num. 3. sequendo Bal.* concludit, si
6 partes conueniant qualiter † Iudex iudicare debeat, non posse appellari à sententia lata de consensu partium, quia nulla cadere potest iniquitas, *Ias. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. nu 21.* & eadem ratione idem dici po-
7 test † de sententia lata per extractionẽ sortis, *Dec. in l de fideicommisso, ff. de transact. nu. 3. Mandel. cons. 286. Quod, numer. 12.*

8 Ampl. etiam si is cui delatum † est iuramentum, & iurauit sit persona vilis, & alias indignus fide, si producatur in testem, *§. si verò ignoti, auth. de hered. & falcid. Fed. de Senis, cons. 220. Veritatis, col. 2. Cum Alijs congestis à Crauet. cons. 10. Accusatur, num. 14.* tamen quia illius fides fuit à deferente iuramentum approbata, & remissa decisio litis illius conscientiæ, non potest reprobari.

9 Ampl. vt Fiscus, † vel qui detulit iuramentum, non audiatur, si vellit probare, quod fuerit iuratum falsum, *Boer. decis. 305. & promitto,* vbi examinata ad partes difficultate, testando de veriori, & communiori opinione refert omnibus Cameris simul cõgregatis à maiori parte iudicatũ ita fuisse, *Ruginel. pract. quæst. cap. 11. num. 4. & seq. vbi rationes refert, & dixi supra §. sexto.*

10 Excusationes à periurio † in contractibus commisso, referunt *Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 11. excusari num. 1. & seq. Ruginel. pract. quæst. cap. 11. quæstionis nostræ, num. 59. vers. Quibus.*

11 Ampl. vt periurius † in iuramento litis decisiuo nulla puniatur pœna, *vt dixi §. sequen.*

12 Ampl. etiam vbi manifestè, † vel euidenter constat iuratum fuisse falsũ, *l. non erit, §. dato, ff. de iur. iur. per quẽ textum relatis qua contrarium suadebant, concludit Serafin. de iuram. priuileg. 102. num. 13. in fin.* Dubito tamen an in praxi, bonus Iudex hoc obseruaret, ex ijs quæ subdo in limitation.

13 Ampl. etiam, vbi is qui † detulit iuramentum, nollit sibi relatum iuramẽtum iurare, & ideò condemnatus, *Abbas cap fin. de iur. iur. num. 11. vers. Aut*
14 *is cui fuit delatum,* limitando, † si subsit iusta causa recusandi iuramentum.

15 Ampl. præsertim, † vbi fuit iuratum iuxta delationem factam, *Abb. cap. fin. de iur. iur. num 11. in princ.*

16 Limit. vbi actore deferente † iuramentum, reus illud retulit, & actor necessario iurauit, & reus fuit condẽnatus, nam tunc reo licet appellare, *Osasc. ad partes examinata difficultate,* refert ita fuisse decisum, *decis. 61. Actor. Carroc. asserens id firmari à Cyn. de iuram. litis decis. quæst. 47. vers. lim. quarto,* motus ratione quam considerauit *Osasc.* quia iste, cui refertur iuramentum, iurat necessitate cogente, *Serafin. de iurament. priuileg. 102. num. 14.*

Oʃaʃc. decis. latè comprobat *Serafin. de iuram. priuileg.* 102. *num.* 14. *Abb. cap. fin. de iur. iur. num* 11. *in princ. vers. si vero is.*

Limit. vbi euidenter constat de pe-
17 riurio † *l. fin. C. de reb. credit. Serafin. de iurament. priuileg.* 102. *num.* 10. *& seq.* & comprobatur ex ijs, quæ de Euidē-
18 tia † facti, referunt *Alex. in l.* 1. *C. vt quæ desunt partes, num.* 8. *Rulant. Ruger. de Commiss. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *& seq. Surd. cons.* 173. *causa, nu.* 9. *& seq. Petr. Gilchen. de præscript par.* 2. *memb.* 1. *c.* 1. *num.* 62. *& seq. Afflict. decis.* 107. *nu* 6. *&* 7. *Gail. obser.* 26. *lib.* 1 *num.* 9. *& seq. Barzia decis.* 17. *nu.* 7. *& seq. Tiraquel. de Retract. lignag.* §. 4. *glos.* 1 *num.* 37. *& seq. Menoc. de arbit. Iud. quæst.* 50. *Quæro quinquagesimo, num.* 6.

18 Limit. vbi aliud obseruatur † de stylo, seu vsu Curiæ, & hoc sensu intelligenda est, *decis. Mysinger.* 14. *si deferatur, Centur.* 2. concludens in Camera Imperij fuisse decisum, si à delatione iuramenti non fuit appellatum, recipiendas esse appellationes à præstatione iuramenti, *Glos. in* §. *neque igitur, verb. & supplicijs, auth. de testib.*

19 Limit. in omnibus causis in † quibus sententia non transit in iudicatum, *Serafin. tract. de iurament. priuileg.* 102. *num.* 9. Qui autem sint casus, in quibus sententia non transit in iudicatū, retuli *in Tract. de execut. Rei iud. c.* 14. §. 12. *num.* 23. *& seq.*

20 Lim. vbi is, cui † defertur iuramentum, non vult iurare, nec referre iuramentum, *Abb. cap. fin. de iur. iur. in. nu.* 11. *circa fin.*

21 Limit. in causa † matrimoniali, *Serafin. de iurament. priuileg.* 102. *num.* 8. latius tamen hoc examinaui in meis Collectaneis, *ad glos. in cap. lator, verb. permanere, vers. quia sententia, de re iud. & Carroc. de iura. litis decis. quæst.* 4. *noua quæst. num.* 6.

22 Limit. vbi reus nimium † excessit in iuramento, *Serafin. de iurament. priuileg.* 102. *num.* 24. *&* 25. vbi ex pluribus in quibus ratione excessus quid permittitur, quod alias negabatur, probat istam limitationem.

23 Lim. vbi fuit iuratum † in casu quo non erat iurandum, vt refert *Mancin. de iurament. par.* 2. *art.* 5. *de iuram. litis decis. num.* 41.

24 Limit. in omnibus causis † spiritualibus, *Doctores in l. qui bona,* §. *qui damni, ff. de damno infect. Serafin. de iuram. priuileg.* 102. *num.* 9. *in princ.*

25 Limit. vbi non fuit † iuratum præscriptis verbis, vel additū aliquid, quod non continetur, seu sequitur ex natura contractus, super quo fuit iuratum, *Ruginel. pract. quæst. cap.* 11. *num.* 17.

---

§. IX.

SVMMARIVM:

Delicta puniri publicè interest 1.
Periurium est delictum grauius homicidio, & quare 2. *qua pœna puniatur* 3.
Periurium commissum in iuramento litis decisiuo non punitur pœna aliqua 6. *& quare* 7. 10. *limit.* 11.
Ratio legis quæ dicatur 9.
Lex non constituitur sine ratione intrinseca, vel extrinseca 10.

1 Delicta puniri quamuis † publicè intersit, *l. si à reo,* §. *fin. ff. de fideius. l. si ita vulneratus,* §. *quod si quis, ff. ad l. Aquil. l. Sticum, ff. de solut. Rom. cons.* 466. *nu.* 2. *Plato. de legib. Dialog.* 11. *Cagnol. in rub. ff. si cert. pet. numer.* 6. & ideò periurium, cum sit delictum gra-
2 uius † homicidio voluntario, quia per illud offenditur Dei Maiestas, & lædūtur iura eius, qui offert, vel iuramentum defert, *Gemin. cons.* 105. *pro declaratione, num.* 10. ratione duplicis offensæ, nempè Dei, & hominis, grauissimè videatur puniendum, *vt dixi supra* § 11. *in princ. num.* 3. vel saltem pœ-
3 na † extraordinaria, Iudicis officio mulctandum, vt voluit *Cagnol. in l. si quis maior, C. de transact. num.* 126. *& seq.*
4 *asserens l.* 2. † *C. de reb. credit.* quæ videtur obstare, intelligi in iuramento nemini nociuo, vt puta non edere carnes die non interdicta ab Ecclesia, ante

Cagnol.

Cagnol. idem dixerant, Butrigar. Odefred. & alij quos referunt, Boer. decis. 305. & pramitto, num 4. & Farinac de fal. sit. & simulat. quaest. 160. num. 52. & seq.
5 referent d. l. 2 † C. de reb. Cred. intelligi eo sensu quo dixi, vel quod periurus non puniatur pœna ordinaria, sed extraordinaria.
6 Tamen quod periurium cõmissum
7 delato, vel relato iuramẽto litis decisiuo, non puniatur pœna aliqua, tenent, Bellapertic. Alberic. Cyn. Bald. Bartol. Salicet. Clar. Io. Sicard. & alij relati à Farinac. de simulat. & falsit. quaest. 160. nu. 5., & inter alios Petr. Gregor. Tholosanum omnium scientiarum virum doctissimum, ex cuius genere materno, natus est Leander Galganelus amicus meus, quibus addo relatos à Boer. decis. 305. & pramitto, num. 4. in fin: asserens omnibus Cameris congregatis, ita fuisse decisum.

Quamuis Farinac. de falsit. & simulat. quaest. 160. num. 56. referat Docto-
8 res tenẽtes negatiuam moueri, † quia post præstitum iuramentum litis decisiuũ, aliud de iure non sit quærendũ, l. non erit, §. dato, l. nã postea, § 1. ff. de iur. iur. l. fin. ff. de in litẽ iurand. l. quod si deferente, ff. de dolo, attamen quia illa eruitur ex mente legis, & est idẽ quod
9 lex, quæ † sine ratione extrinseca, vel intrinseca non constituitur, §. erit autem distinct. 4. Cum ratio legis ea propriè esse dicatur, quæ posita, ponitur lex, & qua remota necessario remouetur lex, Glos. in l. si cum exceptione, §. post annum, verb. et rei habet in fin. ff. eo quod metus caus. illam esse censeo,
10 † quia cum iuramentum à litigante delatum, transactionis vicem habeat, & rei iudicatæ, præstito iuramento non est amplius de iuratis quærendũ, sicuti non quæritur de transactis, Io. Papon. lib. nono, tit. 6. de iur. iur. Arest. 1.
11 Limit. vbi is cui fuit delatum † iuramentum, fatetur falsum iurasse, Boer. decis. 305. & pramitto, num. 4. in fine, Ruginel. pract. quaest. cap. 11. quaestionis, num. 20. Granutius Theorema 3. principalis, num. 19. asserens sententiam esse reuocandam, & iurantem pœna extraordinaria puniendum.

---

§. X.

SVMMARIVM.

Iuramentum principaliter obligat iurantem Deo 1. remitti potest ab eo, ad cuius fauorem est iuratum, & quare 2. & 4. Ampl. 3. 5. 6. Limit 7. 9. 10. 11. 12. Distingue 8. et 14.
Iuramentum nemo sibi remittere potest 13.

Licet iuramentum principaliter
1 † obliget iurantem Deo, Abb. in cap. 1. de iur. iur. num. 4. quem in testem eius, quod iuratur à iurante vocatur, Arragon. de iust. et iur. quaest. 89. artic. 1. illiusq. principalis obligatio Deo acquiratur, cap. debitores 6. ideo 3. offic. Cicer. nuncupat iuramentum affirmationẽ religiosam, Deo teste veritatis eorum quæ sunt iurata, adhibito. Et ideò dicendum videatur iuramentum non posse remitti ab eo, ad cuius fauorem post Deum, secundario fuit cum iuramento promissum; Attamen cum
2 iuramentum † in quo Deus vocatur in testem sit præstitum fauore hominis cui iurata promissio acquiritur, & Deus vult iura mentis obseruantiam ad illius commodum, & vtilitatem, remittente homine commodum, & vtilitatem suam, Deus etiam, & ipse remittit iuramentum. Abbas in cap. 1. de iur. iur. numer. 4. et in cap. 2. de sponsal. num 3. concludens si mihi Calend. Iulij 1646. qua die hæc scribo pro misisti cum iuramento soluere centum tibi mutuo data, non eris periurus, si ego remitto tibi iuramentum, Fel. ibid. num. 33. concludens iuramentum posse remitti, quia illud fuit præstitum ad firmandum obligationem illud remittentis.
3 Ampl. præsertim † vbi talis remissio sit expresse, Abb. in cap. 1. num. 4. et in cap. Quanto 18. de iur. iur. num. 8. post med. vers. is tamen decuius commodo,

ampliando etiam, vbi iuramentum esset præstitum ad fauorem vtriusque partis, quæ sibi inuicem quid promiserunt, *Anton. Corn. de absol. Forens. iur. par. 1. quæst. 4. num. 11. & par 2. quæst. 2. num 63. vers. Ipse vero, & par. 3. q. 4. num. 52. & par. 4. casu 17. num. 1. & seq. et casu 23. num. 38. et 39. Fel. in cap. 1. de iur. iur nu. 2. Mancin. de Iuram. par. 6. quæst. 7. num. 2. & Molin. de iust. & iur. disput. 149. Diximus, col. 4. vers. illud,*

4 † & ratio est, quia talis remissio est donatio, quam quilibet de re sua facere potest, *l. in re mandata, C. mandat.*

5 Ampl. etiam, vbi ista † remissio fuit tacitè facta, vt pluribus comprobat, *Fel. in cap. 1. de iur. iur. num 6. & latius in cap. 2. de sponsal. num. 34. vers primo declaratur*, eam afferens rationem, quia quotiescumque iuramentum est præstitum ad fauorem alicuius, potest is illud remittere, & remittendo euitare periurium, quod imminebat. Exemplum etiam esse potest, si is qui de periurio excipere potest, non excipit, *addentes ad Ludouis. decis. 64. Domini, vbi refert alias Rotæ decis.* & ratio est, quia non opposita exceptio, est vice remissionis, *Lapus allegat. 24. an minor, num. 8. Crauet. cons. 99. nu. 32. Menoc. cons. 24. Iam. me, num. 8.*

6 Ampl. vbi iuramantum † concernit commodum iurantis, & recipientis iuramentum. *Abb. cap. quanto 18. de iur. iur. num. 8. vers. is tamen.*

7 Limit. vbi iuramentum † concernit commodum iurantis, nam illud non potest remittere, *Abb. cap. quanto, 18. de iur. iur. numer. 8. circa fin. vers. secus.* & ratio est quia nullum agens agit in se ipsum, *l. legatum §. hæredi. ff. de legat. 1. Hering. de fideius. cap. 7 num. 1. & seq.*

8 † si modo seruari possit sine dispendio salutis æternæ, alias si cum dispendio, potest sibi remittere, nec opus est absolutione sed debet pęnitere de tali iuramento temerario. *Abb. cap. quanto 18. de iur. iur. nu. 8. in princ.*

9 Limit. vbi remissio fit † post incursum periurium, *Fel. in cap. 1. de iur. iur. num. 3. & alios congessi supra §. 2. numer. 17.*

10 Limit. vbi remissio † non est in potestate remittentis, *vt dixi supra hoc cap. 15. limit 3. num.*

11 Limit. vbi iuramentum † concernit commodum, vel incommodum tertij, *Fel. in cap. 1. de iur. iur. num. 2. vers. procedit.*

12 Limit. vbi quis cum † iuramēto promittit alicui, quod vergit in Dei cultum, vel pietatem redoleat, vt puta si quis cum iuramento suo parrocho promittit dare pauperibus parrochiæ, elemosinam certa die, & tunc consentiēte parrocho nō potest quis remittere iuratam promissionem, sed adeundus Sum. Pont. qui ex legitima causa, vel absoluat, vel commutet in aliud opus iuratā promissionem, quia dicitur facta Deo, *Ant. Corn. de absolut. Forens. part. 1 cap. 4 num. 21. Sotus, de iust. i ur. lib. 8. quæst. 1. vel 3. vers. alio modo. artic. 9. Fel. cap. 1. de iur. iur. num 2. vers.*

13 *procedit*, & nemo † sibi remittere potest iuramentum, sicuti nec auctorizare factum suum, *l. 1. ff. de auct. tut. Tiraquel. de Retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu.*

14 *73. & seq. Sotus* † *tamen de iust. & iur. lib 8. quæst. 1. artic. 9. col. 3. vers. etenim si promissio*, admonet considerandum esse, quo animo fiat talis promissio, nam si fiat animo sibi obligandi pauperes, fieri potest remissio, secus si intuitu pietatis, quia facta Deo, & transit in votum.

Cap. XVI.

Cautiones aduertendæ à diligenti Causarum Patrono, quibus poterit sententiæ executionem differre, vbi aliqua ex relatis exceptionibus non iuuatur.

SVMMARIVM.

Executio sententiæ retardatur, si ex actis col-

colligatur, quod sit moderāda, nihil detracto de illius iustitia numer. 1. & 4. in fine.

Exempla referuntur ibid. & num. 5. 7. 8. & quare 9. Ampl. 3. 6. Limit. 10.

Exceptiones quæ opponi possunt contra sententiam, vel post sententiam 2. 4.

Exceptio non teneor, nisi in quantum facere possum, non est perpetua, & quare. 4.

Executio sententiæ retardatur, si excipiatur à tertio illam fuisse factam in re sua, & per quantum tempus, & executor merus cognoscit de tali exceptione 5. 6. Item si mulier excipiat de sua dote, si dedit bona æstimata 7. Item si quis excipiat non posse carcerari, vel non posse capi pignora capta ab executore 8. Limita 10.

Item si ex iuribus, siue actitatis colligatur illam esse differendam 11. Exempla 12. & seq. Item si emptor excipiat de re vendita non tradita, & nihil obstare, quo minus non tradatur, & idem si venditor excipiat de pretio non soluto 13. 14. Item si dicatur pendere conditionem sub qua quis fuit condemnatus 15. Item si excipiatur, quem fuisse condemnatum ex incerta, seu non liquida promissione 17. Itē opposita quacumq. exceptione, quæ oriatur ex contractu 8.

Dotis promissor retardat executionem sententiæ in eum ideò latæ, si non probatur subsequutum matrimonium 16.

Emptionis naturalia, quæ sint 14.

Venditionis naturalia, quæ sint 14.

Decis. Rotæ Lucens. declaratur.

Executio sententiæ retardatur, si quid sit iure singulari concessum reo condemnato 18. Exempla referuntur 19. & seq. Item si excipiatur, quod condemnatus sit nobilis, vel doctor, vel quod non teneatur, nisi in quantum facere potest 20. & seq. Item si superueniat ius aliquod condemnato, de quo non fuit cognitum in processu 23. Ampl. 24. Item si probetur inde lædi animæ salutem, vt puta, quia sententia continet solutionē vsurarum 25. Contrarium 26. Concorda 27. Item si fiat contra naturam contractus, cuius causa lata est sententia, & requirit dilationem 29. exemplum ibid. Item apposita quauis exceptione, quæ oriatur ex natura contractus 30. Exempla 31. Item si probetur, quod quæ opponuntur aduersus executionem, non potuisse excludi per sententiam 32. Item si obijciatur aliquid quod seorsum examinatum eludit principale 33. Exemplum ibid. Item si quid obijciatur, quod ex tenore sententiæ, vel iurium, quibus fuit actum, executio sit differenda 34. 37. exemplum ibid. & 35. Ampl. 35. Item si exceptio, quæ obijcitur, oriatur ex ventre sententiæ 34. 36. & quare, Ampl. & Limit. 38. 39. Item si quid opponi potest præter sententiam, vt puta quod contenta in illa non sint liquida 40. Ampl. 41. Item si excipiatur instantem pro executione sententiæ non esse legitimam personam standi in iudicio 42. 45 & quare 44. Item si excipiatur non fuisse legitimatam personam rei condemnati 46. Ampl 47. 48. Item si excipiatur sententiam exequendam esse perplexam, seu incertam, vel continere contraria in facto, vel iure 49. 52. & quare 53 Ampl. 50. Intellige 51. Ampl omnes relatas exceptiones 54.

Probatio incontinenti, quando dicatur fieri 62.

Executio sententiæ retardetur quauis exceptione, quæ non sit leuis 55. Ampl. præsertim, si offeratur probatio illius incontinenti 54. Ampl. 56.

Actoris in omni iudicio persona est legitimanda 44.

Rei conuenti, & damnati legitimanda est persona 44.

Paulus Bellonus amicus laudatur 5. Funeratus expensis Cam. Ducalis Mediolani 58.

Regis Hispaniarū pietas in Officiales suos pauperes 59.

Franciscus Gambarana Senator Mediolani laudatur 60.

Petrus Petracinus Senator Mediolani laudatur 61.

PRimo aduertat, an ex actorum reuolutione, quid elici possit, quo non impugnetur iustitia sententiæ, sed modificetur, *Bal. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. num. 4. vers. aut exceptio non ordinatur, & vers. sunt, et in l. ab executione*

tione 5. quorum appel. non recip. num. 15.
Castrens. d. l. 1. num. 5. in princ Ripa in
l. qui pro tribunali, ff. de re iud. num. 9.
1 vers. quinto, dum refert, quæ † exce-
ptiones possint opponi contra senten-
tiam, exemplum est, si condemnatus
excipiat, quod non tenetur, nisi in
quantum facere potest, nam retarda-
tur executio, donec sit discussio, an
ille gaudeat tali priuilegio, & an super-
sint bona, quæ capi possint in execu-
3 tione, † etiam si illa commissa esset in
auxilium Iudicis, qui sententiam tu-
lit, Menoc. de arbitr. Iudic. quæst. 38. nu-
mer. 10. Aufrer. ad Capel. Tolos. dec. 259
Item fuit quæsitum, num. 5. vbi pluri-
bus probat, addendo, num. 6. quod ta-
4 lis exceptio † non est peremptoria, sed
dilatoria, quia si ad pinguiorem fortu-
nam deueniat condemnatus, fiet in il-
lum executio, Vbert. de Bonacurs. in
prax. cap. de exception. quæ post sentent.
num. 9. Baetia oract. de inop. debit. cap. 17
num. 7. Afin. in prax. par. 1. §. 31. Limit. 14
num. 2. asserens probari expresso textu
in l. Nesennius, §. fin. ff. de re iud. & ibi
notari à Bart. exemplum etiam esse po-
5 test, si tertius † excipiat factam fuisse
executionem in re sua, nam differtur
6 executio, & † executor merus cogno-
scit de tali exceptione, l. à Diuo Pio, §. si
super rebus, ff. de re iud. Couar. pract. q.
cap. 16. num. 5. Ignat. de Villar. in sua
Silua respons. cap. 2. respons. 16. num. 57.
7 concludens vxorem † audiendam in
executione relaxata contra maritum,
si fiat in bonis dotalibus æstimatis, siue
non; addendo idem dici, si nobilis ex-
8 cipiat † non posse carcerari pro debito
ciuili, vel quod sit aduocatus, vel
quod executio facta fuit in suis libris,
9 quia istæ † exceptiones respiciunt solũ
executionem sententiæ, non autem
sententiam ipsam, Marescot. Resol. 121.
regulariter lib. 2. n. 22. & seq. concludẽs
retardari executionem in bonis mari-
ti, si vxor excipiat illa possidere pro
sua dote cõdemnato actore in expẽsis;
10 Limit. vbi de exceptione † opposita
in executione sententiæ fuit in proces-
su discussum, vel excipienti, fuit con-
stitutus terminus ad opponẽdum om-
nes exceptiones sibi competentes, siue
essent dilatoriæ, siue peremptoriæ, siue
anomalæ, quæ nõ includuntur sub ge-
nerali nomine exceptionis, Bal. l. ab
executione 5. C. quorum appel. nõ recip.
num. 15. vers. Sed dubitatur, & num 16.
qui loquitur de exceptione inuẽtarij.

Secundo aduertat, an ex iuribus pu-
blicis, vel priuatis, quibus actum fuit,
11 elici possit † differendam esse execu-
tionem, veluti si actum fuit ex instru-
mento venditionis, & lata senten-
tia cõtra venditorem, excipiatur pre-
12 tium † non fuisse illi solutum, quam-
uis solutionis dies cesserit, vel è contra,
lata contra emptorem, excipiatur rem
13 venditam non fuisse illi † traditam, &
nihil obstare quominus tradatur, vt
latè censuit Dec. cons 119. pro tenui, n. 2.
quia talis exceptio non impugnat sen-
tentiam, qua venditor, vel emptor fuit
condemnatus, sed executionem, Dec.
sequitur Caldas. quæst. 48. exceptio rei
nce traditæ, nam cum de natura con-
14 tractus emptionis, † & venditionis sit,
vt pretium venditori soluatur, & res
vendita emptori tradatur, l. Iulianus,
§. ex vendito, l. ex vendito, ff. de action.
empt. quæ iura latè exornaui in meis
Collectaneis ad easdem leges, vtique
retardari debet executio sententiæ nõ
adimpleta natura contractus, quo fuit
actum, Cast. in l. 1. C. de iur. et fact. ignor.
num. 5. circa med. vers. Sed in exceptione
reprobat exemplum relatum, exemplũ
15 etiam esse posset, si dicatur † pendere
conditionem, sub qua promissor sit cõ-
demnatus, nec refert, an illa sit tacita,
vel expressa, veluti si quis condemne-
tur ad solutionem dotis promissæ, nam
nisi probetur subsequutũ fuisse matri-
16 monium, † non potest fieri executio
contra promittẽtem, vt pluribus pro-
bat, Galles. de obligat. Camer. quæst. 31.
secunda consideratio, num. 2. relatis Bal.
in l. si causam, C. de execut. rei iudic. col.
fin. vers. modo quæro, Rom. cons. 211. Soc.
cons. 51. præstantissime, col. 3. vers. Ter-
tio confirmatur, et vers. septimo confir-
matur lib. 1. et subdit idem Galles. ibid.
numer. 4. idem dicendum de condem-
17 nato † ex incerta promissione, si exci-

pia-

piatur, de liquidatione, & latius proſequitur, *idem Galleſ. quæſt.37. ex dictis, num.33. cum Zachia ibid. num. 61. Pariſ. conſ.81. in præſenti, lib.3. num.31. & ſeq.* concludens procedere in qua-
18 cumque † exceptione, quæ oriatur ex contractu, etiamſi Statutum prohiberet omnem exceptionem, ſi illa oriatur ex lectura inſtrumenti, idem firmat infinitis relatis, *Giurba deciſ. 60. Melchiona, num.14.*

Tertio aduertat, an quid ſit ſingulari iure conceſſum reo condemnato, præſertim in odium eius, qui inſtat exequi latam ſententiam, *Bal. in l.1.C. de iuris, & fact. ignorant. nu.5. verſ. ſecundo fal-*
19 *lit*, exemplum † eſſe poſſ t, ſi demonſtretur agi de executione contractus vſurarij, *Laurent. de Rodul. tractat. de vſuris, quæſt. 135. in fin. Galleſ. de obligat. Cam. quæſt.31. num.1.* vel ageretur de executione in bonis & perſona de-
20 bitoris, qui † eſſet nobilis apud Hiſpanos, qui ex priuilegio nobilitatis non mancipantur carceri æris alieni cauſa contracti, vel ageretur de exequendo
21 mandato in perſona † Doctoris, vel alterius, qui de iure, vel Priuilegio nō eſſet carcerandus, *vt latè examinaui de execution. rei iud. cap.14.* vel ageretur de re, quæ capi non poſſet in cauſa iudicati, *vt dixi de execut. rei iud. c.12.* Vel ageretur de executione ſententiæ contra † eum, qui non tenetur, niſi in
22 quantum facere poteſt, vel eſt illi debita reuerētia, *vt dixi ibid. §.7. & duobus ſeq.* & remiſſiuè, *ad l. maritum, ff. ſolut. mat.* retuli quæ perſonæ gaudeāt iſto priuilegio.

Quarto an poſt latam † ſententiam
23 ſuperuenerit ius aliquod condemnato, nam cum de illo non potuerit in proceſſu cauſæ cognoſci, quia non erat in eſſe, nec poterat includi, vel excludi, retardabitur executio ſententiæ, *l. ſi Fullo, ff. de condict. ſine cauſ. Bal. in l.1.C. de iur. & fact. ignor. nu.5.* quod præſertim procedit, ſi tale ius † ſit de
24 futuro, ſeu ſuperuenerit lata ſententia, *vt dixi de Laudem. quæſt. 11. & ſeq.* & ratio eſt, *vt ſubdit Bal. ibid.* quia de tali iure ſuperuenienti cognoſci nō potuit in proceſſu cauſæ, *& Caſt. ibid num.5.* aliam refert, videlicèt quia præcluſa non fuit via excipiendi de nouis poſt ſententiam, ſed tantùm de ijs, quæ extabant ante.

25 Quinto ſi Iudici † demōſtretur executione ſententiæ lædi animæ ſalutē, vt puta, quia tali executione continetur ſolutio vſurarum, *Galleſ. de oblig. Cam. quæſt.31. Secunda concluſio, num.1. relatis Lau. de Rodulph. tractat. de vſuris, quæſt.135. num.1. verſ. Vnum tamem, & Dec. in cap. ex parte 2. de offic. deleg. in fin. verſ. vigeſimo octauo*, qui refert ita ſentire *Barziam, de Guarant. par.3. q 7. Dec. in cap. ex parte 2. de offic. delegat. col. fin. n 87. verſ. vigeſimo octauo, Surd. conſ.327. Rota, num.16 in fin.*

26 Et quamuis *Angel.* † *in l.4.§. condemnatum, ff. de re Iud. num.9 circa fin.* firmet contrarium, & aſſerat, idem firmari à Rota, & illum ſequatur, *Silu. Aldobrand. in ſuis Apoſtil. ad Dec. in cap. ex parte 2. de offic. delegat. col fin. verſ. Vigeſimo octauo, aſſerendo Imol. ibidem idem tenere, cum And. Siculo, conſ.18. num.13. verſ. modo, & Surd pleno Conſil.327. Rota, num.12. verſ. Diligentius, vſque in fin.* reprobando deciſionem Rotæ Lucenſ. facilè concordari poſ-
27 ſunt, † vt prior opin. procedat, ſi maniſeſtè conſtat de vſuraria prauitate, ſecus ſi altiori eget diſputatione, vel excuſari poteſt contractus, de cuius executione agitur, non eſſe vſurarium, & in hoc elaborauit Surd. in ſuo reſpō-
28 ſo, & ita intelligenda † eſt deciſ. Rotæ, quam Angel. refert, hāc conciliationē colligo ex verbis Rotæ Rom. *coram Orano in Rom. executionis de Anguillaria, 6. Martij 1592. relata à Zachia ad Galleſ. deciſ.161. num.9.* Auguſtus tamen conſeſſus Senatus Mediolani, cū domini fratres de Pirouanis peterent à Doctore Braſca emolumenta nonnullorum millenorum ſcutorum quibus nūdinauerat, & exciperetur de prauitate vſuraria, inſtante eodem Braſca remiſſit cauſam ad Cur. Archiepiſcopalem, licet cauſa vſurarum ſit mixti fori, quod tamen declarant, *Decian. tract. Criminal. part.1. lib.4. cap.26. facile-*

crilegium,num.3. Alex.in l.Titia diuortium, ff.sol.mat. num.6.7.13. & 16.Borel.ad pragmat.Regni, §.1.glos.2.nu.99. vers.Quarto, Clar. in prax.l.fin.§.Vsura, num.8.

29 Sexto aduertat, an natura † contractus, cuius causa quis fuit damnatus, & sit instantia, quod contra illum fiat executio, suadeat dilationem, Bal.cons. 397. Vt de iure, lib.4.num.2. exemplũ desumi potest ex dictis, Natta cons.123 non videtur, vbi cōcludit, quod si quis donat post mortem suam, cum promissione non contrafacere, si donator reuocet donationem, non dicitur cōtrauenire promissis, quia reuocatio inest cōtractui donationis mortis causa ex natura sua, & idem dicendum de
30 quacumque † exceptione, quæ insit contractui de natura illius, Surd. cons. non arbitror, numer 25 concludens ex Bart. Alex.Fel.& alijs numquam censeri fuisse renuntiatum exceptioni, quę oriatur ex natura contractus, quo quis conueniatur, eamdem rationem ponderat, Ossasc.decis.51.Georgius, num.18.
31 in casu, quo contra † locatorem excipiebatur non præstitisse patientiam vtendi re locata, & idem dicendum, si excipiatur non fuisse liquidatam quantitatem contentam in sententia condemnatoria ad damna & interesse, & similium vt subdit, Surd. ibid.Paris. cons.81. in præsenti, lib.3.num.32.concludens numquam excludi exceptionem, quæ oriatur à natura actus, de quo agitur, Dec.cap.ex parte 2. de offic. delegat.num.57.vers.Decima. & num. seq. vbi plura exempla refert.

32 Septimo aduertat,† an quod contra executionem sententiæ obijcitur, non poterat excludi per sententiam, Bal. in l.1.C.de iur.& fact.ignor.num.1.in fin. & num.4.vers.ex hoc.

33 Octauo aduertat,† an quæ contra executionē obijciuntur, possint seorsum examinari à principali, & examinata, sententiam non redarguunt de iniustitia, sed suadent dilationem, Bal.in l.1.C.de iur.& fact. ignorant. numer.4. circa med.vers.Sed quādo est talis, subdens, si excipiatur de cessione iurium ad fauorem eius, contra quem fit executio, vt puta si correus soluat, quod insolidum promiserat cum alio, similiter obligato, si excipiatur de beneficio inuentarij, & similibus, quæ in aliquo non redarguunt sententiam, Cast.d.l.1.num.5.circa med.addit exemplum exceptionis melioramentorum.

34 Nono aduertat, † si quid obijci potest iuxta tenorem sententiæ, Bal. in l. 1.C.de iur.& fact.ignor. num.4. circa fin.vers.cōclude, vbi exemplum refert, si in sententia continetur modus, vel conditio, & hæc cautio est, quam Curiales nuncupant, exceptio oriens ex ventre sententiæ, vel iuribus, quibus agitur, Giurba plures congerens, dec.60
35 Melchiona, num.10 & num. 11. † ampliat, etiam si ageretur de actu iuramento munito, quamuis illud non sit liquidum, veluti si quis damnetur ad restitutionem fructuum, vel alterius rei, deductis, deducendis, Marescot. Resol.121. Regulariter, lib.2. num. 33. & seq. concludens exceptionem oriētem ex ventre sententiæ, numquam
36 censeri exclusam, quia † est species defensionis, quæ nullo iure, nullaque Legis, vel Statuti, vel Principis edicto, censetur exclusa, quia prouenit à iure naturali, vt ego addo, l.vt vim, ff. de iust. & iur. ad quem textum retuli in Collectaneis, quę sint defensionis causa aduersus cōmunes regulas, concessa,
37 † Carol.de Graf.tract.de except.cap.13. num.1. & seq. vbi plures refert, addit
38 quando obstet, † & non obstet hæc exceptio, Surd.plura exempla referens, cons.246.arbitror, num.25: vbi præterea plura exempla refert Alex.cons.95 in causa, num.2.& cons.119.Viso, nu.2. circa med.lib.1.Gal.Bened. in cap.Raynutius, §. & vxorem, decis. 5.nu. 443.
39 addendo procedere † etiam in possessorio.

40 Decimo aduertat, † an quid possit opponi præter sententiam, Bal. in l. 1. C. de iur.& fact.ignor. numer. 4. in fin. vers.quadam opponuntur, exemplum referens, si excipiatur sententiam non esse liquidam, vt puta, si quis vellit executioni demandare sententiam cō-

dem-

demnatoriam expensarum, non facta illarum liquidatione, *Giurba decis.* 60. *Melchiona, num. 1. & seq.* vbi plures
41 congerit, & addit etiam, † si in parte esset facta liquidatio, *& ex eodem Giurba ibid. nu. 3. et seq* colligo si reo competeret retentio rei ad quam restituẽdam fuit condemnatus.

42 Vndecimo aduertat, † an executio sententiæ fiat, vel petatur à legitima persona, quæ possit esse in iudicio, nã si quis alieno nomine agat, videat an ille doceat de legitimo, & spetiali mãdato, vel quod ille sit legitimus tutor, vel curator, si sententia sit lata ad fauorem absentis, vel nolentis esse in iudicio, vel sententia sit lata pro pupillo, vel minore, vel si causa sit popularis, is qui instat pro executione
43 sit de populo, quod † autem sententiæ executio sit petenda per procuratorẽ haebntem spetiale mandatum, *dixi de execut. Rei Iud. cap. 7. §. 6. num.* 142. & ratio est, quia in quocumque iudicio etiam summario, vel executiuo, ante
44 omnia, legitimanda † est persona actoris, vt examinant *Marsil. in l. si quis an, ff. de quæstion. nu. 87. & seq. plurib. & num. 130. Montalegre Doctor Hispanus de exercitio practic. action. cap. 5. num. 1. & seq.* vbi latè agit quæ personæ habeant legitimam personam standi in iudicio, *Natta cons.* 143. *vertitur, num. 1. et 7. Reusner. decis. 14. lib. 3. n. 4. & seq.* Quod autem exceptione legitimationis personæ actoris retardetur
45 † executio sententiæ, probant *Dec. in cap. ex parte 2. de offic. delegat. num. 42. et seq. vers. Quinto fallit, Lancellot. de attentat. par 3. cap. 25. Quamuis, n. 35. et seq.* concludentes de inhabilitate personæ, quandocumque excipi posse.

46 Duodecimo aduertat, † quod quę modo dixi de legitimatione personæ actoris, quod multo magis sunt dicẽda de persona rei, in cuius bonis, vel persona est facienda executio, & remittendo me ad plura, *quæ dixi de execut. Rei Iudic. cap. 2. §. 1. et seq.* exemplum erit, si agatur de sententia lata contra eum,
47 qui deinde † sit mortuus, non petita, vel etiam post inchoatam illius executionem; *vt dixi relatis pluribus dicto cap. 2. §. 1. num. 46. et seq.* vbi prætereà addidi limitationes, *Gratian. discept. 150 Non. recte, num. 18. et seq. vbi reprobato Bal.* si reus nõ suscepit iuditiũ, cõ-
47 cludit † executionem reuocandam, & probandum reum conuentum esse heredem, etiam illo nihil opponente. Ratio autem prædictorum est, quia persona rei est fauorabilior persona actoris; nam in dubio potius pro reo, quam pro actore est pronuntiandum, *cap. cum sunt personæ, de regul. iur.* vbi in meis Collectaneis retuli plura, singulari iure, reis concessa.

48 Decimotertio, si excipiatur † ex lectura sententiæ probari illam esse perplexam, & continere inuicem contraria, nam cum sententia debeat esse certa, *§. Curare, Instit. de action. Rot. decis. 4. de restit. spol. in nou. Natta cons. 599. num. 22. Crauet. cons.* 70 *num* 5.
49 præsertim † an illa sit absolutoria, vel condemnatoria, *Natta cons.* 51. *Viso,*
50 *num.* 17. perplexitasque, † seu contrarietas sit circa rem, vel personam, de qua loquitur sententia, & tam actoris, quam rei in quem dicitur prolata, *Rota decis. 18. de dolo et contum. in nou. n. 2. vers. Adhoc tamen*, alias est nulla, & nomen sententiæ non meretur, nisi ex alio saltẽ possit fieri certa, & sine peplexitate, *Angel. in l. hac sententia C. de sentent. quæ sine cert. quantit. numer.* 1. *Simon. de Prætis de Interpret. ultim. volunt. lib. 5. Interpret. fin. dub. 1. num.* 112.
51 quod isto casu † retardetur executio sententiæ, firmat *Dec. in cap. ex parte 2. de offic. delegat. nu. 54. vers. Nono fallit,* vbi pluribus similibus à contrario sensu desumptis, id probat, & compro-
52 batur euidenti ratione, quia † quod est incertum, & perplexum, non potest deduci in iudicium, & incertum esse, & non esse, sunt paria, *l. non quemadmodum, vers. in iudicium, ff. de Iudic. l. duo sunt Titij, vers. neuter, ff. de testamment. tutel.* ad quæ iura plura dixi in meis Collectaneis, & contraria deducens in iudicio, non auditur; *l. 1. vers. neque enim æquitas, C. de furt. glos. fin. in cap. solicitudinem, de appel. cap penul.*

de offic. delegat. in sext. Dec. latè in l. vbi repugnantia, ff. de regul. iur. & ego aliqua dixi in Collectaneis *add. l. 1. C. de furtis*.

53 Ampl. supra relatas † cautiones, tãto magis esse admittendas, & esse fauorabiles, si qui illarum aliquam objicit, offert se incontinenti illam probaturum, *vt censuit Rota coram Sacrato in Romana pecuniaria 5. Iunij 1613. vbi præterea ex Bart. in l. fin. C. de edict. Diui Adrian. num. 2. vers. sed si probet, Abb. cons. 55. num. 2. lib. 2. Rom. cons. 244. n. 6. Menoc. de adipiscend. remed. 4. nu. 730.*

54 *&* 751. firmat ex priuilegio † incontinenti admitti omnem exceptionem, quæ tamen non sit leuis, vt ego addo, idem prius firmauerant *Dec. in cap. ex parte 2. de offic delegat. num. 48. vers. Septimo fallit, Io. Peles. in suo proces. Iudiciar. cap. final nu 3. Rol. à Val. cons. 98. Viso, & perlecto lib. 3. num. 31. & seq. Scrader. de feud 2 par. 9 par. prine. Sect. 11. nu. 37. & seq. Menoc. de adipiscend. posses. Remed. 4. num. 772.* qui exempla

55 plura referunt, etiam † si sententia sit lata in iudicio summario, *& istis addo Paul. Bellon. in suo celebri tract. eorum, quæ fiunt incontinenti, cap. 132. Hæres. num. 3.* quo † vsus sum familiariter,

56 dum Flauius Tortus nobis publicè interpretaretur prima iuris elementa; quæ cũ correptus furore incautæ iuuentutus, aliquando intermisissẽt, reuersus ad bonam frugem, tantùm in Iustinianeo lure profecit, vt doctorali laurea coronatus, cęperit, quæ didicerat, & diurna ac nocturna luce profecerat, alijs per omnes sedes Papiensis gymnasij communicare, absque innani subtilitate, sed methodo, qua facillimè audientes audita intelligebãt & memoriæ commendabant. In Italia, & extra delato Pauli Belloni nomine cum fama illius excellentis doctrinæ, & admirandæ integritatis, Philippus III. Hispaniarum Rex, illum inter duodecim Mediolani Senatores conscripsit, in quo dycasterio præstando re ipsa, quæ verbis docuerat, pressus munere Senatorio, & assidua librorum reuolutione, quæ de iure scripserat, corrigendo, mutando, declarando, & dilatando, numquam minus solus, & otiosus, quam cum erat solus, & otiaretur cum libris suis, nondum senex mortem, cum vita commutauit grandi Scriptorum mole relicta, vt colligo ex ijs quæ ille asserit *dicto tract. cap. 110. in* stitutis agnatis, in ex quo bonorum fortunæ peculio, hæredibus, qui

57 cum non possent ferre † sumptus funeris, Ducalis Camera, ne tanti viri, & Senatoria vilesceret dignitas, præstitit, quæ hæredes defuncti facere minimè poterant. Hæc dixi, vt amici mei integerrimæ vitæ renouem memoriã,

58 nota fit pietas Regis † Hispaniarum in probos ministros suos, & probem, defuncto patrum nostrorum tempore

59 † Senatore Gambarana, qui alter Aristides nuncupabatur, in Paulo Bellono renouatos fuisse Phocionẽ, & alios, qui faciem tyrannorum non perhorrescebant, vbi agebantur de iustitia ministranda, vel bono publico augendo, vel conseruando, agebatur, & istis

60 † addere nunc Petrũ Petracinum, Patritium Laudensem, & alios dicti augusti consessus patres, nisi viuentibus illis, alienæ famæ inuidus, adderet, me ad voluntatem, non autem vera scripsisse.

61 Quando autẽ quæ excipiuntur † dicantur probata incontinenti, *Blanc. de Compromis. quæst. quarta, num. 35. & latius dixi de Laudem. lib 4. quæst. 4. Menoc. de adipiscend. posses. Remed. 4. numer. 772. Alex. cons. 82. vol. 4.*

Caput XVII.

Singularia concessa à iure, reo excipienti, & negata actori agenti.

QVia excurrendo per examinatas exceptiones, sæpe dixi, concordando Doctorũ opiniones, quid concedi fauore exceptionis, seu reo excipienti, quod negatur actori,

actori, seu actioni, inde colligendo, quod exceptio tamquam reorum propugnaculum sit fauorabilior actione, quia illa defensio est, & originem trahens à iure naturæ, hæc autem sit offensio, & commentum hominis sæpè ad interturbandam alienam quietem, propterea cum in præcedentibus commo strarim arma, quibus se tueatur miser reus ab improbo actore, non erit incongruum simul referre, quæ obseruaui concedi reo iudicialiter conuento, & negari actori de prætenso suo iure experiri volenti, & vltra dicta, *cap.12.§.18.*

Primo, quod quæ ad agendum sunt temporalia, perpetua sunt ad excipiendum, *l.pure, §.1.ff de dol. mal. & met. except. vbi plura dixi in meis Collectaneis, l.licet, C.de except. Vesembec, consil. 2.num.54.circa med.*

2 Exceptionem non perdit, qui actionem perdidit *Bal. l. & eleganter, ff.de dolo malo, num 1. post prin. & in l. sed & partas, §.1. ff.quod met.caus. Puteus decis.407. in causa, lib.2. num. 1. & 2.* limitat si ius excipientis sit peremptű.

3 Exceptio nullitatis retardat executionē sententiæ, secus dicitur de actione, *vt dixi de except. cap. 12. num. 15. & seq. & §.19.num 1 & seq. Stapbil. de litter.inst.§.exceptio sola plus operatur.*

4 Nullitatis prohibita actione, non est prohibita exceptio, *Alex. cons.82. col.3.vol.3.Brunus de Constit.& decret. col.3.Bal. l.peremptorias, C.sentent.rescind. non pos. nu.35.vers.quæro si Statutum dicit*, & ita interpretatur Statutum Vrbis, *lib.1.cap 157. in fin. teste Achil.de Graf. decis.5.& 6. de Constit.* subdens aliud dicendum, si à Statuto esset constitutum, vt de nullitate dici non posset, *& dixi de except.c.12.n.19. & seq. & §.19.num. 3. & seq.*

5 Soluens anteriori creditori sine cessione iurium illi facta, excipere potest, & retinere, non tamen potest agere, *Mantic.decis.69.num.3.*

6 Ad acquirendam possessionem tamquam hæres, necesse est docere de testamento in scriptis, secus ad impediendam immissionem, quia sufficit probare exceptionem impedientem immissionem, testibus, *Menoc. de acquir. p.ff.s. Remed.4 num. 781. vers. Extenditur.*

7 In obligationibus facti, excipiendo non est locus solutioni interesse, sed ad obseruantiam facti quis compellitur, secus agendo, *Socin.cons.17. lib.3.n.12.*

8 Pactum legis commissoriæ apposită pignori ex interuallo valet ad excipiēdum, secus ad agendum, *Guid.Papa decis.6.num.1.vers & quod dixi, Bal. in cap.1.de feud dat. in vim legis commiss.num.7.*

9 Reus vti potest exceptione etiam dilatoria, quæ illi superueniat lite contestata, & pendente, siue sit ex causa de præterito, siue de futuro, & siue facto aduersarij, siue non, secus in actione, *Marsil.de fideiuss.num.25. Paris cons 82.num 51.lib.3.*

10 Simulatio per viam actionis præscribitur triginta annis, secus per viă exceptionis, *Farinac. tract. de simulat. quæst.162.num.15.& seq. Bal.cons.322. lib.1.num.4.*

11 Sine cessione iurium acquiritur ius excipiendi, secus agendi, *Mantic.decis.63.num.3.*

12 Turpitudinem suam, licèt allegare excipiendo, secus agendo, *Ruin. cons. 175 lib 1.num 3.4. et 7. vbi limitat.*

13 Exceptione, & actione deducta in iudicio, prius cognoscendum de exceptione, quam de actione, *Hostiens. in cap. cum contingat 36. de offic. delegat. num.15. et seq. vbi deinde distinguit, et Io. And.num.22. Aret.cons.107. num.2. et seq.*

14 Agere qui prohibetur, non prohibetur excipere, *Alex. l.libertus 14. ff. de in ius vocand.nu.1.Crauet.cons.241. Princeps, col.15. vers præterea, Tusc. conclus.371.exceptio, numer. 17. et seq.* vbi exempla plura refert, & e contra *Contard. de moment. possess.limit.7. numer.68.*

15 Pactum nudum parit exceptionem, non autem actionem, vbi sit principaliter ad liberandum, *Cast. in l. 1. C.quand liceat ab empt.discedere, n.7. in fin.*

16 Excipiendi ius facilius conceditur, quam actio, *Bal. nouel.tract.de dote, par.7.priuileg.24.num.2.cap.ad agendū, de reg.iur. vbi Pecebius limitat in possessorio, Cyn. verò in l. si quis conductionis, C. locat.num.4.* vult intelligi in petitorio.

17 Pacto de retrouendendo, si competat iure exceptionis nūquam præscribitur, secus si iure actionis, *Vesembec. consil.2. num.54. circa med. Io Koppen. decis.1.num.61.*

81 Offerendi iuri numquam præscribitur, si illud competat iure exceptionis, secus si iure actionis, *Dec.consil.164.non fuisset, num.4. Bald.de præscript.quart. par. quint.par.* secundo quæro in spetie, *num.21. in fin.*

19 Contractus nullitas in iudicium deduci non potest, quia fit vsurarius post annos triginta, secus excipiendo, *Bal. consil.322. Vtrum, lib.1.num.4.*

20 Dominium facilius probatur excipiendo, quam agendo, nam ex possessione sola illud probatur, excipiendo, secus agendo, *Papiens. in forma Capitu.actor.§.pro sua, num.4. Mascard.de probat.Conclus 539.num.7.& 8.* Item probatur indicijs, & coniecturis excipiendo, secus agendo, *Veral.decis.280. Dominium, num.4. et 5.*

Exceptionibus pluribus ad defensā

21 excipientis, quamuis contrarijs, vti licet, secus actori, *Put. decis.316. lib.1, num.8. Dyn. in cap.nullus pluribus de regul.iur.*

Excipere non prohibetur, qui non potest agere, *Glos.cap.cum inter, verb. legitima defensio, de except. vbi dixi in meis Collectaneis.*

23 Crimen probatum actione intentata punitur, secus si fuerit probatum exceptione, *Old. ad. 78. sed distingue per Aretin.§.1. Inst. de except. num.41. et seq.*

Excipiendi ius transit ad singularē successorem, secus ius agendi, *Vegius consil.56 num.24.*

25 Temporalia, quæ sunt ad agendum perpetua sunt ad excipiendum.

Caput XVIII.

Axiomata, seu generales Regulæ exceptionum.

Relatis exceptionibus, & cautionibus, quibus reuocetur, vel differatur. Rei iudicatæ executio, addidi quæ singulari iure sunt excipienti concessa, & negata volenti, de iure suo, coram competenti Iudice experiri, & nunc subdo Regulas, seu Axiomata, quæ vsui esse possunt reo conuento, quouis actionum genere: imitatus Tribonianum, & socios, qui post absolutum pandectarum opus, nobis retulerunt volumen regularum iuris, collectum ex antiquorum I. C. responsis, & interpretationibus edictorum, & ijs quæ Imperatoribus placuerant: Forte eodem Triboniano sequente vestigia Aufidij Pauli, & aliorum veterum I. C. & præcipuè Papiniani, qui in hoc genere Scriptores cæteros superauit, *teste Cuiac. ad lib. 2. quæst. Papinian. cap 2. in princ.* nam cū plura sint negotia quam vocabula, *l.4. ff. de præscript. verbis*, natura quotidie in nouas deproperet formas, *§. Sed quia.* Quę fuit prima caus. benef. amit. & de singulis, legem constituere sit impossibile, quia fieri non potest, vt omnia preuideantur, *Arist. 1. Rhetor.* ideò leges sunt generaliter conceptæ, *l. leges, C. de legibus*, & breui verborum compendio factæ vniuersales regulæ, quæ omnes casus eamdem habentes æquitatem comprehendunt, & in non in specie decisis, ius faciunt, *l. non possunt, ff. de legib. Gomes. in proem. reg. Cancel. quæst.2. num.10.* sententia contra regulam iuris est ipso iure nulla, æque ac si lata esset contra Canonem, vel legem Digestorum, vel Codicis expressam, *Bart. in l. quintus, ff. si quis Caution. Petr. Peebius ad Rub. de regul. iur. in sext. num. 3.* Ideò pro regula semper est pronuntiandum, *Ias. auth.*

si qua

si qua mulier. *C. de S. S. Eccles. num* 33. *& seq. Roc. de Curt. tract. de iur pat.* §. *H. corificum num.* 94. *Roc. decis.* 14. *de probat. in nou.* Hæc sint dicta, vt demonstrem vtilitatem regularum, quæ præter relatos, alios operatur effectus, vt dixi in libro exiomatum. §. Regula & referunt. *Mascard. de probat. conclus.* 1261. *& Peebiius iu d. Rub. num.* 3. *circa fin.*

Exceptio eius, quod non est, nihil operatur *Cephal. cons.* 312. *num.* 70.

Exceptio inspecta substantia, est defensio in æquitate naturali fundata, *l. qui æquitate. ff. de except. dol.*

Exceptio debet contrariari directè intentioni agentis. *Cast. l. cum vltra num.* 2. *C. de non num. pec.*

Exceptio præsupponit actionem. *Bar. l.* 1 *ff. de except.*

Exceptio semper debet esse fauorabilis, *l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.*

Exceptio facta in vno casu, confirmat regulam in alijs casibus non exceptuatis, *Curt. iun. cons.* 183. *num.* 3. *part.* 2.

Exceptio derrogat regulæ generali. *DD. c. quoniam frequenter, vt lit non contest.*

Exceptio nulla est, vbi nulla reperitur actio, *l si quis, ff. de inoff. testam.*

Exceptio est actionis exclusio, *ibid. l.* 2. *ff. de except. Rot. decis.* 16. *de in nou. Bart. in l. ex hoc iure.* §. *de iust & iur. n.* 19. *& in l. vbi pactum. C. de transact. num.* 15. *vers. ex qua opin. Dec. in l. non videtur.* 13. *ff. de reg. iur. num.* 7. *distinguit.*

Exceptio debet esse de genere regulæ, *l.* 1. *ff. de reg. iur.*

Exceptio superueniens post litẽ cõtestatã idem operatur, ac si fuisset opposita ante, *c. continu ante, de off. deleg.*

Exceptio datur ei, cui actio, *leg. inuitus.* §. *cui damus. ff. de reg. iur. Dec. in l. cui damus. ff. de reg. iur. iur. distinguit.*

Exceptio debet esse de regula sub qua illa continetur, *l. nam quod liquide, ff. de pen. leg.*

Exceptio superueniens pendente iudicio prodest reo. *Bart. l. cum mulier* 1 *ff. solut. mat.*

Exceptio opposita per eum qui laborat eodem morbo, eliditur replicatione, *c. cum Ecclesias, de except.*

Exceptio non tollit, sed elidit obligationem, *Zal. l. cum qui, numer.* 11. *de V. O.*

Exceptio superueniens vni ex correis debendi, prodest alteri, ante condemnato. *Cast. l. & post rem, ff. de transact. Alex cons.* 107. *vol.* 2.

Exceptio legitima excusat à mora, *Bart. leg. si pactus, ff. de pact.*

Exceptio superueniens pendente iudicio elidit actionem. *Bart. l.* 1. *ff. de except.*

Exceptio iuri contraria non debet admitti nec in actis poni. *Bal. l. edita. ff. de edend.*

Exceptio quæritur inuito, & ignoranti, *Inn. c. cum pridem. ff. de part.*

Exceptio retardatur per replicationem claram, & non egentem altiori indagine, *l. quoniam Alexandrum, l. de adulter Roman. cons.* 246. *num.* 10.

Exceptio obstans venditori obstat, & emptori, *Spec. de recus.* §. 6. *vers. sed quid.*

Exceptiones sunt odiosæ. *Spec. de teste.* §. 3. *vers. sed cum quæritur.*

Exceptio omissa non potest opponi tempore allegationum. *l. cum qui ita.* §. *cum ita, ff. de verb. oblig.*

Exceptio nullitatis non est propriè exceptio, & potest opponi etiam post terminum statuti. *Bal. l.* 3. *col.* 3. *C. de iur. & fact. ignor.*

Exceptio superueniens post conclusum in causa potest opponi. *Abb. c. pastoralis de except.*

Exceptio post terminum opposita etiam probata, non releuat, *Bal. l. properandum. C. de Iud.*

Exceptio non tollitur per statutum tollens actiones. *Bal. l. peremptorias. C. sent. resc. non poss.*

Exceptio intelligi debet iuxta regulam sub qua est posita, *l. nam si quidem* §. *fin. ff. de pecul. legat. Ripa respons.* 4. *de iur gent. num. num.* 4.

Exceptio non admittitur quæ excipienti non intersit, *l.* 1. *ff. de appel. recip.*

cip. Dec conf.418. Viso num. & seq.

Exceptio multo facilius admittitus quam actio, *l. cui damus, ff. de reg. iur. vbi Dec. & reliqui distinguunt.*

Exceptio obscura pro non opposita habetur.

Exceptio restringit regulam, *l. nam quodlliquide. §. fin. ff. de pena. legat.* 1. vbi dixi in Collectaneis.

Exceptio non admittitur quæ excipienti non intersit, *l. 1. ff. de appel. recip. Dec. conf. 418. Viso num. 10. & 17.*

Exceptio nititur æquitate, *l. qui æquitate*, vbi dixi in meis Collectaneis, *glos. l. 2. §. infacto, verb. exceptione, ff. de verb. oblig. Natt. cons. 8. nu. 5 Ripa. Rub. ff. de verb. oblig. nu. 43. Marsil. de fideiuss. numer. 277.*

Exceptio cohærens personæ excipientis non proficit alijs, *l. exceptiones quæ personæ. ff. de except.* vbi dixi in meis Collectaneis, *Dyn. in cap. 15. qui in ius. de reg. iur. num. 18.*

Exceptio declarat præcedentia, *Alex. in l senium. C. qui testam. facer. pos. num. 4. in fin.*

Exceptio firmat regulam in non exceptuatis, *glos in l. quæsitum. §. idem respondit. verb. non potest, vers. & sic. nott. ff. de fund. inst. ad quam plura dixi in meis Collectaneis.*

Exceptio multo facilius conceditur quam actio *cap. qui ad agendum, de reg. iur. ad quem textum plura dixi in Collectaneis, l. 1. ff. de superfic. Vinc. Frãc. decis. 239. venditor, num 6. l. inuitus. §. cui damus. ff. de rex. iur.*

Exceptio debet esse de regula, *cap. 1 de reg. iur iur. in l. 1. ff. de offic. eius, nu. 52. vers. tertio, & Dec num. 65. & Alex. num. 68. Ripa. l. 4. §. cato. ff. de verb. oblig. num. 25. Brun. cons. 38. num. 4. Gonzal. ad regul 8. glos. 51. nu. 2. Surd cons. 262. num. 47. & 402. num. 21. Decian. cons. 2 lib. 4. num. 33. qui omnes notab. quæstiones per hanc regulam decidunt.*

Exceptio debet esse de genere excepti, *Bart. l. si cum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caution. num. 6. in fin.*

Exceptio omnis est restriggenda. *Rot. decis. 27. de rescrip. in nouis. num. 2. Necis cons. 66. num. 17.*

Exceptio extenditur ad casum similem, *Dec. cons. penul. num. 8.*

Exceptio est propugnaculum reorum, contra actores, *§. 1 inst. de except. Rota decis. 5. de excepn in nou. num. 2.*

Exceptio dicitur neglecta per processum ad vlteriora, *cap. ex parte. vers. exceptione neglecta, de apel.* & ibi dixi in Collectaneis.

Exceptio est probanda ab excipiente, *Vid. excipiens grauatur onere probandi.*

Exceptio quæ competit principali gaudet fideiusor, *l. omnes, ff. de except. l. si quis reum, ff. de liber. legat l. 2. ff quæ res Pign. oblig pos. Marsil. de fideiuss. nu. 267 & 285.*

Exceptio casibus regulæ expresse aduersatur, *Mantic. decis. 76 num. 2.*

Exceptio, & replicatio procedunt à pari, *l. 2. ff. de excep Io. Bnd. in cap. 2. eod. tit. Tiraquel. de Retract lignag. §. 1. glos. 18. num. 24. in fin.* modo replicatio sit clara seu non egeat altiori indagine, *Ron. cons 246. num. 9.*

Exceptio quamuis turbida prodest excipienti, si replicatione non tollatur. *Dec. cap. dilecti, de except. num. 9. vers. nota quarto Rot. decis. 597. num. 3. decis. 677. num. 1. part. 2.*

Exceptio generalis non prodest excipienti sed in specie opponenda, *cap. vt circa. vers. singula. de electione. in sext.* vbi dixi in Collectanis, *Rot. decis. 1. de libil oblat & decis. 70. de appel. in antiq. Vant. de nullitat cap. fin. num. 29.*

Exceptio dubia tollit probationem actoris certã, *Pacian. de probat cap. 50. num. 76. & ibi addentes, Limit. infra, vers exceptio dubia.*

Exceptio iusta vel admissibilis excusat à mora, etiam concurrente iudiciali interpellatione, *Guid. Pap. decis. 496. num. 1. in fin.*

Exceptio releuans non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones. *Bart. l. 1. §. & parui, ff. quod cui aut clam num. 3. Curtius l. 3. §. si is pro quo, ff. quod quisq. iur. num. 4.*

Exceptio quæ nocet auctori, nocet etiam successori, *l. apud Celsum. §. de auctoris. ff. de dol mal. & metus except.*

Surd.

Surd cons.4. plura num.6. & seq.

Exceptio indicat extare regulam in contrarium, *Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. nu. 27. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glos. 13. num. 24.*

Exceptio dubia non elidit intentionem actoris iure fundatam, *l. non solum §. sed vt probari, ff. de nou. oper. nunc cap. audiftis de præscript. Crauet. cons. 149. n. 6. Peregrin. cons. 1. lib. 4. num. 14.*

Exceptio illiquida non tollit actionem liquidam, *l. fin. C. de compensat.*

Exceptio opposita in processu, non potest opponi in executione sententiæ. *l. fin. autem, §. fin. ff. de negot. gest. vbi Bal. & Alberic. notant. Morla in emporio iuris, tit. 2. de iurisdic. iud. quæst. 19. nu. 6. in fin.*

Exceptionem metimur ex persona rei, non autem actoris, vel replicantis, *Bal. l. Æmilius. 39. ff de minor. num. 33. circa med. l. fin. C. de fruct. & litium expens.*

Excipere non potest cuius non interest excipere, *l. ille à quo §. 1. ff. ad redes, Surd. cons. 218. cogendul. 12. num. 12.*

Excipiens est actor in exceptione sua, *l. 1. vers. nam reus, ff. de except.* vbi dixi in Collectaneis, *Peregrin. cons. 64. ex causa num. 22. & cons. 98. Sentio. nu. 10. lib. 3. Pit. decis. 396. lib. 2. nu. 2. Surd. cons. 248. num. 3. Mantic. decis. 230. nu. num. 5. Cesal. cons. 455. num. 30. Rol. à Val. cons. 13. num 65. lib. 3.*

Excipiens nõ fatetur contraria exceptioni, *l. non vtique, ff. de except.* & dixi ad eumdem textum in Collectaneis; *Natta. cons. 134. num. 1. Mantic. decis. 192. num. 4. Surd. decis. 24. exceptio. num. 5.*

Excipiens grauatur onere probandi oppositam exceptionem si, *l. in exceptionibus, vers. ipsum itaq. ff. de probat.* & dixi ad eundem textum in Collectaneis, *Surd. cons. 385. num. 11.*

Exceptio est negatio implicita, *Ful. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 21. n. 2.*

Exceptio alteri quæri non potest, *l. solutionem, ff. de solut.*

Exceptio datur multo fortius ei, cui datur actio. *Bal. l. 3. C. de cond. indeb.*

Exceptiones nituntur æquitate. *Bart. l. qui æquitate, ff. de dol. mal. except.*

Exceptionem obijciens non videtur intentionem partis aduersæ confessus. *l. non videtur, ff. de except.* & ibi dixi in Collectaneis.

Exceptione vna opposita, & non probata, potest opponi alia, etiam contraria, *cap. cum dilectus, de relig. dom.*



Amico Lectori.



VM tractarem quæ sint obseruanda quoties sit Rei iudicatæ executio, præuidi mole operis mihi otium, & tempus defecturum, examinandi pari stylo omnes exceptiones Dilatorias, & peremptorias. Angel. consil. 132. quidam, numer. 2. vers. ad primum. *quæ remorentur faciendam, vel factam, sed non consumptam Rei iudicatæ executionem, testans id opus relinquire Antonio Fräcisco nepoti meo ex fratre germano, qui hæres ex asse scriptorum meorum, captum à me opus perficeret, pro vt facile perfecisset, indicata sibi materiarum sede vnde tamquam ex vbere lati fundio, copiosam colligendo messem, colophonem addidisset. Verum illo in adolescentia defuncto, relicto fratre dissimilis genij, non Mineruæ sed Martis gaudente coronis, agens, que ego annum septuagesimum nonum, cum refriguerint solertes, & viuidi illi spiritus, qui requiruntur in enucleante iuris aliquod argumentum, manum de tabula sustuli, hortando quemuis de iuris prudentia bene mereri cupientem, me ducem sequatur, & spero futurũ Nicolaũ Pacificum ciuem Esinum, cui scripta mea communicaui, relicto sibiindice, laborem, aliqua in parte scribendo, minuente.*



Index

INDEX CAPITVM

Exceptionum quæ supersunt examinandæ.

Cap. I.

ACtione eares petendi executionem sententiæ, nam si petatur alieno nomine, procurator debet docere de spetiali mandato, *vt dixi de executione cap.*7. si alio titulo debet de illo docere, siue agatur de executione sententiæ latæ ad fauorem vnius, seu vniuersitatis, & repellitur actor, & admittitur ijs omnibus casibus, quibus licet sine actione agere, iuxta regulum, *l. si pupilli*, *§. videamus*, *ff. de negot. gest.* quam ibidem examinadi in meis Collectaneis, *vide infra cap.*10. vbi si excipiatur quod quis non potest, esse procurator, quandocumque potest opponi. *Marchesan. de commiss. suspic. iud.* §. 1. *num.* 43. quando Iudex admittere possit agentem sine actione, & de iudicio conualidato ex superuenienti iure. *Menoc de arb. iud. Quæst.*16. hæc exceptio dicitur intentiosiis, & facti Milanens. *decis.*2. *part.* 2. *num.*155.

Cap. II.

ACcessus non datur tutus venienti ad iudicium, plura de ista exceptione dixit *Mascard. de probat. conclus.*17. *& tribus seq. & ibi moderni de Nigris, & dixi ego in meis Collectaneis ad Clem.* 1. *§. Quia de iudic. & Gail. obser.* 52 *lib.* 2. *num.* 3. *& seq. Socin. de citation. artic.* 18. *num.* 5. *Alex. l. de ætate ff. ad Trebel. num.* 11. *& seq. Mysing. obser.* 73. *Cent.* 2. cessat vbi quis citatur ad locum commissi delicti. *Menoc. cons.* 100. *quæst. num.* 208. *& dixi supra cap.* 12. § 4. *num.* 50. *& quando locus non dicatur tutus citato.*

Cap. III.

VEniam non petijsti, qui veniam agendi cortra reum petere debeant, & à quibus personis illa sit petenda, examinat exceptionẽ istã *Rol. à Val. cons.* 18. *lib.* 2. *obstat vxori agenti contra maritum. Aret. in l. maritum. §. elegantur. ff. sol. mat. num.* 6. addendo omnibus obstare qui debent reuerentiam reo conuento, an vassallo agenti contra dominum. *Ias. in prælud. feud. num.* 21. *Bursat. cons.* 49. *num.* 20. *Bocer. tract. de commodo Senioris, & iure Domini, cap.* 2. *Mysing. obser.* 92. *cons.* 4. *Zas. de feud. part.* 7. *num.* 49. *Gerard. Mazol. cons.* 49. refert qui veniam petere debent. *Socin. de dilation. artic.* 31. *num.* 74. *Quibus obstet. Osasc. decis.* 31. *n.* 14. *vsq. in fin. glos. antepen. in cap.* 1. *de milit. vassal.* cessat vbi nõ fuit opposita in primo actu iudiciali, *Osasc. decis.* 31. *num.* 21. an obstet vassallo vocante dominum in ius, *Io. Rediger. in method. feud. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. aliqua dicunt, *Rol. à Val. cons.* 18. *in præsenti. lib.* 2. *Rosental. de feud. part.* 10. *section.* 8. *nu.* 51. *& seq.* an conueniendo fiscum, *Rom. sing.* 9. *glos. l. bene à Zenon. verb. iussione. C. de quadran. præscrip.*

Cap. IV.

DOminij exceptio, non obstat agenti possessorio sine agat iure suo, siue ex iure sui auctoris. *Ancar. cons.* 205. *in quæstione num.* 5. *plura dixit de ista exceptione*, *Mascard. de probat. conclus.* 687. *num.* 12. 19. *&*

 seq.

seq. examinant difficultatem istam. Surd cons. 189 quamuis, num. 23. & seq. Menoc de Recup. possess. remed. 15 num 471. & seq Sarmient. Select interpret. lib 2. cap. 13. nu. 2. & seq. tenet negatiuam, & testatur de veriori, & ego in meis Collectaneis, *ad cap. redintegranda.* 3. *q.* 1. Sex casibus illam distinxi. Quid si opponatur à tertio. *Boer. decis. 79. Breuiter Giurba decis. 62. tertio, num. 1. & seq. Couar. pract. quaest cap. 16. agitur. Scacia de appel. quaest. 17. Limit. 6. memb. 4. num.* 68. addendo procedere, si incontinenti doceat de sua possessione, retardat executionem sententiæ, si admittitur exceptio in qua propositū sit dominium, *Crauet. cons. 840. vitium. num. 2. in prin. glos. l. Ille à quo, §. fideicommisso testamento, verb. verba. ff. ad trebel.* vbi dixi in Collectaneis, admittitur contra agentem adipiscendæ, si incontinenti probetur, *Put. decis. 222. lib. 1. num. 3. & decis. 55. & 58. & 73. part. 2. Surd. cons. 214. num. 20. incontinenti probatio effectas, Soc. Iun. cons. 75. lib. 1. n. 8. Put. decis. 308. lib. 1. num. 3. & Surd. ibid.*

Cap. V.

Doli exceptio obstat petenti executionem, eius quod restituere debet statim, *Fel. cap. debitores, de iur. iur. num. 4. Dec cons. 424. col. 1. Fœnus tract. de moment. tem. cap. 31. num.* 8. & alia plura dixi in meis Collectaneis ad *d. cap. debitores*, opponi potest in quacumque instantia, & in executione, *Gabriel. cons. 28. in casu, lib. 2. num. 7. & seq. Barga tract. de dolo. lib. 6. cap. 16 num. 2.* opponi potest etiam contra quemcunque successorem, si respiciat contractum, *Franc. Vegius cons. 56. num. 20.* generaliter opponens omnem exceptionem intelligitur opponere exceptionem doli, *Bal. in repet. l. 2. ff de iur. iur num. 45.* renuntiatio doli, intelligitur de parua læsione, *Corn. cons. 236 diligenter lib. 4. num. 16.* opposita doli exceptione an concedatur doli replicatio, *Pactum de probat. lib. 1. cap. 58. nu. 75. Tuscus. conclus. 376.* an opponi in possessorio. *Dec. l. in condemnatione. §. dolo. ff. de reg. iur. nu. 3.* non nocet, quibus voluntas testatoris non resistit, *Dec. l. non solet, ff. de reg. iur. num. 1.*

Cap. VI.

Cedendarum, opponi potest in executione sententiæ, *l. alterius. §. fin 20 ff. de tutel. & ration. distr. vbi Bal. in fin. notat.* non est sublata à statuto reijciente omnem exceptionē, nēc generali renunciatione, *Dec. cons. 99. num. 3 & cons. 446. num. 1.* quando concedatur tutori conuento in solidū, *Pontan. tract. de tutel. cap. penul. nu. 131. & seq plurib. & 149. 178 & Roncagal. in l. 9. ff. de duob. reis. num. 219. & seq Boer. decis. 59. num. 3. & seq plurib. quando opponenda, Boer. decis. 59. num. 9. & seq. Surd cons. 170. num. 13. & seq. 26. & seq. & 34. Gutier. de tutel. part. 1. cap. 15. nu. 10. vsq. in fin. Galganet. de tutel. lib. 3. quaest. 26. nu* 11. si vnus sit obligatus pure, alius sub conditione; *Trentacinq. resol. 24. de solut. lib. 3 num. 8. & seq.* an renuntiari possit, & quando opponenda, *ibid. n. 9. 28. vers. primam*; an vbi tota pecunia deuenit vni ex obligatis in solidum *ibid. num. 40.* an obligatus ex persona alterius, qui nomine pluriū contraxit, *ibid num. 42.* qando obijci possit, *Imol. l. inter eos, ff. de duob reis, num. 2 & 8.* Cedi quando possint, & non possint, & quis dabeat, & cogatur, & è contra, *Oliban. de Action. in addition. ad cap. 3. Quarum, num. 21. & seq. plurib. Bertazol. claus. 4. glos. 4. nu. 8. Milanens. decis. 1. lib.* opponi potest in executione sententiæ, *Alex. cons. 119. lib. 1. num. 2. sequitur Galles. loques de fideius. de oblig. Cam. quaest. 17. num. 10. Tuscus conclus. 385. & seq.* exceptio cedendarum, *Pont. tract. de tutor. cap. penul. num. 131. & seq. examinat. Tuscus. concl. 384. cum trib. seq. Exceptio cedendarum Exceptio discussionis.*

Cap. VII.

Diuisionis exceptio, *Montan. de tutel. cap. penul. num.* 142. *late de illa agit Bertazol. clausul.* 39. *glos. final. & clausul.* 40. *glos.* 2. *excussionis.*

Cap. VIII.

Filius familias est, & pater non consensit, an exceptio ista obstet tam vbi filiusfam. agit, quam vbi conuenitur, *Ioseph. Lud decis.* 13. vbi etiam agit quid dicendum in causa criminali. & late dixi in Collectaneis, *ad l. fin. §. necessitate. C. de ben. qua liber.*

Cap. IX.

Clericatus exceptio, coram quo iudice cognoscatur de ista exceptione, si corā iudice layco opponatur, *Clar. §. fin. quaest.* 36. *num.* 21. *& seq. & ibi addentes, & ibi Baiard. num.* 19. *& seq.* vbi multa de ista exceptione, & quando obstet, *& Clar. ibid. num.* 23. agit si clericus immisceat se enormibus, agendo de intellectu, *cap. perpendimus, de sent. excom.* & cuius expensis mittatur, *de sent. excom. Baiard. ibid. num.* 21. & quæ sint partes iudicis Ecclesiastici isto casu, *Clar. ibid. num.* 22. in causa ciuili procedit, condemnato clerico à iudice in expensis qui distulit excipere de clericatu, vsque in excutione sententiæ, *Rol. à Val. cons.* 12. *prima lib.* 2. *nu.* 42. & colleges plura ex meis Collectaneis, *ad. cap.* 3 11 *quaest.* 1. *Quid si excipiatur à tertio, Rimin. iun. cons.* 422. *Dominus, num.* 1. *& seq.*

Cap. X.

Non Interest tua exequi sententiam, *dixi de execut rei iudicata cap.* 7. si executio ab alio petatur quam ab eo, ad cuius fauorem fuit iudicatum requiri speciale mandatum in petente, inde nata est exceptio tua non interest exequi sententiam, de qua agunt, *Felin. in cap. cum super de re iudicat. num.* 14. *& seq. & in cap. cum super. de offic. de legat. num.* 2. *Innoc. in cap. super. de accus. num.* 1. *& seq. Milanens, decis.* 1. *lib.* 2. *num.* 19. *& seq.* an semper excludat agentem, *Pet. Pechius, cap. in re communi, de reg. iur. num.* 7. *Bal. l.* 2. *ff. de iur. iur. nu.* 50. *& Dec. cons.* 302. *num.* 4. *Probus ad Monac cap. pia de except. n.* 16. *&* 18. cessat sepe. *Crauet. cons.* 182. *num.* 8. an sit dilatoria. *Dec. cons.* 302. *num.* 4. *circa med.* Quid si dominus agat ad damna illata suis vassallis, *Fel. cap auditis, de praescript. nu.* 27. an excipiens vel actor debeat probare sua interesse. *Mascard. de probat. conclus.* 972. *& Brunor. quaest.* 11. *nu.* 1. *& seq.* sub ista exceptione continetur legitimatio personæ actoris & rei, *Burnn. idib. num* 8. *& seq.* Item quod quis non sit procur, *Alex. cons.* 72. *circa fib.* 4. *nu.* 2. *& seq* quomodo probetur sua interesse, *Mascard. de probat. conclus.* 929. *est dilatoria Ancar. Clem. constitutionē, de elut. num.* 1. *in fin. quis possit de illa excipere, Bero cons.* 30. *lib.* 2. *nu.* 27. *& seq. & Fel. in cap. cum super, par.* 7. *de re iud. num.* 14. Cessat in ijs in quibus iudex debet supplere ex officio, *Dec. in cap. intelleximus, de Iudic. col fin. n.* 87. *vers. quibus addo.* opponi non potest in contractu reciproco, *Menoc. cons.* 1. *num.* 370. *Iacob. Laurent. tract. de iud. suspect. cap.* 15. *num.* 129. idem late repetit, an vbi agitur de periculo animæ, veluti de excommunicatione, *Fel. cap. intelleximus, de iudit. nu.* 7. Cessat vbi quis excipit vel agit de nullitate testamenti, etiam si filius non agat. *Put. decis.* 16. *part.* 2. *num.* 7. Quando poponenda,

Fel cap. super. his de accus. num. 18. facit silere defectum citationis, *Surd. cons.* 323. *num.* 43. cessat ad fauorem fideiussoris conuenti ante ex cussionem principalis, qui non sit soluendo, *Alex. l. non solum. §. morte. ff. de non oper nunciat.* est litis finitæ, & repellit agentem a limine iudicij, *Surd. cons.* 227. *num* 7. *& decis.* 52. *num.* 2. facit cessare exceptionem nullitatis, vel iniustitiæ contra excipientem, *Surd. cons.* 1. *num.* 84. *& seq. & cons.* 41. *num.* 8. *& cons.* 48. *nu.* 20. *& seq.* etiam in criminalibus, *Surd. cons.* 48. *num.* 21. opponitur contra petentem edi instrumentum, *Gail. obser.* 106. *lib.* 1. *num.* 1. *& seq.* opponenda ante litem contestatam, & opposita impeditur litis contestatio, si interesse deducatur incidenter, secus si tangit factum principale, quia tunc quandocumque opponi potest. *Auffier. ad Capel. Tholos. decis.* 67. *num.* 5. cessare facit exceptionem adimplementi, etiam vbi dubitatur, an adimplementum possit afferre damnum, vel commodum, *Crauet. cons.* 59. *Petrus*, *num.* 3. *Iac. Laurent. de iud. suspec. cap. fin. nu.* 129 *circa fin.* late de ista exceptione agunt, *Tiraquel. de Retract. lignag. §.* 1. *glos.* 2. *num.* 33. *& seqq. Bernard. Rocca in praxi*, *lib.* 3. *cap.* 1. *& cap* 15. *Peregrin. cons.* 22. *in causa, num.* 3. *& cons.* 102. *nu* 29. *lib.* 3. *Decian. cons.* 44. *primo*, *lib.* 4. *num.* 72. *Couar. pract. quæst. cap.* 15. *Mastril. decis.* 3 1. *num.* 1. *vsq. in fin. & decis.* 34 *nu.* 7. *cum alijs congestis in meis Collectaneis, ad l. loci corpus. §. competit, ff. si seruit. vendic.* Sub ista exceptione est defectus mādati, tā actoris quā rei, vt dixi, & agunt, *Ias. in l. licet. C. de pactis Bal. in l. fin. C. de iudic. num.* 7 *Iacob. Laurent. tract. de iud. suspect. cap.* 6 *num.* 10. *& seq. Peregrin. cons* 97. *Falsi. lib.* 3. *num.* 1. *& seq. Aebil. de Graf. de procur. decis.* 6 *num.* 1. *Capic. decis.* 1 *num.* 31. *circa fin cons.* 32. *Abb. cap. inter monesterium*. 20. *de re iud. num.* 7. facit cessare exceptionem adimplementi, vt dixi, *Sup. cap.* 11. *num.* 80. continet legitimationem personæ, quam examinat, *Muscatel. in prax. lib.* 1. *part.* 3. *glos. §. cōparentis. an sit dilatoria, vel peremptoria*, *Afin. in prax. §.* 13. *cap.* 6. *examinat. Tusc. cōcl.* 377. exceptio ampiat etiam excipiendo, *l.* 1. *ff. de appel. cap. cum inter, de elect. Bal. l. eum seruum, C. de seruit. fugit.*

Cap. XI.

Liquidationis exceptione impediri executionem sententiæ, quod contenta in illa non sint liquida firmat, *Bal. in l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. l.* 2. *C. de execut. rei iud. l. ita stipulatus sum te sisti, ff. de verb. oblig. Bertrand. Argent. ad Consuet. Briton. artic.* 231. *in princ.* exemplum referens si venditi fuerint plures fundi emphiteotici siti in diuersis territorijs, vbi non eadem quamtitas soluitur pro laudemio.

Cap. XII.

Rei iudicatæ, excep. fuit aduenta ad cōseruandū rigorē iuris, *Abb. in rub. appl. num.* 7. *in fin.* quando transeat contra singularem successorem, *Franc. Vegius cons.* 56. *num.* 22. indicatur ex sententia lata super emergenti, *Bal. in repet. l.* 2 *ff. de iur. iur. nu. num.* 62. *in prin.* an obstet vbi agitur ad alium effectum, quam pro eo, in quo fuit lata, *Bal. in repit. l.* 2. *ff. de iur. iur. nu.* 62. cessat vbi non est locus iuri accrescendi, *Cuiac. ad l.* 4. *ff. de vsufruct.* quæ requirantur vt agenti obstet. *Peguer. decis.* 205. *nu.* 5. *post. med. Hondad. cons.* 28. *lib.* 1. *nu.* 6. *in fin. Bero. cons.* 102. *Bero. cons.* 102. *col.* 2. *nu.* 42. *&* 43. quando opponenda, *Cancer. de sent. & re iud. num.* 12 *&* 13. quando obstet, *Cancer. ibidem num.* 58 an possit renunciari, *Cancer. ibid. num.* 25. *& seq plurib.* illa opposita si feratur senteutia, illa est nulla, *Scaccia de appel. quæst.* 11. *num.* 194. *& seq.* Quando lata contra dominū noceat subditis, & e contra, *Rosental. de feud. cap.* 9. *conclus.* 24 *& seq.* an lata

lata in possessio, noceat in petitorio, *Rubeus. §. nihil. commune, ff. de acq. possess. num.* 185. obstat si tria concurrant, de quibus, *Host. in cap penul. de except. num. 3. loc. cons. 254. lib. 2. num. 4.* late de exceptione ista, *Rab. Capic Galeot. Controuers. lib. 2. cap. 34. Fel. in cap. penul. de except. num. 4. & ibi addentes*, quid si accidat variatio. *Imol. cap. fin. de except. col. 2. vers. item sciendum, Butr. cap. ad versario de except. num.* 11. late de exceptione ista agunt, *Surd. cons. 61. num. 2. & seq & cons. 134. num. 9. & seq. & Giurba. decis. 55. Baro. num. 21.* an possit à principe reuocari, *Crauet. de antiq. temp. part. 1. §. 1. num. 53.* quando dicatur res iudicata, *Cast. in l. fin. §. do. nec. C de iur. delib. num. 2. vers. nam si condēnatus. Franc. Curt. quæst. 30. Boer. cons. 44. num. 1. & seq.* an contra eam possit princeps rescribere, *Crauet. de antiq. temp. part. 1. §. 1. nu. 50. vers. addo vltra, & num 53. 56. & cons. 103. num. 3. & cons. 241. princeps, num. 12. in fin. cum alijs cumulatis in meis Collectaneis, ad l.* res iudicata, *ff. de regul. iur.* lata in summario, non obstat in ordinario, si idem deducatur in ordinario, *Cum in l. à diuo pio. §. sup. rebus ff. de re iud num. 2.* nec ex renunciatione partis, *Pinel. l. 1. C. de bonis matern. part. 3. num. 50. vers. inde non part. examinati. Muscatel. in prax lib. 1. part. 4. glos. verb. iudicata.* Limit. si de illa facta exceptione iudex procedit ad vlteriora, *Gab. de except. conclus. 1. num. 13. Gabriel. seq.* Limit. vbi sententia est contra sententiam, *Fel. cap. inter monasterium de sent. & re iud. nu. 15. & seq. vbi examinat, Muscatel. in prax. post. 4. §. iudicatæ, num. 1. et seq. Tuscus. conclus. 383. et 384. exceptio.*

Caput XIII.

FRequens est in iudicijs exceptio, *l. 2. de pignoribus*, quæ cum repellat agentem ad bona sibi generaliter hypothecata, nisi prius excussis, quę sibi sut spetialiter obligata, tanto magis repellit exequentem, quamuis eadem lex sit exorbitans, & in casu suo tantum intelligenda, *Socin. cons. 75. primo. vol. 4. num 14. Paris. cons. 103. lib. 3. nu. 4.* rationem tamen eius legis refert, *Pute. decis. 36. part. 1. nu. 4.* vltra eā quæ tradunt, *Doctores in d. l. 2.* quando obstet hæc exceptio, agunt, *Neguz. de Pignor. part. 5. memb. 2. sequitur modo, num 51. & seq. et part. 8. memb. 1. nu. 20. Surd. decis. 44. Creditor. Castil. decis. 98. num. 1. et seq. Flau. Amoadol. ad Vinc. de Franc. decis. 5. in fin. Paris. cons. 103. ad resolutionem, lib. 3. Castil. Quotian. controuers. lib. 4. part. 1. cap. 26. vxor. nu. 21. & seq. in fin. Genuius. tract. de censib. part. 2. cap. 21. quæst. 5. artic. 9. num. 35. & seq. Trentacinq. Var. Resol. lib. 3. de pignorib. resol. 5. habens. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 18. Prior. Bertazol. clausul. 39. glos. 5. num. 10. Zachia ad Galles. de oblig. Cam quæst. 11.* Quid si testator pro legato spetialiter fundum aliquem hypothecauit, non conueniunt, *Rip. in l. 1 ff. delegat. 1. num 86. & Surd. cons. 209. non videtur, num. 10. in fin.* An tertius possessor rei generaliter obligatæ possit excipere excutienda esse spetialiter obligata. *Neguz de Pignorib. part. 8. memb. 1. num. 20. Surd. cons. 69. nu. 11.* quid si spetialiter dypothecata subdita sint fideicōmisso, & generaliter obligata sint libera. *Castil. pratic. controuers. part. 1. cap. 26. vxor. num. 29. et seq.*

Cap. XIV.

NOn numeratæ pecuniæ, vid. *Doctores, et mea Collectanea ad l. in contractibus, C. de non. num. pecun. et Tuscum conclus. 418. et seq. plurib.* exceptio non numeratæ pecuniæ, de iure Canonico potest opponi etiam post biennium, *Dec. in l. iure naturæ, ff. de reg. iur. num. 4.*

Cap. XV.

PRetij non soluti, examinaui, *Supra. cap.*10. §.8. an à venditore possit deferri iuramentum non fuisse solutum pretium, *Caroc. de iuram. litis decis.*4.*part. quaest.*9.*num.*18.

Cap. XVI.

TRansactionis, examinat, *Muscatel. in prax part.*4.*glos.*u.§.*transactioni.*


Cap. XVII.

PActum de non petendo, examinat, *Muscatel. in prax. part.*4.§.*petendo.*

Cap. XVIII.

NOn teneor nisi in quantum facere possum examinat, *Tuscus concl.* 382. *exceptio, & late dixi in meis Collectaneis ad l. maritum, ff. sol. mat.*





INDEX
NOTABILIVM OPERIS.

A.

I N D E X

Ami-

NOTABILIVM.

B.

C.

cessio-

D.

E.

Epi-

Exce-

NOTABILIVM.

fit

de

NOTABILIVM.

G.

H.

Hæ-

NOTABILIVM.

Laici

L.

Exce-

F.

de

G.

H.

Hæ-

L.

M.

tio-

Me-

Nul-

NOTABILIVM.

O.

P.

uorem

Pos-

Pre-

Re-

Simo-

FINIS.



fol. 6. Cap. 1. §. 1. n. 15. Contrariis firmauit *Cart. dec. Ianuen. dec. 217.*

fol. 26. §. 19. num. 18. Limit. vbi creditum creditoris non erat liquidum, & non interérat creditoris solui, *Socin. cons. 65. lib. 4. num. 6.*

fol 479. *Cap. 13. §. 14. num.* 10. Limit. vbi illud quod obijcitur compensari, non est liquidum facto eius, contra quem obijcitur de credito illiquido, nam in illius odium habetur pro liquido, *arg. l. 1. §. qui autem, cum ibi notatis à Ripa nu. 4. ff. quorum legat. & ita firmat Barbos. in l. diuortio, §. ob donationes, ff. solut. mat. num. 26. in fin.* & conueniunt, quæ de facto affectato dicuntur, vt illud non profit affectanti, *iuxta congesta à Fel. in cap. fin. de testib. num. 3. vers. & hinc est, & in cap. fin. de foro compet. num. 25. vers. secundo, Pascal. de Patr potest. per. 1. cap. 8. num. 3. & seq. cum alijs relatis in meis Collectaneis ad l. spadonem, §. fin. vers. puta si affectauerit, ff. de excus. tut.*

Addenda Indici Capitum.

Cap. XVII.

fol. 540. REferuntur plura singularia concessa à iure, reo excipienti, & negata actori agenti.

Cap. XVIII.

fol. 542. AXiomata, seu generales regulæ exceptionum referuntur.

Cap. XIX.

fol. 552. DEcimo quarto aduertat procur. si agatur de exec. sententiæ, quæ fuerit in secunda, vel vlteriori instantia prolata, an acta antecedentium sententiarum, fuerint coram Iudice, de cuius sententiæ executione agitur, transportata, nam cum non facta integra actorum transportatione, quæ erat facienda, sententia, cuius executio petitur, sit nulla, quia non visis actis, non potuerit Iudex videre, an iustè, vel iniustè, rectè, vel perperam, fuerit à iud.ce, qui de causa cognouit, iudicatum, *Ias. l. 2. C. de edend. nu. 14. in fin. Trentacinq. var. resol. lib. 2. de Iudic resol. 2. Nonnulli, Mastril. decis. 80. sententiam, num. 1. & 2.* retardabitur illius executio, *vt latè dixi supra cap. 12. num. 15. & seq.* etiam quod lata fuerit in possessorio, vel sūmario iudicio, *Gratian. discept. 121. & 968.* Non transportantur tamen acta, quæ non releuant, idest quæ iustitiam, vel iniustitiam causæ, vel antecedentium sententiarum validitatem non arguunt, nec quæ non citata parte fuere facta, *Burat. decis. 413. num. 4. Durand. decis. 23. nu. 6. & seq.* Nec quæ fuerunt repetita sine expressione speciali, quæ iura repeterentur, *Burat. decis. 15. n. 3. & 4.* Nec acta diuersæ causæ, licèt adiuuent præsentem, *Burat. decis. 413. nu. 2.* Nec quæ verbaliter sunt producta, *Beltramin. ad Ludouis. decis. 59. num.* 10.

Singulare vnum addam, hactenus explicitè à nemine firmatum, quod cū talis, & tanta sit connexitas, inter tres postremos actus iudiciorum, scilicèt executionem, subhastationem, & pignorum subhasta venditionē, vt quasi mutua coniuratione, vitium vnius influat in alium, ac corrumpat, quamuis canonicè factam, *Afflict. decis. 358. num. 2. & seq. & dixi de deliberation. cap. 33. num. 1. & seq.* Quod si executio, vel subhastatio, vel deliberatio sit nulla, quia in ea perficienda fuerit omissum aliquod, quod non erat omittendum, vel committendum de iure, vel consuetudine, vel stylo Curiæ Iudicis, in qua fuit iudicatum, ratione nullitatis commissæ in vno ex istis tribus postremis actibus, vt debitor cuius pignora

gnora capta, & subhasta fuere vendita, possit contra pignorum emptorem intra datam à iure dilationem, quæ est annorum triginta, *Serafin. decis. 360. cum alijs congestis in meis Collectaneis ad cap. redintegranda 3. quæst. 1. vers. An remediũ Canonis*, præscribatur spatio agendi spolio, *Neuiz cons. 77. bene, n. 5. Vrsil ad Afflict. decis. 302. num. 2. & decis. 358. in fin. Veral. decis. 186. par. 3. relati à Menoch. de recuper. possess. remed. 8 num. 19. Io. Papon. ad Consuet. Berbon. §. 143. ordinis in fin. Gratian. discept. 7. nu. 13. & dixi de subhast. cap. 2. post ea, n. 14. & cap. 7. §. 10. nu. 2. & de deliberat. cap. 34. §. 6. num 1.*

Vel si non impeditus intra decennium, *Glos. l. furtum, verb. vel longo, ff. de vsucap. & in l. licet, verb. temporis, C. de acq. possess. Cast. cons. 10. lib. 1. nu. 4. vers. Sed ex alio, & in l. 1. ff. de acq. possess. num.* 14. agere vellit iudicio retinendæ, *iuxta congesta à Postio de manutenend. obseruat. 42. possessorium, nu. 162. & seq.* Quamuis enim auctoritate Iudicis possit, quis exsui sua naturali possessione, vt dictum fuit *coram Verospic in Albanen. hæredit. 25. Maij* 1629. Id tamen intelligitur, si riiè, & rectè faciat, *Rot diuers. 802. num 7. par. 1. & rursus in recent. par. 2. decis. 56. num. 2. & decis. 85. num. 9. & decis. 147. num. 4.* & possessio ciuilis, quæ animo longo tempore retinetur, non potest à possidente auelli. Nam animus vbique est, vbi vult esse, *l. nihil, ff. de capt. & post. limin. reuers. l. debitor, ff de pignor. l. ex facto, §. Rerum, ff. de hæredibus, instit. Bald per hac iura in l. multum, C. si quis alteri, vel sibi.*

Quod idem actor, qui agit spolio iudiciali, quo nullum est grauius, *iuxta ea qua congessi in Collect. ad glos. in præsentium verb. in aliam, vers. & not. quod hoc, in cap. conquerente, de restit. spol.* Vel iudicio retinendæ ad iustificandã intentionem suam in prima instantia non arctatur transportare omnia acta horum trium postremorum actuum, sed solum quæ facta fuere in executione, si in illa quid omissum, vel cõmissum, quo illa vitiatur, & idem dicendum, si erratum fuit in subhastatione, vel deliberatione, *vt censuit Rota relata à Farinac. decis. Criminal.* 188. Resolutum, vbi non fuit grauatus, qui agebat de euictione coram A. C. tamquã in prima transportare acta facta corã Iudice, cuius imperio sequuta fuerat euictio, eam afferens rationem, quia licèt euictio haberet aliquam consequentiam à prima, immo vt ego addo, ista perpetuò iacuisset, seu numquam fuisset in iudicium deducta, nisi euenisset casus antecedentis iudicij, attamen est diuersa, & non eadem causa; *& decis. pariter* Crimin. 348. *præsuponitur, num. 6.* vbi facta distinctione, an simus in secunda instantia, seu coram Iudice ad quem, vel ctrã iudice à quo, seu primæ instantiæ, decisum fuit primo casu transportanda esse omnia acta præcedentium Iudicum; Secundo autem casu, secus, vt post hæc scripta reperi notasse, *Beltramin. exornando, & declarando decis. Ludouis. 310. in fin.*

Comprobantur prælata ex ijs, quæ eadem *Rota censuit decis. 571 par. 2 n. 2. in recent.* dum voluit, si petatur reuouocari attentata, sufficere actorem transportare acta eius instantiæ, in qua fuere commissa attentata. Et hoc sensu declarantur, *decis. Crimin Farinac. 188. dixerat, num. 1. & decis. 335. causa iterum, num. 6. & decis. 356. num. 3.* dum dicitur, quod actorum trausportatio non integga non vitiat modo sint transportata acta, quæ iustitiam causæ arguant, & vbi quis vno iudicio agit, non transportat acta alterius iudicij, licèt illud adiuuent, quod quando acta non tangunt iustitiam causæ, nec impediunt Iudicem, quominus cognoscat an iustè, vel iniustè iudicet, non esse transportanda; & quod coram tertio Iudice sufficit transportare acta coram Secundo.

Propterea introducta causa euictionis in Congregatione Fabricæ Principis Apost. à Comite Antonio Bilio tãquã hærede hæredis Marchionis Horatij Pallauicini, & transportatis ibidem actis, ex quibus cõcludenter probatur in pluribus fuisse excessum in

exe.

executione contra bona possessa à di-
cto Marchione, & præcipuè in subha-
statione, & illorum deliberatione ad-
uersarijs nihil excipientibus, nisi de
integra actorum transportatione, non
aduertentes, quod perfecta subhasta-
tione, & deliberatione, nihil præterea
à Iudice iudicialiter sit faciendum, re-
quiro diligentiam eorum, qui partes
Comitis Bilij tuentur.

Qui alia, & plura cupit scire circa
transportationē actorū videat, *Vestr. in prax lib. 9. c. 2. Vrse. in suo exam. opin. concl. 31. §. Actorum transport. Postius in tract. de Manutenend obseruat. 69. Astante dec. Concil Rota recent. decis. 161. par. 1. & decis. 710. par. 3. Amat. decis. Ferariens. 13. Hodierna addec Surd. 327 Quamuis, num 1. & seq Gratian. discept. 121 num. 29 Duran. decis. 15. num. 2. & decis. 35. num. 1. & 12. Rota relata à Portio de subhastat. decis 91. num. 4. Burat. decis. 313. num 1 & decis. 405. Domini, num. 17. & ibi addentes Ludouis. decis. 59. nu. 10. & nouissimè coram R. P D. Ghislerjo in Placentina nullitatis subhastationis 27. Aprilis 1635.*

LAVS DEO.



